Res. 887
oude fonds ... III 26

UNIVE[redacted]ENT

RESTAURATIEATELIER
HANDSCHRIFTENAFDELING
UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK

Res 887

OMNIA CAMPANI OPERA

Quæ continentur hoc in libro ſunt.

Campani uita per Michaelem fernum.
Campani de ingratitudine fugienda libri tres
De regendo magiſtratu.
De dignitate matrimonii
Deſcriptio Thraſimeni.
De obitu fratris Cardinalis papienſis epiſtola conſolatoria.
In uarios authores cenſuræ .
Epiſtola in qua comparat Ciceronem Quintiliano.
Oratio in aſcenſionem domini
Oratio in principio ſtudii Peruſiæ
Oratio cineritia
Oratio de ſpiritu ſancto
Oratio de circuncíſione
Oratio de ſancto Stephano
De ſancto thoma aquinate
Contra Turchos ad principes germanos.
In exequiis Pape Pii
In exequiis Nelli de Balionibus.
In exequiis Ioannis archiepiſcopi beneuentani
In exequiis cardinalis.S.Suſannæ ſaxo ferrarenſis
In exequiis ducis Vrbinatis
Epiſtolarum libri.ix.
Vita Pape Pii
De uita & geſtis Brachii libri.vi.
Epigrammatum libri.viii.

INTERDICITVR

Omni hominũ generi:audeat quiſq̃ Campani opera formis rurſus ad decennium cõmittere:aut ea in dominiũ Mediolaueñ. quantũ quantũ eſt ꝑferre: uendere ue. Caue temerarie tua iactura damnũ mihi afferre. Fouere cauſam noſtram uiri ꝓcelſi quibus ſi iniurius eſſe meditaberis in uentũ ſudabis & deniq; mulctabere Tuo res tranſigetur omnis periculo Nam ego iã teneo quõ tuæ perfidiæ occurram. Intelliges tu deniq; principum ſcitus oportere parere.

EDICTALES LITTERAE.

l

V D O V I C V S Maria Sfortia Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæq; Comes ac Genuæ & Cremonæ Dominus Fauemus libẽter eorum induſtriæ:qui pro uirili ſua nunq̃ bene de re litteraria mereri deſiſtunt: dum & ipſi e penu ſuo aliquid frugiferum depromunt:& ab aliis deprompta a ſitu & ſqualore uindicant; Hæc res nos mouit ut cum nuper acceperimus Michalem Fernum uirum haud uulgaris doctrinæ omnia Reuerendi. D. Io. Antonii Campani Epiſcopi ſcripta per totam fere Italiam diſperſa ſummo ſtudio ſummaq; impenſa conquiſita collegiſſe ac in unum corpus redacta & ad priſtinum candorem reſtituta impreſſoribus tradidiſſe. Sed uereri ne ipſi fructus qui ex tanto labore atq; impenſa iure merito debentur:ab aliquo eripiantur:cupereq; propterea ſibi a nobis conſuli ac interdici ne in dominio noſtro hinc ad decennium illa ipſa Campani ſcripta atq; opera a quoq̃ non modo imprimi aut ut imprimantur curari. Sed nec alibi impreſſa in id deferri poſſint: Vt illius petitioni q̃uoniam honeſta eſt libenter annuamus:& propterea per has noſtras edicimus nemini licere Campani opera in Dominio noſtro imprimere aut ut ab aliis imprimãtur curare:nec alibi impreſſa in id perferre:Cui noſtræ uoluntati ſi quis repertus fuerit qui contra egerit hunc pena decem ducatorum pro ſingulo uolumine quotiens peccaſſe deprehenſus fuerit affici uolumus & iubemus:quorum partem unam inuentori:alteram Cameræ noſtræ:tertiam uero ipſi Michaeli dari uolumus. Mandãtes omnibus & ſingulis officialibus noſtris ut has noſtras litteras firmiter obſeruent & faciant ab omnibus inuiolabiliter obſeruari ſub penis in eis contentis. Datum Vigleuani ſub noſtri fide ſigilli die. xxvi. Martii. M. cccc. xcv.

Erat
ſigillum
Ducale
in cæra
alba.

B. Chalcus.

PETRI SABINI IN NOVAM CAMPANI EDITIONEM. DECASTICHON.

Perlege Campani numeroſa uolumina lector
Non ocioſas Paginas:
Nam proprii & preſſi cultor ſermonis ubiq; eſt
Priſcis cedere neſcius:
Gratia magna tibi referenda eſt FERNE MICHAEL:
Quod ductu tuo prodeunt:
Sicut Mæonios uerſus:Piſiſtratus olim:
Hæc undecunq; colligis:
Ergo ut durat adhuc tanti pia fama Tyranni:
Sic te poſteritas colet.

AD SABINVM

Hei mihi q̃ uana eſt ſpes hæc & gloria famæ
Pro fama morimur docte ſabine fame:
Stet ſua per totum uirtutis gloria mundum
Recte uiue deo:cætera fumus erunt.

MICHAEL.

IACOBVS ANTIQVARIVS MICHAELI FERNO CIVI MEDIOLANEN. SVO. S.

f

ERNO meo Sal. Tanti ego Campanum:cuius auditorium apud Peruſinos meos tum admodum celebre puero mihi licuit ingredi:feci ſemp:ut ad ſolum eius nomẽ inter moleſtiſſimas res animum recreari ſæpe ſenſerim. Nõ enim quenꝗ dicendi ſtudioſum eſſe puto:Qui uel eius laude non delectet:uel non capiatur ingenio. Ita profecto de iis iudico:qui ſe populo ac muſis natos eſſe uolunt. Cœpit pubeſcente ætate ſtatim ſcribere:illuſtrauit Baliomam primam ã domum:in qua ad litteras fuerat educatus:heroico carmine:in quo iam tum grandior inſurgere uidebatur. Luſit quoq; ueluti circa Tyberis ripas:dum leuandi æſtus:& natãdi cauſa ad flumen cum æqualibus:ut mos eſt laſciuiter contenderet amores ſuos:ita ut Tibullum credas. Tentauit epigrammata:in quibus poſtea nemini ceſſit. Scripſit Braccianam hiſtoriam parium ſtudio:in qua etſi rerum geſtarum æſtimatio fortaſſe non caret inuidia:nuda tamen ueritas ab obtrectatoribus eum liberat. Vidit non multo poſt illum Pius pontifex uir ſanctæ:& nunꝗ interituræ:& qua ipſe mirum imodum pollebat:inuitatus hominis facundia in ſpem erexit:moxq; ad dignitatis:tradito epiſcopatu:euexit gradum:unde poſtea cum Papieñ. beniuolentiam contraxit:quatita adhuc inter mortuos durat:multis utrinq; monimentis teſtata. Sed Volaterranus noſter:quantum ex tuis ad me nuper litteris conjecto:de utroq; male meretur:dum Papienſem ueterem dominum ſuum more peſſimi mancipii in uinculis detinet:neq; edere tandem parat:quæ ille multa conſcripſit æternitatem habitura:cui nefariæ audaciæ:illud quoq; ſcelus addit:ꝙ Campani partẽ nõ pœnitendam in eadem aſſerat cuſtodia. Viros ne illos ſolus ſibi habere quæritat? At qui ſine infamia fieri poteſt iſtud? Beneficium non referre ſi poſſis:ingrati eſt animi. Fuit Papienſis in ſcribendo affectatior:& de induſtria durior. Sententiarum tamen ornamenta maiora ꝗ in Campano cernuntur. Nam contractioni & breuitati adiecit põdus. Campanus fluit potius ꝗ ambulat:nec niſi pleno ſemper alueo:ac ſubinde aliquantum progreſſus ſe i gyrum uertit:certaminis & ſpiculorum plenus:nec unꝗ quicꝗ prætermittit:quod ad delectationis aucupium pertinere ſentiat uarius & niteſcens ubiq;:Qualem natura protuliſſe uideatur:ne Romana ac uetere illa dicendi maieſtate caruiſſe doleremus. Papiẽſis paulo ſeruidior cum aculeos exercet:uirtute alioquin animi atq; uita:ceu Cato:ſemper bon⁹ auctor in Senatu. Sæpe ſtetit aduerſus magnas opes:& quam ſcribendo pene moroſam ſeueritatem habuit eandem uiuẽdo tenaciſſime cuſtodiuit. Verum Campanus meus fortuna quo minor fuit:eo maiore ſpatio anteite Papienſem uidebatur copia atq; feliciſſima ĩgenii hubertate. Memini ab hinc circiter quinq; & uiginti annos Cum in germaniam ad Conuentum Ranſponenſem in comitatu Cardinalis Senenſis proficiſceretur. (Bononiæ eni apud Sabellum:ubi ego adoleſcentior ad epiſtolas prouinciæ eram addictus:triduo diuertit) de iis qui in Italia bonam litterarum frugem præ ſe ferebant:mecum ut ſepæ antea ſolebat:familiariter ſermonem inſtituiſſet:atq; ore pleno cum multos laudaſſet:Mi inquit Antiquari hæc ſtudia ſunt ꝗ oceanus latiora. Non multis littoribus adnauigaſſe me ſentio:proinde quãꝗ a multis rerum promptitudine ſuperatum me fateor eſſe:Tamen ſi ſpatium detur:eadem uidebor ſcire:quæ alii. Scribendi autem uarietate cedam interea nemini. Quæ uox eius uana non fuit. Quis enim hac tempeſtate cum Campano pedem conferet? Magna ei⁹ in ornamentis rerum ſupellex & uerborum. Natura excellens:ars teres & exacta. Qui carmen eius heroicum. Qui elegias & epigrãmata. Qui hiſtoriam. Qui orationes:& epiſtolas. Qui ſcriptorũ omne genus in ſũma laude ponendũ nõ duxerit. Is in cœlo ſolẽ:cũ medius eit dies impudẽter audebit ĩficiari. Vale. Mediolani. iii. nonas. Iunias. M.cccc.xciii.

[library stamp]

MICHAEL FERNVS.IA.ANTIQVARIO DVCALI SECRETARIO.S.

VANDO mecum eam repeto Antiquarii uirorum optime diem qua tantis laudibus Campani opera: illiuſq; diuinam eloquentiam tuliſti: neq; ad cõquirenda illius ſcripta hortarere. Equidem puto quoppiam ſydus ſtudioſis omnibus & bonarum litterarum cultoribus medio tunc axe cœli affulſiſſe. Inſonuerat id antea ſæpe nominis auribus mihi: & litteratorum omniũ cœtus mira detinebat admiratio: ſtuporq; ineffatus ad illius memoriam cunctos tanq̃ numine afflatos inuadebat. Neq; tamen ſeu ꝙ multa me obuoluerẽt his diuerſa ſtudiis negotia: ſeu ꝙ ita ſuperi ſtatuerent ut non ante illius a me cognita opera eſſent q̃ & edita: quicq̃ ſcriptorum ſuorum quibus illectari atq; capi potuerim hactenus ad me peruenerat. Tu me ita incendiſti cuius in litteris tanta eſt auctoritas quanta uel multis ſæculis nemini maior contigit ut quieſcendũ mihi ſi bonis litterarũ ſtudioſis conſultum eſſe cuperem: nel inter maximas bellorum flãmas & iniquiſſimo tempore nõ putarim: donec contracta illius undiq; monumenta publicarẽ. Non poſſum (neq; enim humani eſſe cenſeo ingenii referre) quanta cũ illi tum cæteris bonarũ litterarũ cultoribus fieret iniuria hic in fruſta ſectus nullo dũ ordine Srigmoſus Lacerus apud diuerſos detineretur. Et nemo edendi illius & æternitati tãti uiri nomen cõmendandi curam ſibi aſciſceret. Equidem debere mihi aliquid cenſeo litteratum ſtudioſos oẽs quibus eloquẽtiæ princeps latinæ modico nũmo & exigua prope quadã ſtipe coemendus meo periculo & incredibili labore oblatus eſt. Verũ tibi lõge plurimũ qui niſi me huius preſtantiſſimæ & diuinæ facũdiæ admonuiſſes: enixiſq; me laudibus ſuccẽdiſſes haud ita fortaſſe exudaſſem. Nõ potui quod tu tãtopere ut unus noſtro ſæculo caſtitatis latinæ & lacteæ eloquentiæ princeps cõmẽdares niſi magnificũ & luculẽtum exiſtimare. At quanto alius ille: q̃ tu predicares: quanto maior inuentus? Nihil illius attigit precelſum & cœleſte ingeniũ quod nõ incredibili fœlicitate ſeu ſubitus & extẽporarius ſeu meditatus & perflans luculentũ preſtiterit & illuſtre. Et cum multi uaria ingenii cõmendatione ampliſſima cum ueterũ ſcriptorũ tum noſtrorũ temporum in lucẽ ediderint. Vnus hic non tam mihi q̃ eruditiſſimo cuiq; & æquaſſe omnes re quaq; uidetur & ſuperaſſe. Oratione amplior nemo: hiſtoria illuſtrior. In ph̃ia & diſputatiõibus uberior: diſtinctior: expreſſior. In epiſtolis concinnior: ſuauior. In carmine ſonãtior heroico. Elegia gracilior. Epigrãmate ſcomoſior: feſtiuior: argutior nemo: ubiq; prompt⁹ & facilis ut neq; ſudet uſpiam oratio horridior: neq; uerborum licentia ſubſultet: aut puerilib⁹ laſciuiat ſententiolis: per ſingula ut quæq; depoſcit res uber & magnific⁹: grauis & uenuſtus: pleno fluens alueo: non tenui excurrens riuo. Abſit credas legiſſe me hactenus: uerũ q̃d ego me dico? tu imo idem contendis: & cæteri eruditi in id conueniunt ex omni quã bibliopolæ nobis faciunt librorũ copia quicq̃ maiore uoluptate: ſeu rerum quas complexus eſt uarietate: magnitudine & excellentia: ſeu ſtili & lacteæ oratiõis candore: Quod me magis impleat: & quo impleat magis maiori me illius deſyderio relinquat: Huic dies huic noctes ne ſomni cibi ue quidem memor impenderis. Nunc demũ agnoſco quam ſit faciendus Illuſtris ad unũquẽq; preceptor: Nunc demũ quantum adoleſcenti bonũ nanciſci doctorem cõducat habeo compertũ: Mirabar ego unde tibi tanta olim hauſta foret eloquentia. Quis tibi hominũ deorum ue ad tantas diſciplinas lumina recludiſſet. Nimirũ Antiquari: Soli da illa quidem gloria: cum clariſſimũ preceptorẽ datum eſt æmulari & æquare. Nihil glorioſi⁹ ſi contingat effingere: totũq; eundẽ diſciplinis quas ille calleat & morum bonitare referre. Confero nunc demũ tua ſæpe & illius ſcripta Totuſq; utrunq; demirando inhæreo. Eadem utriq; dicendi facultas: Idem in oratione ſplendor ut alterum in utrolibet perſpiciãs: niſi ꝙ tu ſemper grauis: dignitate: & auctoritate plenus: dimittitur ille nonnũq̃ & mira uenuſtate luditi ſaleiſq; inter ſodales ioculatur: geniali quadam illecebra expetibilis & decorus. hoc tibi fortaſſe preſtãtior ꝙ ille preceptori tu diſcipulus: qui niſi te annis & fato præiſſet tu illi in gloria potior eſſe potuiſſes. Hortaris tu Volaterranum noſtrum uirum omni uirtutum genere predium & in his humanitatis ſtudiis longe doctiſſimum: cultiſſimum: edat ut ille tandem heri monumenta ſui. An nõdum ſatis tibi cum rei litterariæ utilitate actum ſenſes: niſi & illum in lucem trahas & te Alcydem alterum qui herebum ſpoliare uelis exhibeas? Increpant illum multi quidem ut tu eruditiſſimi uiri Verum is eſſe conſilium ꝙ pluſculum diſtulerit oſtẽdit. Et ad Campani gloriam noſtri ſpectare maxime arbitror: quando ille diuino & cœleſti ingenio ad cuncta manum fœliciſſime appoſuit: & unicus idemq; maximus ingenii in Campano precelentiſſimi aſſertor futurus eſt: qui eo intimo ſic delectatus eſt ut ad perutimas delitias adhibuerit illum ſemper. Non uox nõ ſine illo gra-

rus dies:non cœna iocunda. Triſte illo ſine cubiculum. Triſti ſeceſſus:uenationes : dicta:
facta ſine illo triſtia omnia. Adeo unus magnitudine īgenii:ſermonis lepiditate:argutiis
interdum & cauillo Papienſis pectore inſidebat Campanus. Quæ elegātiora quæ maiorē
delectatione plena ea ad Papień. Campani ſcripta ſunt omnia. Illic nullum ſtudium natu
ra ipſa quanta in eo fuit ſponte illic artis ope nulla prodita. Scatent illic ſentētiarum : acu
mina : exurgunt exercenturq; illic mira feſtiuitate aculei. Aut philoſophiæ aut genialis ſo
dalitii mira illic fœtura. Neq; tamen libertate inſani neq; garrulitate debacchatur nimia:
unumquodq; ad ſui neceſſitatem trahens ui ingenii & dexteritate pluſq; humana. Quare
cum iam me tibi polliceor (Audis Volaterrane) futurum in Papień. uindicando qui fue
rim in Campano : ut qui communibus ſtudiis inter mortales diſciplinis aduigilarint Pa
ri quoq; gloria functi noſtro beneficio reuiuiſcant. Vtinam & diui Pii multa quæ celata
tenentur aliquando ab iſtis moroſis auelli poſſint ut in publicum proferantur. Quæ tan
ta dii boni ingeniorum inuidia: ut quæ optima ſint aut depereūt prorſus aut ad eos tum
deniq; perueniant quibus extiterint incognita? Beatiſſima profecto ſæcula qbus tria hæc
tanta litterarum in triplici ordine promicuere lumina : ut credam ſuperos ultimas uires
fudiſſe in illam ætatem illuſtrādam quæ eſſent cum ſuperioribus & quæ ſecuturæ ſunt oī
ingeniorum ſplendore memoranda. Agnoſcent iſti deniq;: nec me fallit opinio: nimiam
hanc ſuam circūſpicionem. Nec nos diutius tam diuinis operibus: illos tam ſublimi frau
dabunt gloria. Ibit præcurſor Campanus futuræ præco celebritatis: qui quoq; pro dignī
tatum ordine præcedebat in uita Affuturum Papień. affuturum Pium mundi dominum
prædicabit: quorum ſtudia cum uiuerent olim extitere coniuncta. O me fœlicem ſi admī
ratorem: ſi ſpectatorem: tunc ipſa me in hanc uitam demiſiſſent ſydera. Nec me haberent
foris: nec tanta curſitātem per urbem raperet miſeria. Erunt ſcilicet & quis (ſed quæ?) ſuſpī
cient tempora. Credis optime Antiquitarie ulla me tanta negociorum mole premi potu
iſſe ut hanc aliquando optauerim Campani editionem derelinquere? Non ipſa quidem
ſi me exerto telo nouiſſimo in uerbo exceptura fuiſſet Atropos potuiſſet auertere. Igno
ſce glorioſius fortaſſe loquenti Nam ſum ingeniorum & uirtutis tam uehemens cultor
ea uel una certe ratione ꝙ ipſe id a natura ſum nunꝗ cōſecutus & familiarium rerum nō
minimum intercipit ſolicitudo cōtinua : ut pro unoquoq; uiro doctiſſimo ipſam poſſim
quidem mortem oppetere. Non nox non una dies ab qua cœptus eſt imprimi dies Cam
panus ſine grauiſſimo labore abiere Quor meam amici ſuſpectam ualitudinem habuere.
Quor dementem appellabant: qui hoc tempore bellicoſiſſimo exiguas facultatulas meas
quæ quatricentos ſuperarunt aureos nummos pergerem profundere. Quantum ſomno
fateor ſubductum. Quantum de Lacheſi ſubreptum dum & muſis & forenſibus negotiis
& amicorum officiis & Campano ſufficere laboro. Nulla me unꝗ ocioſum aut magiſtra
tus cuiuſquam aut prælati uidit ianua : ubi paululum uſpiam immorari: inter ipſa nego
tiorum interſtitia minimum ſubſiſtere contigiſſet: illius ſubito mihi qui comites ſemper
erant exerti libelli hic illos lectitabam: hic quod domi per ocium non licebat inter nego
tiorum agmina efficiebam: corrigebam: dimetiebar. Et qua quidq; parte iocandum con-
ſtituebam. Nec maiore fructus ſum uoluptate ꝗ cum in huius gloriam & ſtudioſorū om-
nium utilitatem ipſum me uigiliis: inedia: frigore: æſtu niuibus: hymbre confecerem. Mī
nor pecuniæ ratio fuit : quando illam ego ſemper omni uita contempſi ut tantum cuiq;
congerendum nummum duxerim: quantum ad uictum ſibi intelligat ſufficere. Vtinam
ſic efficere potuerim ut uideantur hac diligentia & hoc labore cuncta maturiter & ex di-
gnitate curaſſe. Sum fateor ingenio non peleganti. ſed præcipiti & nebuloſo. At in tāto
rerum turbine: & in tanta exemplariorum confuſione potui nō nihil peccare. Ipſa etiam
negotia frequentiſſima quæ haud ita reiicere licebat ſtudiis conſultationibus : & totius
uoluminis dignitati paſſim detraxere. Tu circunſpectiſſime mi Antiquarie columen litte
rariæ maieſtatis: unus tantorum auctor laborum. & tantæ præceptoris tui gratiſſimus di-
ſcipulis memoriæ fundator unicæ cuncta diſpice. Caſtiga: mone: Fœlix ſum atq; beatiſſi
mus ſi quoqūo emūcto tibi & ꝑpolito ĩprimis uiro prudētiſſimoq; grauiſſimo atq; ſapiē-
tiſſimo potuero ſatiſfeciſſe Hic faitē quotiens tuis obſeruabitur manibus intelliges ĩ illo
tui Michaelis partem cui ipſa uitalis ſolus aura es: uiuere. quem olim fama uulgauerat iæ-
thali anthrace abſumpſiſſe: ut credas uel ideo fata illum ex Orci limie Ditiſq; manibus at-
q; imperio eripuiſſe ut eſſet qui ſemi functus Cum intereunte prope Campano poſſet in
poſteros memoria ſempiterna uiuere. Fœlix uale Atq; Indicem locarorumq; rationem:
ubi nec omnino ſpero inuentum damnabis: nec grauaberis recognoſcere.

Ad Michaelem in Elyſiis Campanus.

Nuper in Elyſios moriturus uulnere cápos
Peſtifero triſtis ſpiritus exierat.
Illic Campanū miſero ſqualore iacentem
Offendi duplices tendere uoce manus
Aduenit o quiſqs noſtrā ne deſpice famā
Hac pcor ad ſuperos fac redeamus ait
Sūt monumēta mihi magno cōſcripta la-
Quæ grat' nemo pdere iā recipit (bore
Tu cui uirtutis reſidet non ultima cura
Manibus hanc unam da rogo lætitiam
I repete ad ſuperos: remeandi facta poteſtas
Munere diuorum quæ recolenda tibi
Excæpi lætus: rediens mandata ſub auras
Impleuitq; tuis iam quoq; conſiliis.
Sic qui Campanum nō noras plege tandē
Munere tu fœlix umbra quieſce meo.

Omnium index orbem

Nequid aberres Lector omnium primum ſcire debes Volumen hoc in ſex eſſe diſtinctum partes: quarum unaquæq; ſuis eſt foliis ſecretim dinumerata. Et quoniam noſtræ ſunt annotationes. Inauſpicationes: & epitomata paſſim admixta: ne quid ea te ancipitem in diſquirendo Campano rederent numeris minime ſunt computata. Vt tamen quicquid hoc clauditur in uolumine uno tibi ante oculos conſtaret aſpectuſua cum noſtris omnia tabulæ huic ſunt annotata. Tu quæ fuerint Campani ad folii numerum ſubito obtutu habebis depræhenſa Occurro tibi Lector ubiq; ut q̄ minimo cuncta poſſis labore pernoſcere. Verum te ſcire uolo nulli ingenii fœlicitatem tantam a natura donatā quē nos oporteat ſi eximie doctus & eſſe & haberi uelit plurimum deſudare.

Principis litteræ. Sabini epigramma. Antiquarii in Campani Editionem epiſtola. Ad illū nr̄a altera. Locato ꝵ rō: Eiectæ barbariæ & exeūtis in lucē Cāpani Menia. hoc terno
Campani Vita a nobis cum Trochaico & epitaphio condita fo. viii

Tractatus.

De poſtilatis deuitandis Codicibus & Marginariæ in tractatus Notulæ			fo.	xvii
In libros de igratitudine & reliquos tractatus noſtra ad Alexandrinū Inauſpicatio Poſtea q̄ &c.			fo.	xxi
De Ingratitudine fugienda	Ad Pandulfum Balionū.	Sæpe me Pan.	fo.	xxii
Liber Secundus		Nō temere cō.	fo.	xxvii
Liber Tertius		Zenonē illū.	fo.	xl
De regendo magiſtratu	Ad Luciū eq̄tē Seneñ. po. Ro.	Cum ſæpe	fo.	xliii
De dignitate Matrimonii	Ad Frañ. Maximū ciuē Ro.	Matrimonii	fo.	xlviii
De Thraſimeni fœlicitate	Ad Panduiſum epiſtola	Venimus	fo.	li
De ſris obitu Conſoiatoria	Ad Papieñ.	Si mihi	fo.	lvi
In utraſq; Quitiliani declamatiōes	Ad Seneñ. Cenſura	Centum. xxxv.	fo.	lxiii
In orationes Ciceronis	Ad Seneñ.	Marcū Tullium	fo.	lxiiii
In Victorinū de generatiōe diuina	Ad Xyſtum	Cum nōnullas	fo.	eo.
In Suetonium	Ad Seneñ.	Repetii nup	fo.	eo.
In Vitas Plutarchi	Ad Seneñ.	Collegi nuper	fo.	eo.
In Liuium	Ad Papieñ.	Tres. T. Liuii	fo.	eo.
In Quintiliani inſtitutiōēs	Ad Antonium Moretum	Vtinam quod	fo.	lxv
Corā Pio Abſceſſuri ad Venetos adoleſcētis de Colūna oratiūcula		Patruus	fo.	eo.
Eiuſdem ad Senatum Venetum oratiuncula		Si per (meus	fo.	eo.
Oſo Aſcēſus dñi nō itegra a Cāpano cōpoſita: ab alio hita		Multa	fo.	lxvi

Orationes

In orationes Marginaria annotamenta		duobus antifoliis.		
In orationes noſtra ad Sanctam Crucem inauſpicatio		Iam pridem	fo.	lxvi
Inuito ſtudii Peruſini de laudib' oīm ſciaꝵ	Prima	Conſideranti	fo.	lxvii
Cinericia	Secunda	Cum inter tot	fo.	lxxiii
De ſpiritu ſancto	Tertia	Cū ſtatuiſſem	fo.	lxxix
De circuncīſione	Quarta	Cū eēnt multa	fo.	lxxxii
Sancti Stephani	Quinta	Si eadem	fo.	lxxxiiii
Sancti Thomæ Aquinatis	Sexta	Oium primū	fo.	lxxxvii
Ratiſponenſis	Septima	Quæ res	fo.	xc
In exequiis dñi Pii. ii. FVNEBRIS	Prima	Sunt fortaſſe	fo	xcv
In funere Nelli Ballioni	Secunda	Si uetera	fo.	c.

a ii

In funere

In funere parentis Gubernatoris Peruſini	Tertia	Vellem equidē	fo.	cx
In funere Cardinalis Saxoferrateñ.	Quarta	Honeſtius	fo.	cxii
In funere dñe Baptiſtæ Ducis Vrbinatis	Quinta	Mirantur	fo.	cxiiii
	Epiſtolæ			
In libros epiſtolarum nouem Epitomata		duobus antifolis		
In epiſtolas noſtra ad Senenſem Inauſpicatio		Non poſſum	fo.	i
Epiſtolarum liber primus	Ad Papieñ.	Percurri nuper	fo.	ii
Liber Secundus	Ad Pe. Siculum	Quo in ſtatu	fo.	ix
Liber Tertius	Ad Papieñ.	Scio te plurimū	fo.	xvii
Liber Quartus	Maguntino	Miraberis pſtā.	fo.	xxvii
Liber Quintus	Paulo. ii.	Magnā iniecisti	fo	xxxv
Liber Sextus	Gentili	Iā plane uenrū	fo	xlviii
Liber Septimus	Papieñ.	Ruimus ruimus	fo.	lvii
Liber Octauus	Iordano	In Miropolio	fo.	lx
Liber nonus & ultimus	Seneñ.	Seni Tifernum	fo.	lxvii
In obedientia Pii Peruſinorum Oratio		Si ulla	fo.	lxxvi
	Pii Vita.			
In Pii Vitam nŏſtra ad Lonatem Inauſpicatio			fo.	lxxvii
Pii Vita		Pius ſecundus	fo.	lxxviii
	Hiſtoria.			
In hiſtoriam Brachii Summa geſtorum Capita		duobus antefoliis		
In eundem hiſtoria noſtra ad Datarium Inauſpicatio		Non parua	fo.	i
Prohemium hiſtoriam		Vitā & res geſtas	fo.	ii
Liber Primus		Brachiorum fāilia	fo.	eo.
Liber Secundus		Dū hæc i Picenis	fo.	ix
Liber Tertius		Secutum eſt deide	fo.	xix
Liber Quartus		Hac calamitate	fo	xxx
Liber Quintus		Iacto i hūc mōm	fo.	xli
Liber Sextus & ultimus		Profect' ad Capuā	fo.	xlix
	Epigrammata			
In Epigrammatum libros noſtra ad Pomponium Inauſpicatio		protofolio		
In ipſos epigrammatum libros nouem epitomatula		antefoliis duobus.		
Elegiarum epigrāmatūq; Liber primus	Ad uenerem	Molles ades	fo.	i
Liber Secundus	Ad lectorem	Exiguū ſpectas	fo.	vi
Liber Tertius	Ad Pium	Ad te diue pr̄	fo.	x
Liber Quartus	Ad Pium	Ecquid erit	fo.	xiiii
Liber Quintus	Ad Papieñ.	Ille tuus ſtella	fo.	xviii
Liber Sextus	Ad kallirum	Auſus erat	fo.	xix
Liber Septimus	Ad Papieñ.	Linquimus	fo.	xxi
Liber Octauus & ultimus	Ex ſe.	Liquo Tridētias	fo.	xxiiii
Arriariæ gētis Roſeū iſigne	Sub inſigni Fulgineæ	Aurea	fo.	ultimo
De Maſturbatore	Ad Graualonum	Cum nimium	fo.	eo.
De miſeria Poetarum	Secum	Vade	fo	eo.

Noſtrum exaſticon. Valete Muſæ

Finis.

CVIVSQVAE RATIO LOCATI.

Fuſa iterum Campana — Noua hominis formata figura

n

Vnc commouendi mihi ſunt Lectores Antiquarii quo quodq; ubiq; locatum ſit opus cōſilio. Qui rebus omnibus ordo: obſeruatio quæ adhibita. Nam poterant illi non minima teneri admiratione: cur ita ætatum quibus ea condita forent ſeries eſſet a me contempta. Et accuſſaſſent quidem ſapiētiſſime: niſi quæ hoc iuſſiſſe uideretur ratio fuiſſet nota. Sūma mihi ſemper fuit philoſophia Lectores. meditari qualis & quanta fuit hæc noſtra: quam nobis prodidi Campana. Quanto cum plauſu: quanta ad-

miratione olim pulſata. Qui ludi: quæ feſta: quod triumphi quanta ad huius ſonum con
celebranda gaudia. Vt mihi deſiiſſe uideatur olim quæ floteret unica: ad cuius ſonum ſū
ma concrepuere æthera: ciere populos: uocare cōuentus: humanum monere genus: mor
tales omnes inſtituere: ſanctiſſima afferre cōſilia: Pietatem prædicare. Ingratos perſequi:
Charitatem: beneficentiam: liberalitatem perſuadere: miſerias noſtras manifeſtas facere:
gentes: regna: ad propagandam Chriſti fidem incendere: diuorum gloriam & illa beatiſ
ſima cœlitum gaudia proferre: ad cultum diuinum: ad religionem: ad ſacroſancta ſupe-
rum penetralia excolenda inflammare. Deniq; contemptis ſordibus humanis: Cupidita
tibus eliminatis: libidine omni: ſcelere: flagitio reiecto ad ſublimem illam omnipotentis
dei aulam: ad ſempiternam illam fœlicitatem: ad illa nunquā defectura bona: ad illud in
quam glorioſiſſimum altiſſimi triumphale ſolium euocare: erigere: extollere donec du-
riſſimi ferri pondere concuſſa nimio: & deteriores æris nequiore maſſa cōfracta (heu mi-
ſerabile dictu) deſiliit in fruſtra. Quæ dum auariſſimus quiſq; fulgore tam precioſi me-
talli diripit direptaq; occulit pœne eo occubuerant ut ſitu obruta & ſqualore crederetur
nimia hominum negligentia interiiſſe. Hæc ego e tenebris eruta: uindicata ab ingratis
erepta ab auaris: conquiſita ab inertibus In unum contraxi. LECTORES. Campanam
nobis rurſus fudi ſonoram. Quam ſummis turribus & aerea in arce iam tandem colloca
ui Quibus ſubnixa priſtinum ſonum prædulci uocum diſcriminatione de ſummo cœ-
li culmine editura ſit ANSAS ſex connexi. Nam cum de Ingratitudine fugienda. De re-
gendo magiſtratu. De dignitate matrimonii. De fœlicitate Thraſimeni. De fratris con-
ſolatione ſcripſerit ille: Veteres auctores percenſuerit. Orationes habuerit. Concinnaue-
rit hiſtorias: Epiſtolas & epigrammata omni uita compoſuerit. Hæc ego ſeniſariam ita
ſecreta in hanc campanam confixi omnia ut tanquā totidem cardineæ anſæ quibus tena
ci inuiſcta loro ſublimis queat attolli & in quas uis tota deſudet ſummo deuexi uertice
promicarent. In quo cum campana diuinis ritu chriſtiano concelebrandis: ſacræ faciun-
dæ rei: dimetiundis horis: humano cœtui conuocando. Ferendis iudiciis: rebus omnib'
decernendis: regendis: gubernandis fuerit coaptata. illud non ineptoi mea quidem ſen-
tentia: iudicio obſeruauiut unamquāq; partem ſic locatem ut ad hominis inſtitutionē:
quod ille omni uita conatus uidetur: pulcherrima agnatione cuncta ſpectarent. Et ex cā-
pana ſpectabilis VIR fuſus & immortalis interdum uideretur cuius ſingulæ partes in no
ſtram eruditionem conſtarent. Nam quāquā fuere his a Campano hæc ipſa temporibus
perſcripta q; primo in urbem aduentu initio ſtudii Peruſini habuerit orationem. Inde fu
nebrem pro præſidis Peruſini parente: alteramq; in funere Nelli Balionii commendatio
nem ſuſceperit. Mox de Ingratitudine. De Thraſimeni fœlicitate: Ac poſtremo hiſtoriā
Brachii Peruſiæ ediderit Dianam: Syluiam: Sunanam interea uario ſtudio concelebra-
rit. Epiſtolarum bonam partem conſcripſerit. Poſtea Cinericiam Pii tempore perorarit:
De regendo magiſtratu. De dignitate matrimonii. De obitu fratris conſolatoriam fece
rit. Saxoferrateñ. herum ſuum: Mox pium ipſum in exequiis ornatiſſimis orationib' con
mendauerit. Paulo ſedente diui Stephani: Pēthecoſtes: Circūciſionis in ſuburbano ſacra
rio coram pontifice. Et partes in celebritate diui Thomæ Palladio in templo orationes
habuerit. Ratiſponeñ. compægerit. Xyſti tempore Vrbinatis ducis funus oratione cōde
corarit. Inter hæc Pii uitam cōpoſuerit. innumeras epiſtolas: epigrāmata innumera. Ele-
gias innumeras pānxerit. Veteres Codices pcenſuerit. Ego tamē Semipartitus. Ea primo
quæ ad noſtram eruditionem ptinerent opuſcula: quos tractatus libuit appellare: prima
parte tanq̄ in fronte & ueſtibulo in ipſo Ad Alexandrinū cuius ſtudia: potior īter patres
dignitas id expoſcere uidebat: ſiquidem De ingratitudine. De magiſtratu De matrimo-
nio. De lacu. Cōſolatoriā: & Cenſuras ꝑtuli. Tum quæ tam noſtram q̄ etiā alienam con-
tinerent Inſtitutionē Orationes ad ſanctam Crucem oratorem facundiſſimum & in eo
genere exercitatiſſimū iure quodam neceſſario ſubieci. Tertio loco epiſtolas tanq̄ fructū
diſciplinarum omniū officii: beniuolentiæ: & charitatis cōmune amicoꝝ omniū horreū
refertiſſimū Ad Senenſem ſuum patrē pientiſſimū conſtitui. Inde adiecta Pii ad Lonatē
uita: paruus quidē libellus & exigua in tanta operū dimenſione pars. At eius quem com
plectitur pontificis magnitudine ingens gloria: ubi ꝑter quādā lunaꝝ quæ utroq; in car-
dinale ꝓfulget: & in ipſo olim Pio coruſcarunt partialitatem ſic cuncta iunxi: ut neq; a
Senenſi abſcederent: neq; nepoti auunculi geſta dicata eſſent. Et cum mundi principib'
ꝓſideant pontifices Ita ſi uiuis patribus non præponerentur: Brachii tamen monumen-
ta: ſub eius uiuentis numine quē quoq; uirtus & par inter minores deos gratia extuliſſet
antecederent.

antecederēt. Porro ad Datarium Antiſtitem Peruſinū unde urbis & ciuiū ſuorū gloriani
poſſet pnoſcere Brachii principis Peruſini luculentiſſima hiſtoria conſequit᷑ tanq̄ illinc
fortunæ inſtabilitatem ſpecularemur:& alienas fœlicitates:aliena pericula conſpicari ipſi
deſpectis terreſtribus quæ fluxa ſunt & caduca ad perpetua dei bona expetenda ad bea-
tiores conquirendas ſedes admoneremur. Nouiſſimum locum ad Pomponiū noſtrarū
ætatum unicum Phœbum ſortia ſunt metra: uelut aī curis deſatigati honeſta quædā la-
xamenta & tanq̄ uigilantibus nobis & in finē uſq; pdurantibus ſolidam illam fœlicitatē
cantus plauſuſq; ſempiternos deſpondeant. Illos quoq; in hoc imitatus q munus popu-
lo exhibent:quoꝝ præcipuū eſt ſtudium primo ludoꝝ ingreſſu quod maxime ſpectato-
res ad leticiam inuitet ac plauſum ꝑmittere. Mox ita cætera pro dignitate & magnitudi-
ne afferant ut omniū iocundiſſimū theatrum claudat quod populum i admiratiōnē &
ſtuporem cū delectatione relinquat Nā in Campano tāte fuit ſolutæ orationis maieſtas
& elegantia ut carminis nitorem uix ex ea potuerimus ſperare. Quod cum ſecus proſpici
contingat:neceſſe eſt ut ingenti in ipſo rerum omnium calce affecti ſtupore reliquamur.
Quæ cum i ſeu campanam reſpicis i formoſiſſimam illam quidem ſenis elatum anſis atq;
in quēlibet ſonum mobilem atq; nutantem cum plauſu & lætici efficiant i ſeu noſtram
intueare inſtitutionem pulcherrimo mortale genus ordine edoceant. Id quoq; elabora-
ui ut in uiri ſpectatiſſimi ſpeciem qui id ſua non aliena ope propriiſq; integer: non man-
cus uiribus præſtaret & auſpiciis:ſingulæ partes ſcinſſime deſinerent. In quo ne ipſi quidē
contexti artus:diſtincti articuli:efficta & expreſſa liniamenta deſyderari poſſēt. De Ingra
titudine enim libros ad CAPVT contuli:quando & naſcentibus nobis illud primū exe-
ritur. Et prima philoſophiæ experimenta primaq; ſtudiorum & ingenii certamina hæc
extitere. Et conſtet ſublata charitate & beneficentia mortale genus:ſicut nec animantium
omnium quicq̄ ſine capite non poſſe ſubſiſtere. Et eo referantur omne humanæ cogitati
ones ut:ſeu ab hominibus gratis hoc in mundo: quod ipſum haud equidem ipſi unq̄ i-
primis ſpectandum duxi:aut a diis imortalibus in illo ſublimi & excelſo olympo laborū
omnium premium aliquando recipiant. Quod ſi ſublatum eſſet plane nullius rei ſtudi-
um mortales haberet cunctaq; iam dudum concidiſſent. De regendo deinde magiſtratu:
tanq̄ OS ipſum:nam & illic lingua opus eſt & dentes in illo ſunt: & gemina eſt dei & rei-
pub. humanæ cura. De dignitate matrimonii:tanq̄ NASVM:nam putida ſunt adulteria:
Sordidi illegitimi cōcubitus:olidæ quæ nō formoſæ uxores. & uetere non elegantia ſci
tæ olfacientum nares offendunt. De Lacu:tanq̄ LVMINA:quæ ipſo exercentur in eas uo
luptates aſpectu:cum nulla quoq; in homine maior ſit q̄ delectatio parta uidendi. Conſo
latoriam i tanq̄ AVRES i cum illis quæcunq; aduerſa feruntur ad animum penetrent. Et
ipſa ab his quæ in nos & extra nos duplex conſolandi ratio. Et ſole aures conſolationem
amicorum rebus in aduerſis admittāt In capite ſuo quemq; loco tractatus adieci. Et quæ
cenſuræ ſequuntur & oratiunculæ crines capiunt:qui quidem honeſtatis multum & gra
tiæ nobis parant. Et cum in cæteros detractores ſanguinei & colubrini figantur In Cam
pano uiro modeſtiſſimo flaui & rutilantes cōſpiciuntur. Oratione deinde gemina ſibi
de pectore:tanq̄ & illis orator cūcta peragat. BRACHIA dextrum ſi quidem prime i læ-
uum ſunebres. MEDIVM; CORPVS. Epiſtolæ:quæ & ipſæ multæ & ex multis rebus ſi-
cut corpora humana conſtare cernuntur congeſtæ. GENITALIA quibus uis & in noſtra
corpora lunæ poteſtas oppido dñatur:plurimūq; robur & fecūditatem i:ſundit minimū
quidem de corpore membrum ſed unicum uitæ auctorem Pii Vita. CRVRA Brachii hi
ſtoria quæ & Capricornus ſagittis perſequitur & maximo ſint in bellis uſui quibus pedi
tes & hoſtem adeunt & perſequuntur & ubi poſtulat neceſſitas i ſæpe ſuadet ignauia: pe-
dem ab hoſte referunt. Equites equos conſtringunt. Incumbunt tergori:& imobiles hæ-
rent. PEDES qui tripudiarint. Pyendum choros duxerint:ſaltus Heliconios peragrarint
Carmina:tanq̄ poriora quibus tota hominis machina conſtet pulcherrimo ſibi membra
delectu uidentur occupaſſe. Quorum unumquodq; ita efficiunt repreſentat ut ipſa ſeſe
agere:mouere:ſpirare cōſpiciantur Vocemq; & ſenſum CAPVT ipſum ſua rerum omni-
um affinitate coniunctum introſpicientibus uideantur afferre. Ingratitudinis enim fugi
endæ præceptis addita regendi magiſtratus diſciplina. Magiſtratui matrimoniorum ꝓ-
dita dignitas & excellentia. Mox euagarū in receſſus Deinde calamitatibus quæ uolupta
tes lege quadam fortunæ conſequuntur conſolatio cōiuncta i quoniam deteſtabile illud
Ingratitudinis uitium quod pietatē:qd charitatem:qd munificētiā & liberalitatē exurit:

Imprimis ĩ quocũq; homine peruestigandum . ut ſi tales ipſi ſint aut eſſe geſtiant Intelli-
gant rerum omnium quæ ſequũtur uſu & adminiſtratione ſeſe abſtinere debere. Sin ipſi
liberales & boni eſſe uelint & reip. præeſſe & matrimonium celebrare:& uoluptatibus ui-
deantur perfrui poſſe? Magiſtratus uero & matrimonium ita ſe nexibus uinciunt ut
alterum ĩ altero uideatur conſtare. His enim magiſtratibus præeſt & ut q̃ ſãctiſſime q̃ pu
diciſſime celebrentur tenetur curare:ciuitatum honeſtati:pudori mulierum:& pudiciciæ
in ſua repu. conſulere. Et qui matrimonium celebrat magiſtratum quedam in ſuã famili
am uidetur inire. & is maxime idoneus eſt gubernaculis ciuitatis cui domi eſt uxor quæ
libidines & uenereos impetus poſſint extinguere. His honeſta animi laxamenta deben-
tur & ſeceſſus pulcherrimi: quæ in Lacus deſcriptiõe omnia exhibentur. At quoniam nul
lum uitæ tam ſtabili ſpatium:quod non rixam aliqua ſui parte patiantur addita conſola
tio ut cum intelligat homo quibus periculis ſit ſuppoſitus uiuat cautior. & ſi eueniat ad-
uerſa illa forti animo perferantur. Quales uero ipſi eſſe debemus ex Cenſuris extremo lo
co oſtenditur:quoniam aliorum ſcripta:facta:dicta ſunt inquirenda ut imitari poſſimus
quæ fuerint laudanda. Deniq; admonent nos ut qui alios iudicamus Ita præſtare ſe quiſ-
q; debeat ut alterius Cenſuram non cogamus expaueſcere. Et plane illa eiuſmodi omnia
erant ut cum nec epiſtolæ nec orationes ſint: nullum locum accõmodatius inuenerint q̃
illic locari ubi ſi quibus uiribus pollerent ea inter philoſophica monimenta conquireren
tur. Sic caput illud exterius exactiſſime compoſitum iam & loquitur & olſacit & uidet &
audit & ratione & ſenſu omni ex parte perfruitur. Agunt ſe non minus LACERTI & pe-
ctus totumq; corpus exercent. Et eſt in illis uigor:certa & ratione trahuntur Q uæ eni ſtu
dii initio habita primum ſibi locum uindicat:quod de diſciplinis omnibus: unde ad cæ-
tera diuina & humana aditus eſt:loquitur: & cũcta rerum primordia perquirit & comple
ctitur. Mox ſequitur Cinericia:Inde de ſpiritu ſancto:ac deinde de Circunciſiõe. Tum de
ſancto Stephano. De Aquinate. Et poſtremo loco Ratiſponæ Germani in Turcos incen-
dũtur. Tanq̃ haud bene percipere poſſit & cõtemplari diuina quicquid ipſe ſit primo ex
Cinericia non intelligant. Et Circũciſionem uix deguſtet cui ſpũs ſanctus archana nõ re
pandat. Stephanus uero & Thomas tempora ſua ſecuti myſticis dei conceſſere:ubi Ratiſ
poneñ forſan eloquentia non inferior ultimam nacta ſedem inditio eſt: quando omnis
Chriſtiana diſciplina eo tendit ut impugnare nefarios fidei hoſtes. Imperium & chriſti ĩ
terris fidem atq; ſplendorem non modo tueri & propugnare uerum etiam propagare &
late diffundere debeamus:cuncta loco ſuo conſediſſe. Inter funebres quæ Pii eſt põtificia
dignitate prelata. Nelli & parentis:temporum ratione & ſplendore dicẽdi Saxoferrateñ
anteceſſere. Vrbinatis quæ melle eloquentiæ omnium ingenioſiſſima cuncta concludat
& tanq̃ nouiſſimo quod obſeruãt pictores perluſtrata ſint omnia ſandaraco:poſita eſt ul-
tima. Et habet natura hoc ut ſiniſtra manus lenior ſit Et in fœminis maiore gẽmarũ ſplẽ
dore condecorata. Solaq; ipſa manus eſt quæ ad demulcendum & leuiſſimum tactum ſit
accõmodata. Omnis duri laboris immunitate donata. Quæ omnia in illa oratiõe utpo-
te in læui brachii manu uidẽtur eſſe collata. CORPVS ipſum & ſpirituum omnium offi-
cina: ſuas quoq; rationes complexum nouem librorum uiſum eſt numerum exigere ut
cum ſuis potioribus uiſceribus Corde: Iecinore. Pulmone. Liene. Chriſte. Aqualiculo.
Diaphragmate. Collo. & Recto inteſtino cerneretur numerum æquaſſe. In quibus haud
contenderim ſuo quemq; libro pro tempore collocaſſe. Nam id nec expedit admodum
lecturis:nec uis mihi uidetur humana quæ hoc potuiſſet In tãta temporum atq; hominũ
quibus ſcriberentur confuſione præſtare. Cæterum ſuam quãq; partem unuſquiſq; liber
ex uiſceribus omnibus rite uiſus eſt ſi modo æquiores cẽſores eſſe uoluerimus reſpexiſſe.
In primo quæ ponerentur libro tanq̃ in ipſo corde uiſcerum omnium principe illuſtrio-
res quaſdam. atq; longiores decerpſi hac uel una ratiõe q͏̃ multarum rerum & ciuitatum
notitiam afferentes toto haud expediebat quanq̃ ne hoc ſemper admodum curaui euol
uerentur uolumine. Secundus quas in gymnaſiis ſcripſit habet epiſtolas: breues quidem
& maiore fortaſſe elegantia præditas. Tertii libri epiſtolæ permixtæ ſunt. Q uarto hæ
ferme quæ eum primo ſecutus curiam continentur. Q uintum librum curiales omnes
ſortite Sextus ex Germania totus. Septimus in Tudertinis. Octaui Fulginatenſes. No-
nus laxato totius corporis iteſtino quodam anteactæ uite fœlicitatis profluuio fœda ca
lamitate conſperſus infauſti deplorat fata Tiferni. Et nouem ſunt muſæ q̃bus libri æquã-
di fuere. Et mari nonus Veterum de more qui fuit fœminis octauus dies luſtricus erat: ut
ſeu ipſum epiſtolare officium in corpore requiras:ſeu eloquentiam cum muſis conferas
ſeu editionis

ſeu editionis rationem ſpectes par fuerit in nouem libros cuncta digeſſiſſe. Accedit quo-
niam poſt illam Alień pugnam poſtriduanus qui nonus eſt dies infauſtus ſemper fuit at-
q; ocioſus. Vnde miſerabilis illa apud Tyſernates incurſa calamitas nonum libris nume-
rum qui flætib' & meſticia poene eſt plenus uideatur efflagitaſſe. Hiſtoria ſex libris ab il-
lo deſtincta nihil diſceptationis noſtræ admittit cum tamen & cruribus ſit humanis a me
(quæ de Brachiis nomen habet) non inepte fortaſſe comparata. Nam & totidem CRV-
RA partes habent & Brachii fortuna ut eſt principium omnium flexibunda i animi ma-
gnitudie ſurrexit ualidior & ad ſummam pulchritudinem & maieſtatem euecta ſempe r
donec orientia maiora fortunatioris diui Sforcia nati poplites ſuccidere numina. In PE-
DIBVS quoq; ſua trutina adhibita: & qui pedibus conſtant carmine pedes octo deſticta
libris popoſcere. Nam errat uagaturq; per omnia Calliope ut cum celſa ſit illa arce ſita to
tiq; uolumini præſideat nullius ptis pcipuā curā uindicaſſe ſibi uideat: ſublimis & incly-
ta Regina Vnde octo reliquæ deæ carmina ſecum partitæ reſtim ductantes mediam illā
uidentur ingenti tripudio & feſtiuiſſima corona cinxiſſe. Et in pede tot partes ſunt quo-
quo quot bis collatæ eūdem ſibi librorum numerum peperere: quibus ſi unuſquiſq; liber
paulo acuratius excutiatur quanq̄ non admodum ſeruata ſint ſed nec contempta ſemper
tempora ſubito liquebit cūcta cōuenire. Primi namq; duo Peruſiæ amores cecinere Ter-
tius Idemq; quartus Pio. Quintus Q uod & Sextus Papień. plurimum applauſere. Septi-
mus petit germanos. Vltimo remeat i quos facetiſſima epigrammata riſu & incredibili
feſtiuitate paſſim compleuere. Sic ſingula Campani opera ſuum nacta i uolumie locum
& Campanam & hominem: immo hominem campanam pulſantem efficiunt noua ſpe-
cie mirandum ut exactioribus rationibus nec excuſſiori dimenſione uideantur edi: publi
cari i in manus litteratorum tradi potuiſſe Noſtra quædam auſpicamenta & epigrāmata
paſſim deſeminata Ipſa quoq; illius uita apposita quorum nulla eſt reddenda ratio cū ita
adhibita ſint ut latus clauſura tamen & a fœdo ſeruatura contactu calcandi pedibus ſicciſ
ſimi marginis & aridi limitis ad uernantem pratum & ſemper amœnum uicem exhibeāt
Vna tua ad me epiſtola primo in folio tanq̄ fauſtiſſimum huius litterarii triumphi uexil-
lum in principiis eſt conſtituta ut illa opera cuncta prælustraret cuius hortatu uirtute &
reuerentia in lucem eſſent uindicata Cui litterati omnes: non dubito: ſui elegātia: tui ſtu-
dio: tanti fructus quem peperit recordatione chariſſima certatim iungent oſcula. Nam q̄
q̄ deuotioni induſſimus in patres noſtræ ut ſecreta illis aſcripta ſint ſingula quæq; ope-
ra. Tu tamen huius tam mirifici laboris & tam glorioſiſſimi facinoris auctor unicus meri
tus es ut honos tibi totus daretur. Et quæq; fuerit apud ſtudioſos hinc eruditio & hauſta
eloquētia tibi æuo ſempiterno habeat accepta. Vos maledici q ipſi non magno parcitis
Ioui: quorum ſuffuſa ueneno lingua atrociſſima triſti conficit omnia tabe. Si ueſtra i me
maliuolentia Campano detrahere ſtudebitis. nequiſſimi eſtis: ſi nō aliis meritis quæ nul
la eſſe fateor huic ſaltem tam maximo labori quo poene obrutus ſum pro ueſtra utilitate:
honorē: gratia ſuſcepto ignoſcite. Nam teſtor immortalem deum nemo tam factus tāq̄
ſtudioſus fuit qui uel a me rogatus i credo preſtolantes meum aliquod inſigne erratum
in quo mecum cauillarentur uoluptatemq; ſibi mirificam parabant: auxilii quippiam uo-
luit uel momēto afferre: ut mea hæc unius impenſa: meus hic unius labor apud uos non
odium quidem & iniuriam ſed beniuolentiam debuerit uel ab immaniſſimis promeruiſ
ſe. Si uero dente canino Campanum laceſcere nulla mea iniuria. Sed quod ipſi i llo preſtā
tiores uos ipſos habetis: audatia ueſtra eſt niſi magis temeritas & petulantia immo & in-
ſania maxima. Nam fatentur eruditi omnes (ego enim quæ a me in hunc dicta ſūt ex alie-
nis iuditiis: qui nō ſum tam peritus cenſor protuli) omnes ætates parem huic quemq̄ nō
progenuiſſe. Maxima quidem & celeberrima erit ueſtra tunc ingenii gloria cum Campa
no aſſequemini (ſed quando) pares prædicari. Quod ſi neq; ulla in me maliuolētia i neq;
ingenii æmulatione ſed uanitate quadam ueſtra & inuidia carpere Campanum uolueri-
tis: perfidiſſimi: imaniſſimi eſtis & ſceleſtiſſimi: qui Campanum uirum tantum oratorum
principem: philoſophum acerrimum: poetam clariſſimum laceratis. Sed exi Campane tā
dem. Nulla tam grandis tempeſtas & horrida tonat grando quam pulſata tua non diſci
pet Campana In ſumma iam ede ſonum æthera: horum perditam frange audaciam. Obi
intrepide atq; animo forti pulcherrimum certamen In nugaces iſtos uiros alienis q accu
ſationibus famam ſibi aucupantur & ex uanitate atq; perfidia ſua ſibi lauream quærunt te
trāſſerunt te legant uerſentq; manibus donec atra inuidia diſrumpantur.

Sic mea bis ternis conſtans campana ſub anſis
Perſecta ex omni parte ſonare poteſt.
Sic meus ex omni uir factus parte loquetur
Aetas quem poterit tollere nulla uetus.
Vos præcorio quiſquis:placidos aduertite ſenſus.
Spero præſum dixeris eſſe nihil.

Ruſus ad lectorem de bellis & editionis opportunitate

m

Irantur fortaſſe ueſtrum complures. Cur ita totus ubiq; exultē: gaudio tripudiis & cantu cuncta permiſceam. Et fortaſſe uanitatem quandam in ſumma lætandi neceſſitate accuſant. Videor ego rem mihi lectores tanta laude dignam & gloria tandem confeciſſe ut ſocordiſſimi haberi me poſſe ingenii cenſeā niſi in tanta rei ſublimitate & excellentia plauſu totus & feſtiuitate efferar. Nec alia fuit olim decernendi triumphi his qui præclare bellum confeciſſent aut cum hoſte cum gloria conflixiſſent q̄ ut grauiſſimos labores ꝑpeſſos in prouinciis gerendis publica exultatione demulcerent. Et omnem contractam anguſtiam effuſiſſimo gaudio rebus bene geſtis aliquando diluendam oſtenderēt. Pugnaui ego quoq; acerrime contra Barbaros & tandem illis eiectis: rem latinam non modo ſum ſtrenue tutatus ſed ampliſſimam prouinciam hanc cum laude illius ditioni & imperio adieci: ex qua & non uulgaris mihi debetur triumphus & ſi ueſtra aut deſidia aut inuidia recuſat ego illum iure meo ſpectatiſſimum honeſtiſſime poſſum uindicare. Sed o utinam aduerſus Barbaros ſoli mihi pugnandum fuiſſet: neq; tantam grandinem montana illa nubes in Italiam hoc anno effudiſſet. Horret meminiſſe animus. Et neſcio quō tantis rebus poſteri fidem poterunt adhibere. Quæ olim geſta legimus ſcribentium ſtudio euecta fuiſſe ſemper antea exiſtimaui: Faciunt huius anni facta ut illa ſama ſua multo maiora credam extitiſſe. Aut ita ſupero ſtatuiſſe ut qui litterarum gloria poteramus cum priſcis contendere bellorum etiam magnitudine & rerum maximarum admiratione inferiores non inueniremur fuiſſe. Et qui inſignis & memorandus litterarum propagatione huius noſtri Campani editione futurus eſſet annus: bellicis quoq; tumultibus & armorū fremitu in aures poſterorum poſſet perſonare. Nam cum Carolus rex frācorum mortuo Ferdinando animum ad regnum Neapolitanum quod ad ſe ſpectare de uetere cōtrouerſia prætendit recuperandum applicuiſſet. Neq; impetrare ab pontifice noſtro Alexan. vi. Max. potuiſſet: quo minus Alfonſum regni corona donaret: armis ius ſuum uindicare ſtatuit. Ita ſolicitato principe noſtro Mediolaneñ. illum me tranſitu per inſubres prohiberet. Circiter triginta milium hominum exercitu contracto. Colūnenſibus cæteriſq; eius factionis uiris potentiſſimis ſua ſtipendia ſecutis: uulgata opinione φ regnum hoc acquiſiturus eſſe quo ſibi in Turcas facilior ac tutior expedito foret in Italiam īcredibili & Phanatico quodam populorum omnium ſtudio cum principe Salerni apud illum exilium degente peruenit. Et de belli ſumma longo in Aſteñ. ciuitate conſilio habito cum iam tepuiſſe tam feruida cepta autumnarent. Iamq; in Gallos carmina circunferentur In ſorliuienſes primo ubi Florentinorum & Alfonſi Duce Calabrie Ferdinādo imperatore copie opperiri illum uidebantur. Mox in Ceſenatenſes mira celeritate contendit. Et paucis tandem non multo tempore cōmiſſis præliis: nonnullis oppidis direptis incenſiſq; Florentinis imperata facere non renuentibus Piſanis in poteſtatem acceptis & libertati redditis tanq̄ ſubitum fulgur & in Latium expugnatis Viterbienſibus penetrauit. Circū mœnia urbis intra quæ Ferdinandus Proſpero Columna in re bellica ſumme auctoritatis uiro ab pontifice ad occurrendum furori exercituum in Vaticano retento ſe receperat aliq̄diu ſub ipſo natalis domini. M.cccc.xcv. die demoratus tandem Primo ipſius anni die & hora in uigilia circumciſionis ſolo Aſcanio ex patribus omnibus comitante Romam per Fluentanam cum exercitu ingreſſus eſt. Vbi circiter menſem rebus deliberandis: obedientie pontifici exhibende: Luſtrandis diuorum penetralibus. Immoratus ſub ipſis deniq; Februariis kalēdas abducto magni Turci fratre q apud pōtificē obſeruabat. Valentino Car. obſidi: eq mox ex Veliternis remigrauit Neapolitañ. expeditionē magno aīo ꝓmiſſis copiis mira celeritate obiuit. Atq; ita ſupatis inacceſſis mōtibus: expugnatis munitiſſimis arcib⁹. Sctō Germāo in ptātē redacto: dedēte ſe Caietano populo: Auerſa: Capua

imperata

Imperata faciēte ad ipſa Neap olis menia quintodecimo exquo urbe mouerat ſe oſten-
dit die. In quæ cum Ferdinādus rex a patre iam pridem qui regno odio populorum exceſ
ſerat dictus recurreret Neq; a ciuibus admitteretur cum exercitu:ne una Gallis predā irent
deſperatis rebus:precioſis abductis rebus omnibus:reliquis īcenſis in arce ſe recepit. Quas
cum acrius Galli obſidione premerent non ſiſus germanicis cum Hiſpano tumultuantib⁹
cuſtodibus claſſe Aenaria inſula quæ fide ſingulari nunq̄ Gallum admiſit petita non multa
oppugnanõe deſtituit. Quod cetere totius regni arces partim Aragoneñ odio ptim timo
re Gallorum ſecute in fidem Caroli ne ipſo quidem expectato nuncio certati ſe dedidere
ut tunc auditum ſit totum regnum occupaſſe cum uix illud attigeſ potuiſſe arbitraremur.
Hic paucis diebus urbi componende oppidorum:ciuitatum preſectis dicundis i magiſtra
tibus decemendis:uectigalibus recenſendis:etiam aliquot celebratis ludis & Veneri ope
ram data ubi quieuit Carolus impiger ut qui in celeritate uictoriam preter Gallorum mo
rem conſtare duceret:ſpe totius Italiæ potiunde concepta:ratus ſi Mediolanū oppreſſiſſet
facile relique Italiæ imperio ſe potiturum ſubito ardore contra principem noſtrum quem
iam implicitum bello Aſteñ. aduerſus Aurelieñ. ducem cognoſcebat cure Salernitani Nea
poli rēlicta regreſſus:Per abſentiam pontificis qui peruſiam conceſſerat illius colloquio nō
impetrato in Parmenſes uſq; ex itinere Tuſculanis direptis ſub ipſis Septembris calendis
peruenit ubi coactis Mediolaneñ. & Venetorum copiis in prælium conſertis manibus bi-
ptito exercitu deſcendens cruentiſſima utrinq; pugna ad forum nouum in Tarriglera con
flixit. Qua pugna uix euadens humanitate Italorum ſuis in Aſteñ. ſe egre difficulterq; con
iunxit. Quo cum copie quoq; noſtre ſe contuliſſent & illi pro defendenda Nouaria quæ
ad illos maiori ſpe q̄ ſucceſſu fide defecerat:noſtri pro recuperanda ea urbe acerrime inſta-
rent:ubi aliquot conſumpti ſunt menſes tandem fedus rex & dux famæ Nouaria confecta
equiſſimis conditionibus percuſſere. Vt quāq̄ & Ferdinandus interea regnum totum ſo-
lis prope arcibus Neapolitanis Salernitano incluſo Gallorum nomen ſeruantibus:quæ
quoq; dedendi tempus ſciuerunt:in fidem rurſus recepent. Et Carolus trans montes in ſuā
Galliam ſoluto exercitu tam ſecundis bellis in uentum abeuntibus:ferre ſe fetatur. Totaq;
Italia iam iam gallorum excurſionibus & impetu liberatum iri uideanit. Non poſſimus ta
men non tantorum malorum augeri recordatione. Et ſi cuncta cum temporum breuitate:
Itineris longitudine:hyemis difficultate conſerantur. Vix ipſi qui interfuimus poterimus
tam exiguo temporis ſpatio attonita adeo tota Italia fieri potuiſſe credere. At mirum eſt
quomodo fata tulerint ut meus hoc anno & his ipſis in lucem diebus Campanus exiret ut
credas aut & hæc minime ſydera curare aut in uita non ſemper oportere certam rationem
& conſilium rebus omnibus exquirere cum ſe multa ultro ſic offerāt in quibus non maio
rem opportūitatem uel diuturna deliberatione potuiſſes deſyderare. Nam cum preſſerint
patriam ſuam immaniſſimi barbari uir qui acerrimus barbarorum hoſtis fuerat:ubi illi ex-
ceſſerunt:& licuit iugum excutere uiſus eſt ceruicem in plauſum & iocundiſſimos cantus
erigere. Et pro percuſſo ſaluberrimo ab pncipe meo ſedere pulſandam campanam ad ce-
lebritatem feſtum decus & gloriam Excellentiſſimi ducis noſtri Ludouici meis auſpiciis
& uirgini auxiliari per populos per urbes extuliſſe. Vos ergo omnes litterati plaudite me-
cum:& leticiam pro tanto. Numine partaq; tandem uobis quiete feſtiuiſſima campana
exhibete.

Serta Iam tandem populi per urbes
Ponite & portis hederas uirentes
Floribus conſpargite cuncta letus
Edite cantus.
Litteraṫ concelebrate feſta
Plaudite & ſolemnis eat beata
Hec dies qua tam radiauit amplum
Lumen in orbe
Ecce Campanus Latii decus qui
Eloqui tot diluit per annos
Extulit ſublime caput ſub axem
Munere noſtro.
Eruditi omnes iubilate:nam quid
Maius ætates genuere nunq̄
Vnus hic omnes quatiens ſe in arce
Ipſe locauit.

Vnus inter philoſophos coronam
Rettulit dicendo fuit nec ullus,
Altius qui ſurgeret. aut Ducum qui
Prælia ſcripſit.
Quid poli toto potuere mundo
Edere hoc illuſtrius: hic in omni
Summa ſcribendi genere obtinebat
Culmina ſolus.
Liquite o meſte tumulum Camenæ
Puluis illic exiguus: per omnem
Splendidus nr̃a ille ope poſt tot annos
Euolat orbem.
Principum aulis pontificũq; uiuet
Sempiterno non periturus æuo
Factus immortalis obibat ille
Qui prope totus.
At precor Campane nihil querare:
Ne ue ſuccenſe mihi q̃ minore
Exeas q̃ par fuit e tenebris
Conſitus arte.
Plus habes q̃ iam potuere uires
Et quod e tanta tibi nemo turba
Solius uirtutis ego peregi
Captus amore.

Viue Campane.

MICHAELIS FERNI MEDIOLANEN. IN IO. ANT. CAMPANI VIRI VIRTVTE ILLVSTRIS POETAE ET ORATORIS CLARISSIMI A SE EDITAM VITAM .:.

.:. PRAEFATIO .:.

q VAM magna potens & ſublimis uirtutis ſit gloria facile oſtēdit quod illius laudes ꝓconiūq; nulli hominum unꝙ recuſauere. Et quo quiſq; præſtantior inter mortales & uirtute ipſa ornatior ſe ꝓſtitit eo plures ad illius geſta:dicta:ſcripta celebranda acceſſere. Hinc uir ille ꝓclarus Plutarchus uiroꝝ illuſtrium uitas quæ memoriæ digniores uidentur perſcribēdas ſibi delegit:uirtuti illoꝝ uberrimum ꝓmium daturus: ſi æternitate ſuis ſcriptis donarent. Noſtri poſtea in latinam orationem illas uertere. Eo omnes certe conſilio:quoniā intelligerēt illoꝝ exemplo reliquos ad uirtutem capeſcēdam excitatum iri. Sic nullam ætatem futuram eſſe: quā uiri æternitate ob ꝓclaras res domi:militiæ:pace:bello geſtas digni non illuſtrarent. Inter quas quoniā Plutarchus ille plus rei bellicæ & militaribus uiris indulſiſſe uidebatur. Varrinus uir unus mea ſententia in hac noſtra facultate doctiſſimus Platonis & Ariſtotelis ex integro conditas ad calcem uidetur locaſſe. Ne nobis uiri quoq; diſciplinis illuſtres: quādo aliena uita nobis perhibetur eſſe magiſtra deeſſent. Quoꝝ contemplatione nos quoq; ad philoſophiā & bonaꝝ litteraꝝ ſtudia erigeremur:erecti incenderemur: incenſi proficeremus:proficientes laudari ipſi aliquādo & uirtutis lauream geſtare pariter promeremur. Illius ego exemplo uideor operæ pretium facturus:cū in lucem Campani opera tanto labore uendicarim:hoc quoq; ſi tam probatiſſimo ſudori accedat:ut illius uitam tradam poſteritati:Res certe ingenio maior meo. Sed quā mea in illius uirtutem pietas nō ſinit me refugere:tanto ampliorem conſecuturum laudem:quanto imbecillior animo uaſtiori pro uirtutis preconio prouinciam grauiſſimam non expauero obire.

IO. ANT. CAMPANI VIRI VIRTVTE ILLVSTRIS POETAE ET ORATORIS CLARISSIMI. PER MICHAELEM FERNVM MEDIOLANEN.

VITA.

i Oanneſantonius Campanus ꝙ Campania oriundus eſſet cognominatus:Cauellis pago perobſcuro nō longe a Gallucio Capuani agri oppido parentib' ignobiliſſimis ortus:patrem trimus amiſit:matre quoq; haud ita multo poſt orbatus:propinquorum curæq; materteræ magno a parentibus ſtudio relictus:cuſtodire oues puer in paſcuis cæteraq; utiliſſima ruſticana miniſteria ꝗ diu obire præ paupertate coactus eſt. Inde ſicut uirtutis futuræ ſigna, nōnunꝗ mirifica in pueris elucent:qm̄ futuræ magnitudinis cōplura preſagia parentes obſeruaſſent & carmina iam illū latina cum nondum litteras noſce poſſet:prima inter infantiæ balbutimenta puerileſq; inter cantilenas nōnulli miraculi modo exprimere audiuiſſent:& magna illum teneri litteraꝝ delectatione ꝓpenderent:ſpe ingenti auguſtioris fortunæ elati:cū facultates non paterent ut ille domeſtica impenſa litteris dare operā poſſet Galluciū ad ſacerdotem paternū amicum erudiendū ſimul:ſimul ut illi in domeſticos uſus deſeruiret:cum primum per ætatē licuit detulerunt. Sacerdos liberali agnito pueri ingenio:manſuetudine ſimul deuictus:& humanitate:illiuſq; in ſe obſeruantia:nō uulgari eum cœpit amore complecti. Ita ubi profeciſſe ſecū illū plus ꝗ ſuæ eſſet facultatis: & ætas ꝓſtare poſſe crederetur ratus impiū eſſe immane & nefariū ſcelus omnē tantæ indoli opem non afferre. Neapolim illum:ne quid ſtudia litteraꝝ intermitteret ꝓducere conſtituit. Et quod conſtituit uir bonus Cardo tantæ uirtutis:& auctor unus effecit. Forte Carolus uir quidā apprime nobilis & ex Neapolitanis primoribus duos tunc habuit filios quibus pædagogū uita & litteris ſpectatū domi inducere cupiebat. Ioanneſantonius puerū uix egreſſus ubi primum Neapolim peruenit ingenii pericula quanta natura ſponte ſubmittebat:ullus adhuc præceptor non tradiderat:inter æquales edere cœpit. Quibus cū admirationi omnibus foret Carolo indicatus ſtatim apud illum honeſtis conditionibus ſuſceptus eſt. Per id tēpus Laurentius Valla uir in litteris clariſſimus Neapoli publice profitebat. Hunc ſummo ſtudio Io. Ant. audiuit. Non ille urbe uagus fora:ludos: & cætera quibus ea ætas plurimū capitur:ſæpe corrumpitur:conſecutus. Litteris dies:litteris noctes incūbebat: tanto ardore ut quanto æquales poſt ſe interuallo reliquiſſet: tantum par Vallæ iam uel in prima lanugine a pleriſq; factus haberetur. Acerrimæ ſæpe diſertationes: Ingenium lubricum &

ſubtile: uiuaxq; & diuina prope memoria eo Vallam ſæpe compulit: ut cogi ſe uni huic poſt tot hominum milia quibuſcunq; diſputandum fuerat palmam permittere fateretur. huius laudabat palam admirabile ingenium:& pluſq; humanā tam breui temporis curriculo indeptam doctrinam: hunc quotiens ſermo incidiſſet amplius laudibus inter litteratorum coetus in coelum ferebat. ciuitas hūc tota ſuſpiciebat. Et luſtrico iam abſoleſcente famæ celebritate nomine. Campanus: ſicut ſumma quæq; & clariſſima ingenia natiōis ſuæ nomen ad gloriam peculiarem ſibi uendicare: de patrii ſoli nomine nuncupatus in omnium ore uerſabatur. Palmariumq; ſolus litterarum ea in urbe prætendebat. Sublime & excelſum ingenium cui ex humili ſtirpe nato nihil niſi præclarum & illuſtre animo conſidebat: itatus miſerrimam ſemper extitiſſe Grammatices profeſſorū conditionē: ut aliquādo ad uberiora ſtudia ſe transferret. Legibus operam dare decreuit: quibus nō tam maximas poſſe conflare opes ſperabat: & genti ſuæ lucem aliquam inferre: q̄ ut inde maximorum Principum aulas maiore legum plauſu & ornamento poſſet frequentare: & ad faſtigium aliqd̄ dignitatis aliqn̄ puadere. Ita imbutis iam ſexennio Caroli bonis litteris filiis abeundi poteſtate impetrata ad ſuos reuerſus: cum propinqui illi moleſti eſſe nō deſinerent utq; uxorem duceret enixe obteſtarentur: breui commoratus: comparatis quæ neceſſaria: cum itineri: tum ipſi ſtudio uiderentur rebus omnibus: Cum fratre unico Senam ubi legū gymnaſia celeberrima extare audierat petere eſt aggreſſus. Alfonſus contracto ingenti in Senenſes Hetruſco bello quod aduerſus Florentinos geſtum fuerat odio: magnis tunc forte copiis illos inuaſerat: Totaq; Hetruria: ut ſunt quælibet loca belli tempore ad arma excitata: latronibus infeſſa erat. Securus Campanus. & nihil totus ad muſas productus: hoſtile in ſe cogitans Iam in agrum Senenſem penetrarat cum adoriuntur illum de improuiſo in Orcea ualle latrones impetūq; furentes in eum faciunt. Exanimatus ille ſubito pauore cum germano chariſſimo diuerſa tendens in fugam effuſiſſimam ſe dedit. Quaq; expeditius euaderet terga hoſte premente equo reſiliens ueſtibus etiam deiectis per deuia rupibus præcipitem ſe ægit. Latrones præda potiti haud ultra illum inſecuti ſunt. Conuento multo demum de ſummis montium uerticibus clamore frē eandem quoq; fortunam paſſo ſpe Senæ petendæ ſublata in proximam ciuitatem Peruſiam: ſtudiorū altricē nuda duo corpora deflexere. Peruſiæ Nicolaus Sulmonen̄. protomedicus regius Miles & in philoſophia præſtantiſſimus publico aureum mille nūmum ſtipēdio medicinam profitebatur. Huic non mediocri familiaritate ut ſemper uirtus aditum ſibi apud eruditiſſimum quēq; patefacit Neapoli Campanus notus fuerat: Itaq; ad illum recta contendit. Miſeratus caſum Sulmontinus ueſtē præcurtam: eamq; pertritam: calceos: apicem: reliquaq; indumenta per q̄ benigne pro fortuna largitus eſt: Coepit tum Campanus obire gymnaſium: & cuncta ſubodorare. Ad auditorium Guidi grammatici prouectus illius demiratus in tanta urbe minimam eruditionem: quo tamen eum ſibi infeſto tempore amicum pareret: elegia illum laudauit. Carpere Guidus carmina inſolentius. Quod ubi reſciuit Campanus iam palam facere illius ignorantiam: quando ille irritaſſet annixus. Dictaq; cæteris ſcolaſticis hora eaſdem lectiones: quas ille: legere publice aggreſſus eſt. Guidus doctrina Campani & eloquentia perterritus haud amplius legere publice auſus. It ſubito per urbem Campani fama: eum uidere: eum alloqui omnes geſtiunt. Ille humanitate & comitate incredibili omnibus ſe permittere: unūquenq; docere: inſtituere. Hoc legente reliqua figebāt ſubſellia: omnis ad hunc concurſus: huius legendi maieſtatem: cum doctrina: ualidum latus: uocemq; demirabantur: & obſtupeſcebant. Iam non ille uir mortalis creditus: nouumq; & incognitum coelo delapſum numen cenſum: hunc in prandia: hunc in coenas cuncti deuocabant: Multi illi hoſpitium exhibebant: rogabant: obteſtabantur. Ille cunctari urbemq; parumper explorare decernebant. Deniq; cum multis iam precibus defatigaſſet Anthonius quidam ſacerdos priſtine preſbyteri in ſe charitatis memor erudiendi nepotis cōditionem non aſpernari conſtituit. Inde quotiam audiebat Criſpolitorum familiam opibus & nobilitate inſignem precibus Io. Baptiſtæ eius qui nunc eſt canonicus baſilicæ Diui Petri uiri optimi: & non uulgariter eruditi ſollicitatus iam animo agebat apud eum conſiſtere: cum Nelius Balionus uir maximæ in ea urbe auctoritatis: & primarius: ad ſe illum uixdum uigeſimum apud ſacerdotem agentem diem illius fama permotus: maximis conditionibus Nicolao ex Pandulfo nepotulo ſuo doctorem acciuit. Dictum ex templo illi ex publico centum aureum nummum publice profitenti ſtipendium: Soluſq; Cāpanus in ſe oculos totius ciuitatis uerterat. Ille quo maius de ſe periculū faceret: & ſuapte natura glorioſus ampliorem gloriam ſibi compareret: Totumq; quantus eſſet populo ſe proderet orationem poſtero anno initio ſtudii habere conſtituit. Fama totam Vrbem

eo die conciuerat. Et alterum Ciceronē. Alterum Hortenſium audituri uiri quiq; doctiſſi-
mi: ſeu illi liberalibus ſtudiis uacarēt: ſeu legibus: ſeu artibus & medicæ notioni: ſeu philo
ſophiæ: etiam armis & bello uacarent: ad illum conuenerant. Ille orſus a Grammatica inde
per ſingulas ſcientias peruectus tanta facundia, tanta dignitate & memoria. Inuentores ſci
entiarum & qua quiſq; claruiſſet: quid unaquaq; utilitatis afferat ad horas tres explicauit:
ut integro triduo aliud q̃ de oratione illa urbs tota Peruſina non locuta ſit. Digitis illum ſi
bi inuicem lenis ſub murmuraminibus indicabant: & nemo erat qui Campanum nō cole
ret: non obſeruaret: q̃ quiſq; poterat munera dabat. Ad fœlicitatēq; ſibi deputabat cui illi⁹
ſibi amore deuinciēdi beneficiaq; cōferēdi occaſio ſeſe offerebat. Hac igitur tāta Nelli to
tiuſq; in ſe populi beniuolentia & hoc ſtudio iam deniq; Campanus quid in omnē fortu-
nam ꝑſtaret uirtus cœpit intelligere: qua inops miſerq; quod ſuſtuliſſent Predones īmani
ter: tāta charitate apud populum bello & litteris glorioſiſſimū unico ipſius uirtutis ꝑſidio
longe cumulatius reciperet. Itaq; quando res bene his ſtudiis ueniſſet illis totū ſe permit-
tere cogitans litteras quas hactenus nō pertētarat græcas: q lucem permagnā afferri inde
uiro latino perſpiceret addiſcere animo ꝑpoſuit. Et cū Peruſiæ uir eruditus nemo eſſet iam
Patauium traiicere conſiliū inibat: cū Demetrius quidam e media Græcia uir ſpectatus do
ctuſq;: & quod illi maxime ſemp placuit Achademicus Peruſiam forte appulit. Hunc cōſe-
ſtim in domū herilem ſuſcepit: græcūq; doceri cœptus mirum q̃ breui doctiſſimus euaſit.
Nec his cōtentus diſciplinis conſuetudine Sulmonēſis philoſophi acerrimi illectatus: de-
guſtata quantū ad nitorem liberalium ſtudioꝝ & oratoris perfectionem neceſſe arbitrare-
tur iuris cognitione: ad mathematicos & philoſophiam totū ſe tranſtulit. Dialecticos no-
uit quidē uſus Herculano ꝑceptore. Contempſit q ſemp magnificæuit qui intelligeret re
cludere eo modo inter arguēdum oculos expedire: illi tamē ad contētioſas cauillationes
ſuperuacaneū inſudare. Ita beinniū ſub Sulmōtino: cū interea ipſe & publice legeret: & hi
ſtoriam atq; alia cōplura uolumina conſcriberet philoſophiæ operam nauans tantū profe
cit: ut Sulmontinū ſæpe inclamaſſe conſtet: unū a natura proditū Campanū eſſe: cuius in-
genium: & capere omnes diſciplinas poſſet: & in ſingulis mortalibus reliquis præcellere.
Hortatuſq; iuuenem ad ſtudia mirificis illū ſemper laudibus proſecutus eſt. Per hæc tem
pora pater Archiepi Beneuentani præſidiis Peruſini mortem obiit. Is exequiis peragendis
quanta maxima poſſet pro pietate & dignitate pompa intentus: non modicum ad ſolem-
nitatem: & funeralium decus & ornamentum conferre Campani eloquentiam ratus: illi
funebris commēdationis munus detulit: in quo parētem diis proximum: adeo uis eſt elo
quentiæ potens: dotibus animi: fortunis: & mortis genere eſſe demonſtrauit. Magna me
ſemper admiratio detinuit. Quæ nam tanta fuerit antiquis illis patribus ingenii poteſtas
& laborum patientia ut cum maximis traherent publicis negociis ea tamē ediderint mo-
numenta quibus duas tu uix ſuffeciſſe uitas: nedum unam ipſamq; multarum rerum curis
diſtentam plane exiſtimans. Excuſſit mihi hanc admirationem Campanus paucos qui im
moratus Peruſiæ annos: græcarum litterarū iuris ciuilis. Dialectices i philoſophiæ ſtudiis
crebris orandi muneribus: aſſidua publicæ lectionis & priuatæ cura interpellatus tantum
unicuiq; rei operæ impenderit: ut cum præſtitiſſe ſingula illa quidem luculentiſſime cer-
natur: opera etiam præſtantiſſima de moribus: & in philoſophia: libros hiſtoriarum: elegos
innumeros edere potuerit. Homo ad negocia ad utilitatem humanam natus: ſtomacha-
tus non modicum cum plurimorum eius ætatis: cum hominum cæterorum: tum Regum
impudentia. Quippe q præclariſſimis affecti illi quidem beneficiis: omnem beneficioꝝ
memoriam per ſummam ingratitudinem abieciſſent. Cernēs philoſophorum græcorum
ſeu latinorum nullum adhuc eius deteſtandi criminis opus confeciſſe: aliquid ſcribere ipſe
ſtatuit: unde ſibi immortalitatem acquireret: cæteris animantibus utilitatē conferret. Itaq;
ad Pandulfum Nelli filium qui ab ingratis male & ipſe aliquādo habitus eſſet: uirum mili
tiæ deditū quidē ſed ēt nō mediocriter in litteris ꝑditū de ingratitudine fugiēda opus cō
ſcripſit in quo ingratoꝝ genera cōplexus poſt longam diſertionem ingrati perfidiē omne
ſuperare criminum genus. Quin fomentum ꝑſtate malorumq; caput & fontem fecundiſſi
mum omnium eſſe tribus libris demonſtrauit. Poſtea ad hiſtoriam Brachii conſcribendā
multorum rogatibus: uniuſq; potiſſimum Petri Ioannis Biſocheti uiri Surianæ ſuæ horta-
tu: etiam ſtupore rerum a Brachio geſtarum Peruſiniq; ſplendoris: & gloriæ cupiditate ex-
citatus eam tanta cum dignitate & laude perfecit: quanta collata acie cum ueteribus decer
tare poſſit & uictoriam inde facillime reportare. In ſeceſſibus ille: in itinere: medias inter uo
luptates noui ſemper condebat aliquid. Ad Thraſimenum aliquando ſegreſſus ita eam la
cus oram perſcripſit luſtrare lacum: piſcari aucupari: ipſeq; adeſſe ad cuncta legendo uidea

re. Fuit illi in oratione quidē ſoluta facultas & gra tla ſicut nemo adhuc demirari deſinit ſū
ma qua plurimū ꝑ moribus & uitæ inſtituto i llect atus eſt. Veꝝ enimuero in carmine tantū
ꝓcellu t quæ mundū tantillus expreſſit: ut æt atum noſtraꝝ conſerantur illi adhuc nulli: ue
terum concedant permulti. Nec principū ull us fuit qui nō ad ſūmam ſibi gloriam deputa
rit: ſi huius amores carminibus celebrarentur. E am ob carminis gloriam Braccius ex Mala
teſta Nelli nepos: qui poſtea Pandu lfum conſangu ineū ſtudio partiū & īperandi cupidita
te internecauit: haud uulgariter uatibus in amoribus delectatus: celebrādæ Dianæ puellæ
ſuæ occaſionē nactus Cāpanū ſemp coluit: & ueneratus eſt: quod ipſe aliqn̄ ſic explicauit:

Maxima reſtabant tanta ꝑ munera reꝑ
  Vt dominæ faceret noīa clara ſuæ
Hæc igitur reputans alto correptus ab igne
  Ad uatum tandē Braccius arma fugit.

Erat Campanus omniū quos natura unq̄ in lucem edidit faceti ſſimus: ſtatura breuis: pin
guiculus: teretibus membris: Prælatis naribus: & ſub ſimo naſo: ocel lis abſtruſis: & intermi
cantibus: ſub mul to cilio: & ad aliquam notam hirſutulus. Alioquin to tus feſtiuus gratia
& dignitate ſpecta tus. Iocos ſeriis: ſeria iocularibus permiſcens & cuncta uenuſtate quadā
riſu & lepore perfundens. Qua genii benignitate a natura datum carmen facetiis & lepore
ſententiarum demulſit ſemper ut unus pierides omnes quod aiunt in poteſtate & manu in
tra digitos habuiſſe credatur. Extant itaq; de Diana cui uerum Margaritæ erat nomen ele
giæ quibus ſi auctoris nomen abſtuleris ſolius Naſonis eſſe decertes. Et cū hāc unius Brac
cii ſtudio celebrarit Surianam tamen ſuam Alfanam Syluiamq; ſuorum perinellorum ma
trē æſtiuis ſeceſſiōib⁹ ad Tybridis undas ita luſit: ut nihil ſeu ille caſus deploret ſuos: ſeu de
flæat amores: laudet: incendat: flammaſq; in puellam exerceat ad elegorū delinas illas de
ſiderari contingat Surianam puellarum Peruſinarum Petri Ioannis nuptam formoſiſſimā
ad carminis materiam ſibi ob mores ſpectatos: & formæ præſtantiam uiro ne eius quidem
inſcio lectam ita uir modeſtiſſimus deperiit: ut nihil ꝓter illius pudicitiam & honorem ma
gis concupiuerit. Quod his carminibus manifeſte docet.

At mihi qd deſit blāda & formoſa puella
  Inuenta eſt ipſo nec prohibente uiro.
Non ego furtiue depoſco mihi tpa noctis
  Si faueas oculis hoc ſatis eſſe poteſt
Purpureum capiant alii uiolare pudorem
  Seruata nobis integritate places.

Harum autem omniū puellarum amores ad Sigiſmundum ſimul cōplexus ſic explicauit.

Nos quoq; ſertiliter nr̄os deflæuim⁹ ignes
  Præbuerat primos ſyluia ligna foco
Alter ab hic creuit ſtipulis maiorib⁹ ardor
  Hei mihi nō habuit flāma ſecūda modū
Per miſeras inculta faces· Suriana medullas
  in cinerem potuit uertere quantus eram
Perq; meos etiam uerſus cantata Diana eſt
  Hic quoq; non fecit uulnera finxit amor.

His dum ſe ſtudiis diuina Campani uirtus exercet lumen uitæ ſiue ſtudiorumq; alimentū
extinctum eſt. Nellus herus ex humanis ſublatus eſt. Mortis tanti uiri utpote populi Peruſi
ni ꝑncipis auctoritate & opibus maximi Calixtus Pontifex tunc maximus certior facien
dus erat. Deligitur ad perferendas litteras Campanus. Tūc illi primū uidere Romam cōti
git. Vbi regreſſus comperit funeſtam nondū pompam eſſe peractā. Cōmendationis fune
bris illi defertur onus. hic & ſi anguſtia temporis premeret fœlicitate tamen ingenii mirifi
ca magno prouinciam animo aggreſſus orationem longe omnium quas unq̄ habuerit fa
cundiſſimam: per illius uitam: geſta: & præclaras uirtutes peruectus ampliſſima cum laude
& illius gloria ſempiterna habuit. Non multo poſt moritur Calixtus Piuſq; eius nomi
nis ſecundus ſufficitur. Aduolant tota primo Italia mox reliquo ex orbe de more ad obe
dientiam Principum Legati: Peruſini quoq; ſuam dicūt legationem. it Pandulfus ſecutus
hunc populi Peruſini ſecretarius maximus Campanus: Hic cum Immorari compluſculos
dies contigiſſet tantis rebus permotus Campanus appatatu urbis aduentantiumq; pom
pam: & ſplendorem Oratorum: & orandi fortunas: nam & illic fortuna īperium habet atq;
q̄ maximum. iam tunc neſcio quo fato Pii ſtudio celebrandi percitus conſcribere cœpit.
Quod & nos in Alexandro pontifice noſtro. vi. maximo. Vno omnium quos reliqua de
mirata ſunt ſæcula prudentiſſimo: fœliciſſimo: glorioſiſſimo annixi ſumus. Auditis Pius le
gatis atq; de more obedientia undiq; habita fidei chriſtianæ propugnator acerrimus Man
tuanum contra Turcas conuentum indixit. Peruſiamq; profectus. inde Mantuam petitur⁹
integro menſe ſubſtitit. Pio uiri quiq; doctiſſimi moribus & uita ſpectati ſemper deſeruie
re: nec ullum fuit memoria partum eo: uitorum diſciplinis clarorum illuſtrius ſæculum. in
ter quos Iacobus Lucenſis poſtea in Cardinalatu Papieñ. cognomen indeptus: uir in litte
ris præclarus: & omni diſciplinarum genere præditus: a ſecretis priuatius: Idemq; illi cha
riſſimus & intimus fuit. Ad hunc quicunq; eximie callebat: nam mediocria ingenia & litte

ratulos nugaces aſpernatus ſemper:litteras cõfluebat. Et in tota curia nemo tam ſublimis & excellentis ingenii fuit qui huic tanq̃ numini cuidam litteratorũq; præſidi Diuo ſeſe nõ deuoueret. E quibus Franciſcus Arretinus Vir multarũ rerum cognitione ſpectatus auctoritatis & beniuolentiæ apud illud maximæ locum clariſſimum ſemper obtinuit. Dũ igitur Peruſiæ paulum ſubſiſtunt uaria eo modico temporis ſpacio inter Peruſinos & Aulicos facta cõuiuia. Quo quiſq; poterat conatu maiore amicos domo ſuſcipere:officio & beneficẽtia q̃ obſtrictiſſimos redere. Docti doctis in urbe ſtudiorum altrice delectabãtur. Studioſi ſtudioſos conueniebant:officii & charitatis mirifica tota urbe inter litteratos & litterarum cultores certamina. Hic Matthæus Vbaldus Cæſarei & Pontifici iuris uir cõſultiſſimus quẽ poſtea ſpectata iuris diſciplina:mores integerrimi:cæterarum uirtutum ornamenta:quæ in eo præfulſere ſemper q̃ maxima ad præclarum & illuſtre orbis diiudicandi Rotæ munus ad quam nulli unq̃ niſi probitate & litteris uiri ſpectatiſſimi admoti fuere: ſummo cum honore & gloria ſempiterna extulerunt:ut erat eſtq; uir litterarum & uirtutis cultor ardentiſſimus Franciſcum hunc illi iam pridẽ amicum chariſſimum omni ſtudio & liberalitate ſuſcipiebat. Cui cum nihil iocundius delectabiliuſq; ſe præſtare poſſe litteratorum uſu & conſuetudine conſpiceret Cãpanũ e regione uico eodem habitantem ſibi amore & incredibili familiaritate deuinctum in menſa ſemper:tanq̃ altera ſuauiſſima fercula cõuiuã adhibebat. Eo enĩ uſq; Cãpanus unice Matthæum dilexit cum gẽtis nobilitate & auorum glorioſa memoria Tum uero unius præſertim Matthæi ipſius uirtute:ingenio:humanitate & gratia ſingulari ut a ſtrepitu Balionæ domus:& tot hominum quot Principũ in ædibus exulabant frequentia. Ad tranquilliſſimã ſtudiorum & bonarum artium altricem Vbaldorum familiã uniuſq; ipſius Matthæi domũ transferre ſe ſæpe cogitarit. Eo Franciſcus ſic delectare cœpit:illiuſq; igenium demirari:& ſuſpicere:& uenerari ut poſtea omni reliqua uita chariorem Campano neminem habuerit. Hic primo Teucros ſe Turcos appellaſſe ipſius etiam Pii iudicio q̃ rectiſſime cum Campano rettuliſſet:multaq; eius quidem luculenter & erudite ſcripta oſtentaſſet. Afferri audio illum de ingratitudine fugienda tum inchoatum opus iuſſiſſe. Multaq; ex eo cum ſumma utriuſq; delectatione lectitaſſe. Quo cum nihil antiquius:nihil ſublimius:uel ſententiis:uel ipſo orationis ſplendore ſæpe fateretur:in id admirationis ſublatus eſt ille ut ſubito curſu ad Papieñ tanquã miracula naturæ explicaturus aduolarit. Campanumq; adeo in cœlum laudibus:& quidem meritis tulerit ut nec ipſe Papieñ. ad quem olim fama peruenerat:colloquia uero interceſſerant breuiſſima: magis quippiam q̃ Campani familiaritate perfrui poſſe geſtiret Ita Cãpanus modice per negotia illi cognitus tum huberius hauſtus:arctiſſime familiaritatis:qua inter mortalia duo corpora tãtæ fortunæ non maior extitiunius Matthæi Vbaldi beneficio Franciſci q̃ Arretini opera:auctorante:fundamenta iecit:ut cum illius poſtea fœliciſſimi uitæ curſus cauſæ in plurimos referri poſſint Conſtat tamen certe Matthæum ad tantam illius dignitatem:famam:gloriam:immortalitatem ianuam adaperuiſſe. Admiratus ergo Papienſis illius ingenium diuinamq; facundiam non ille dies:non ille noctes rogando deſtitit donec ſpe & ampliſſimis ſponſionibus hominem ad ſequendam curiam perpulit. Et quoniam auctoritas inerat Cãpano iam tamen ſumma:aut ita ſub ſe accire auſus:Cum Bononienſe Cardinali:uito haud multum erudito:quæ tum una oblata eſt occaſio collocauit. Mox Saxoferratenſi Cardinali in litteris & theologia conſumatiſſimo adhæſit. Apud quem in ſummo honore habitus de regendo magiſtratu opus diuinum de dignitate matrimonii & alia complura perſcripſit epiſcopus deniq; Crotoniatum eſt creatus:ac breui temporis ſpacio rei familiaris ipſius Cardinalis pfecturam quã iſti domus magiſtrarũ appellãt mira ſolertia geſſit. Nam fuit plærique litterarũ paulo diligentiores cultores ſtudio ſæpe ita attoniti ut illinc erepti uix qđ aiunt obtuſo quodam ingenio inſigniq; deſidia uideantur eſſe uiui. Contra ille excitatus ſemper uiuidus & ad omnia gerenda negocia prõptus omni tempore fuit uti cui natura diſciplinarum cognitionem & facundiam nõ roganti ſudantiq; idulſiſſet. Verum aſpernanti prope & deſpiciẽti ultro infunderet. Mantuæ annum eo conuẽtu imoratum eſt. Hic quoniam Pius poetica delectatus ſemper laureaq; donatus poeta celeberrim⁹ fuiſſet: uniuſq; in liberalibus ſtudiis præter cætera ſummus haberetur quicunq; ingenio niteretur & dicẽdo polleret illi aliquid de Vſtrina ſua exhibebat Campanus edere iam tandẽ & ipſe aliquid cõſtituit. Huius ad ſe carmina cum uidit Pius ſubito delectari ingenio incredibiliter cœpit. Et quod uni ſoli Campano contigit inter tantam poetarum turbam propria illi manu reſcribere ingenii permotus magnitudine haud dedignatus eſt. Cætera iam tum primũ uniuſ Campani perſpecta doctrina & elegantia deſorduere illi ingenia. Hunc ergo ad ſe uocari iuſſum Pius perbenigne cõplexus ampliſſimis laudibus proſecutus:& bono eſſet ani-

mo uirtutemq; to to quod faceret animo complecteretur hortatus eſt. Seq; aliquādo illius
memorem futurum pollicitus. Inde cū per ociū liceret quoquo prope die illo delectatus ē
huius cenſuræ iudicioq; cuncta quæ conderet ſubiiciebat Iam nullus tota curia Campano
nominis celebritate illuſtrior. Neq; quiſq̄ erat qui creatum Cardinalem iri aliquando nō
auguraretur Obrigiſſetq; niſi facta nimiū propere Pium abſtuliſſent. Quæ prima oblata ē
cōmoditas bñficia quædā ad uictum collata Peracto conuentu Romā quo inteſtina bella
Italiæq; obortæ ſeditiones: & toto orbe exuſcitata bella reuocarant: reditum. Vocabat gu-
bernādæ reipublicæ chriſtianæ Pius ſtudio & litteris incumbebat Campanus. Q d ut exi-
ſtimationē ſuam inter patres & apud Piū publica quapiā actione non tam confirmare quā
auguſtiorem reddere uti Peruſiæ initio ſtudii effecerat poſſet: Cinericiæ oratiōis ad ſe de-
ferri primum munus curauit. Hanc audiens Pius rapi uiſus eſt rerum copia: ui diceñ. diuina
q; memoria obſtupefact⁹. Cæremoniaꝝ magiſter quem neſcio an recte ſacrificulū appellari
cum indicere ſilentiū. Iam tandem longum orāti ſtatuiſſet a Pontiſice increpatus admodū
eſt atq; reiectus. Oratio hæc quanta ipſa fuit ſeſe oſtendit: Et adhuc ſtrepitus ille laudum
non deſinit Ita Pius maiore indies ſtupore captus Orator maxmus i princeps mūdi doctiſ-
ſimus: iam ſupra Cāpanū oratorē. facundiſſimū: diſertiſſimū cōſumatiſſimū charius hēre ui
debatur nihil. Danq; ſibi occaſionem cupiebat qua uirū tantam ad aliquod dignitatis cul-
men extolleret. Senas cum cōceſſiſſent Campanus luculentum aliquid & admirabile i litte
ris ſemper condebat. Et cum unus in oratione ſoluta præſtantiſſimus habitus ſemp fuerit. i
carmine tantum illius emicuit ſicut ſupra docuimus ingenium ut uiro maiorē conſecutus
ſit laudem incertum adhuc relinquat: Iam elegorum & flebilis carminis materia faceſſerat
Inter diuorū penetralia inter ſacros præſules exulabant amorū cantus & puellares amores
ſublati epigramatū unicum ſtudiū reliquerāt huius iam ſalibus & argutiis tota illectabatur
curia. Vnuſq; Campan⁹ Martialem excitaſſe Ciceronem ex arce decuſſiſſe ferebat. Pio itaq;
pro illius cœleſtis animi magnitudine & ꝑſtantia cuncta in uotū conſiciebant: uictorq; in
omni pugna diuinū pectus exuperabat. Hinc nactus Epigrammati prædulcem Campan⁹
materiam. Carmen hoc in laudem condidit:

Quod uictore Pio fieri tot prælia cernis
 Inualidaſq; ſuis hoſtibus eſſe manus.
Ne mirere: Pium peperit Victoria mater:
 Matris ab uberibus uincere ſic didicit.
Quod placeant ſyluæ magnūq; luſtrauerit orbem:
 Syluius hac genuit conditione pater.
Iure igitur late ſpaciatur: & omnia uincit:
 Patris obire orbem: uincere matris habet.

Hoc Epigrāmate permotus adeo Pius ut animi beniuolētis ſigna tandem edere ſi nō quā
ta cuperet: at quibus non deeſſe animum: ſed fortunæ obſtitiſſe inuidiam: quæ maiora nō
obtulerit perſpici poſſet: cunctandum ſibi diutius non putauerit. Atq; ita Crotoniatæ for
te eccleſiæ paſtore in Calabris deſtitutæ: inſcium illum: & ne id cogitantem quidem: cæte
ris competitoribus: & regia interceſſione reiecta: euntibus in ſententiam alacri animo cæ-
teris patribus ultro præfecit. Quibus exciderat per nouam dignitatem beneficiis ea confir
mauit: bullas apoſtolicas & cætera in eam creationem neceſſaria gratis tranſigi iuſſit. Te-
ſtatus inter patres negligentiam ſuam: qui uirum tantū hactenus nullo honore: quod uirū
uirtutum huberrimum eſt alimentum non condecoraſſet. Inde cum Terameñ. iti præcuti-
nis eccleſia Antiſtite orbata eſſet: ad huberiores illius redditus ſedemq; honoratiorem ſub
ſtulit. Hiſdem diebus Saxoſerrateñ. uita functus eſt: huius laudationem Campanus in exe-
quiis pro pietate in herum & obſeruantia habuit. In qua uim lachrimarum plæriſq; excuſ-
ſit cum gemebundus mythratum ſe tum primum prodiſſe deploraret in funere heri ſui q
ſe aliquando mythratum uidere per iocum dicere conſueuerat cupere. Erat enim lene Cā
pano ingenium ut hoc exprimere lachrymis poſſet melius nemo. Non paſſus deinceps
Pius Campanū cuiq̄ præterq̄ uni ſibi in Vaticano & nepoti Cardinali Senenſi ſuo inſerui-
re. Per id tempus Andreas Cardinalis Papieñ. frater agminis præfectus bello quod aduer
ſus tyrannos Italiæ qui fide regia & eccleſiæ imperio defecerant ab Pio gerebatur ſupra Ca
ſinatium anguſtias acerrime prœliando ſagitta traiicitur. & deniq; Capuæ mortuus ma-
gna pompa tumulatus: huius mortem Papieñ. ꝙ unicus fraterq; bello: ꝙ pægre: ꝙ & ipſo
ætatis flore: ꝙ ſine ſobole extinctus eſſet ferre poſſe non uidebatur. Hic Campanus nouū
conſolandi hominis genus aſſumens epiſtolam ad illū inſtar opuſculi compoſuit. in qua
antiquos omnes ſimul & noſtros recenſens ita ex oi latere illi dolēdum nō eē oſtendit ut

quod aiunt diuorum aliquibus contigiſſe huic in aurẽ: Intra ipſum imo pectus & calamũ
imiſiſſe ſuperos arbitrere. Adeo diuina humanis:humana diuinis imiſcuit:ut nullũ locũ
quo dolorẽ nõ expugnet reliqſſe uideatur. Laborauit haud ita multo poſt ipſe grauiſſimo
morbo quo contractus neruis omnibus: credo præ nimio ſtudio congelatus & humorib⁹
nimia ſeſſione perfuſus: qua ualitudine nec cũ Pius in Turcas proficiſceret liberatus fuit.
Fotus deniq; balneis complurimis meliuſcule conualuit. Interea Pius Anconam profect⁹
morboq; dum in Turcas accingit itaq; extinctus ad ſuperos trãſlatus uita exceſſit. Corp⁹ Ro-
mam relatum quãta pat fuit pompa tumulto traditum. Sena quoq; pia patria. Piũ ſuũ tum
decus & ornamẽtum ſuum magnificẽtiſſimis exequiis:lachrymis & luctu ꝓſecuta eſt. Illic
Campanus funebri cõmẽdatiõi adhibitus uim omnẽ eloquẽtiæ ſudit. Vitãq; geſta: facta:
dicta quanto maximo ingenio potuit percenſẽs quantum debuit præſtitit illi quidẽ: illi⁹
gloriam qui glorioſiſſimus omni uita fuerat auxit minime:ſibi autẽ ampliſſimã laudem:
uel ex eo ꝙ laudatiſſimũ principẽ mundi dñm laudaſſet ex facundiſſima oratione omniũ
q; præſtantiſſima memoriã ſempiternam acquiſiuit. Mox nundum commendandæ tanti
principis memoriæ explectus illius uitam ab ortu complexus paruo libello uſq; in ſupmũ
diem quod & Platyna:officioſiſſime conſcripſit. Paulus inde Pontifex maximus dictus:
cui quanq̃ notiſſimus gratiſſimuſq; foret:eius tamen ut maiorem indies faceret in ſe beni-
uolentiam coram eo inter ſacra orandi manus ſæpius aſſumpſit. Itaq; duas alterã in feſto
ſancti Stephani:in celebritate Pentecoſtes alterã de ſpiritu ſancto orationes elegãtiſſimas
habuit. Tum patrum quoq; demulſurus aures Cõmendationẽ diui Thomæ ubi Pontifex
nõ adeſt patrum ſtudio nõ refugit. Ita omnem uitam ſemp ad diuorũ preconiũ & gloriã
immortalitatẽq; cum ſuam tũ alienam peregit. Scribere uitam non laudes & ingenii uim
contendere propoſitum mihi eſt. Quãobrem luce quanta ſit Stephani oratio:ingenii acu
mine quanto plena. Quam grauiter & quanta dignitate de ſpiritu ſancto de cœleſti flami
ne amoreq; diuino dixerit:nihil iam permittor hoc loco afferre. Vnus fuit Campanus qui
uitia prorſus ſp illa acerrime deteſtatus eſt:qui mores probos complexus in omni ſcriben
di genere commendandos in alios ipſe in primis præſtabat: quiq; pugnam ſcribens depu-
gnabat:gemens plorabat:ut et lætantes ipſe plauſu totus reuideret. Conſilio potens & ma
turus in deliberando promptus & in rem. In diuinis uero ita emicuit ut quæ ad pietatem
animoſq; exemplo permouendos pertinerent pari orationis ſplendore & reuerentia præ-
ſtaret cum diuorum gloria. Ad omnia idem tam grauis & eruditus ſubitus & ex tempore
q̃ meditatus & ex diuturna cogitatione ac ſtudio longo. An non eſt mirum? Virum tan-
tum principibus omnibus tanta beniuolentia copulatum fuiſſe. Pontificibus omnibus in
ſumma ueneratione habitum eſſe:nunquam fortunam tantæ uirtutis merita laurea inſigni-
endæ occaſionem obtuliſſe. Inter ſpem pollicitationeſq; contabuiſſe. Hunc Pius:hũc Pau
lus:hunc Xyſtus ſumme coluere:& quod omnes cuperent nemo uiſus eſt meritum tantæ
uirtuti premium conferre potuiſſe. Pium multæ inuoluere curæ ut cum ampliſſimo quo-
quo illum honore dignum exiſtimarit ſemper:nihil tamen præter pauca ſecundum deſide
rium ſuum minima quidem & tenuiſſima dare potuerit. Paulus quoq; ſpe maxima inuecta
ante ſublatus eſt quam uirtuti premia pro animi magnitudine cõferre licuerit. Cum tamẽ
non exigua amoris ſigna iam rum ediddiſſet. Nam dum Campanus nihil poſt habet quod
ad curiæ gloriam uirtutiſq; propagationem ſpectat. Archipreſbyteratus in eccleſia diui Eu
ſtachi præſide ſuo orbatus eſt. Suffectus Campanus cum de more ad pedes Pontificis gra-
tias ageret feſtiuo uultu:nam qui interfuere id mihi integra fide referunt. Ecquid tu: reſpõ-
dit Paulus:Campane? Cardinalis fieri non optares. Innitere diſciplinis & uirtuti quod fa-
cis incumbe nam tui memores docebimus nos aliquando eſſe:dedimus hoc Seneñ. mox
cernes nos aliquid tibi contuliſſe. Qua uoce ita exarſit in Paulum Campanus deuotiõe in
credibili:ut nihil impenſius expeteret quam ſibi ocium dari quo res geſtas a Paulo ſcriptis
ſuis poſſet concelebrare. Quod deſiderium epiſtola quam longiſſima ad Paulum explica-
uit:laudes hiſtoriæ:ac eos qui facta ſua a ſcriptoribus poſteris demandari aduigilarunt re-
cenſendo:ut ille pari incenſus cupiditate:aliquando premium tanto muneri poſſet repen-
dere. Cæterum Turcarum impetus tantos cogitatus abrupere. Qui maiores in dies in chri
ſtianos clades inferre renunciabantur:& germaniam ui magna adortos oppida diripere:
ferro:flammaq; cuncta ſternere. Pauida tota chriſtianitas in Pontificem oculos reiecerat. Il
le hortari principes ad arma ſumenda cœpit. Tum Campanus maxime unus habitus ido-
neus qui eloquentiæ uiribus animos principum ad bellum ſuccenderet:ſcripta ad Ferdinã
dum de bello hoc ſuſcipiendo epiſtola:qua nihil neq; magis neceſſarium neq; glorioſius
aut utilius docuit illi bellum poſſe contingere. Demum quoniam quotidie maiores præ-

das facere Turcæ magiſq; ac magis in Germaniam penetrare ferrentur Legatum ad Con-
uentum in Germania pro eorum ac totius chriſtianitatis ſalute habendum mittere Pont.
ſtatuit. Prouincia ardua & perdifficilis incertum ad eam rem quem ex patribus potiſſimũ
deiegeret. Pontificem aliquandiu habuit. Vnus omnium deniq; conſenſu Franciſcus Pico
lomineus Car. Seneñ. uir oppido induſtrius: ſolertiſſimus: qui liguam mores naſumq; ger
manorum calleret Ingenii magnitudine & prudentia ſingulari ad curandam reipublicæ
ſalutem maxime idoneus uiſus eſt. It comes Campanus qui oratione populos latina per-
moueret. Et quod metus præſentis periculi non admoneret uis dicendi quæ ſæpe quoli-
bet potentior eſt gladio ad arma capeſcenda: ad ſe hoſti immaniſſimo pro fide ſeruãda ob-
iectandum dictis & lingua inflammaret. Hic igitur orationem omnium quas compoſue
rit longe florentiſſimam: & in id quod aſſudaret potentiſſimam conſcripſit: propter diſcor
dias Germanorum principum & ægre habitum. Conuentum non habuit. Hominum mo
res cœli inſueti intemperies uſq; adeo illum male habuere: ut nihil unquam præter Italiam
agitare animo uideretur. Inde morbum ſtomacho contraxiſſe putatum quo uexatus comi
tiali creditus eſt laboraſſe. Extant ex Germania epiſtolæ q̃ facetiſſimæ quibus illorum mo-
res: eluuiem ſordes: ſitum & pedorem dum non poteſt perferre nihil aliud quã Italiam to-
ta die referebat ſe cogitare. Omnium elegãtiſſima ad Gentilem ſuum eſt ſcripta qua uiros
eius ætatis doctos omnes complexus eorum conſuetudine uidebatur non poſſe diut' cũ
uita carere. Inter Germanos dum adhuc eſſent Paulus ſupremum clauſit diem. Suffectus
Xyſtus. Non multo poſt in Italiam Legatus regreſſus. Tum diuina uirtus ocii neſcia ne in
Curia detorperet prouincias gerendas aſſumpſit Tudertinum primo præſidatum nactus.
Mox Fulgineæ præfectus Tertiam inde Tyfernatium gubernationem habuit: hunc tãti pri
mo aduentu cum nondum pulla parcæ ſtamina nerent fecit Xyſtus: cuius in gymnaſio Pe
ruſino diſcipulus olim fuerat: dilexitq; uſq; adeo ut præſidatuum bulas expedire cum ſit nũ
quam paſſus ſemper ultro largitus. Ille ubiq; miro prouincialium ſtudio ſuſceptus iuſtici
am eandem omnibus miniſtrauit Factiones odit perſecutuſq; magno animo. Nullam pu
to eſſe ciuitatem quæ uel factioſorum improbitate uel patria quapiam alia malignitate nõ
laboret & nequitia: unde cædes & ſcandala ſæpe exoriuntur quæ aures principum & pect'
percellunt pacemq; & tranquillitatem urbis ac ciuium reliquorum confundunt quam ma
xima earum quæ peſſima ea maiori libertati permiſſa. Quo fit ut cum tyrannidem oderim
ipſe quidem ſemper expedire ciuitatibus tamẽ unius imperio parere: cuius nutu arceantur
mali: boni pacatiſſime uiuant ſæpe exiſtimarim. Sicubi terrarum peſtis hæc factionumq;
deteſtabile uitus incruduit. certe in ciuitatibus Romano imperio ſubiectis incruduit. Mul-
tiplices Pontificum curæ & res complurium arbitratu gubernatæ ei rei maximum alimen-
tum præſtant. Plæriſq; magiſtratibus illuſtre illud & ad magnam gloriam contingit ſi iu-
ſticiam æqui boniq; conſulentes recto equilibrio inter ſubditos ſeruauerint: ſi non inſolen
ter: ſi moderate: ſi clæmenter ad reipublicæ utilitatem: non ad propriam libidinem priua-
tumq; commodum cuncta geſſerint. Hoc in omni prouinciarum adminiſtratione nõ præ
ſtitit tantum Campanus uerum etiam inter flagrantium factionibus ciuitatum tumultus.
ubi non poteſt pœne humani uis animi uaria ſententiis non fluctuare maximam inde cõ-
mẽdationem integritatis reportauit. Nulli ſicut indulgentius aderat amico ita inimicoꝝ
quos nullos omni uita habuit acrius quẽq; iſecutus. Vnde ſicut odii nihil inter ꝓuinciales
cõtraxit: Ita plurimum gratiæ & auctoritatis ſemp liberalitate & bñficẽtia auxit. Collebat
ab omnibus: hora quaq; omnibus fores patebant. Plenus maieſtatis & iuſticiæ omnibus
ſe exhibebat: per cætera ſermo liberalis uenuſtate & gratia decorus: ut iam omnes illum
parentis loco non præſidis prouinciales obſeruarent: & numinis iuſta adorarent: & quoq;
magis adorabant eo magis illum omni cultu & reuerentia maiore dignum inueniebant.
Quotiens apud Pontificem & cæteros patres ciuitates ipſæ quibus præfuit ſummas com-
mendationes rettulerunt: ſcripſerunt quotiens: quotiens pro rerum occurſu nuncios miſe
runt. Hoc ille diuina uirtute promeritus. Non ille dies: non ille noctes pro ſalute ciuitatum
quieſcebat: omnis temporis partem ſtudiis: partem ciuitati gubernandæ. Valitudini par-
tem cum ſumma illius parſimonia diſpartiebatur: ut unumquodq; ſtudium ſuum tempus
uindicaret. Ita tamen ut cum res depoſceret ſaluti ciuitatis omne conferret: & propriis ſem
per ciuium commoda anteferret. In oppugnandis magis boniſq; defendendis alacrior nũ
quam ullus fuit. Nulli parcere: cunctos admonere: increpare libere quæ ſentiret ex honeſta
te hominumque omnium utilitate profari animi magnitudine & liberalitate incredibili.
Sed o principes hoſtes: immo taceo: o tempora quibus omnes linguæ conatus ad adulatio
nem aſſentationiſque obſcœnitatem conferuntur. Quibus flagitium eſt niſi flagitium

committatur. Non moneri:non ueritatem audire ferunt: ubi illa priſcorum philoſopho-
rum frons libera. Vbi ille Diogenes qui re uerbiſque Alexandrum contempſit tanta cum
animi magnitudine:cui imperare ſe non ſeruire cenſebat:cum ii ſibi parerent quibus ille
mancipatus cogeretur obtẽperare. Ampliſſimus nempe dominatus & clariſſima iperii ma
ieſtas. Hos Campanus egregie & imitatus eſt & effinxit magnifice. Libuit parum euaga-
ri:nam petit dolor intima cordis:& exulcerat rei indignitas Quod unde laudem ille potu
it ampliſſimam promereri ea in re miſerrimam calamitatem Campanus conſecutus eſt.
Hæc illa cum Cicerone pœne ſimillima fortunæ mutatio. Perdidit illum uis eloquentiæ li
bertaſque dicendi:hunc eadem fortuna præcipitem ex ingenii præſtantia curſuq; ſcriben-
di ab omni fœlicitate deiecit. Cum præeſſet ille Tyſernatibus Xyſtus ꝙ Vitelli facto in ar-
cem impetu eaq; demolita pro libidine urbe dominari inſolentius uiderentur ad eius ur-
bis reformationem oculos detorſerat exercitumq; eo quo illorum temeritatem compeſce
ret miſerat. Populus cæteriq; Vrbis primates omnia præſtare imperataq; omnia facere pa-
rati erant:exercitum utpote infrænem licentioſamq; iuuentutem admittere recuſabãt. Põ-
tifex iam nihil precibus locum faciebat. Neque ex auctoritate ſua ducebat niſi Vrbem pla-
ne in liberam poteſtatem totis copiis accepiſſet & pro arbitrio ea diſponeret. Res ad bel-
lum inclinabat his reluctantibus:illis aditum admotis caſtris petentibus. Totaq; urbs bel-
li metu trepida eiulatibus perſtrepebat:matres natos aſportabant:puellas parentes conſo-
labãtur:ut cuique pudicitiæ cura erat:ita ueſtalibus ſe occludebant: quæ quiſque precioſa
haberet humi defodiebat ad direptionem:ad incendium:ad iugulum:ad internitionẽ ſpe-
ctare omnia uidebantur. Tam miſerabili ciuitatis conſpectu Pius præſes Campanus per-
motus:quo in diſcrimine cuncta forent:qua immanitate cuncta gererentur: paulo licenti-
us ad Pontificẽ:ut maturius periclitanti Vrbi occurreretur ſcribere conſtituit. Epiſtola hæc
ciuitas beatiſſime pater incipit. Ea conſpecta ꝙ admoneretur Pontifex ne plus in perden-
da ciuitate impenderet quam anteceſſores in acquirenda expoſuiſſent: illaque immanitas
prope Turca uideretur non quæ ſaperet ſaluatorem eo Pontifex excanduit ut eum confe-
ſtim prouincia deturbari iuſſerit. Ille crimen quod monitus immo ſapientiſſimi uiri fue-
rat & religioſiſſimi appellans:in libertatem calamiq; lapſum:reiiciebat. Audiri a Pontifice
expurgare ſe ac ſupplicibus rogatibus ueniam impetrare nunquam obtinere ualuit. Credo
quoniam ſubpudebat Pontificem uiro tam clariſſimo tantum contumeliæ cõtra ius faſq;
contuliſſe. Neq; niſi confundi poterat conſcientia ueritatis ſi pontificia ueneratione præ
uinceret. ita uir tantus de curia omni & ciuitate tota tam bene promeritus:ad decus & ſplẽ
dorem urbis & gloriam Romani pontificatus tanto tempore attritus:functus præclariſſi-
mis muneribus:uita integer:moribus probatiſſimus:ſcientia quanta nemo unquam con-
ſequetur & ante ſæcula nulli adhuc uiderunt præditus:exilium meditari coactus eſt. Cerne
bat uir prudentiſſimus ante oculos eius Pontificis uerſari. in cuius conſpectum admitti
impetrare non poterat eſſe non aliud quam incendium irati animi ſuffouere nec diuturni
tate flecti ſed amplius eius præſentia maiore flamma prouocatum iri. Itaq; Neapolim ad
Ferdinandum regem ſpe non minori quam qua in Curia uixerat ut ſemper uirtus magnũ
aliquid quod utique conſequi deberet ſibi pollicetur petere conſtituit. Primo congreſſu
orationem habuit ꝗ ornatiſſimam de regno & Regis laudibus:mox in ſecretariũ regium
nominatus. Verum cæteri qui apud regem auctoritate ualebant huius diuinũ ingeniũ cõ-
ſpicati: quoniam cernebant poſſe ſe e primo huius uirtute loco apud Regem aliquando
deiici multa in eum crimina:præſertim ꝙ formidando comitiali morbo laboraret cõmẽ-
ti ſunt. Rex nihilominus ſpe illum maxima ampliſſimiſq; pollicitationibus confouebat
neq; tamen quicꝗ promiſſorum implebat. Hic cũ neq; commẽdationes Vrbinatis Ducis
de Rege tam bene meriti:neq; propria uirtus aliquid proficeret:deſpectuiq; ſe malignita-
te & proteruia paucorũ inuidorũ haberi cognouit:conſumpto uiatico & tenui ſupellectili
argentea obpignorata:qui amplius permorari nõ poterat Teramum: Cum interea nihil
ad deliniendum Pontificem iramq; litteris & amicorum interceſſionibus demulcendam.
poſt habuerit recipere ſe coactus eſt. Hic etiam tentata ſæpe per amicos patres Pontificis
uoluntate. Cum cerneret amicorum omnium ut eſt aduerſæ fortunæ una hæc inſignis ca-
lamitas:partem diſſimulare amicitiam ſeq; ſenſim ſubtrahere:partem nihil præter magni-
fica per ſummã uanitatẽ quod apud plæroſq; potentiores uiui arcem ſibi uẽdicauit: uerba
dare:partem etiam Pontificem alloqui priuatis reſpectibus nole ad poſtremam deſperatio
nem perductus eo ſæpe incaluit:ut cum Turcis uiuere præſtare contenderet, Quo ſi quan
do ſe contuliſſet futurum ut reliquis mortalibus ſenſa adaperiret. Multorumque perfi-
diam:libidinem: chriſtianorũq; nequitiam |quando id inter eos nõ poſſet: & pietas tan-

ta immanitate plecteretur paſſa:& reliquæ poſteritati cognita faceret Grande ingenium
uiuaxque in tenui corpore natura cuncta maxima complectabatur & ſuſpiciebat: nihil il-
lum molle nihil non arduum & excel lum habebat. Annis uero & dignitate pontificia per
uictus cum Terami quamdiu fuiſſet Senam quam ſemper dulci recodatiõe Pii adamauit
tandem peruenit:ubi ueluti fata ſic depoſcerent:ut in eo ſolo oſſa cuberent: unde cætera
uitæ ornamenta conſecutus eſſet morbo diuturno detritus: poſt unum de uiginti annos:
quo Peruſia abſcedens curiæ tempeſtatibus ſe permiſcerat:cum annos iam quinquaginta
ſuperaſſet:Salutis chriſtianæ anno ad milleſimum quadringẽteſſimum ſeptuageſimo ſepti
mo Id. Quintilibus diuinum ſpiritum tot præclaris operibus uita manente ſatigatum ad
ſuperos: cum tamen ſupremam manum Vrbinati hiſtoriæ impoſuiſſet fœlix tantarum a
ſe rerum geſtarum:tantoꝝ a ſe ſcriptorum monumentorum memoria ſempiterna ſacris
omnibus chriſtianis de morte ſuſceptis hauſit. Hic campani exitus cuius ingenii ma-
gnitudinis·& inter mortales excellentiæ ſicut in ortu ꝑſagia miranda extitere Ita ĩ mor-
te ingentis iacturæ & acerbiſſimi doloris clariſſima ſigna uiſa fuere. Cum enim mater diu
ſterilis deſyderio prolis teneretur:nec iam ulla medicamenta reſpueret:quæ gignendæ ſo
boli uiam pararent forte affuit mulier olim incognita:neq; ita porro a quoq; uiſa:quæ lau
reas bachas:quas alternis diebus inglutiret:tradens ita ſore contendebat:ut amoris ui illa
rum & uirtute concipiendi impedimentis:haud ita multo poſt ſcitum puerum qui his de-
lectaretur enixura foret. Igitur ſicut fides id ſæpe efficit quod antea natura recuſat: paucos
poſt dies grauis ſe mater propinquæ puellæ hymenæa cum celebrat eẽ cognouit. Tẽperat
illico a laboribus & ſeruandi uteri ſollicita iam niſi molles maturo partu & mitia negocia
tractat:cum paſcua:fontes riuos:& florea atque amœna omnia petens forte in conſitum
uiretum domeſticum fertur:ubi ſub lauru non procul ab apum aluearibus & loco floribus
& lympido fonte gratiſſimo doloribus oppreſſa humi recumbere. gramineoque in ſolo
iacere cogitur. Nec feſtino accerſita obſtetrix nuncio tam præpeti curſu aduolauit qn par-
tum illa prius ſoſpes quidem & minimo diſcrimine ediderit. Puer primo cœlum fixis ſpe
ctare cœpit nullo uagitu ocellis. Inde frõte læta & ꝓpe quæ riſũ demõſtraret lauꝝ diutius
aduerſum intuẽs:ad attrectantẽ mox obſtetricẽ diſcretis interuallis & hoc patre admodũ.
cæteriſq; demirãtibus uiſum ubi flexit in maximos eiulatus ꝓrũpere ſubito aſpectu quãtũ
eius dici ſupfuit cœpit:ut tenellũ corpus ueritæ matres tantũ luctũ ſuſtinere poſſe de illius
ſalute plurimũ dubitarint. Neq; ſedari puer ante uiſus eſt:q̃ puerperæ thalamũ de more ex-
ornaturæ cũ reliqs floribus hederea laureaq; ſerta matres ituliſſent:quoꝝ ſpectaculo tanq̃
natura delinitus ipſa uagis oculis recreatus ſtetũ cõpreſſit:maternaq; reliq̃ uita mitior ube-
ra ſuxit. Quod parẽtes magis aiaduerterũt:quoniã cũ & ſub dio ortũ tegere feſtinarẽt he-
rentẽ in laurus & apũ obtutũ uix auertiſſent ut iã tũc agnoſcere illũ uitæ auctorẽ & ſemia
ſuæ acclamarẽt. Hoc aũt naturæ cuiuſdã eueniſſe caſu ꝓpe uideret & ad iſantilẽ quẽdã ua-
nitatẽ nec in nup orto fortaſſe admodũ alienã deputari potuiſſet:niſi aliud qd' ſubſecutũ ẽ
admiratiõis plurimũ & ſpei in parẽtes reliqſſet. Nã excepta baiulis domeſticis matrẽ cum
fœtu lõga apũ examina ad fores uſq; cubiculi cõſecuta a limine cubiculi ad triduũ: & tũc
quoq; niſi multo igne ſubmoueri nõ potuere. Quarto die lauꝝ ſub qua ſuſceptus fuerat cõ
temptis fauis iuuẽtæ fũt inſediſſe. Qua puriſſimo mox delibuta melle:operæ iã deliquẽte
ita mox exceſſere:ut ſubita nece cognitæ ſint oẽs iteriiſſe. Teſtatæ ſimul obſcuro portento
ingenii ſuauitatẽ:gloriæ imortalitatẽ & fluxæ eloquẽtiæ iſauſtũ alieno in ſolo poſtremo
uitæ ſpacio fatũ. Hoc quoq; uanis opinionũ ambagibus interpretatũ rẽ p obſcurã faciebat
& ꝓpe apud ĩperitos agricolas nullius futuræ pueri uitæ cõiecturã reliquiſſet niſi maternũ
ſomniũ longe admirabilius acceſſiſſet. In cuius recordatio nõ ip̃e mecum mirifice confun
dor: qñ ſomnia ipſa quæ unuſquiſq; ſapiẽs ſemp cõtempſit. Ita ſæpe nobis uitæ futuræ ra-
tionẽ tanq̃ per nubem aperiant ut nihil ea nos ludificatos eſſe re ipſa deniq; demonſtrent.
His eni admirabundã matrem portantis ferunt ſomnũ oppreſſiſſe: uiſamq; ipſam ſibi per
ſomnũ inter ardentiſſimas neq; tamen ſibi noxias flagrantis ſylue flãmas cum puero eſſe.
Periculo ad modum ſollicitam ſuperos i auxilium deflagitaſſe. Subitoq; nymbo & horri
da grandie quæ longe acrius illam contudit omne incendium reſtinctum fuiſſe. Voluiſſe
uero pedem inde obiter efferre At multo cinere ipſoq; recenti hymbre auſtrato & lubri-
cum ſolum: ut ne pedibus quidem (nedum per meare) licet:cunſiſtere reddente: digredi
non ualuiſſe. Qua in anxietate cũ diu remorata eſſet:ſeq; iã auxilii ſpe circũquaq; laſſiſſime
ſublata ad mortem componeret. Armatũ iuuenem ad ſe quẽ uenatrix infeſto tælo conſe-
quebat accincta mulier accurriſſe. Ipſam puerꝑperi ad necem ignaram atrociſſimi illoꝝ bel
li ueritam: Inter ipſa etiam exitialis apum prodigii ſomnia memorem i diffugere uoluiſſe

Iuuenem blanda fronte opem depoſcentem arcto puerum complexũ comprehendiſſe &
perituro ſibi auxilium implotaſſe. Nec mora ambos dimiſſa barba conſenuiſſe. Elatiſq; cla
moribus quaſi ſuo quodam iure in uenatricem uerſos illam non tam puipendiſſe quã etiã
ſeueriſſime icrepaſſe. Seuero tantus deniq; ſtridoribus & tam acri certamine ſecuram tamẽ
uictoriæ q; illi pulcherrime ſe defenderent experrectam puerum ſicut fit ſub aurora ipſas in
ter maternas ulnas ſuauiſſime lalantem lætiſſimam a proximo metu cum ſumma admira-
tione inueniſſe. Hæc poſtea illam ſæpe inter educandum puerum· futuræ ,infantis inſci-
am fortunæ recenſuiſſe. Et Campanum æque id quid portenderet ſæpe philoſophantẽ
cum multo ſtupore ex propinquis acceptum compluribus in uita rettuliſſe: neque adhuc
quid ipſum ſit ſatis deprehenſum habuerunt ullinisi hi qui hoc mihi narrarunt: qui ad hãc
ſuorum operum editionem contendunt omnia iam tandem ſpectare: quod qũo id ipſum
ſit uix ipſe adhuc poſſum interpretamentum idoneum quanq̃ nec abhorrẽs multum affer
re. Mater & qui rem melius nouerunt ad lupum referebant qui impetum olim in ſe fece
rat & excuſſu de gremio pueto non tam non offenderat q̃ etiam dilaniatæ ouis pelle con-
tectum uidebatur a cæteris lupis tutum illum & munitum reliquiſſe: alii ad alia quæ ſolius
ſan benignitare euaſerat pericula conantur applicare: ea minus explere præſagium mihi q
dem uidentur: uerum in hac tanta opinionũ diuerſitate id ſaltem conſtat: uitam Campani
unlem charamq; mortalibus omnibus extitiſſe: ipſas feras animaliaq; cuncta illam: non ex
petiiſſe ſolum & illæſam pſtitiſſe. Verũ qñ extinctus eſt grauiſſimũ ẽt mœtorẽ pſe tuliſſe.
Quo nãq; die emigrauit ferunt magnum auium numerum Terami feneſtras bibliothecæ
irrupiſſe: alarumq; ſtrepitu: flæbilibus uocibus: merorem luctumq; grauiſſimum oſtendiſ
ſe libros ſcripturas: cætera quæq; roſtro pedibus eluuie conſædaſſe. In agris quoque pater-
nis & conſito ad domeſticas delitias Laureto ſimilem meſtitiam calamitatemq; intuliſſe: at
boribus poma frondes: ramos ipſos nouo furore decuſſiſſe: cunctaq; perinde atq; dimiſſa
grandine deuaſtata poſtero anno exaruiſſe. Geminos quoque canes naſutiſſimos quibus
in uenationibus ſumma cum delectatione uteretur iuſſos pridem ad illum perduci domo
ui ulla tanquam ad præmortuum herum fruſtra intelligerent ſe pergere educi nunquam
potuiſſe. Nec deinceps auditi lattare: aut ulli eblandiri niſi media: luctu torpidine: ſqualo-
re defecti occidere. Inſtare fatalem diem ſupremoſq; uitæ parcas ſubducere fuſos: uiſus i &
ipſe multo ante perpendere. Et qui meminiſſet quam deteſtabile ſit ingratitudinis ſcelus.
Quantaq; accuſatione ſint digni: noſtrarum ætatum præſules: qui iuuenes apud ſe ſeruien-
tes uitæ florem patiuntur nullo tam præcioſi exacti æui premio abſumere: reiectis. In ſuos
familiares oculis Syrenulam ſuã Franciſcum quẽdam Florentinum muſicum uocaliſſimũ
quem ſemper ob ingenium præclarum: ſpectatos mores: eximiamq; uirtutem dilexerat uir
charitatis: humanitatis plenus: memor quanta ipſe ob anguſtam rem domeſticam pertuliſ-
ſet: quid longa ſeruitus: quid obſequia dulciſſima promerita eſſent: quid ſpectata multis
periculis in illo uirtus exigeret: quam tenui ope humana ad aliquod faſtigiolum poſſe ſer-
pere cogitarat. Perpetuo beneficii maximi munere & libertate donare conſtituit Non ille
quod unus per mille ærumnas conſecutus erat in cæteros neglexit: laboreſque ſuos demẽ
ſus eandem in reliquos fortunam glorioſius inſolentiuſque expetiuit. Neque cæteris tur-
gidius ut ignauos deſpectis ſeſe efferebat: aut unquam ad crimen intumuit. Gemebat ani
ma cœleſtis quot præclara rerum inopia depereant ingenia e quibus ſtipe collata paruiſq;
ſuppetiis liceret multa quotidie ad ornamentum generis humani expectare cum gloria.
Ita Syrenulæ ſuæ miſſionem facturus nequid ad excolendam uirtutem deſuiſſe unquam
ſibi cauſaturus eſſet diui in urbe Euſtathi Archipreſbyterarum paterna charitate conceſſit.
Cui rei cũ aduerſarentur complures q; ampliſſimũ ſacerdotiũ quantũ illi non quadraret
cenſeretur: iniuriæ Franciſci ſui ſeruitoris obſequentiſſimi pius patronus occurſurus Ro-
mam aduolauit. Neq; conquieuit donec quod inſimularent cum tantam dignitatem huic
committendam non fore tãtũdem ex aliis collatis beneficiis contribuere. Morti proxi-
mus Anthoniũ nunc Senis ſancti Galgani Abbatem uirum illum q̃dem doctrina & mori-
bus herũ plurimum referrentem. Cæterum herulis umbræ: dominiq; ſui memoriæ parũ
mea ſententia ſollicitum curatorem nõ minori charitate uiſus eſt dilexiſſe. Cum eñi quid
de fortunis ſuis omnibus ſtatueret quem ſibi relinqueret heredem percunctarent: hunc
dico reſpondit cuius uolũtas mea erit. Neq; alias tabulas ſupmiq; uoti aliud eulogiũ con
di ſibi uoluit Et quam ſemp ualidus omni uita exibuerat fortitudinem i moderationẽ: ſa-
pientiam incredibili animi magnitudine omni egretudine præſtitit & morte. Medicinas
omnes tam & ſi parum profuturas cerneret magno animo ne ſibi defuiſſe & deſperaſſe
crederetur ſorpſit. Non illum febris: non illum dolores: qui in morte incrudeſcunt acer-

timi:& moriturum acie petunt: deiecere : non quærelis: non lamentationibus : quæ mihi languentem uidentur admodum aliquando reficere cubiculum oppleuit:miniſtros ue ſin gultibus confecit: ut ne unum quidem omni bimeſtri egritudine uerbũ dolentius efferre auditus ſit. Neq; quandiu cubuit interrogatus q̃ bene ſe haberet ſecius quã bene unq̃ reſpondit. Sic Campanus ex humanis ſublatus cuius ortum cæteraq; uitæ incrementa qui paulo impenſius attendat mirabilia fateaſ extitiſſe neceſſe eſt. Cuius omnis ætas ad utilitatem humani generis ſemp ducta:tanq̃ prouida ſui reparatrix natura hunc ſibi edendum putarit. In quo multorum hominũ ornamenta conferens palmariũ ſibi potentiæ ſuæ conſtitueret. Vnus quippe Demoſthenes Græciam facundia obſtupeſcere fecit. Cicero unus latinos omnes dux & parens eloquentiæ antecelluit. Inter argutias unus Martialis primũ locum ſibi uendicauit. Elegias Naſo ad ſupremũ admirationis cumulum procinuit. Hiſtoriam multi conamine uario gloria pari attigere. Et fuerunt præclara illa uirorum quæ poſtea præter unũ Campanum æquauit nemo ingenia ſed ita præclara ut in unoquoq; fuerit ea diſcretim a diis immortalibus contributa: in Campano omnia concumulata Hoc & ipſe quod & illi perpulchre cognouit. Datamq; a natura ingenii excellentiam quod plæriq; omnes uiri in litteris famoſi effecere carminibus & monumentis ſuis celebrauit. In qua re uilitatem natalis ſoli obſcurumq; genus ſuum ad gloriam deputãs utrũq; genus & ingenium ſic ipſe coniunxit:

Galluci imprimis mœnia parua mei — Sunt illic modicæ quæ me genuere Cauellæ
Parua ſed ingenio cognita rura meo. — Alio in loco ad Papieñ.
Mittere nil gratius ritæ potuere Cauellæ — Illic natus ego quibus ſim moribus & quo
Teſta ingeniũ rura paterna meum — Ingenio dulcis indicat una tibi.

Inde alio in loco famæ ſuæ admiratione ſic cecinit.

Campano qui nũc creſcebam icognitus agro — Iam prope ſum tota notus in Heſperia

Vix enim Peruſiæ cognitus eſt ubi ſeptem poſtea ægit annos cum omni Italia circumferri prædicari coliq; Campanus cœpit. Hinc ille per omnes ætates ubiq; terrarum ad hunc litteratorum omnium concurſus. In uita illum qui in templis illum qui in receſſibus:in menſa:in cubiculo ſemper ſtipabant. Gentiles uir apprime ea tempeſtate facundus & inter litteratos celeberrimus huic ita ſe deuouit:hunc ſemper ita coluit:ut ad magnam ſibi gloriam duxerit huius arcta poſſe familiaritate perfrui. Inde. Donatus Aciarolus uir in græcis & latinis litteris eruditiſſimus in clientelam & ſeruitorem dare ſe multis uerbis ad eum poſſe contendit. Hoc quarqualius:hoc Domitius:hoc Marſilius:hoc Vallenſes:hoc Platyna:hoc reliqua doctorum hominum eius ætatis turba. Omnes eloquẽtiæ parentem. Oratorũ poetarumq; principem appellabant. Ad hunc quæq; illi condidiſſent tãquam ad communem cenſorem ſupremumq; oraculum deferebant. Nemo litteratorum auſus eo tempore quicq̃ fuiſſet edere qui illius ante iuditium ſententiamq; non exploraſſet. Magnam is labori ſuo gloriam addidiſſe ducebat:cui huius cõmendatio acceſſiſſet. Hinc iam nemo in tota impreſſorum Heſperia ea tempeſtate opus imprimendum ſuſcipere uelle uidebatur cui illius commendationis epiſtola non præluxiſſet. Adeo clarum & celebre apud omnes: ſanctumq; & uenerabile illius nomen habebatur. Vnde cum Vuldricus quidam Gallicus tunc qui formas in Vrbem librarias nuper intuliſſet interquieſcere illũ aſſiduis emendationibus non p mitteret. Remq; litterariam ex magnis difficultatibus inopiaq; ad ingentem hubertatem glorioſiſſimo illo & diuino opificio euocaret in illum iocatus carmen hoc edidit.

Anſer Tarpei cuſtos Iouis unde q; alis — Vuldricus gallus:ne quem poſcatitur in uſum
Conſtreperes gallus decidit:ultor adeſt — Edocuit pennis nil opus eſſe tuis.

Quando illius impreſſiones ſcribendi neceſſitatem penarumque uſum ſubſtuliſſe uiderentur. Semper igitur de litteris:de probitate:de ſpectatis moribus apud illum ſermo. Non illi conuentus litteratorum ad libidines:comeſſationes:uoluptates:& uitiorum fomenta. Aberant detractores & maledici:non ſermo mordicus. Nemini inſidioſus: neminem carpebat:nullius nomen famamq; lacerabat. Ad ſui gloriam & immortalitatem:ad alienos honores:ad largitatem:ad beneficentiam ſemper expoſitus. Neque quod de Cantalico me moratur ad crimen imputari poteſt:quando & id expetiiſſe expectaſſeque Papienſem conſtet:& paterna charitas:domeſtica conſuetudo:ingenii uerſus bonum iuuenem liberalitas uiſa ſunt ab inuito exegiſſe. Et conſtat doluiſſe illum ueniamque ab eo non ſui quidem prope delicti impetraſſe. Nam cum Cantalicus ille Papieñ. aulicus domeſticus iuuenis nõ illitteratus Cardinali libellum carminum compægiſſet:cuius in titulo Cantalicus Gaſparicus inſcriptum eſſet Cardinalis ut qui pro modeſtia iuuenis ingenium non carperet:alioquin graue & eruditũ:neq; tamẽ pati poſſet. quin apud Campanum riſus ſibi materiam fa-

cert libellũ ſeſſuro in prandiũ illi obtulit. Campanus contracto uultu ſimiæ ſimilis quã ꝑ
pe uultu effingebat:ubi gemina illa uerba Cãtalic' Gaſparic' introſpexit:Incõditũ titulũ ela
boratamq; eruditionẽ riſurus:illico calamũ depoſit hocq; Rictu lupus es Crinibus aſpara-
gus: quo inconcinitatẽ tituli:ac ſimul iuuenis corporis formã ſugillauit: haud mora ipſo
ſtans pro menſa in ueſtigio ſubſcripſit. Qua arguria & celeritate riſum omnibus ꝓpe ad
euiſcerationem exitauit:mox indoluit. Nec multo poſt pecuniis quibuſdam ac chariſſimo
ſibi libro cuius ille deſyderio teneretur donauit:utq; diligeretur a Cardinali crebris comẽ
dationibus effecit: Vnus enim mortalium omnium fuit Campanus ſicut alieni honoris: a-
lienæ fœlicitatis cupidus. Ita ad congerendas opes negligentiſſimus: diuitiaſq; ſemper ai
magnitudine mirifica contempſit ut tantũ illas expeteret quantum ad uictus neceſſitatem
& munificentiam ſatis eſſe intelligeret. Cætera in fortunæ arbitriũ habuit:eum ſe præſtare
ſemper conatus:cui ſi ampliores dignitates nõ accederẽt:hominũ ea eẽt:& fortunæ culpa
non illius indignitas:& uitæ ignauia. Neq; alia fuit cauſa cur tantope Theaneñ. eccleſiam
tradi ſibi cum in Fulginatibus degeret contenderit:q̃ ut in patriam tãdem ſe reciperet:ubi
nulli hominum:adulati nullius fauores & beniuolentiam aucupati tandem deſineret: ſeq;
totum ſtudiis & animæ ſaluti ſuæ ſuorũq; ſubditorꝫ fœlicioribꝰ auris & fauſtiori curſu cõ
tradaret. Oderat ille iam curiæ mores & ſæpe clam & litteris deteſtatus eſt: admonebat
etiam illum ualitudo uariiſ morbis crebro laceſſita. Et ad deum ad ſuperos reliquos uitæ
cogitatus referre ſtatuebat. Fuit nãq; præter cæteras animi dotes diuorũ & omnipotentis
dei obſeruantiſſimus Campanus. Pietatemq; in ſuperos: in patriam: in reliquos mortales:
& in ſe beneficos quantum hominum omnium quiſq; ſemper coluit. Nullus unquã in eũ
beneficium contulit:cui gratias perpetua memoria referre non conatus ſit. Hinc ille in ſe
tantus populorum:principumq; omnium amor immenſus illa hominum omnium qui il-
lius conſuetudinem uel minimam attigerint obſeruantia:illud benefaciẽ. honoribus pu
blicis & priuatis illuſtrandi inexplicabile ſtudium. Nam populos quibus præfuit haud ita
magnifaciam:quorum ſuſpecta eſſe in illum obſeruantia potuit:in quos ius habuit. Quid
Florentinũ populum. Quid Parthenopeum. Quid his proximiores? Spoletinos. Aſſiſiates
Camertes Quid reliquos Italiæ principes? quorum priuata beniuolentia:ut publice cole
retur:qui ad publicam utilitatem priuatãq; quantus:quantus erat ſe ſemper exercebat effe
cit. Donarunt illum ciuitate uno omnium conſenſu Peruſini. Apud quos publica munia
cum ſummo populi obiit plauſu Non illum tanquam patrem:nam id minus arbitratus ſũ
dicere:uerum tanq̃ dominum certumq; in terris numen obſeruarunt. Quotiens ad illos
ſeu negocio uocante: ſeu ex itinere diuertebat:diuertit enim quotiens oblata occaſio:tanto
honore:tanto comitatu ſuſcipiebatur perinde atq; Peruſinorum princeps & dominus. Nõ
ille amicitias ut improbitas multorꝫ eſt:ex utilitate & fortunæ plauſu metitus eſt. A quibꝰ
in calamitatibus ſuis adiutus fuerat eis ipſe in ſucceſſibus & fœlicitate ſemper affuit:& a q-
bus in fortunæ ſplendore opem acceperat miſerrimis & calamitoſiſſimis illis opitularem
ſe præſtitit:fouit eos:tutatus:& quanta maxima potuit charitate complexus eſt atq; defen-
dit Pandulſum conſanguineum ex eoq; unicum Nicolaum Balionium Braccius dominã
di cupiditate atq; inuidia cõtrucidarat. Ita urbs tota Peruſina in unius Braccii plauſu & for
tuna conuerſa erat:ut non tam Pandulfi familiæ q̃ cæteris clientibus & amicis formidãdus
haberi potuerit. Calamitoſas mulierculas afflictamq; Pandulfi qua tot annos educatus eẽt
domum:fauſtos ſibi olim lares dulceſq; illius familiæ penates intrepidus Campanus epus
Crotoniatũ iam creatus inuiſere:ſolari:præſentiaq; ſua:& qua poſſet ope recreare non ex-
pauit Non ille quorũpiam odium:nõ arma non inſanos impetus obire horruit. Neq; uir
omni uita integerrimus:inuictus:infractus aliũ ſe cæſis dñis quã eis floridis & lætantibus
præſtitit. Ita Peruſiam ingreſſus ab herilis ædes prædilectaq; olim hoſpicia recta contendit
Subito aduenit populus illo aduolat:faciunt certatim ciues munera ciui: quæ tamẽ iã denique
reſpuere pro modeſtia cœpit. Brachius uetere obſeruantia priſtinaq; cõmonitus ueneratio
ne omnem animi feritatem in Campani aduentu exuit. Iam illum ſalutare:iam alloqui: iã
officio cum illo certare prior geſtit. Colloquiũ petit:dicit unquando iam adire intra quos
ſanguine reſperſiſſet parietes pudor prohibebat:in templo & publicis locis dies. Conueni-
unt tandẽ Campanus Bracciuſq;. An quiſq̃ eſt qui putet illum increpatiõibus temperaſſet
animiq; dolẽtis acerbitatem quantis maximis potuit inſimulationibus & pœne conuicio
non euomiſſet:ut Braccio lachrymas excuſſiſſe illũ referãt qui interfuere. An Bracci ſcelera
tius qcq̃ in ſãguinẽ patrare tuũ potuiſti? An nõ ad mortẽ pœnitet ſex eius filias parẽtis ne
fatria cæde ad ꝓſtrationẽ abreptis bonis oĩbus derelictas eſſe? Nõ ſanguinis: non honoris
non denique deorum imortalium rationẽ habuiſſe. Vnde ferunt Bracciũ uirꝫ nihilominus

probitate inſignem:plurimum magnificum:ſplendidum:quaſi agnito errato ad quod non ma-
leficii conſilium ſed ſimultatum impetus:qui ſanctiſſimos ſæpe uiros præcipites agit:perpu
liſſet eaꝝ curam ſuſceptuꝝ ſe adiuraſſe. Inde digreſſos non Brachium populus : ſed Cam-
panum comitari:huic oĩa obſequii & obſeruantiæ ſigna exhibere . Sine Peruſinos quorũ
mœnia & parietes:nedum oẽs ciues:toti orbi ſua cauſa cõmendatos cupiuit ſemper fore:ſit
In ſilentio reꝝ de illo memoratu digniſſimaꝝ ꝙ egrotaui illi in Fulginatibus Peruſini : Ca
mertes:Aſſiſiates:Spoletini publico ſumptu cũ pecunia medicos clariſſimos deſtinauere.
Cæteros Italiæ pricipes operæ pretiũ eſt percurrere quos ille uirtutis gloria & ſempiternis
monumentis officio & charitate ſemper conatus eſt obſtringere. Erat eni ille unus a natu-
ra cõparatus qui ſicut humilem infra ſe deſpexit nunq̃ quempiam:ita magnoꝝ principum
beniuolentia & conſuetudine delectatus ſit:magna ſemper ſuſpexerit:totuſq; ad ſublimita
tem & ſui gloriam omni uira contenderit. Princeps Tarẽti cum audiit oratores ſuos in pe-
titione ꝓſulis Crotoniatæ reiectos:húcq; Vltroneis Pii comitiis:omniũq; una patrum uo-
luntate Antiſtitẽ creatũ eſſe gratias Pio ꝙ tantũ uiꝝ:eo ſic uſus uerbo:illi urbi ꝓfeciſſet cũ
ſũmo ſtudio haud multũ diſtulit agere. Ferdinandus ex Alfonſo primo Regum qui in Ita
liam unq̃ fuerint potentiſſimus:ratus ad gloriam ſuã ſpectare quod ex Cãpania ſua tãtum
litterarum lumen obortum eſſet quo potuit ſtudio illius domũ perpetua imunitate ſtatuit
condecorare. Coſma Medices cum nullo mortalium magis q̃ cum Campano oblectatus
eſt. Quanta familiaritate quanta licentia eo uſus ſit indicant ad illum ad penitimam fami-
liaritatem ſalibus refertæ epiſtolæ Illo Petrus:illo Iulianus:illo Laurentius chariorem mor
talium neminem habuere. Gyro & flexu quodam intime beniuolentiæ ad quãlibet rem
nunc lenis nũc acer cũ illis pinde atq; cũ fratribus decertauit q̃ familiariſſime. Illi plus uni
huic ad ſolos nutus q̃ cæteris omnibus uel obteſtantibus conceſſere. Sigiſmundus Mala-
teſta dum ille hiſtoriam ad Carolum Brachii filium Venetorum tunc imperatorem defer-
ret Arimino Iter facientem triduum demoratus regio apparatu ſola hominis fama allectus
ſuſcepit. Abſcedenti comites per Apennini Iuga pecuniãq; pro omni Itinere addidit. Quã
ob rem Campanus ſemper illius auctoritatem nomenq; in curia defendit miraque ſemper
beniuolentia inter eos interceſſit. Dux Vrbinas functæ uxori Baptiſtæ Sforciæ ſupremos
exoluturus honores huius eloquentiam diuinam omnẽ funeræ pompæ magnificentiã trã
ſcedere ratus:cum Tudertinũ preſidatũ gereret. neq; abeſſe prouintia ſine pontificis ꝑmiſſu
liceret. funebrem ipſius uxoris cõmendationẽ habere ut poſſet ſummis precibus & ab illo
& a Pontifice impetrauit. Qua tantam gloriam inter eam nobiliſſimorum totius Italiæ prĩ
cipum & oratorum coronam indeptus eſt:quanta nunq̃ interitura erit. Illectatus ea oratio
ne tantũ eſt princeps litterarum non imperitus:ut inde nunq̃ rogando deſtiterit donec ad
geſtorũ ſuorũ hiſtoriam conſcribendam perpulit Et quãdiu uita manſit ſemper illi opitu
laris munificentiſſimuſq; ſe exhibuit. Huius eloquentiam inclytus Imperator Italiæ diuus
Franciſcus Dux noſter glorioſiſſimus & ipſe magnifecit:artiſq; cupiditate pluſq; nimia:hic
ut a ſe res geſtas æternitati demandaret Quod & ſi ipſe quoq; cum rerum magnitudie ex
quibus gloriæ imortalitatem:cuius cupidiſſimus ſemper fuit ſperabat:tum principis muni
ficentiſſimi liberalitate maxime deſyderauerit:ut Picinini geſta ſcribere reſpuerit:ꝙ huic hi
ſtoriæ nebulas infundere poſſe ſcribentis ſtudio uiderẽtur:neſcio qua hominũ incuria de-
licuit. Quod ſi curatum fuiſſet dii boni patriæ quanta gloria contigiſſet. Hæc in Italia
Quæ gens tam remota Campani non audiit nomen. Quis tam abſtruſus in toto orbe ter-
rarum locus ad quem Campani non penetrarit fama. Verum unam Romam cum reco-
lo ubi principum domicilium totuſq; congreditur orbis:quo a patribus in precio habitus
ſit quantus:quantus ſum obſtupeo Nemo tam alienus a diſciplinis & litterarum ſtudio
abhorrens fuit:quanquam omni ætate acuratiſſimi omnes in illo ordine litterarum culto
tores extitere:qui huius diuinum ingenium non ſuſpexerit uirtutemq; demiratus ſit. Ab
omnibus ille quidem ſemper animo propenſiſſimo re quaq; adiutus. Præcipuos tamen
auxiliatores Senenſem Papienſem. & (ne Berardum Spoletinum uirum grauiſſimum do
ctiſſimumque quem Bardulon appellauit: & Petrum ſancti Sixti qui ſibi beneficentiſſimi
fuerunt nunc explicem). Cui chariſſimus fuit. Magnum Beſſarionem Nicenum Cardi-
nalem græcum habuit. De Senenſe minus eſt ꝙ referatur quando omnis eius uita illi-
us familiæ auſpiciis ſit deducta:& quicquid nominis:lucis:& fame conſecutus eſt:ea Pico-
lomineæ genti accepta plane ſemper habuerit. De Papienſe mox. Nunc magni in hunc
Beſſarionis munificentiam operæ pretium fuerit explicare. Vrbs tota feſtiuitatibus.
& cantu aliquando exulabat ut ſunt in Carniſpriuiis debacchantium turba laruatorum
plauſibus & cantu plena:omnia cantilenæ tota urbe aures quoquo uico demulcebant. Ma

gni Beſſarionis occaſionem nactus tectius laudandi Campanus epigrãma hoc condidit.

Beſſario totũ cui ſe conceſſit Apollo
Et quo nil maius ſæcula noſtra uident
Per te priſcorum laudes exceſſimus: ire
In Trutinam uictor cũ Cicerone potes
Victa etiam p te magni Demoſthenis ora
Hubenor per te Græcia facta tua eſt
Pectoris at tam minimas facũdia partes
Obtinet: exiguũ ſplendida uerba putas
Terra patet: pelagus notũ: mẽs alta deoꝝ
Cognita: ſcis cœlũ ſciſq; qd aſtra ferãt
Quicquid te latuit non eſt in rebus: ad omnes
Ingenium latebras it penetratq; tuum
Imperio ac rerum ſceptris: & ad omnia natus
Vnus mille geris pectora: nulle ſapis
Ipſaq; cũ tantum fecit natura uidetur
In uires quanta eſt incubuiſſe ſuas
Corpore in excelſo maieſtas cana fatetur
Plus homine: hæroum frõs tibi Beſſano eſt
Et data cum fuerit talis pſtantia membris
Dii animam membris inſeruere parem.

Quod cũ laruatus ephœbus uocaliſſimus feſto die quorã ſubmodulante lyra incinuiſſet Tantis pfuſus lætitia laudibus ille: inſtæ quot illa erant carmina aureos tot nũmos elargitus Cãpanũ mox aduentantẽ factũq; diſſimulantẽ cõplexus Campane inquens Campane ubi ſũt illi digiti q tot de me mẽdacia ſcripſerunt aureo gẽmæ adamanteæ pretii ſeptuaginta ducatoꝝ annulo donauit. Inde muſtellina efferri iuſſa fultura. quam ex uariis noſtri uocant: dono ſibi olim ab rege Polonorum miſſa cumulati muneris monumẽtum addit. Quam poſtea ille domi dũ uixit grata memoria ſemper geſtauit. Papiẽſis uero omniũ beniuolentiam: ſtudiũ largitatẽ munificentiam in illũ: q cõſumatiſſ mus ipſe in omni diſciplina huius ingeniũ penitius deprehẽſum habebat ſemp ſuperauit. Neq; ſemel: neq; ex rebus quæ ſibi aut uſui nõ forẽt: aut nihili conſtitiſſent ad põpam & oſtentationẽ: ſed omni uita ipſo nũmo & menſtruis erogatis pecuniis annuiſq; ueſtibus & aſſidua rerum multarũ largitione beneficiis & liberalitate in illum ſemper beneficus fuit. Nulla cuiq̃ uis tanta dicendi neq; tantum ĩgenii flumẽ q amorem familiaritatẽ arctamq; conſuetudinẽ illorum poſſit explicare: hũc in menſa: hũc in cubiculo: hũc in ſeceſſu quocunq; ſemper conatus eſt: nedum introeundi poteſtatem fecit: quod ſibi ad quandã beatitudinẽ multi deputarent hodie: ſeu iocos ille texeret: ſeu ſena: adhibere ut alteros ſe iuuenes Siculos: alteros Herculem & Philotetem: geminos Tindaridas. Alteros Piladem & Oreſtem ſe eſſe gloriarentur & eorum monumentis ſcriptum reliquerint. Vnde conſtat Papieñ. patrũ ſe Comitiis illius memoriam facturum: nomenq;: doctrinam: merita inſinuaturum neq; conquieturum donec in ampliſſimum patrum illum traduceret ordinẽ cuius eum ſua uirtus dignum feciſſet adiutaſſe. Et Campanus ipſe ſe nunq̃: neq; tutius: neq; fœlicioribus auris quã eo remige plurimis monumẽtis teſtatum reliquit inter curiæ tempeſtates annauigaſſe. Huius ad omnem occaſionem uirtutes in cœlum tulit. Neq; prope ullum illuſtrius eſt in campano ſcribendi genus quam cum ad Papieñ. contigit ſcribere. Quod cum & Papieñ. ſua ĩter ſcripta obſeruaret eo uſq; illorum excreuit ſui celebrandi mutuum ſtudium ut ſuis inuicem monumentis memoriam ſui ſempiternam gloriarentur apud poſteros conſtituiſſe. Quod & Campanus his carminibus manifeſte cernitur decantaſſe.

O titulos habituræ meos poſt ultima fata: Quæq; ſuperfuerint oſſa daturæ tuos.

Nihil magis Campanum gloria & Immortalitate exoptaſſe cuncta quidem illius ſcripta oſtendunt. Verum inopinatæ ne morti imputandum ſit an illius minimam diligentiam accuſem certe integrum non habeo. Nam & multi tanquam futuræ mortis præſagi uiri q. dem clariſſimi illum ſæpe ut delectum rerum a ſe ſcriptarum haberet. Inq; unum corpus redigeret multis precibus popoſcere Et ille ſæpe id curaſſe: libros Epiſtolarum Epigrammatumq; diſcreuiſſe reſcripſit: quod uti effeciſſet ego qui edenda curaui laboremq; emendando: diſpartiendo: locando dum fruſtra mille uno non conquelita ex tota pœne Italia loco contexo: perienſi. Vt feciſſe illum quæ ſæpe cogitaſſet: ſpe quadam ingenii & acritate atteſtatum eſſe cognouerim: & id in rebus ſuis admiſiſſe a quo cernitur in alienis: ut ante præſtaret quam pœne pollicitus eſſet: abfuiſſe. In qua re cum prope labore obrutus illi aliquando mecum ſuccenſerem paululum ab ira & inſimulatione abſtiti. Quando cognoſcerem in illum exiguam culpam: omnem in poſtulatorum procacitatem & iprobitatem eſſe transferendam: qui liberali illius cognito ingenio naturaq; non tam auri cuius nunquam tenax cuſtos fuit quam rerum a ſe ſcriptarum prodiga nihil apud illum quod ad diem cuderet patiebantur uel monumento permanere: & precioſa quæq; ſpe reddendi iniecta: non modo non precibus tum omnes litteratiſſimi impetrabant ſed intemperanter & improbe ui quadam extorquebant. Et quod extorquebant nunquam reddebãt. Et quod nunq̃ reddebant ad ſuã eruditionẽ domeſticumq; ornamentũ & ingenii ſuppetias ſui abſtruſum reconditumq; theſauri loco ſeruabant: ut cũ alter idem depoſceret ad illos quibus primo de-

diffſet cogeretur eos relegare. Et cum culpam leuet uiri humanitas & clæmentia certe relin
quitur ut eorum in quos ipſe facilis & beneficus fuerit: ſeuiſſima & deteſtabilis: qui illius
ſcripta occuluerunt: nomine: gloria: fama: immortalitateq; illum ſua fraudarent: extite-
rit perfidia. Q d' ſi ille paulo diligentius ſcripta omnia obſeruaſſet nõ dubito tantam ad
mirationẽ poſteris reliquiſſent quantã nec anteactæ ætates: nec quæ ſubſequent̃ coniun-
ctæ ampliorẽ afferre immortali hoĩe nõ potuiſſent. Nam quæ lepidiora fuere ſonãtiora
maiore ſpũ cõcinnata auaras nacta man⁹ diẽ ſuũ uident̃ obiiſſe: & nulla dies eſt qua ſemp
ꝑclarũ aliqd & illuſtre ad manus meas: nõ cõtingat ꝑuenire. Neminẽ alloquor q mõ uel
minimam eius ætatis noticiam habeat illius qui mihi ſcripta non aliqua geſtiat recitare.
Nullus tam ferus & agreſtis nullus tam alienigena & extremis natus in oris ad cuius notici
am non audiam illius nomen ſamamq; perueniſſe. Nuper cum Vmbriam peragrarem idẽ
forte quod ego iter facientem Turcum offendi. Is cum me latinis uerbis ſalutaſſet credidi
primo congreſſu uernaculum ſermonem noſtrum eum non tenere: atq; ita latinis parum
quidem ut ſubitis pariter reſpondi: Vbi admodum me litteras non callere deprehenſum
habuit ſed nec tamen prorſus ignorare audentior factus cœpit ſeſe ad conferendum com
ponere. Mox percunctanti illi qui nam docti hac tempeſtate in urbe memorarentur Com
plures ego numeraui: At inquit ille noſtra adhuc ſæcula uobis in lucem unum Campanũ
non reuexere. Ad nomen ego Campani obſtupeſcens: quomodo eius ipſe noticiam ha-
beret cœpi ſtudioſius perquirere. Ille inter Turcas diui Pii gloriam cum in rebus omnibus
tum præſertim in diſciplinarum ſcientia: & cultu diuino: chriſtianoq; gubernando impe-
rio & bella & illatum Aſiæ terrorem cum pluribus memoraſſet hunc quoq; uirum Inquit
in hac præcelſa imperii chriſtiani urbe Roma apud illum in litteris maximum ſama prædi
cabat oratorem facundiſſimum in eloquentia ſupremum. Cuius uidendi cupidus cum per
iuuentutem Italiam peragrarem Romam quoq; appuli: ubi mox in ueſtram fidem recept⁹
ſcripta illius cõplura coegi: quæ poſtea uita chariora ſemper mihi ſeruaui. Plæraq; etiã me
moriæ mãdaui: Atq; ita memoriter cũ multa rettuliſſet. Illũ ego Tetraſticũ Anſer Tarpeii:
quod ante nõ audierã memoria inter equitãdũ excepi. Vt mihi Cãpanus Homero prope
ſimilis factus uideat̃: cuius Iliada ac cætera poemata auctores ſũt uiri illuſtres illum nunq̃
in ſcriptis redegi feciſſe. Veꝝ dum paſſim⁹ea decãtat excepta in uolumẽ ad nos peruenere.
Nam niſi ineptũ ſatis arbitrarer quæ ad me ſic peruenerũt ꝓpe infinita poſſem recẽſere. Fu-
it illius ſicut omnes iam ferre ſententiam poterunt ſcribẽdi genus facillimum quidem ſed
ſonorum dictis & ſententiarum grauitate illuſtre imprimis confertũ & memorale ac quo
quo philoſopho digniſſimum ut ad illius ſcripta perdiſcenda omnes ſentẽtioſis dictis tra
herentur & ornatu. E quibus pauca tanq̃ illi familiaria magis atq; uſurpatiora: & unde: qđ
maxime cuditur: illius uitæ ratio poſſit nobis conſtare proſa ac deinde uerſu excerpta ſub-
ieci: quæ putaui ad lectorum omnium inſtitutionem poſſe maxime tanq̃ philoſophiæ car
dines conſerre. In qua re illud primum libet afferre: quoniam mediocrem palam dicebat
ſe amicum nunquã: quem amicum: habuiſſe. Nam fuit in uiro tanta integritas: ut in fronte
quod aiunt unum aliud in corde noueri nunq̃ geſtare Quod facile indicatur nam ſi illi
us cõmendaticiæ legantur epiſtole neminem unq̃ cõmendauit quẽ nõ ita cõmendarit ut
cogeret amicos rogata facere. Sentẽtioſa dicta eiuſmodi ſunt cætera Virtutem niſi agnitis
uitiis conſequi poterit nemo. Studioſi ut nulla ſibi tẽporis iactura exeat ſic nullam eius in-
digentiam atq; inopiam patiuntur. Ingratum ſi ſua proteruitas abſoluat conſciẽtia tamẽ
ſeueriſſima æqui atq; iniqui iudicatrix archana rerum confeſſione torquet & damnat. Op
tima rerum omnium excogitandarum neceſſitas magiſtra. Nemo tam ferus & agreſtis
tamq; ab omni humanitate deſtitutus qui ſi modo peccare ſe intelligat non aliquãdo ipſe
ſibi diſpliceat & ad ſanctiores mores melioraq; ſtudia ſeſe non ꝑmutet. Nulla arctior ami
citia coniunctiorq; neceſſitas q̃ quæ mutuis officiis & alterna beneficiorum largitione con
tinetur. Turpius principi in beneficio gratia & liberalitate q̃ in prœlio ſuperari cui in alte
rius animi nequitia comprehenditur: fortuna in altero poteſt accuſari. Cogat te neceſſi-
tas ipſa puniendi non excruciandi libido impellat. Vbi ius dominatur uana eſt etiam ſi iu
ſta quærela. Strenui militis non eſt plus de aliena multitudine q̃ de ſua uirtute cogitare.
Prodeſſe interdum inimico pulcherrimum eſt: amicum ad omnia iuuare neceſſarium.
Neq; enim facile noua atq; incerta amicitia conſtare poteſt ubi uetus deſeritur & probata.
Sæpe aduerſa fortuna ſupprimit mortalium animos tollitq; ſecunda. Miſeros qui noua
parere neſciunt: miſerrimi qui parta tueri non poſſunt. Quiſquis hoſtem metuit irritat:
& ad prædam inuitat magis quam fugit. Nunquam ſero occidit qui ſine poſteritatis ſpe
occidit. Eloquentia ut cætera nõ nihil auget fortuna: ornat dignitas: illuſtrat imperium.

Præcipua eſt nobilitas quæ propria ornata uirtute & ſua cum maiorum ſit ſplendore dignitate gloria uetuſtate coniuncta. Difficillimum cum ſumma fortuna morum integritatem eſſe coniunctam. Vt igni depuratur aurũ ſic animus noſter ipſa morte ab oĩ rubiginis cõtagiõe ſecernit. Alienis laudib' niti nihil aliud eſt q̃ ſuas ꝓferre nõ poſſe.

Nihil homini glorioſius eſſe poteſt q̃ qui humiles abiectiq; ſint ſubleuare atq; ornare eoſq; non adulatione fortunæ: ſed ꝓprio beneficio ſuos facere. Nihil laudatur incertius q̃ quod nimis. Nulla uita conquinatior q̃ religioſi hominis intemperanter libidinoſeq; uiuentis. Cauendum nobis quid quenq; doceamus. Vinci bello fortunæ eſt amore aut inhumanitatis. Triplici laborat febri qui & iacet & ducit uxorem. Quincupli qui & iaceat & ducat uxorem & egeſtate prematur. Plæriq; amicorum caleſcunt præſentia abſentia frigent. Qui amicitia uinciũtur iam tunc incipiunt non ſuis ſolum laboribus angi cum uinciuntur. Vix magna cupiunt qui parua deſperãt. Habet hoc amicitia ut grauiora ſint quæ putamus minima ſi ꝑtereantur. Satis eſt premii ubi laborem gloria laus induſtriam comitatur. Non eſt uirtus in campo decurrere. Sed in lubtico nõ poſſe auelli. Virtus ſola ſemp eſt ſua ſama maior: gaudetq; ſpectaculo ſcelera & uitia cõſpectũ reformidant quæruntq; latibula Ruſticationem urbanis negotiis immiſceri iocũdum anteponi indecorum

Quicquid agimus in uita in lance ſumus uulgi ſemp diuerſa aut potius peruerſa ſentiẽtis

Nullius hominis tã recte poteſt ratio cõſtare in uita ut calũniã fugiat poſt mortẽ. Nihil aliud amicus q̃ glorioſa moleſtia ut plures qui habeat hoc ſæpius doleat. Hunc qui uiuimus ludum ludimus ut aut lugeamus noſtros aut quod æque miſerum lugeamur. Ocioſa amicitia niſi exerceatur: exerceri aũt niſi mutuis beneficiis nõ poteſt. Stulti fortunati diutum imperium eſt. Diuiti nunq̃ magis dat pauper q̃ cum nihil dat. Contra diues nunq̃ recte bene facit niſi cum pauperi. Amare & fouere propinquos mortui amici non tam præſtare beneficium eſt q̃ reddere. Contemnere pericula nunq̃ bonum eſt niſi cum neceſſarium. Fidem nihil magis probat q̃ obſequii diuturnitas Dignis qui utitur nihil idignũ facit. Parcendum mortuis quibus qui male dicit facile oſtendit non audere ſe certare cũ repugnantibus. Diſſimulatio omnis aut ſimulatio fomes eſt fraudis. Multa cupimus in uita quæ aut præſtare temporibus prohibemur aut conſilio differimus aut caſibus intercipimur. Nullum eſt premium certius & maius q̃ gloria præſentibus memoria poſteris.

Natura cuiq; dux atq; imperator eſt ſua. Calamitas etiam quæ minima maxima eſt quæ adiutorem non nanciſcitur. Multum detrahit principi qui de illius clæmentia & pietate deſperat. Officioſa diligentia nihil antiquius. Plurimum refert unde beneficium accipias. Non placet fortuna niſi quæ cum uirtute coniuncta.

O quantũ eſt animi uincere conſilio
Vetus amor ſincera fides nõ fict' amicus
Per nullas fiunt languidiora moras
Effuge quo libitũ eſt euadere fata neqbis
Conſilium uertit ſors ſtabilitq; tuum
Quod ſubito exoritur fluctuat ut ſubitũ
Aetates abeunt: labũtur regna: ſed unus
Durat & in p̄cio eſt poſteritatis honor
Cœpta uirum fortem deſeruiſſe pudet
Viuere qui nolit deſidioſus amet
Exoptata odium gratia ſtulta parit
Miſerrimus ille eſt
Qui quod habent oẽs ſolus habere nequit

Virtutem exacuunt & penæ & p̄mia iure
Pena malis danda eſt p̄mia danda bonis
Tempus & anni.
Fomentum nullis artibus accipiunt
Munera cum gẽmis ipſi labuntur & anni
Ad finem ruunt quælibet orta ſuum
Temporibus fragiles & longo carpimur æuo
Paulatimq; cito radimur Axe poli
Non durare poteſt ſi qd tibi crimine patrum
Euolat & diues fraude iacebis inops
Nil durum in pulchra nobilitate cadit
Cui modicum ſatis eſt hic ope dignus erit.

Sic litteris & doctrina ſic dictis & ſententiarum grauitate. Sic officio & affabilitate. ſic liberalitate & beneficentia: conſilio & auctoritate: moribus omnibus in geniali ueneratione & gratia cæteris animãtibus præſtitit Campanus: ut plane omnibus perſpectum ſit illum numeris abſolutiſſimum nobis a natura ad miraculum ætatum omnium proditum fuiſſe. Ipſum per ſe profeciſſe multum. Fortunam uero quæ cætera præclara ingenia deprimit: tollitq; obſcura non minimum aduerſatam eſſe. Abſtuliſſe mortem cum illo mirabile naturæ opus & ornamentum. Ipſum uero ſui memoria diuinis uirtutibus ſuis una præſertim eloquentia & uitæ integritate deſiderium ſempiternum reliquiſſe. Vos qui huius aut uitam aut carpitis monumenta: & ſi ſcio id uos conaturos: quæ ueſtra eſt uanitas: ut ſoli uideamini ſapere. Precor immortalem deum liceat eius uel minimam partem uirtutum in eruditionis & eloquentiæ attingere.

FINIS.

Ad Lectores. In Vitam.

Parce precor maledictis lector:libet paucis te compellare.Scio iam quid accuſes Panægyrim me celebrare non uitam condere:hoc reliquos uitarum ſcriptores non tam non obſeruaſſe:q̃ tanquam alienum ab inſtituto refugiſſe Cenſem me Campani uitam uiri tanti ſine laudum interſultatione perſcribere potuiſſe?Quid Trãquillus:Quid Iulius Capitolinus Quid Lampridius:Quid Helius Spartianus:Quid Plutarchus: Quid Erodianus: Quid poſtremus noſter obſcruarit Platyna haud ita nos fugit.Quorum & ſi non omnis fortaſſe a nobis prorſus abhorruit.Ego certe aut genus hoc ſcribendi nouum nunc nup attuli: aut effeci ut qui inter cæteros Campanus non eſſet:ſtilo quoq; abſimili celebratus ad poſteros poſſet pertranſire.Tu ut uoles pro arbitratu percenſe:nam tibi ſuffragium ſupposcens pallium trahit nemo.Id tamen ſedulo ſi introſpexeris faſſurum te non dubito:nihil me præter ueritatem omni hac lucubratiõe attuliſſe.Ac uereor magis immo nihil addubito: multa dediſſe ſilentio:plura etiam minus q̃ res exigeret ipſa decore rettuliſſe non deſines increpare In altero quoniam nec interfui cum uixit:nec omnes uuius hominis uitam:geſta: dicta:facta ſingula potuere pernoſcere minus iudicabor peccati admiſiſſe. Alterum autem ingenii tenuitas facile poterit excuſare.Ego nunq̃ tam abalienati animi nec a recto mei iudicio abſens fui:ut quod plerią; omnes uel modice litteratuli de ſe ſentiunt: ipſe luculenter aliquid ſperem edidiſſe.Et plane nulli dubium rebus omnibus orationis ſplendorem dignitatis plurimum atq; maieſtatis addere & ſæpe incondita geſta ſcriptoris claritate uenuſtatem & gratiam acquirere:ut mihi uidear circũſonantes Campani manes de me querentes ſemper audire q temerarie illius peractæ gloriam uitæ auſus fuerim ſtilo tam rudi impudenter attaminare.Veſtra hæc uiri eruditi fuerat prouincia. Verum date ueniam ſi prærepta:Nam quam uos de ueſtris benemeriti Campani ſtudiis memoriam negligere uidebamini:eam ego non ſum paſſus utcunq; fas fuit in illius iniuriam & ueſtram notam diutius contabeſcere.

Contra detractores ad Campani gloriam.

Malæ quot linguæ lacerabunt labores
Tuæ Campane uitæ gloriam noſtros
Continentes:quibus magis ſapit nihil
Quam alioꝝ rodere ſcripta:qui nunq̃
Aliquid ipſi protulere in quo ualeant
Sua errata recognoſcere:ſed caue
Tu quoq; nefariis qué non abſtinebunt
Auſibus impetere:ſicut perfidia eſt
Eorum ut ſoli uideantur adhibere
Ad omnia naſũ:ueteres:non quoq; noſtri
Abſq; calumnia:ſed illa ſuprema
Blatterantiũ facere floci gloria
Ineptias uirum: præclarus triumphus
Ex fero ſemp ille qui paritur hoſte
Meo uiue munere Campane:uiue:
I uagus populos uagus per urbeſq;
Redite ad heliconios latices deæ
Simul quæ occideratis ſimul erectæ
Bonis plaudire litteratis Camœnæ
Apollo ducter choros iterum ueſtros:
Caballi: uatum: celebretur decuſq;
Inter orandi Patrum graues coronas:
Et omnis orbis repetitos honores
Audiat: ac in excelſo refulgeat
In titulos noſtros ſublimis gloria coelo

EPITAPHIVM.

Campanus iacet hic humili contectus in urna
Qui uaga dum uixit ſydera tranſiliit.
Hiſtoricus ſcripſit:dixit:cecinitq;:nec alter
Philoſophus toto clarior in Latio.
Nil maius natura tulit:miracula cœli
Huius in ingenio cuncta ſtetere uiri.
Deſerto lugent Parnaſi fonte ſorores·
Et tumulus refugas lucis hic unus habet.
Vos qbus ingenium eſt:en quo cõtẽdim' oĩs.
Virtutis ſola eſt gloria quæ ſupereſt.

¶ Depoſtillatis ſicut uulgus appellat Codicibus deuitandis.

¶ Studioſe quicunq; es:ipſe uel imprimis preſtantis magnus lucubrator doctrine:uel uigil
lātiſſimi cuiuſq; cultor & rudiſſimi imitator ingenii Nō tam mihi neceſſariū q̄ tibi utile(da
te mihi parūper)affari te. Nimia mancipū diligentia nos pene ꝑdidit: ex ignauiſq; inertes
facit & ſomnolētiſſimos Tot tibi rubricelas ſormis apponūt:Indices locāt:poſtillas nec tūc
ut qd in toto abeat opere illis fretus non cures peruſtigare Vnde tua cum illorum ineptiis
cōiuncta ſcientia tantū dicet te in literis ꝑfeciſſe quantū qui ex Gallicis Stragulis Troiana
norunt imperitis bella memorare quoꝝ in nullo ſtudio una eſt inanem picturam ꝯcenſere
turpiſſima cura. Q uapropter moneo te quanta maxima poſſum charitate libros illos quos
uocāt poſtilatos ego peſtilentos ſeu mauis puſtulitos tanq̄ uirtutis & īduſtrie hoſtes cōeris
deuitare Dux tibi & diſciplinaꝝ omniū miniſter calamus eſt : memorie opiſex maximus.
Tu ne ſubtrahe queſo labori tenuiſi quod in fabulis eſt graculus Iunonia pluma delecteris
redi mini Intinge tu tuo ſtilo albentes margines ubiq; uelut in fluminis ripa ſpecioſum uire
tum conſere. Diſpone ſignis & in memoriæ arce precioſiſſima quæq; reconde Curaui ego
in Campano noſtro poſſis quomodo ampliſſimo de illius flumine gracillimos riuos lata
per arua deducere. Operiſq; dignitati rerum maieſtati:tue ſimul induſtrie ſpacioſo:eoq; per
libero & candicante margine conſului. Eruditorum iam nemo eſt qui ea non contemnat
tanq̄ inertiſſimi ducant eſſe uiri ſuam cognitionem ſtudiumq; alienis hallucinamentis per
metiri Quod ne me tamen hec labore territum nimio arbitreris refugiſſe. Seu ſi te adeo illo
rum peruinceret cupiditas tanq̄ infirmis malis paſſibus uadum bacillo etiam innixus per-
uadere q̄ præcipiti auſu uaſtis gurgitibus ſortaſſe nimis glorioſe ſine remis aniare Q uæ ip-
ſe in meo ad unumquodq; ſolium archetypo attexueram in quelibet uolumina accipe. Dū
intelligas uoluiſſe me tue deſidie uelut qui prouia lapidoſo in tumulo ſignātem iter erigit
crucem quando ita libidus importune geſtias occurrere non uirtuti & ſtudioſis honeſtum
aut utile auxilium conferre. Iam ergo quid ipſum ſit placidus agnoſce. Illuſtres philoſopho
rum ſentētias præclaraq; campani dicta haud ulla expreſſi . Referſit his ille omne ſcriptoꝝ
genus & creberrima illa ubiq; ſola potuiſſent uel ad medium uolumen occupare. Ex argu-
tiſſimis notulis ſpero ſore ut quid ubiq; ſit facile poſſis deprehendere.

¶ Marginarie in libros de Ingratitudine & quæ conſequunt reliqua Notule.

¶ Folio .xxii.
De Ingratitudine fugi-
enda ſcripſit ante nemo
Lucretius
Epicurus duos luſit mū
dos.
Nicolaus Sulmonenſis
illlius preceptor.
Accuſare naturā īgrati
¶ Fa.ii.
Eſſe cognoſcēda uitia&
de his iacere diſerere ut
ab his poſſimus cauere
& uirtutem amplecti.
Flaccus
Indiſcrete rerum nuncu
pationes:prodigos:libe
rales:aduiteros:urba-
nos &c.
Quædā ſimilitudo rerū
turpium cum honeſtis.
Animi magnitudinē ſu
pbia fortitudinē imita-
tur audacia & quæ ſunt
ſimilia nota.
Fo.xxiii.
Corporis morbos medi
ci animi uitia curāt phi-
loſophi.

Oportet magiſtratū cū-
cta crimina noſce
Mercatores rerū omniū
uitia noſce oportere.
Parcendum accuſationi
priſcorum.
Virtutē amplexuri finiti
ma plerumq; uitia ſola
rerum ignoratiōe com-
plectimur.
Socrates admonebat
intuerentur ſe ſpeculo.
Maximus errorum cum
te errare non putas.
Parmeno Terentianus.
Ariſtippus.
Lacedemonii admitte-
bant in cōuiuiis ſeruos
temulentos ad erudien-
dos filios illoꝝ exēplo.
¶ Fa.ii.
Contra eos qui querun
tur de uite breuitate.
Theofraſtus Zeno
Xerſis lachryme
Longiſſima mortalium
uita q̄ uirtutē capeſcat
Neſtores ſi uitioli tanq̄]
ratres ſunt Cadmei

Virtutē niſi cognitis ui-
tiis conſequi pōt nemo
Phanū Cōſtātii Peruſie
Cauſa diuerſitatis
uultuum & morū mor-
talium omnium.
Teterrimi omniū & im-
maniſſimi ingrati
¶ Fo.xxiiii.
Conferre plurimum di-
ſputandi conſuetudinē.
Duplex liberalitatis ge
nus
Sublata ſpe premii bene
ficētie & liberalitati nō
eſt locus
Spem utilitatis ad oēs
labores hoiem excitare.
Magnifica res & ꝑclara
conferre beneficium
Poſtreme perfidie nega
re beneficium acceptum
Vitia & uirtutes habent
gradus.
Quattuor genera ingra
torum.
Qui diſſimulant
Q ui negant
Q ui obliuiſcuntur

Qui pro bono malum referunt.
¶Fa.ii.
Nō referens beneficium ſi tamen illud fateat mi nus delinquit
Darius
Sylophon Samius
Animus in liberalitate ſpectandus
Coruus qui comitatus erat lupos
Voluntas non euentus facit maleficium
Qui non ualet referre is non eſt ingratus
Ingratis nulla maior pe na q̄ eos intueri a quib⁹ beneficium acceperint.
Torquet ingratum con ſcientia quem proterui tas abſoluit.
Rubor Trepidatio
Conſtantia Fiducia
Conſciētiæ accuſatores atq; defenſores.
¶Fo.xxv.
Canes hominū benefa ctorꝫ memoriā obſeruāt
Ingratus omni cane per fidior.
Leōes beneficio flectūt
Ingrato diſſimulāte fœ dius negante perfidius utroq; deteſtabili⁹ nihil
Genera ingratorum de quibus etiam ſupra.
Pueri multum diſcunt
Multa tollūt rerum me moriam.
Dignitates tollunt me moriam amicorum an te habitorum
Qui pre dolore aut leti cia nimia aut facti ſunt inſani aut extincti.
Aiax furorem
Herocles Parthorꝫ rex.
Periandrus
Menippus.
¶Fa.ii.
Dionyſius tyrannus
Sophocles
Chio Strabo
Non haber excuſationē ingratus qui obliuiſcit.
Pythagoras
Diogenes
Periander Corynthius
Ariſtoteles
Fortuna in animo nullā habet poteſtatem
Memoria p̄clara in uiris
Gneas Platonicus
Cyrrhus
Themiſtocles
L.Scipio
Mythridates
Septius metrodorus
Animus cogitatione co aleſcit contra cætera mē bra uſu ebetantur.
¶Fo.xxvi.
Oreſtes Hecuba
Optima rerum omniū magiſtra neceſſitas.
Palemon
Xenocrates
Peccans ſibi ipſi diſcipli cet.
Vltimum gen⁹ ingrato rum deteſtabilius
¶Fa.ii.
Qui pro bono malum referunt
Themiſtocles
Alexander
Regi turpius in benefi cio q̄ in prelio ſuperari.
Philippus rex mace.
¶Fo xxvii.
Nemo tam ſapiens qui interdum non erret
Nulla arctior amicicia q̄ quæ mutuis beneficiis continetur
Diffinitio igratitudinis
¶Fa.ii.
¶Liber Secundus.
De Peruſia laudes & diſcorde.
Peruſia ab Acheis cōdita
Sertorius. Philippus
Antiochus Hannibal.
Fo.xxviii
Quibus ſimilis pandul.
Seſſio quid conferat.
Peripateticos & Stoicos ſequitur
De ingenio ſuo
Philoſophie utilitas
Summa igratorꝫ capita
In referendo negligētes
In diſſimulantes
In oblitos
In referētes malum pro bono.
Diffinitio igratitudinis
Sulmontini argumenta quod ingratitudo ſit ſæ pe utilis.
Plerunq; bona
Aliquando neceſſaria
¶Fa.ii.
Ariſtoteles Que bōa & Quæ mala.
Cicero contra ingrates
Romani
Carthagineñ. Ingrati
Athenieñ.
Thebani
Viri & reſpub. Ingrate.
Alcibiades
Themiſtocles
Thebani
Cadmus Alexañ.
Caliſthenes Caſſander
Romulus Tullus
Tarquinius Pompeius
Ceſar Cicero
Octauianus Iugurta
¶Fo.xxix.
Quomodo ſæpe contin git eſſe ingratum ſinē magna culpa.
Aīalia ingrata a natura
Milui Hercini
Mures Viperā
Hirundines Cuculus
Papaces Curruca
De ingratitudine terre
¶Fa.ii.
Idem
Terra Ops
Tellus Magna parens
Humus Fatua
Thraſimenus
Pacuuius
Apud Babylonos terra reddit ducentum pro ſingulo
Apulia reddit ſexaginta
Hirpini uix recipiunt ſe mentem
Cruſtumii ſenū inutile.
Perſis feraciſſimum ſolū
Ingrate arbores
Ingrati dii
¶Fo.xxx.
Libant multi litant pau ciſſimi
Quod igratitudo ſit bo na & utilis.
Iupiter & Semeles
Aegeus Theſei pater

Domitius
Philippus ſeruus
Bremus
Poeta de aucupibus
Id haberi pro maximo
munere quo maxime in
digemus.
℄Fa ii.
Ea non eſt habenda mu
nificentia quæ utilitatis
cauſa exhibetur.
Stoicus
Debemus effici imemo
res eorum quæ ipſi con-
tulimus.
Non debere quempiam
effici illiberalẽ propter
aliorum ingratitudinẽ.
Camillus beneficus in
ingratos Romanos.
℄Fo.xxxi.
Demoſthenes beneficus
in igratos Athenienſes
Palantus beneficus in in
gratos Spartanos
Ingratitudo non tollit
liberalitatẽ niſi apud eoſ
qui recte fuerũt liberales
℄Fa ii.
Deum beneficũ eſſe bo-
nis maliſq.
Reges beneficos in ſub-
ditos bonos maloſq ſo
re.
Gloria hoĩbus appeten-
da His deberi qui ueni-
unt ad noſtras nuptias.
Archeſilaus
Qui gloriã appetant nõ
ſemper beneficentiam li
bertate metiuntur.
Ingratos eſſe ſuperãdos
benecio tanq̃ robora
dura que poſtea ſunt no
bis utiliora.
Cleobolus
Veneti nauigaturi
Facetum dictum
ppoliti facetiis Veneti.
℄Fo.xxxii.
Eos eſſe omnium lauda
tiſſimos qui incidentes
in ingratos nõ ideo mu
nifici eſſe deſiſtunt.
Illa eſt ampla utilitas
meritorum cõſcientia
gaudere.
Incipit confutare dedu-
cta ꝙ igratitudo ſit bõa
Alia genera ingratoꝝ.
Qui referunt occulte
Qui pauca
Qui tarde
Qui inſolenniter
Qui referentes uidentur
conferre.
℄Fa.ii.
Ione populi
Themiſtocles In cripta
lapidibus uti Ionas uer-
ba eorum igratitudinẽ
teſtantia.
Pythagoras
Homerus Heſiodus
Menedemus
℄Fo.xxxiii
Democritus
Duo dei.
Beneficium. Pena.
Epicurus non curare
deos mortalia.
Cireniaci
Quid ſentis Campane
de Inferno.
Odium comune inuidi
amq; omnem maiorem
eſſe quocunq; in ingra-
tos ſuplicio penum
Saguntini
Hannibal
Romani
℄Fa.ii.
Ingrat' nullam' flag it il
ſui habet excuſationem
cum ipſe ſponte ſua de-
linquit.
Laudes Nicolai Sulmo-
neñ. pceptoris ſui ublali
quid de ſe.
℄Fo.xxxiiii.
Aſpernatus dialecticam
ſemper. Campanus
Dedit operam mathe-
maticis
Reſpondet ad dictum
Ariſtotelis
Appellatione ferarum i-
telligunt omnia alia ani
malia preter hominem.
Stoici
℄Fa.ii.
Pythagorus
Demetrius
Pantheta
Quibus fere benefice &
grate fuere
De aſpide
De dracone
De delphinis
Cyrrhus altus a cane
Romulus a lupa
Sandrus alexãdri a
leone deterſus
Abydis a feris
Plato ab apibus
Roſcius implicitus a
ſerpente.
Mida a formicis
Hiero ab apibus
Accipiter fouetur calore
paſſer in hyeme.
℄Fo.xxxv.
Milui oderunt ceruos
Cigni aquilas
Grefes equas
Cornices noctuas
Pauo amat columbam
Pſitacus amat turturem.
Homini quædam a na-
tura Quædam ex animi
ratione in eſſe
Vita noſtra in quibus
uerſetur
Reſponſio ad obiectum
de terra.
℄Fa.ii.
Fons in Archadia
In Baiano fontes
Fons Dodoneus
Fons Iouis amonis
Aleſine cythare
Animi ſinceritatem deũ
ſpectare.
Ad obiecta de deo qui
argui poteſt ingratus cũ
non ſit.
Ad obiecta ex hiſtoriis
eos nõ extitiſſe ingratos
℄Fo.xxxvi.

Dyogenes lucerna uiroſ
bonos querebat.
Xeniades
Democritus
Heraclytus
Thimon
Athenienſes i maximis
criminibus ſola cicata
contenti.
¶Fa.ii.
Pyrrhonii
Archelaus
Lugent in Aſia naſcen-
tes Euripides
Perſe filiaꝫ pmiſcentur
nuptiis.
Torrent quidam & co-
medunt caduera paren-
tum.
Quæ dicantur natura-
lia
Craſſus riſit ſemel i uita
Zoroaſtes qua die natuꝫ
riſit.
Demophon
Alexandri tremebat ad
ſolem
Xenophon
¶Fo.xxxvii.
Quæ naturalia quæ con
tra naturam
Aphricanus.
Camillus
Rome non tam priuata
paucorum gloria q̄ pu-
blica legum iura ualue-
re.
Ingrati
Pompeius cum
Carbone.
Poplius cum
Cicerone
Sextilius contra
Ceſarem
Beſſus in
Darium
Signa gratitudinis po.
Ro. in quos gratitudine
inſigni ſunt uſi
Corone
Muralis
Statue
Caſtrenſis
Ouationes
Naualis
Obſidionalis
Triumphalis
Ciuica
Oualis
¶Fa.ii.
Nenia laus in contione
cum cantu
Coclites.
Quintus mutius
Arua mutia
Coclea
Manlius
Grati etiam in anſeres
ro.
Minutius
Augurinus
Trebius
Valerius publicola
Agrippa
T. Malius
Torquatus
Cornelius conſul
P. Decius trib. pl.
Coruinus
Seruilius
Cornelius
C. Duellio
Eumenides.
Maſſilienſes
Ceretes.
Legatio ad
Etholos
Acarnania
¶Fo.xxxviii.
Hippocrati
Herculis honores de-
creti.
Beroſo ſtatua cum lin-
gua aurea.
Demoſthenes
Armodius
Ariſtogones
Cheroneſſi
Biſantii
Perinthii
Solonis lex
Apud Perſas ingrati ul-
timo ſupplicio plectun-
tur.
Ingratitudo reuocat do
nationem.
Maſſilienſes
Contra obiecta ꝙ utilis
ſit ſæpe ingratitudo
¶ Fa.ii.
Probitas laudatur & ale
gat & multa in hanc ſen
tentiam.
Domus etatis ſenectus.
Cur & quomodo in in-
gratos & malos conferã
tur beneficia
Occultanda beneficia a
conferente predicanda
ab accipiente
¶Fo.xxxix.
Clitognatus pro liberta
te cenſuit filios eſſe co-
medendos
Phaliſci
Chriſippus
Cleantes
Plato pene puer defen-
ſurus Socratem.
Epicurus
Speuſippus
Charites in
Achademia
Omnes mortales ſpe ali
Sine ſpe remuneratio-
nis deorum eſt munifi-
cum eſſe
Deceptos ab ingrato in
reliquos liberales eſſe
non poſſe
¶Fa.ii.
Prouerbium decipienti
me ſemel &c.
Reducit ad diuiſionem
ſua genera ingratitudi-
nis obiecta.
Quam obligationẽ ha-
beat beneficium.
¶Fo.xl.
Quomodo ſibi uidea-
tur ingratos ſatis pro de
licto non puniri
Prouerbium. Qui ali-
quando non inepte.
¶Fa.ii.
Liber Tertius.
Zeno.
Vita Beata colere mor-
tuos.
Crates
Quando incidit in La-
trones.
Paucis contenta philo-
ſophia.

Leges
Laudes philoſophie
Agit gratias latronibus
¶Fo.lx
Adoleſcens Campanus quando ſcripſit.
Quā maximū ſit crimē ingratitudo.
Ex omnib⁹ criminib⁹ ſola ingratitudo eū offendit in quo ipſa eſt.
¶Fa.ii.
Dido in Virgilio cōtra ingratos atteude q̄ pulchrā expoſitiōem carminum.
¶Fo.lxii.
Q̄d ingratitudo ſit cauſa oium maloꝝ & crimē omniū atrociſſimū ꝓbat longa oratione.
¶Fa.ii.
Per ingratitudinem
Alexander
Perempti
Pompeius
Ceſar
Darius
Criſtus
Percurrere pedibus alis peruolare.
De regendo magiſtratu
¶Fo.xliii.
Precepta & exempla noſtram uitam inſtituunt.
Cognitio rerum geſtaꝝ conferet ad noſtram inſtitutionem
Quantum conducat ciuitatibus diligētia & rectitudo magiſtratuum.
Quales eſſe debeāt magiſtratus.
¶Fa.ii.
In magiſtratu
Acre ingenium
Non abiecta forma
Perſpicax & matura grauitas in conſulendo
Viuax atq̃ ardens in re bene gerenda diligētia
Comitatis acrimonieq̃ mediocritas.
Hero
Sardanapalus
Celius
Maltha
Habendus deus ante oculos
Iudicandum ex ſola cōſcientia
Nō negligenda bonoꝝ conſilia nō admittenda improborum.
Obſeruandum in primis deum.
Quid cōtingat qui his timent deum.
¶Fo.xliiii
Rodomātheis Catoſi⁹
Democritus cenſuit tantum eſſe duos deos
Premium &
Penam
Auctoritas ex religione multum ꝓficiſcitur.
Virum bonum uult eſſe magiſtratū & timentem deum neq̃ tamen ideo ſacris initiatum
Voluptuoſos eſſe a magiſtratibus ꝓpellendos.
Probitatis mira ueneratio maxime que ſit coniuncta cum religione
In probo uiro minima ſcelera uix creduntur in improbo omne facinus credibile.
Eſſe habendam cm̄ religioſis perſonis.
¶Fa.ii.
Populi apud quos religio cum magiſtratu cōiuncta fuit.
Egypti
Caldei
Babylonii
Perſe
Ethiopes
Greci
Galli
Feciales
Ediles
Pontifices
Augures
Tribuni
Inferiorum iudices
Secūdum principale caput ſeu conſilium.
Admittendos in conſilium a magiſtratu uiros probare opinionis
Antiſthenes
Xenopon
Quantū cōducat cum cōſilio magiſtratui cuncta adminiſtrare.
¶Fo.xlv
Heſiodus
Zeno
diuerſa ſentientes de cōſiliis capiendis
Iupiter adhibet deos in conſilium quo exemplo multo magis mortales
Quā repheuſibile nō adhibere in cōſiliū aliquē.
Plato
Eſſe depriēdos improbos in ciuitatibus quoꝝ ductu oia corrumpunt.
Cenſores quid Rome
Philippus rex
Homerus
Tranſfuga in exercitu
Malus in ciuitate
Tertium caput
Debere magiſtratum oī ſinceritate cāſ iudicare.
Egyptii collo principū appendebant ueritatem
Magiſtratū initurus debet exuere ſeipſū publicāq̃ uniuerſe ciuitatis iducere perſonam.
Pitacus Mytilenus
Socrates
Corrupta iudicia.
¶Fa.ii.
Officia que ſint
Patriſfamilias
Agricole
Ciuis
Optimatis
Mature etatis
¶Fo xlvi.
Adoleſcentes
Vigilium
Magna ornamenta parua labe ſepe confedari
Plato de lyra

Magiſtrat’ debet oĩ uir-
tutũ genere preſtare
Speculum magiſtratus
iuſticia
Heraclytus
Periculoſius urbem legi
bus carere q̃ muris.
Laudes legum.

¶Fa.ii.

Qua in ciuitate nõ iter-
fluit amnis non eſt per-
noctandum.
Plato de legibus
Ritus gentium
Mores nationum
Inſtituta ciuitatum
Decreta maiorum
Conſuetudo ſeruanda
Inter priuatos eſſe gra-
dus honoris
Lacedemonii ueneratĩ-
etatem.

Quartum caput.

Clemẽtia in magiſtratu
Obliuiſci iniurias In pri
uato nihil magnificen-
tius In principe nihil ſpe
cioſius.
Contra crudelitatẽ ma-
giſtratuum.
Romani
Athenienſes
Phalaridis taurus
Neronis:proſcriptio
Inuitus ad damnationẽ
magiſtratus

¶Fo.xlvii.

Cogat te neceſſitas ipſa
puniendi nõ exerciandi
libido impellat.
Pulchra diſcriminatio
caſuum a magiſtratu di
iudicandorum.
Leges tela aranei

Quintum caput.

Modeſtia in magiſtratu

Sextum caput

Ne ſit auarus magiſtra-
tus.

Caput Septimum

Sit frugalis

¶Fa.ii.

Solonis lex contra prin
cipes temulentos

Octauum caput

Tenenda in magiſtratu
oium uirtutum genera.
In probitate nemo põt
nos uincere
Imago magiſtratus,
Themiſtocles
Nil p̃clarius in hoĩe ipſa
beneficentia: contra nil
fedinis auaricia

¶Fo.xlviii.

Diis primitie Decima-
les hominibus res
Maiorib’ parentationes

¶Fa.ii.

De dignitate m̃rimonii
Idem facere:deo qđ co-
gitare Idem cogitare qđ
perficere
Peſſima ei mater eſt cui
ex matrimonio non eſt.
Arabes cateruatim
Britanni & Trogodite
familiatim
Lacedemonii p̃miſcue
uxores ducebant.

¶Fo.xlix

Dotes

Cantabris Indis
Germani dabant non
accipiebant dotes.
Egyptii mulieribus ad-
ulteris naſum abſcinde-
bant.
Rex qui nullam ipſe ha
bens uxorem alienas in
concubitum acciret.
Taxilli in Aſia oſtende-
bant puellas anteq̃ nube
rent nudatas
Egyptii mores
Babylonii populorũ
Cypri ſpurciſſi-
Eracienſes mi de
Thebani feminis.
Parentes liberis nube-
bant apud Perſas.
Sorores fratribus apud
egyptionis Grecoſq;
Ritus nuptiarum anti-
quorum.
Conſenſus puelle
Corolla ex floribus &
uerbena.

Specilla: acus: precede-
bant.
Albi equi trahebant cur
rum fornicatum.

¶Fa.ii.

Via ſparſa floribus.
Panarium deferebat.
Rapiebatur ſublimis
Limina ſertis coronata
circũpendentibus.
Collo monile
Non contingebant ſpõ
ſe limen.
Candida infula
Thorus in aperto
Tres pueri
Noctu ducebantur
Velabat caput
Percutiebat limen
Cingulũ ex ouilla lana
Haſta gladiatoria
Annulus ferreus ſine
gemma
Carmanii quid facerent
uirile anteq̃ uxorem du
cerent
Perſe quo tpe ducerent.
Verbana precinctũ puel
le caput.
Lanea ſella
Talaſſio acclamabatur
Iuuenes preferebant co-
lum fuſum & ſtamen

¶Fo.l.

Caia appellabatur
Pronube unius uiri
Vidue repellebantur
Fax diripiebaẽ ab amicis
Pueri patrimi matrimiq;
Porca Nuces
Clauus
Quinq; faces
Comporratio poſtridie
Repotatio
Ignis & aqua
Vetite donationes
Vnde ſponſa
Iunius & Aprilis ad
nuptias
Sublata diuortia

¶Fa.ii.

Pene nõ ducẽtiũ uxorẽ.
Senes alias uenerandi
cum liberis carebant cõ.

temnebantur
Auguſti lex
Mater pater & fratres na
tureſunt opus:uxor dei
myſterium
Perimentum uxores pe-
ne
Spuril
Philoſophus ad ſpuriũ·
℄Fo.li.
Cõmoditates que capi-
untur ex matrimonio &
uxore.
Vis uxorem ducere pa-
ginam hanc totam lege
Thraſimeni deſcriptio.
Mons aureus.
Mons oppidum
xxx.M.paſſuum in am-
bitu lacus.
Tres inſule
Viuunt piſcationibus ac
cole
℄Fa.li.
Quales naues in lacu
Scephe
Carauelle
Lintres
Celotes
Quomodo fiant piſca-
tiones & primo de reti-
bus.
Litium rete
Ceruarium rete
℄Fo.lii.
Altitudo lacus.xxiiii.pe
des
Solum:limoſum planũ
℄Fa.li.
Tertium genus piſcatio
nis Thororum
℄Fo.liii.
Mucilum rete.
Venduntur minoris qui
procelloſo capiuntur
mari.
Vaccarium retem
De piſcatione hamo-
rum.
℄Fa.li.
Lucii cum ſerpentibus
coeunt.
Lucius & uulpes
Aguille
Perlucidus lacus
Tophi retia
Rochi retia
℄Fo.liiii
De aucupiis
Genera auium
Mergi
Phulice
Strigiles
℄Fa.ii.
Germanus
Anas
Anſer
Cygnus
Quõ capiuntur aues.
℄Fo.lv.
Lacus nec recepit alie-
nas nec ſuas refundit
aquas
Accolarum ſtudia.
℄Fa.ii.
De fratris obitu.
Genus hoc conſolatio-
nis inuſitatum remotũ
a uulgo & feminis quod
& illas poſſit monere ſi
intenderint.
Nec nulla res eſt curan-
dis morbis acommoda-
tior &c.
Dolendum quidem pau
lulum ne imanes & du-
ri uideamur
Duplex uia excutiendi
doloris:animi magnitu
doiterum externarum
cogitatio.
Totum eum habere qđ
habebat uiuo fratre
℄Fo.lvi
Ratus homo quem na-
ture ſpicula nõ pungunt
Pyrrho nullis periculis
mouebatur.
Difficile eſt hominẽ pe-
nitus exuere.
zeno annararchus con
tempſerunt cruciatus.
Aphricanus in morte
fratris.
Luculus Pythagoras in
morte filiorum.
Antiſtines de felicitate
Dolor uoluptatem
Meror leticiam
Cherea in phormiore
Menippus Cynicus
℄Fa.ii.
Periander leticia
Menippus dolore
Tangunt nõ mouent.
Titillant non alliciunt
Refricant nõ exulcerat
Hecuba non helenus
Oedipus non Iocaſta
Stoyci ſapientẽ ferro &
ſaxo duriorem
Ariſtipus
Primi motus &c.
Quõ felicitas humana
Cur date homini lachry
me.
Cibus potus & ſimilia.
Gula profuſa
Bias quis ſit infelix
Mortui cum parentes
nunciant quid faciet uir
fortis.
Aphricanus uterq;
Antonius
Lucullus
Pompeius.
Tullius
℄Fo.lvii.
Vite noſtre comparatio
nes cum naui
Vlyxes litis auribus &
uentis culeo incluſis
Epicurus deum nullus
rei cura teneri.
Aues aduerſus ſuos pul-
los.
De beatis in celo tenean
tur ne cura noſtrarum
rerum.
Diffinitio felicitatis.
Preſtanti uiro que uia
reb⁹ in omnib⁹ ꝓpoſita
Concludit ex his que in
nos eſſe debẽt & ad ani-
mi ſpectant magnitudi-
nem.
℄Fa.ii.
Virtutes Papieñ.
Argumenta conſolato-
ria ab externis.
Mors fratris quomodo
fuit.
Phylemi Cadmei fratres
inuidia magna moleſte
ferre quod ceteri pertu-
lerunt.
Inuiti mortales moria-
mur.
In morte nihil eſſe ma
℄Fo.lviii.
Cleantes Creſyppus
Zeno Empedocles
Cato Merula
Catullus mortem
ſibi conſciuerunt
Epicurus omnia in mor
te extingui

In aſia ubi natales & puerpeӡia lugent
Fa.ii.
Lapilli trachum quibus natalis nigro ſignatur.
Tantalus
Cadmus Indus
Empedocles
Socrates
mortui ſponte.
Mortui a uiuis nihil differunt.
Eripides
Stoycorum quidam uitam eſſe mortem.
Mortem nulle ſequitur turbatio.
Fo.lix
Nõ eſſe dolẽdum ex genere mortis ꝙ traictus ſagitta occubuerit.
Mortui in bello laudibꝰ celebrati.
Demoſthenes
Leonidas
L.Hemilius
Scipiones
M.Marcellus
Aeneas
Xenophon
Fa.ii.
Interumptis animalibus uefcimur
Flamen calceos ex corio extincte languore beſtie non ferebat.
Tymbri pugna extictos leticia proſequunt lugẽt uero langore mortuos.
Ceſar ſubitam mortem que gladio fieret optabat.
Epaminundas ſenſit in morte leticiam
Pyrrhus Cyrrhus
Hercules Hector
M.Petronii uirtus
Sceuola
Loca pugnis illuſtria
Periſtromata
Alſonſi regis frater bombarda interemptus
Sapienter dica multa & facta ab Alfonſo.
Athenienſium beneficẽtia in eos quorum ſui occidiſſent bello.
Fo.lx
Duplex curſus ulteritte rarum & armorum.
Bellum honeſtum gloriam mortis auget.
De etate qua mortuus in quo docet illi nõ eſſe deuolutum.
Fa.ii.
Hyperborea gens & extremi Indi ſenes ſe precipitant in mari.
Incommoda ſenectutis
Chriſti mors.xxx.anno.
Neq; ſollitudinem neq; ſpem poſteritatis ſublatam debere illi dolorem afferre.
¶Fo.lx.
Que de nobis abſentibꝰ dicuntur ea nihil nos afficiunt.
Fa.ii.
Diogenes.
Pulchrum agmine ire in poſtentatem
Virgines
Galli in Megaleſi.
Religioſi uiri beati ſine libens & poſteritate.
Theophraſtus
Peripatetici ad felicitatem liberos haberi putant.
Ariſtotoles cum liberis
Diogenes ſine
Socrates cum liberis
Archſilaus ſine.
Quibus preſtitiſſet non habere filios
Agenor
Dardanus
Periander
Chilo
Arthaxerſes
Mythridates
Democriti medicamentum ad optatos liberos progignendos.
Graue eẽ nõ habere cui tot opes relinquantur.
Theophraſtus de herede
Mortem peregrinam pariter illi nõ eſſe dolẽda.
Eſſe quidem deflendos mortuos ſed parce.
¶Fo.lxi.
Eneas fleuit paly nurũ.
Animus dux & moderator uoluptanſ & doloris
Anaxagoras
Gete
Aſiatici
Fa.ii.
Cantant in funere.
Claudere oculos moriẽti iaculum eſſe doloris.
Cladem Canenẽſem luxerunt Romam tantum xx.diebus.
Modi finiẽdi publici luctus & priuan
Parce & mediocriter facta omnia placet.
Pro mundicia mollicies
Pro urbanitate ſcurrilitas.
Pro leticia inſolentia
Negligentia humatio
Vanus honos ſepulchri
Quid ſint ſepulchra ſecundum
Anaxagoram
Quorum ſepulchra fuere celeberima
Licinius
Mauſeolus
Leges uetuere ſumptus funereos
Heroici uerſus dũ longi
Ennius
Fo.lxii
Que ſolebant adhiberi in funeribus
Ritus multarũ gentium de cadaueribus humãis.
Ritus gentiũ ad teſtañ. dolorem.
Fa.ii.
Concluſio
Puerorum mos
Lachrymantium
Cenſure
In declamationes
Quintiliani
Scripſit nunq̃ bene niſi cum nullo ſtudio & ex tempore.
In orationes Ciceronis.
In uitas Suetonii
In uitas Plutarchi
In Liuii decades
In Quintiliani inſtitutiones
Coram Pio oratiuncula ab alio habita.
Alia in ſenatu Veneto
Alia ſemi oratio de aſcẽſu.
Quã quantum conijcio habuit Saluiatus.
Finis.

.·. DIVO .·. SVO .·.

.·. IO. ANT. ALEXANDRINO .·.
PATRVM OPTIMO CAR. MERITISS. SVMMO VTRIVSQVE REFEREN.

.·. SACRVM .·.

PER MICHAELEM FERNVM MEDIOLANEN.
.·. EX. PIETATE .·.

POSTEAq̃ in hanc uitam & hoc quod undiq; patens & apertum proſpicimus cœlum editus ſum Pater Reuerendiſſime (accuſent quantũ uelint qui me glorioſius de me fari iudicabunt) ſemp id ego ſum conatus: uiuus ſolum ut uiuerem: functus ſuperſtes eſſe aliquando poſſem. Quod unum cum ſæpe quo præſtare poſſem cogitarim: præterq̃ clarorũ uirorum præſidio: Virtutum ſuffragiis: & litterarũ luce nõ inueni: Itaq; quãtũ humana permiſit imbecillitas: quantũ anguſtiæ rei domeſticæ paſſe ſunt: quantũ aſtra nobis affulſerunt: ſi cætera exiliter & preſſo hactenus conſecutus ſum: hoc certe uno fœliciſſimum me ſemper iudicaui: q tu in hac alma Terrarum Principe Roma hac noſtra tempeſtate & hoc ætatis noſtræ curriculo extares: qui uirtutibus omnibus ipſe quidem lõge præditiſſimus quoſcunq; audias ad litterarum ſtudia: ad bonam uirtutum frugem capeſcendam anhelare conſiliis: opibus: auctoritate: officio non deſinis pientiſſime tanq̃ e medio cœtu manum porrigens attollere: erigere: ſublimare: Quod cum quotidie facias: ſentiatq; optimus quiſq; quanta charitate ſe complectaris Ita tamen cauiſti ut malis occulte auxiliari: conſolere: iuuare: q̃ publice beneficus prædicari: conſcientia beneficentiæ q̃ preconũ aura & populari plauſu glorioſior. Quamobrem intelligo & mihi a diis imortalibus firmiſſimum uirtuti: ſi modo illam totis uiribus complectamur: in te eſſe propoſitum præſidiũ. Et iam charitatis in me tuæ cum conſiliis priuatis & monitu ſapientiſſimo: tum uero præclaris laudationibus & publico ſuffragio ſigna ſpectatiſſima elucent: Hortatus ſæpe iudicialia hæc ſubſellia forẽſemq; actionem: quibus me me prope pollui cenſes: dimitterẽ. Totumq; me philoſophiæ ſtudiis & ſacrarum litterarum cognitioni traderem. Mox apud Põtificem ultro Ita me cõmendaras: ut niſi Pricipũ in quorum manu (proh dolor) hodie res eſt ſacra: libido obſtaret: in pulcherrimũ uitæ ſtatum collocaſſe me uideretis. Modula opus eſt Et hanc altiſſimus (ſpero equidem) in melius fortunabit. Interea ego ne ab animi propoſito mei uel momentum abſcederem Campani epiſcopi Aprutini Oratorum qui unq̃ fuerint poſt unum Ciceronẽ facile Principis monumenta non minori impenſa q̃ labore meo & ſudore maximo edenda curaui. Qua una re uideor mihi tantum ſtudioſis eloquentiæ & bonarũ litterarum cultoribus conſuluiſſe: ut iam quem alium æmulentur: ad cuius eloquẽtiæ ſtilum ſe componant: ſi Campano noſtro: uel minimũ intenderint quoquo in ſcriptorum genere non ſint quæſituri. Iam præceptis elegantiæ latinæ tota referta uidetur Italia: dum ſe q̃ maximo quiſq; præpollere ingenio nititur oſtentare. Nemo tamen a natura conſecutus hactenus: ut ſimul & docere & præſtare idem potuerit luculentiſſime. Campanus uixdum .xxx. natus annũ: eam famæ celebritatẽ Rhetor Peruſiæ profitẽdo ſibi tota in Italia cõparauerat: ut Principũ iam quiſq̃ non eſſet apud quos illius nomen ſanctũ & uenerabile non haberetur. Quorũ res geſtæ æternitati ab hoc uno: cuius uictura monumenta iam tum perſpectũ habebant cõmendari nõ expecterent. Hinc illa fuit eximia Balionũ in hũc charitas: apud quos complures: ut erant illi nobiliſſimi populi Peruſini principes magno honore habitus: annos conſedit: quoad in urbẽ auguſtioribus ſatis doctiſſimi cuiuſq; præſulis precibus allectus eſt. Hinc & illa in omni uita. Ferdinandi ſũma Alfonſi: Coſmæ: Petri: Iuliani: Laurentii: Federici: Sigiſmundi: Patrum: Pontificii: reliquorũq; Italiæ nũc Principum beniuolentia. Huic quantum perſpicere datur: & hi recenſent: qui illi arcta familiaritate copulati extiterunt: ocio & deſidia nihil deteſtabilius fuit: Itaq; cum animũ ad ſcribẽ aliquid quo & cæteris mortalibus proficeret: & ipſe nominis inmortalitatẽ: quod qui non quærit dignus eſt ipſe nunq̃ uixiſſe: conſequeretur: publicis ſicut ſuſpicor in Herilem familiam excitatus iniuriis. De Ingratitudine fugienda: libros tres conſcripſit: Opus imprimis quidem ipſum nouum & ex penitiſſimis philoſophiæ adytis hauſtum & undiq; diuinũ neſcio quiddam ſententiarum ſublimitate ſpirans: & quale non iunior ille ſed annis & conſi

lio maturus diuorum quiſpiam quos noſtra religio præcipuos colit euigilaſſe uidebatur.
Oratio ipſa ſonantiſſima & antiqua omnia: Induſtria in conquirendis exemplis : ſed qui-
bus? mirificentiſſimis & quadrantiſſimis: plus q̄ humana. Græcos imitatus in uno hoc diſ-
putationem texuit. In proponēdo nihil exuſcitatius: cuncta perueſtigat: acer meditatus &
profundus ubiq;. In colligendo: partiendo: diſponendo: terſus: nitidus & integer. In reuin
cendo: confutando: concludendo Comis imprimis ſemper atq; iocundus. Alioquin uehe
mens & erectus fide ueritatis & auctoritate conſpicuus. Nihil publici iuris: nihil deſyderat
priuati: rerum & exemplorum copia & ubertas quanta obſtupeſcas: In alium queq̄ non in
uenias. Acutie ingenii qualem poſteri in ſuos requirent: non progignent ſæcula: illi nō in
uenient. Hoc ego tibi pater ampliſſime quando pro tanta tua in me pietate quid referā ha-
beo uix aliud nihil: & minimum inter ingratos habet ille locum: imo inter ingratos habē-
dus non eſt: niſi gratiſſimum ſe præſtare illum etiam contenderim: qui & referre beneficia
cupit: & refert quanta maxima pro ſe poteſt Ne ue quid obliuiſci me tuæ dignitatis putes:
& laborum noſtrorum in tam multiplici & auerſa fori exercitatione partem agnoſcas: præ
ter cætera de ueteri edentium titu dicare ſtatui: doq; uotiue dicoq;. Vnum me hercule ex
omnibus illius operibus tibi hoc conuenire cum cæteris quæ ad illud idem ſcribendi ge-
nus ſpectare uidentur adiectis iudicaui: Quod & ſi primarium tibi Cæſarei iuris atq; Ponti
ficii extiteris ſtudium ſemper: quod in principe tam glorioſum & illuſtre eſt: q̄ neceſſarium
In quo adhuc tibi mortalium nemo pedem conferre potuit Dixiſti tu ſæpe tamen cum ſū
mo auditorum plauſu: & in his humanitatis ſtudiis longe floruiſti: ut ampliſſimam inde
laudem quoquo etiam die: neq; apud erudaſtros: conſequare. Et tuum doctrinæ diſcipli-
narumq; & inſtitutionis humanæ fœtum ingenium: indeſeſſe compoſitiones : quottidia-
naq; per aſſiduas concinnationes annotamenta: hunc maxime edocendi humani generis
morem & hæc ad eruditionem animantium omnium: domi & in umbra: ab foro & ambi-
tu conſcripta documenta: In diſſimilibus ſtudiis cognatione effectuq; comparili uidentur
expoſcere: Accedit ꝙ ipſe ab hac ingratitudinis fœditate ſemper abfuiſti : qui non tam re-
ferre q̄ cōcumulare beneficia omni uita contendiſti: ut nemo te glorioſius uexillū hoc ad-
uerſus perfidos munificentiæ & liberalitatis hoſtes poſſit protendere. Porro qui cogitatio
num mearum dux ſemper & moderator extitiſti: dignus uidebare cuius Sydus Numenq;
cunctas meas lucubrationes deberet tanq̄ face cœleſti prælustrare. Lege pater ampliſſime
quæ tibi a tenebris & interitu arrepta exhibet ſeruus tuus Campani opera. Nam auſim di-
cere poſt peractos diiudicando orbi: & re chriſtiana liberanda labores: ad quod tua ſola di
uina uirtus te iam pridem aſciuit: hac una lectione gratius nihil ſanctius : iocundius pote-
rit contingere. Vale ſimul pater Candidiſſimæ: unicum cumulatiſſimæ ſapientiæ naturæ
opus. Et ad tuum Michaelem compatriuni tuum: addicticium mancipium tuum: quod fa
cis: Mi Diue: ſpes mea unica: aliquando reſpice.

A D .·. E V N D E M .·.

Diue procelloſi librator maxime mundi
  Accipe Campani ſcripta beata mei.
Ingenium cuius ſuperarunt ſæcula nulla:
  Vlla nec æquabunt poſtera quæ uenient.
Inter philoſophos naturæ archana tenebat:
  Ille lyra princeps: ille ſolutus erat.
Ibit in ingratos galeatus te duce tandem:
  Et quæ concoxit feruida bella geret.
Publica florebūt docili moderāte magiſtro:
  Ornabit thalamos gratia priſca nouos.
Thraſmeniq; lacus ſtātes luſtrabimus oras:
  Et ueterum cenſor quilibet eſſe poteſt.
Gratia ſit ſuperis: noſtro ſudore legetur
  Qui modo Campanus pœne ſepult⁹ erat.

IOANNIS ANTONII. CAMPANI.
AD PANDVLFVM: BALIONIVM .:.
DE INGRATITVDINE FVGIENDA
LIBER .:. PRIMVS .:.

ſ Aepe me Pādulſe hortatus es:ut quæ ipſe de ingratitudine ſentirē:
ea ſi quando eſſem ocioſum paulo diligentius ad te perſcriberem.
Quod ego neq; recuſare auſus ſum:ne fugiendi laboris gratia mo-
rem tibi gerere nolle putares:neq; plane promittere: quod factu lon
ge mihi difficillimū cognoſcebam:Siquidem in deſertas mererum
ſolitudines:& in abditam q̄dam atq; obſcuram philoſophiam trai
cere uidebaris:Nam ſi dicēdum mihi eſſet de modeſtia:de magnitu
dine animi:de gloria:de dignitate:d omni genere uirtutis atq; præ
ſtantia:ſi de conſtituendis Ciuitatibus:de diis etiam imortalibus:& ſcientia rerum futura-
rum:ſi de omni deniq; ſublimi atq; ardua facultate diſſerēdum:plurimos me hercule & lo-
cupletiſſimos auctores babuiſſem:quorum incedere ueſtigiis:& pulcherrimū(ut arbitror)
& q̄ facillimum nobis extitiſſet.In ingratitudine autem explicanda:quem imitari poſſim
habeo neminem.Et quod eſt apud Lucretium: Auia pyeridum peragro loca nullius ante
tacta pede.Diu igitur quid agerē incertus mecū ipſe mirifice confundebar:qui ſi (ut æquū
erat) crebris hortatiotubus tuis obtemperarē:ſcriberemq; aliquid in ea philoſophia:cuius
ne limen quidem adhuc atq; aditum proſpexiſſem: in impudentiā quandā incidere uide-
bar:& temeritatem non mediocrem:Sin his in rebus fuiſſem aduerſatus:quæ non minorē
mihi gloriam:q̄ iucunditatem tibi eſſent allaturæ:tum me omnium appellare potuiſſes in
gratiſſimum:Sic erat quocunq; me appellerem : nō ſine magno periculo atq; dedecore diſ
cedendum:Neq; prodeſſe mihi magnopere uidebatur:q; tanq̄ inter duos mundos habita
rem:quales deos luſit Epicurus.Poſtremo cum inſtares uehementius & id non hortareris
ſolum:ſed iam quaſi tuo iure poſtulares:malui temeratiū meme q̄ ingratum atq; difficilē
iudicari:Satius enim arbitratus ſum:quotiā ita cogerer:ſi auctore te:impulſoreq; delique-
rem:fieresq; & ipſe particeps erroris mei.nec ſtultum atq; audacem appellares : quem tu ad
eam rem aggrediendā:uel ſolus impuliſſes.Spero tamen hanc nouitatem materiæ : ut la-
boris & induſtriæ multum:ita non parum excuſationis mihi præbiturā . Et cæteris quoq;
ſi quando his de rebus accuratius ſcribere conſtituent multo faciliorem aditum fore ad id
ipſum de quo loquimur inueſtigandū:Non q; mea ueſtigia ſecuturos eſſe cēſeam : id eni
mihi non perſuadeo:ſed quonia facilius agitata & concuſſa robora:q̄ imota atq; intentata
diuelluntē:Quanq̄ nō adeo dementes fuerimus:ut nullius auxilio freti ueniremus ad ſcri-
bendū.Multa enim accepimus a Sulmonenſi noſtro uiro cū in omni magnarū rerū ſcien-
tia:tum maxime in Philoſophia doctiſſimo:quæ in hæc uolumina nō ſine noſtra diligen-
tia contulimus:loquentem eum iuſtis quidem de cauſis inducentes.Cum q; Philoſophus
eſt omnium acerrimus & copioſus.Tum ne quā ab illo accæpimus diſciplinā temere no-
bis aſſumentes in id uitii laberemur ipſi:quod fugiēdū aliis deteſtādūq; moueremus.Pau
ca etiam mutuati ſumus aliunde:ut neq; animus : neq; ſtudium nobis diligentiaq; defue-
re. Nam q̄tum ad ingenii uires attinet : id nos aliorum iudicio relinquimus Et naturam
accuſare : ea mihi ſumma demum uidetur ingratitudo.

ſ Ed anteq̄ de re dicere incipiamus:nō uidetur illud ſilentio prætereundū:q;
pleriq; incipientibus nobis exprobratur .Non decere ſatis:neq; ad ſpecta-
tum pertinere uirum:neglecta uirtute:quæ rebus omnibus eſt anteponēda:
exquirendis atq; explicandis uitiis ſtudium:operāq; conſumere: ne edoce-
re poſteros & praue uitā inſtituere uideatur.Quod ita fieri putāt:ſi in diſpu
tatione adducta uitia memoriæ poſteritatiq; mādentē.Eamq; ob rem maio-
res noſtros humanarū diuinarūq; rerum ritus:mores:ſtudia : complexos : aut nullam unq̄
in ſcriptis ſuis:aut perexiguā mentionem feciſſe uitiorū:omnemq; de illis diſputationem
abieciſſe.Quæ uero ad decus uitæ huius atq; ornamentū:& imprimis ad uirtutem attine-
rent:ea ſumma cum diligentia perſecutos egregie ſatis magnificeq; tractaſſe : oēmq; in ea
ſtudia & animi & ingenii magnitudinem contuliſſe.Et ſi quando in uitia præter opinio-
nem incidiſſent:illico reuocaſſe pedē & ſeſe ad uirtutis inſtituta conuertiſſe. Cæterum na-
turam ipſam per ſe pronā nullius egere impulſu:ad turpiſſimū quodq; facinus agitandum
inclinatam eſſe ſemper:& ad omnia flagitia decliuem.Satius eſſe precludere illi uiam neq;
aditum in eum locum pateſacere:ad quem ſpōte ſua uidetē:nullis noſtris adiumētis accel-

ſura.Quibus autem legent͛ hæc noſtra:eos nihil aliud q̃ uitiorũ documẽta reportaturos:
& quo diligentiorem operã nauabunt:eo nequiores magiſq; ingratos euaſuros:ut q traie-
ctio flumine piſcantur madeant neceſſe eſt:& fluminis unda perfundant͛. Nec quenq̃ fuli-
ginem & ſordes alias manibus tractare poſſe:quin tingatur digyti atq; adeo fœdent͛:ut ſæ
pe nõ ſine magno labore diluant͛.Eodem modo neminẽ uitia eſſe lecturũ:quin uel inficiat͛
animus:& quadã uitiorũ contagione deprauet͛:uel ad uirtutẽ fiat honeſtateq; languidior.
Sic euenire:ut a recta ſemita rõneq; uiuendi diuertentes:ad turpem & ignominioſam uitã
adducamur.Id præterea & ætatis & ocii quod in uitiorũ inquiſitione conſumimus:multo
preſtantius ad mores optimos perquirendos:inueſtigandaq; rerũ honeſtaꝵ precepta accõ
modari:perq̃ exiguũ uitæ ſpatium eſſe nobis a diis imortalibus conſtitutũ . Multos etiam
primo ætatis curſu deficere ſolere:nec poſſe tam exiguũ temporis & uirtutis & uitiorũ ſtu-
diis impertiri.Nemini tam diu uiuendũ eſſe:cui uel ad unã bonarũ artium facultatẽ:ne dũ
ad uitia:ſatis ocii tẽporiſq; ſuppeditet.Eſſe itaq; id ipſum:quod uiuimus:nõ ad cognoſcẽ-
das illecebras.uitiaq; perſcrutanda:ſed potius ad bene ſancteq; uiuendi ſtudia conferẽdũ.
Vitium nullũ nobis afferre põt emolumentũ:nihil magis dedecori & calamitatibus expo
ſitum. Virtutem gloria comitat͛.Illud igitur fugiendũ eſſe ſemper:nec operam his rebus i-
pendendã quæ detrimento nobis & ignominiæ futuræ ſint. Virtutem oĩbus appetẽdam
eſſe.huic dies:huic noctes inuigilandas:huic uires omnes & animi & corporis accõmo dã-
das.Poſtremo nõ recte eos facere:qui neglectis optimarũ rerum ſtudiis:uitiorũ documen
ta ſectentur:& abiecta uirtutis cõtemplatione:cum uitia reliqua:tum maxime ingratitudi-
nẽ litteris perſequant͛.Inſidiari enim generi humano:& ad fœdã morum deprauationem
pellicere cõtaminateq; uidẽtur.His atq; aliis rõnibus:& ipſi nihil ſcribũt:& cæteros ne ſcrĩ
bant acerrime dehortãtur.Equidem niſi mea cum multis cã cõiuncta eſſet:facile iſtis acqe-
ſcens nõ nimis grauiter cõmouerer:ſed cum uideã & hanc calumniã mihi cum multis eſſe
cõem & maximã humanis rebus incõmoditatẽ afferre:nullãq; eſſe maiorem ignorãtiæ &
ſtultitiæ cãm peruerſam atq; inutilem:eorum opinionẽ paucis refellere conſtitui. Vident͛
enim mihi non mediocri caſtigatione digniſſimi:quibus ita male ſit de uitæ rõnibus ex ſa
pientia perſuaſum:ut arbitrent͛ quenq̃ euadere poſſe ſapientem:q minus fuerit oĩum mala
rum ſceleſtarũq; rerum : q̃ uirtutis atq; honeſtatis noticiam conſecutus.Nam(ut Phyſicis
placet quod genus hoim reꝵ ꝓprietatis:atq; naturã mirifice perſcrutantur) contraria quæ
ſunt ea ita ſe habent:ut alterũ a nobis cognoſci nõ poſſit:niſi utrunq; ſimul antea cogno-
uerimus.Quãobrem nemo de ſuauitate:de luce:de preſtantia formæ: de copia dicendi:de
clæmentia:de omni deniq; uirtute iudicabit:niſi quid acre:qd obſcurũ:deforme: exile:tru-
culẽtum uitia cognoſcat oĩa.Quis enim honeſtatẽ amplectet͛:niſi qui ſciat fugere turpitu-
dinem? Virtuti autẽ nullus atrocior hoſtis q̃ uitiũ:quæ duo cõuenire inter ſeſe:ac ſimul ha
bitare nullo modo poſſunt. Virtutem amplecti ſi uelimus:uitia fugiamus oportet:ab hiſq;
uehementer abhorreamus.Quæ uero ignorantur a nobis fugi atq; euitari:mea quidẽ ſen-
tentia:non poſſunt.Cur infantes ignem nõ formidãt? ſerpentẽ nõ timent:nõ cædes paren
tum:nõ incendia patriæ:nõ deniq; ulla rerum diſcrimina uerent͛? Cur hoies ſæpe ueneno
conficiũtur? Vnã oĩum puto eſſe rõnem:qm̃ uidelicet nõ cognoſcũt. Nunq̃ me hercule in
hoſtiũ inſidias incideremus:ſi eas quo pacto quibuſq; in locis ſeruant͛:qbuſq; artibus euitã
dæ ſint:ac fugiẽdæ q̃ optime calleremus. Inmẽſa præterea natura eſt:in qua ſæpe nos reꝵ
ſimilitudine confuſioneq; deludimur:& decepti ſpecie recti:ut ait Flaccus:q̃ ſuperba dicen
da ſunt & temeraria:ea nos magnifica & fortia geſta nũcupamus:qui timidi ſunt atq; igna
ui:humiles & manſueti iudicãtur.Cæterũ qui prodigi ſunt & profuſi eos beneficos arbitra
mur & inprimis liberales qui adulatores:q ſcurræ:q leues:q garruli:urbanos:placidos:fa-
ciles eloquentes appellamus.Et temerariũ quendã gladiatorem:fortẽ ac ſtrenuũ dicemus
militẽ.Sic imaniſſimũ tyrannũ ut glorioſiſſimũ Regem obſeruabimus.Habẽt enim q̃ ho
neſta ſunt q̃dam cum rebus turpibus ſimilitudinẽ : quã niſi prudẽter ipſi cognouerimus:
plærũq; nõ magis in uirtutẽ quã appetimus:q̃ in uitia:q̃ fugimus nullo diſcrimine prola-
bemur.Nã & animi magnitudinẽ ſuperbia:& fortitudinẽ audacia imitat͛. Prudẽtiæ & li-
beralitati malicia & effuſio finitimæ ſunt.Rurſus patientiã duricia: uerecundiã timiditas:
uanitas & iactantia gloriã:frugalitatẽ auaricia:conſtantiã ptinacia:adulatio amiciciã: reli-
gionẽ ſupſtitio:& lenitatẽ animi mollicia comitat͛.Idẽ euenit in his:q̃ ſunt. Sæpe eñi ſpe-
cie bonæ habitudinis turgens qdam & inflatus tumor occultat͛. Quid in medicis:quos
hoc quidem in loco maxime uidemur imitati.nam ut illi corporis morbos:ita nos animi
uitia pertentamus:non ut his adhæreamus:quibus & animus & corpus in periculum atq;
diſcrimen adducantur:ſed ut depulſis ſicut corporis illi ualitudinem:ita nos animi mode-

rationem aſſequamur. Optimã animi ualitudinem uirtutem eſſe quis ambiget? eam ſi q̃s
labefactauerit:turpiq; infecerit contagione uitiorũ:animus quidẽ ualere: & recte ſeſe exer-
cere non poteſt. Medicorum uolumina quanq̃ omnia ad unum finem pertinent bonæ ua-
litudinis:morborum tamen indicibus plena ſunt omnia qui niſi genera.cãs ſignaq; mor-
boꝝ niſi initia.augmẽta.gradus.decrementaq; pcepint:& q̃ ſalutaria atq; utilia ſint:quæ-
ue pniciosa & mortifera q̃ optime teneant : reſiſtere morbis: ualitudinem reſtituere:& reſti
tutam tueri & cõſeruare nõ poſſunt. Cæteꝝ qui aiaduertẽdi in hoim capita:puniendiq; ha
bent ptãtem:his oia criminũ & maleficiorum genera perſpicua ſint oportet. Quid furtum.
quid peculatus:qd calumnia.dolus.paricidiũ:quo tempore.quo in loco.q̃bus adiumẽtis.
qua cõfidentia.uitari ne potuerit.magnũ ſit an mediocre.ad priuatum aliquẽ : an ad uni-
uerſæ Reip.ſtatum maieſtatemq; pertineat.ſpõte quis peccauerit an inuitus atq; fortuito.
Sic qui mari terraq; mercãtes:ſiue equos:ſiue margaritas:aut precioſiora quædã emere uo-
luerint:niſi rerum emẽdarum uitia mẽdaſq; cognouerint: incõmoditatem cõſequi ſolent
nõ perexiguã. Quod ſi maiores noſtri uel negligentia quadam:uel uana opiniõe adducti:
uel (quod magis credẽdum eſt) quia tẽporibus ſuis permulta latebãtque de uirtutibus tra
dẽda poſteris exiſtimarẽt:pauca de uitiis:quod ego fateor:ſcribere uoluerũt.nõ icirco ta-
cẽdum nobis de illis intelligo. Quid ſi ne de uirtute quidẽ mẽtionẽ ullam habuiſſent: no-
bis quoq; ſilentiũ indiceret de uirtute? Quid ſi illi ignari : qd ſi tardi & negligẽtes extite-
runt? quãq̃ eos accuſare ſummũ eſt nefas.nam illi mihi plus q̃ ingrati uidebũtur : ſi qui nõ
diſciplinam ſolũ atq; fortunas:ſed uitã ipſam a ſuis maioribus cõſecuti: eos tamen incuſa-
re non uereantur:quorum etiã noibus priſci hoies ita parcere conſueuerunt:ut ſi quãdo in
defunctorum mẽtionem incidiſſent:ſe nequaq̃ eorũ memoriam ſollicitare teſtarent. At il-
li oẽ genus uitioꝝ acri atq; iſigni rephẽſione pſecuti : fugiẽda ſemp & deteſtãda eẽ monue
runt. Hinc illæ crebræ Satyrorum exclamationes mordaceſq; ſniæ. Hic Phorum olum p-
clara uolumina de uirtutibus:ſaluberrimaq; d fugiendis uitiis monita atq; præcepta. Veꝝ
quid eſſet quod fugere deteſtariq; monerẽt & quo pacto euitare cõueniret:minime niſi for
taſſe in paucis admodum aperuerũt. Id nos facere de ingratitudine conamur:ut eam nõ ſo
lum fugiendam eſſe & propellẽdam:ſed q̃ ſit & quo etiam pacto fugienda demonſtremus:
q̃tum uel diſciplinæ ſuppeditabunt:uel ingenii rõ patietur. Nam cũ ætatem hãc nr̃am tẽ-
poraq; cõſydero:& ueterũ preclara atq; ampliſſima uolumina:& ſummã rerũ ſcribẽdarum
diligẽtiam ſtudiumq; mecũ ipſe repeto:& illi mihi ſatis ample ſcripſiſſe de uirtute.de lris.
de gloria uidẽtur:ut adiumento noſtro nõ egeant:& noſtros hoies in tãtos errores icidiſ-
ſe uideo:ut uirtutem ipſam amplexuri:finitiua plærũq; uitia ſola rerũ ignoratiõe cõplectã-
tur. Sunt itaq; uitia oia:ut eſt in prouerbio:atq; flagitia nõ cõmittenda illa quidem:cæterũ
nequaq̃ ignorãda:ut uel ſi qua inſint nobis a natura deponere induſtria atq; abiicere ualea
mus:uel fugere ſi occurrant atq; euitare. Quo recte:mea quidem ſnĩa:Socrates : quo nemo
unq̃ uel precipua integritate uitæ:uel oium magnarum rerũ ſcia & cognitiõe preſtantior:
Athenienſium adoleſcẽtes ante q̃ exirẽnt domũ imagines ſuas ſpeculo cõtemplari:ſeq; ex
oi parte circunſpicere iubebat:ut ſiue quid in motu ipſo:ſiue in ſermone quotidiano: ſiue
in rebus cæteris deformitatis appareret:emẽdare in indies:& ſeſe componere perdiſcẽtes:
nõ in eodem quo prius errore deformitateq; perſiſterent. Ex oibus enim erroribus is lõge
maximus hñdus eſt:quũ ne errare quidem ipſe tibi cõſtantiſſime perſuades. Quod eueni-
re cunctis neceſſe eſt:niſi uitiis oibus perinde ac uirtute ipſa q̃ optime cognitis. Neq; iniu-
ria Terentianus ille Parmeno tantope ſolebat gloriari ꝙ ignarum atq; imperitum adole-
ſcentem in meretriciam domũ induxiſſet:ubi pſpectas turpiſſimarum mulierum illecebras
imundiciam atq; illuuiem facile deinde ſperabat euitaturum. Hoc ille ſibi palmariũ : hanc
poſtremã erudiendi adoleſcentis gloriam exiſtimabat. Quod etiam cinicũ illum Dyoge-
nem atq; Ariſtippũ dixiſſe conſtat:uiros cũ in uita & moribus:tum cæteris in rebus diuer-
ſa ſentiẽtes:quorum alter expedire dicebat adoleſcẽtibus:maximeq; ad eorum mores ſtu-
diaq; cõferre ſi meretricis domum ingrediãtur turpitudinis cognoſcendæ cã:quam ubi p-
ſpexerint:uehementer fugiant neceſſe eſt atq; abhorreãt. Alter ut nõ turpe uidebatur igre-
di:ita egredi nõ poſſe turpiſſimũ. Lacedæmonii quoq; magna exẽpla uiuẽdi : cæteris:qui-
bus nihil potius fuiſſe memoriæ proditũ eſt:q̃ ut liberos adoleſcenteſq; precipua moꝝ in-
tegritate ſummaq; modeſtia educarẽt.inſtruerent.erudirent:quotiẽs conuiuia in ciuitate
celebraſſent:temulẽtos quoſdam ſeruos admittere ſolebãt: quos ſui liberi in tanta & oris
& mẽtis cõſeruatione cõſpicati:& riderent:& ne ipſi eadem de re ridendi forent:euitarent.
Qui autem uitæ breuitatem impedimẽto ſibi eſſe propterea querũtur:q ad multarũ & p-
pe infinitarũ rerum noticiam cõſequendam:ne multa quidem ſæcula:nedum anni paucis

ſimi ſufficere uidenť:neſcio ꝙtum iure querunť quod etiá ꝓmoleſte ferẽs Theofraſtus cor
nicibus & comis:quorũ natura hebes eſſet:& in terreſtri dũxat mole peſſundata totaq; de-
merſa:diuturnum & prope imenſum uiuendi ſpacium datũ eſſet dicebat:hoibus autẽ qui-
bus eſſent preclara ingenia capacia rerũ diuinarũ:perexiguá uiuendi metá a natura fuiſſe
preſcriptam:ut e multis maximis ampliſſimiſq; rebus ad hois cognitionem atq; excellẽtiá
pertinentibus uix pauca quædam ꝑpter uitæ breuitatẽ aſſequanť.Quod ẽt Zeno querebatur nullius rei maiorẽ inopiam mortalibus eſſe:ꝙ tẽporis.Hoc Xerxis lachrymæ deplora-
runt:q quum facto ex nauibus ponte Helleſponticũ mare traieciſſet:tanta militũ multitu-
dine : ut æquatis montibus : uallibuſq; nec mari:nec terra caperenť.Tantas copias ſumma
cũ admiratione circũſpiciens tacitus atq; attonito ſimilis:humanæ uitæ terminos contem
platus:uim lachrymarũ fudiſſe traditur:qm̃ neminẽ ex tam icredibili multitudine uel uni
ſæculo ſuperſtitem fore cognoſcebat:adeo breuis eſt & circũciſa hois uita ꝙtuncũq; lõgiſ-
ſima cõtingat. Quanꝗ mihi nec naturá incuſare eſt animo : nec eam magnope defende-
re:quá nullis in rebus producendis erraſſe:nihilq; plus minuſue ꝙ ſatis eſſet effeciſſe: iá pri-
dem ipſe mihi ꝑpulcherrime pſuaſerim.Lõgiſſimá profecto uitá natura mortalibus tribuit:
ſi nõ ad ſupuacuas & uanas actiones:ſed potius ad optimarũ probatiſſimarũq; reꝝ ſtudia
cõferatur:nea ſunt uitiũ uirtutẽq; cognoſcere:& q his finitiua ſunt atq; annexa ꝙ diligẽtiſſi-
me perſcrutari:ut euitemus alterũ ac deteſtemur:alteram ut recte ſtudioſeq; colamus:ame-
mus:amplectemur.Nam q uitam oẽm in ocio & uoluptatibus ꝑ luxum atq; libidinem &
ignauiá cõſumpſere:hi mihi:& ſi Neſtorẽ illum antiquiſſimũ : uiuendi ſpatio ſuperarent:
Cadmeos fratres:ut eſt in fabulis:uidenť imitari : qui qua hora ſimul oẽs nati ſunt:eadẽ ſi-
mul oẽs occiderunt.Studioſi autẽ ut nulla ſibi tẽporis iactura exeat:ſic nullá eius indigen-
tiam atq; inopiá patiunť Plus.n.hñt ſpacii in uita ꝙ.quod ſatis ſit & ad uiuendũ & ad oim
magnarum difficiliũq; rerũ noticiam cõſequendá.Poſſumus itaq; nõ uirtuti ſolum ut ſan
cti atq; honeſti:ſed uitiis etiá ut ſapiẽtes habeamur nauare operam:ſtudiaq; nr̃a oía utriſq;
ſimul citra oẽ & uirtutis & ætatis detrimentũ impertire. Virtutẽ.n.niſi cognitis uitiis con
ſequi poterit nemo.Ná & certá eſſe oportet & ab oi uitiorũ deprauatione ſeiugatá.Quos
autem uitia latuerint:eos nunꝗ plená putabo uirtutis cognitionẽ habituros.Quas ob res
cur iſti me tantope dehortãtur equidẽ nõ intelligo.Mihi uero nihil uidetur eſſe preclariꝰ:
nihilq; ſapiente uiro dignius:ꝙ ſi fraudem:dolum:inſidias & turpiſſima quæq; cognoſcen-
tes:ad uirtutem tamen tuendá exornandá:ſeruandãq; honeſtantẽ referamus oia. Sed iam
ad inſtituta tranſeamus.   Cum ad fanum Conſtantii una cum Nicolao Sulmonenſi re
ficiendi animi gr̃a me cõtuliſſem(ſoleo.n.& audire illũ frequenter:& ꝑdiſcendæ ph̃iæ cau
ſa uix unꝗ ab eius latere diſcedere)& hic me(ut ſolet)ad dicendum aliqd nõ hortareť ſolũ
ſed quædam ipſe diſputationis quaſi fundamenta iacere cœpiſſet:populuſq; in uia frequẽs
nobis(ut ſolet)occurriſſet:nihil ait uideri ſibi mirabilius in tam imenſa multitudine mor-
talium:ꝙ tantam eſſe oibus moꝝ:uultus:corporis diſſimilitudinem:ut nũꝗ duo treſue ex
omni ſui parte ſimiles fuiſſe memorenť:idq; nõ ſolum in hoibus:qui & igenio & corpore
differrent:ſed in cæteris quoq; aialibus ſolo diſtinctis corpore uideri mirandũ. Cauſam
oino ad ſtellas ſideraq; referri:quorum motus traiectioneſq; ꝑpetue in ifima hæc & terre-
na maximá hñt imutádi ꝑtãtem:ꝙ cum tãta ſint celeritate:tantoq; impetu & cõcitatione
rapiátur:ut ꝑſiſtere ne mõ:nẽto qdem poſſint:cõtinue alios atq; alios cõcentus efficiunt:q
cauſæ ſunt rerum oim & ſemina.Hic mihi:& ſi pulcherrima diſceptatio eſſet exorta : tanti
uiri diſputatione digniſſima:cæterũ quæ nõ ſatis recte mecum agereť. Maior.n.erat ꝙ ꝗ a
me uel defendi uel oppugnari uel etiam itelligi potuiſſet.placuit tum aliud qddam affer-
re nõ multum abborrẽs ab eo quod erat iſtitutum.Nam cũ fateri me ſic eſſe rñdiſſem:uiciſ
ſim & ipſe ꝑcontari cœpi:quod ille genus hoim teterrimũ atq; imaniſſimũ oium exiſtima
ret:ea iure diu iam a me fuiſſe dubitatũ:nec habere ſatis exploratũ:quos oium peſſimos iu
dicare potuiſſem:ꝙꝗ ſæpe mecũ in eá incidiſſem opinionẽ:nullos hoies iſeſtiores humani
tati & a bene beateq; uiuendi ſtudio remotiores:ꝙ qui a Græcis:ingrati a nr̃is
appellantur:eos ꝑcipuos humanitatis ac uitæ hoſtes:nec ullum eſſe crimen turpius ingra-
titudine.Tũ ille:haud abſurde inqt opinans.multi(ut ego)quoq; idem opinãtur. Fortaſſe
nõ iniuria:Eſt.n.ſcelus quoddá atrociſſimũ:&quod nõ honorẽ ſolum & dignitatẽ offen
dit amicoꝝ:ſed ipſam penitus extinguit humanitatẽ:de his inquá ſi nõ eſt aliud qd putes
prætermittendum:neq; enim ſumus occupati:quid ipſe ſentias libẽter audirem. Nam q adhuc
ea de re paulo accuratius diſputauerit inueni neminẽ. Pergratũ inquit : cum cæteris in re-
bus ad diſciplinã & eruditionẽ attinẽtibus:tũ maxĩe in tã opportuna & honeſta poſtulatõ
ne:tibi ꝙ accumulatiſſime ſatiſfacere.Sed tñ nõ alienũ mihi uideť ſi Græculos illos imite-

mur oīa in certamē & cōtrouerſiā adducere ſolitos:qđ ego ad unāquāq; rē apiendā plurī
mū ualere arbitror:nihilq; magis ad multaꝝ reꝝ uſum memoriāq; cōferre. Nihil.n.tā ob-
ſcurū atq; abditū:& a cōi ſenſu cognitioneq; remotū:qđ frequens illa diſputandi cōſuetu-
do & diligētia nō inueniat aptiſſimeq; demonſtret. Fit.n.ſæpe ut ex crebris diſputatōibus
magnaꝝ reꝝ nō ſolū ſenſa capremus aliena:ſed ipſi etiā noua quædā excogitātes mirum
ī modū exacuamur:& ingeniū pulcherrimis atq; altiſſimis rebus intentū uehemēter excite
tur:ut ne dici quidē poſſit q̄tum frequēti & quotidiana diſputatione proficere:& in rebus
oībus erudiri uideamur. Quā ob rem idē quoq; nobis cenſeo faciendū:fuſa tñ & cōtinua
orōne:nō crebris interpellationibus abrupta:ne uel tp̄s in repetendo cōteramus:uel ſeriē
ꝑturbemus reꝝ explicandaꝝ. Proinde qđ tu ſentias de īgratitudine prius explicato: mox
ipſi uel ad opinionē tuā ſi uidebit̄ refellendā:uel (ſi opus erit) ad cōfirmandā ſniam accede
mus:nullaq; in re tibi deerimus. Ego uero (qm̄ (inquā) ita placet) dicā ꝑlibenter: ſed ea le-
ge ne ineptias noui ꝑhi & delitamēta derideas. Perniciosam hoībus ingratitudinē:& oī
malo flagitio compandā multis equidē cenſeo de cāis:ſed eo pniciosiſſimā iudicandā:q̄
cū duplex liberalitatis gn̄s habeat̄:Alteꝝ in cōferēdis ꝑſtādiſq; bn̄ficiis:in referēdis alteꝝ.
Quoꝝ primū inter hoīes ꝑclaꝝ atq; excellēs:& maxime ad laudē gloriāq; accōmodatum
Alteꝝ uero neceſſitatē q̄dā ꝑſeferens:ut honeſtū eſt:& oī laude digniſſimū ſi ꝑſtet̄:ita ſi cō
temnat̄ turpiſſimū & ab humanitate ꝓrſus alienū. Vtrūq; ingratitudo tollere e uita peni-
tuſq; extinguere uidet̄. Quis.n.oī ſublata ſpe premii:qđ ab ingratis expectare nō poſſum⁹:
bn̄ficentiæ & liberalitati locū eſſe putabit? Eqdem nihil in oībus diuinis atq; humanis ī re
bus fieri poſſe arbitror:niſi quædā facientibus ꝓmia uel accepta prius fuerint: uel ſaltē ex-
poſita ut accipiant̄. Nā qui rebus bellicis:q; ſtudiis lr̄arum:q; legibus:qui oī deniq; facultati
atq; operi ſtudēt:eam ob rē moueri ad id potiſſimū:impelliq; uident̄ q̄ uel utilitatē q̄dam
ꝓriuo ſibi ceſſurā arbitrant̄:uel quod multo pulcherrimū famā atq; gloriā:q̄ ſpes ſi tollere-
tur:nemo tā eſſet inſanus:qui eiuſmodi cæteriſq; rebus dandā operā exiſtimaret. Idē puto
liberalibus & bn̄ficis euenire:qui ſi nullā ſperarent remunerationē bn̄ficii:& ne liberalitate
quidē ulla uterent̄:ut neq; agri arant̄ atq; excolūt̄ niſi fertiles:neq; arbores niſi uberrimos
fructus pariant:fouent̄:putgant̄:inſerunt. Oēm itaq; ingrati humanitatē extinguūt:q̄bus
aut nihil cōferri pōt quod nobis gloriæ ſit emolumētoq; futuꝝ. Aut ſi cōferam⁹ quicq̄ ua-
na ſpe ducti:nullaq; accæpta gr̄a in bonos deinde & gratos uiros munifici & liberales eſſe
nō poſſumus. Veremur.n.ne ſemp in ingratos incidētes:temereq; ꝓfundētes fortunas no
ſtras:pauptate aliq̄n & reꝝ inopia conficiamur. Ingrati.n.reꝝ acceptaꝝ oīa ſua ſola utilita
te metiunt̄. Magnifica quidē res & præclara cōferre bn̄ficiū: munificū ſeſe oībus liberalēq;
preſtare:inopibus adiumēto eſſe:cōſulere ignaris:leuare afflictos:opē ferre oībus: oēm de-
niq; munificentiā & liberalitatē in oēs exhibere. Ad qđ cū natura ipſa cogere nos q̄dā hu-
manitatis lege uideat̄:q̄to magis cogi eos exiſtimabimus q̄ nō ipſi primi cōtulere:ſed accæ
pere beneficiū? Sed eſt quoddā genus hoīm in poſtulādis atq; accipiendis muneribus ꝓca
ciſſimū:quorū in poſtulando audacia:in accipiēdo cōfidētia īcredibilis:ac ꝓpe deteſtabilis ī
referēdo uero gr̄a & bn̄ficio repēdēdo tāta ſūt obliuiōe tātaq; amētia:ut aut diſſimulēt ac
negent accepiſſe ſe:qđ eſt poſtremæ perfidiæ:aut accæpta ſi fateant̄ referre tñ gr̄am quū eſt
opus minime ſtudeant:aut obliti penitus atq; īmemores efficiant̄. aut qđ oīm cenſeo ima-
niſſimū:ꝓ laude:ꝓ gloria:ꝓ uita:pro dignitate:pro bonis oībus obtrectationē:ignominiā
calamitatem:perniciē & oīa mala referant. Hos oēs ingratos iure optimo nūcupamus. q̄q̄
refert plurimū:quis ſit inter eos ingratior:quis ingratiſſimus iudicandus. Hn̄t enim uitia
gradus quoſdā magnitudinis:ut remiſſiora ī aliis inueniant mediocria:& interdū fortaſſe to
lerandā:in aliis uero maiora & ne ferenda quidē inueniant̄:quēadmodum nec uirtus ipſa
oībus eadē eſſe ſolet:ſed in quibuſdā hebetior languidiorq;:in pleriſq; uero multo eminē-
tior atq; preſtantior. Vtcunq; tñ accipiendā putabimus ingratitudinē: quocūq; in gradu
collocandā:turpē nimirū ac fœdā & ab oī humanitatis genere iudicari oportet alienam.
Quippe cum nomē ipſum abſonum ꝑ ſe atq; īfeſtū gr̄am rebus & iucūditatē oēm exime-
re uideat̄:ut nihil relinquat nobis:qđ iure cenſeamus appetendū. Appetunt̄ ſane non qui-
dem q̄ ingrata & infeſta:ſed q̄ grata ſunt atq; iucunda:hæc ut cōſequamur oēm uim nr̄am
& conatus adhibeamus. illa uero tanq̄ peſtifera & pniciosa horrem⁹:fugimus:deteſtamur.
Verū qui beneficiū non negat:q̄q̄ eſt turpiſſimū nō referre gr̄am: minus tñ delinquere pu-
tauerim:minuſq; q̄ cæteros in culpa eſſe:qui cū debere ſeſe fateat̄: neq; liberalitatē inficiat̄
alienā:neq; īmemorē penitus ſe oñdit acceptoꝝ uideturq; uel aliquid rependere:q̄ñ mu-
nificentiā nō occultans:gloriā affert eis qui benefecerint q̄ pellecti liberales:aut ſatis ſibi fo
re ꝓmii gloriā exiſtimabūt:aut ſpē adhuc remunerationis aliquā retinentes:nō oino a bn̄fi-

centia & liberalitate deſiſtẽnquẽ iccirco tollerandũ aliqñ dicebamus:ſi nõ uolũtas deeſſet
gr̃æ referendæ:ſed uel anguſtia reiſamiliaris ĩpediref:uel metu aliquo difficultateq; pterri
tus differendã in tp̃s ſtatuat remuneratiõnẽ melioreq; & reddẽdi & cumulandi bñficii oc
caſionẽ expectandam:q̃lẽ Danũ erga Silophonẽ Samiũ ferũt extitiſſeq cũ pnuat⁹ neq; re-
giam adhuc nactus dignitatẽ:q̃dam ab illo ueſte donaref:expectandã ratus occaſionẽ ni-
hil ſibi principio retribuit. cæterũ ubi primũ regnũ adeptus:& urbẽ & inſulam Silophon-
ti parere iuſſam:eius uſui arbitrioq; ſubiecit. Quam ob rẽ nõ oblitũ fuiſſe Danũ credendũ
eſt:ſed meliorẽ reddẽdæ cumulandæq; gr̃æ occaſionẽ expectaſſe:q̃d ea de cauſa qui fecerit
nõ mõ nõ culpãdos puto:ueꝝ magnope mea quidẽ ſñia cõmẽdãdos. Sin illis & tp̃is op-
portunitas:& fortunæ ſuppeditauerint:quo pacto excuſari poſſint:equidem nõ intelligo.
Nam & plerũq; nõ expetẽda ſolũ:ſed quærẽda ẽt eſt occaſio reddẽdi bñficii. Solet.n.aius
cuiuſq; cũ in rebus cæteris:tũ maxime in liberalitate ſpectari: qui ſi nõ niſi ad honeſtũ:bo
nũ:æquũq; declinans:nulla ĩpulſus maliuolẽtia:nihil temere:nihil flagitioſe: nihil deniq;
auare agere conef:ẽt ſi mala reꝝ euẽta ſequãtur neq; ĩgratus erit:neq; temerari⁹ iudicãdus:
ut q ſociis obſeſſis naui frumẽtariã miſerit:eaq; prius q̃ in portũ ſe recipiat ab hoſtib⁹ inter-
cipiaf:nõ icciꝛco cũ uel ſocii ĩgratũ:uel liberalẽ hoſtes appellabũt:q̃q̃ ſũt utilitatẽ ab eo cõ
ſecuti nõ mediocrẽ. Nõ.n.q̃d agam⁹ ſemp inſpiciẽdũ eſt:ſe quo ſimus aio quũ agim⁹.q̃d
etiã in fabulis iocari ſum⁹:Coruũ lupos p ardua mõtiũ iuga comitatũ: ptem ſibi p̃dæ fieri
poſtulaſſe:q eos ſecut⁹ nullo tp̃e deſtituiſſet:ſociuſq; fuiſſet: repulſus deĩde a lupis tanq̃ nõ
eos ſed p̃dã cibũq; ſecutũ:neq; min⁹ lupoꝝ ſi occiderent q̃ cæteroꝝ aĩaliũ extra fuiſſe uora-
cẽ.Oẽ nãq; bñficiũ maleficiũue ideo appellãdũ:q̃ a bono malone aio pfectũ:nõ ipm euẽ
tũ reꝝ p̃ſe fert:ſed uolũtatẽ atq; aium reſpicere atq; intueri uideaf. Quã ob rẽ q̃bus nõ uolũ
tas retribuẽdi officii:ſed facultas atq; occaſio d̃fuerit ab oĩ (ut arbitror) ĩgratitudinis crimĩ
ne abſoluent. Idẽ de his quoq; cẽſeo dicẽdũ:qui cũ ĩgẽs aliq̃d accæpint bñficiũ: nõ ple-
nã atq; uberẽ gr̃am:ſed tñ aliquã retulerĩt: ſiq̃dẽ nõ obliti penit⁹ aut ĩgrati iudicãdi ſũt:quo
rũ aius q̃ totius magno bñficio deuict⁹ ili nõ illud q̃ debet:ſaliẽ q̃ põt remuneratiõe pſeq̃-
tur. Nã neq; accæptũ munus & bñfaciẽdi uirt⁹ occultaf & reꝝ inopia atq; egeſtas faciet ex-
cuſatũ:neq; oẽm ab aio liberalitatẽ radicit⁹ euellit:ſpe aliq̃ cõpẽſanõis remanẽte: cũ mani-
feſte appeat metas illi retribuẽdi nõ a uolũtate cõſtitutas:ſed ĩpoſitas ab inopia.uẽ.n. fore
cũ fortunati⁹ res ſeſe hẽbunt gr̃am eũ multo plenioreẽ eſſe relatuꝝ. Cæteꝝ q negãt accæpiſ
ſe:quoꝝ undiq; p magna ẽ copia:tãta ſunt ſcelerate atq; pfidia ut maiore q̃ſi eſſe nõ poſſint.
Quid.n põt eſſe pfidius q̃ eius ĩficiari:cuius ope atq; auxilio fretus uel piculo ſubtractus &
ſaluti reſtitutus ſit:uel in aliq̃ dignitate cõſtitutus:uitã ſit cõſecutus meliorẽ. Reminiſcor eq-
dem frequẽter me in eos uiros ĩcidiſſe:qui ornati a me & cũ pecunia:rebus aliis ſuſtẽtati ſu
ſceptiq; hoſpitio & in maxĩs difficilimiſq; negociis adiuti:uſq; adeo cõfidentes atq; ĩgra-
tos ſeſe preſtiterũt:ut cognitionẽ mei & familiaritatẽ diſſimulare nõ ſint ueriti:atq; ita me
cũ ægerint:ut ſi nuſq̃ neq; cognitũ:neq; uiſum:aut auditũ unq̃ habuiſſent:nefandos profe-
cto hoies & liberalitatẽ delentes oẽm. Quis.n.cõferendũ ĩ quempiã bñficiũ:aut ulla unq̃
utendũ liberalitate iudicabit:ſi de quib⁹ optime ſe meritũ & q̃uis gr̃a dignũ putet:ab his ne
gligi ſe cõtẽniq; cognoſcat:& a quib⁹ ſũmã charitatẽ:amorẽ:decus expectabat:his cõtem-
ptui ſeſe uideat eſſe atq; ludibrio & odio ẽt nõ mediocri? Ingrati hois pœna nulla maior
atq; atrocior eſſe põt:& quã ipſe uehemẽtius fugere conef:q̃ eos ipos intueri quibus ſe ſen-
tiat obligatũ officioq; deuinctũ. Quoꝝ eo maxie p̃ñtiam horrere fugereq; uideri q̃ñ nõ
delectaf aliena ĩ ſe charitate & beniuolẽtia:ſed exurif aſſidua recordatiõe bñficii:ex quo q
gratus ẽ maximã ſolet cape uoluptatẽ: Nam & ſi ĩgratũ ſua pteruitas abſoluat: conſcia tñ
ſeueriſſima æqui atq; iniqui iudicatrix archana reꝝ cõfeſſione dãnat & torquet. Hẽt præte
rea conſcia mirificos accuſatores defenſoreſq; ruborẽ:trepidatiõnẽ:cõſtantiã:fiduciã: quo
rũ primis mala:poſtremis bona reteguntf. Qui uero leuatus abs te atq; adiut⁹ aliqñ tui no-
ticiã diſſimulabit:ſi forte obuiũ te illi obtuleris:erubeat neceſſe eſt cogẽte cõſcia. Quid tũc
illum cenſeas cogitare:quibus te petere execratiõibus:quouſq; uitã illi tuã uideri moleſtiſ
ſimam? Quoꝝ.n ueremur cõſpectum p̃ñtiam formidamus:eos odio pſequamur acerbiſſi-
mo & extinctos cupiamus oportet:ne obuios ſe interdũ offerẽtibus ſubpudere erubeſcere
q; cogamur. Equidẽ equiore aio tollerandos eſſe ducerẽ:ſi ſatis h̃rent negare beneficiũ:ne
q; ita nos tacita maliuolentia atq; odio inſectarent. Eſt n.turpe ſatis atq; abſurdũ nõ red-
dere q̃d accæpis:cui ſi addideris maliuolentiã:nihil põt turpius atq; imanius excogitari.
Quid efferacius cane? quid totius humanitatis magis expers fueriaf: cui ſi ſemel noti eẽ
cœpimus:ppetuo nos memoria tenebit:nunq oblatrabit:mordebit nunq̃:ẽt ſi fuerit irrita
tus:& quocunq; pfecturos longo itineris ſpacio comitabif:nunq̃ a nro tergo latereq; diſ-

cedēſi & quotiēs uel ſolo nutu euocabimus:cauda:capite:auriculis:& ipſis demū oculis in
credibili lætitia blandiet̃.Ingratus aūt oī cane pfidiorne illud qdem ueret̃ diſſimulare qđ
cōſtat ſitq; oibus manifeſtiſſimum:dico noticiā & familiaritatē:q nō niſi diuturno tpe &
multorꝝ teſtimonio cōparant̃.Quod aīal leone truculentius:ſed cū nos ad bñficium flecti
ſæpiſſime uidemus.Etenī nulla tā imanis:tā indomita & imanſueta fera : quā ſui educato
ris aduentu non ſummo pe gaudere:geſtire atq; arridere uideamus . Ex oī genere aīalium
ſolus ingratus bñfacientis uultū neq͂ ītueri:quē ueſte:quē pecuniis:quē uictu iuueris:quē
ſuſcepis hoſpitio:quē deniq; capitis īterdū piculo liberaueris:cui ſummū pſtiteris hono-
rē ad dignitatēq; ſuſtuleris:is te aut pinde ac nuſq̄ cognitū diſſimulabit:aut ſi id(qm̄ maī-
feſtū ſit plurimis)inficiari nō poſſit:nihil ſe tibi debere cōtendet.Tū uel nullum dicet accæ
piſſe bñficium:uel multo plura & maiora pſtitiſſe q̄ accæpit.Quid igit̃ īgrato uel diſſimu-
lante fœdius:uel negante pfidius uel utroq; deteſtabilius inueniat̃.Quanq̄ nō me fugit in
tereſſe plurimū quam maiorē inferāt nobis iniuriā:hi q ornati a nobis noticiā tñ nr̃i bñfi
ciiq; memoriā diſſimulant:an q aliquid i ſe collatū apte inficiant̃.Vtriq;.n.ad unū ingrati
tudinis finē:diuerſo tñ itinere cōtendunt.Nā quib⁹ audacia ieſt diſſimulādi eos tū demū
ituros inficias exiſtimo:ſi qñ uelimus pſtitas cōmoditates collataq; in eos bñficia ī memo
riā reuocare:tunc.n.nō ignorare ſolum:ſed ne uidiſſe quidē deos atq; hoīes teſtabuntur :
aut ſi id facere nō pñt:mendacē re ac uanū appellantes mille cōuiciis inſectabuntur & iur
giis.Quocirca qui diſſimulat:eo min⁹ delinquere uidet̃:qm̄ hic paulo tectius:ille uero mul
to apertius inficiat̃.diſſimulantē nequitia:negantē etiā & pfidia cōdemnat.tñ īgratus alter
quia negat:alter uero qm̄ negare paratus ſi repetat̃.Aliud gñs ingratorꝝ ad eos attinet:qui
b⁹ cū magna ſint collata munera nō mō grãm referre nō cogitāt:ſed ipſius(qđ turpiſſimū
eſt)obliti bñficii ea ipſa q̄ accæperunt penitus memoria deleuere. Rem mehercule ut pri-
mo aſpectu tollerabilē:neq; nimis magnæ deformitatis apparentem:ita ſi paulo ꝓpius acce-
das:diligentiuſq; pſpicias:neſcio an oium pfidiſſimā ac ꝓpe nefandiſſimā iudicandā.Nec
uero dubito plæroſq; mortaliū:cū maxie cæteris in rebus:tum in hoc multa inter ſe diuer
ſaq; ſentire & ſuū cuiq; eſſe iudiciū atq; ſniam.Nā ſunt quib⁹ humanū & ne turpe quidem
hoc uideri ſoleat:cū inuitis plærūq; nobis ea excidant:q̄ ſi ppetuo memoria teneremus ſum
ma nos afficerēt uoluptate maximūq; interdū afferre ornamētū:ut q lr̃as:qui leges:qui ar
tes reliq̄s:qui dēiq; res mille didicerūt:quarꝝ oīum memoria diuturna ī nobis eſſe nō pōt:
niſi q̄ rariſſime pauciſſimiſq; cōtingat:ut rerꝝ oium qui didicerint ī uita ex oī pte recorden
tur.Quæ pterea ætas magis ad diſcendū idonea & ad memoriā magis accōmodata q̄ tene
ra illa puerorꝝ:qui tñ uix minimā ptem eorꝝ q̄ in ea ætate didicerūt ppetuo tenere potue-
rūt iſtante ſemp atq; admonēte pceptore.Multa pterea ſunt:q̄ uim illā memorādi ſoleant
īpedire:ampliſſimæ dignitates:calamitates:ægritudines:quarꝝ ui atq; impulſu non mō q̄
accepimus ab aliis:ſed nos ipos interdū obliuiſcimur.Obruit̃.n.ſenſus atq; memoria mul
titudie grauiſſimarꝝ rerꝝ:q̄s in uita euenire neceſſe eſt ē:& ipſius fortūæ mutatōe & uarieta
te cōfundit̃:ut neq; aures nr̃æ ſoni cape magnitudinē neq; oculi ſolis pñt ſplendorem in-
tueri:ſic fieri ut quoſcunq; ex infimo loco ad ſummū rerꝝ faſtigiū & dignitatē fortuna ſuſtu
lerit:priſtinæ cōditiōis & amicitiæ imemores efficiant̃:qm̄ pmagni motus aīorꝝ memo-
riā totā occupantes:minima quæq; depellunt:quemadmodū ardentes faces atq; incendia
magno fulgore ſolis obfuſcant̃ depelluntq; ab angulis & ītuitu oculorꝝ.Sæpe etiam ſolet
euenire ut membra quædā nimio dolore adeo tabeſcant & corrumpant̃:ut nec ſentire nec
mouere ſe queant:eodē mō deficere memoriā multitudine & uarietate maximarꝝ rerum :
nō culpa uoluntatis ſed naturæ opus eſſe cōtendunt . Quippe cum humanū ſit & nobis a
natura datum:quā iure nos quidē accuſare nō poſſum⁹.conat̃.n.nihil mutilū facere : nihil
gigneī diminutū:ſed pfectiſſima quæq;ꝓducet.Rurſus piculorꝝ & calamitatū tāta iterdū
ē acerbitas tātus met⁹ atq; dolor ut nō mō imemores bñficiorꝝ ſed exāies nōnūq̄ fieri ui-
deāt̃.multos memorare ſolent:uel orbatos filiis:uel exutos dignitatibus:uel aliis fortunæ
caſibus laceſſitos:nō oblitos ſolū pteritarꝝ rerꝝ:ſed inſanos fcōs aliqñ:& ſummo demū do
lore anguſtiaq; cōfectos:ut Aiacē illū Thelamoniū:quē ita īſanū pp irā ſcribit Sophocles
ut greges armētaq; Achiuorꝝ ferro inuadens:ipſos ſe Achiuos putaret interfeciſſe:ut Hec
cubā canina latrantē rabie:ut Heroclē Parthorꝝ regē:q Pacoro filio Auentidio cum oī ex-
ercitu trucidato in furorē cōuerſus fert̃ nō cibū ſumere potuiſſe:nō amicos alloqui:nō uo
cem emittere:ut iā mutus oīno fcūs uideret̃:ut Periandrū:qui unus inter Græciæ ſapientes
habitus filium a Corcireis interfectū atq; multū dolēs ipatientiſſimo mœrore cōfectus eſt:
Sic Menippū Cinicū:qui pecunia ſibi p inſidias erepta laqueo ſe ſuſpendēs:uitā ex ingenti
dolore finiuit.Sic alios multos: neq; cenſent memoriā bñficiorꝝ in tā acerbiſſimo dolore

locū hēre potuiſſe:in quo ſalutis ac uitæ memoriā abiecerūt oēm. Quoſdā etiā ex nimia læ
ticia uita defunctos:ut Dionyſiū tyrannum accæpro uictoriæ nūtio:ut Sophoclem: ut Chi
lonē:quorꝫ alter uictor in tragœdiæ cōtentione declaratus ſubito ex īgenti lætıcia morıē
Alter filiū in olympia coronatū amplexus extinguit:qui honos maxius apud Græcos ha-
bebat. Multos tātus iterdū iuaſit morb⁹ ut extēplo ſenſus memoriā & rerꝫ oium cognitio
nē amiſerit fræneticos uel letargos:ſic Strabonē quēdā qui cū ſaxo in caput cōcuſſus eēt
rerꝫ oium:quas añ nouerat dī ſtatim ſcūs oblitus:quāobrē nō uideri tantope culpandos:
qui memoriam abiecerūt bñficiorꝫ:quod plærūq; a natura ipſa caſuq; cōtingit. Cōtra uero
mihi nulla tā igens tāq; īſignis igratitudo uideri ſolet: & q̄ tā nullā admittat excuſationē
Nā ut a pueris initiū capiamus:pdiſcūt illi quidē multa:ſed ea diu memoria nō tenent: tñ
nō ita ſtatim dediſcunt:ut ne ſemel quidē recitare poſſint oia memoriter:q̄ aio frequenter
agitata:ſæpeq; ad uerbū repetita raro e memoria delabunt. Qui igit accæpit beneficium ſi
cito referat:ſi frequēter i aio uerſabit ſæpeq; de illo referēdo cogitabit nunq̄ efficietur obl
tus:qđ ſi multa nobis excidūt:q̄ memoria retenta maxio nobis eēnt ornamēto: qđ ego nō
inficior. nec hoc quidem memoriæ magis uidet & naturæ q̄ negligentiæ nræ tribuendū.
Cur legū:cur artiū obliuiſcimur reliquarꝫ: niſi quia nō frequēter exercemus:nō mentem:nō
aio & cogitatiōe uerſamus. Hinc pclarꝫ illud a Pictagora pcæptū:exercendam eſſe memo
riā. Hinc Dyogenis ſaluberrima ſnīa. Nihil in oi uita ſine exercitatiōe fieri poſſe. Ob eam
hoies cū in mechanicis:tū in cæteris artibus pmirā celeritatē aſſecutos. Hinc etiam & Pe-
ryandri Corinthii pclaræ dictū: Exercitationē oia ualere. Cantores uero & cythared tan
tā habēt initio difficultatē adiſcēdi:ut ne uocē qdē exprimere:aut digitos moueri poſſe ui
deant. Mox uero ſūma uoluptate allecti:aut repetētes que didicerūt:aut cōtētus oēs & uo
cum interualla crebra cogitatiōe complectētes:id demum frequēti uſu & exercitatiōe con
ſequuntur ut clauſis:ſi uelint:oculis & uocē flectant uarietate incredibili:& cordas oēs mi
ra digitorū celeritate pcurrant. Ingratus uero quia nullā capit uoluptatē referēdi:ideo nū-
q̄ de reddendo beneficio cogitauit:niſi fortaſſe cū accæpit. quæ res non ad hoies pertinet:
ſed beſtiis ea inſita natura:ut q̄diu cibus ore uerſetur:ſola pñtium delectatione teneantur.
Sic etiā quæ audita ſemel fuerint:memoriaq; cōpræhenſa: excidāt neceſſe eſt:& elabantur
niſi cuſtodita ſint & aio frequēter repetita:nunq̄ intermiſſa. At mutatio fortunæ aium ad
maiora cōuertit:fateor equidē:hoc in illis dūtaxat:qui minimis rebus aſſueti q̄ magna ſūt
ſine:mētis atq; ai detrimēto cape nō pñt. Hi ſūt quorū nimiā fœlicitatē grauiter:ut oia ſo-
let Ariſtoteles:ab amicis nō cenſet eē cupiendā. Putat.n.eos nequaquā in amicitia manſu
ros:ubi fuerint nimiū locupletati:diſceſſuroſq; ab officio tanq̄ ſecundā fortunā cape ſine
amicorꝫ obliuione nō poſſint. Sed ego idē oibus euenire nō arbitror. Fortuna uero q̄q̄ in
rebus aliis plurimū ualet:nullā tñ hēt in aio ptātem. Qui reges:qui principes:qui impato-
res efficiunt:optime illi quidē meminiſſe poterunt priuatos ſeſe aliqñ & in infimo rerum
ſtatu cōſtitutos adiutoſq; bñficio priuatorꝫ hoim:qđ in Dario ſupra demōſtrauimus Im-
menſam nobis dii īmortales uim ingenii & memoriæ tribuerunt. Multa inuenio mādata
lrīs a nrīs maioribus:magna quoſdam & ppe diuina fuiſſe memoria:ut Gneā illū Platoni
cū:qui poſtridie q̄ ueniſſet Romam oium Patriciorꝫ & equeſtris ordis ciuiū noia cū ſūma
oium admiratiōe dicebat:eoſq; oēs ſuo noie compellabat. Cyrrhus uero & Themiſtocles
L. Scipio:aliiq; pmulti idem in ſuis milit⁹ faciebant. Mythridates quoq; tanta memoria
fuiſſe phibet:ut duabus & uiginti natōibus moribus iuſtitutis lingua differentibus:quib⁹
impabat:ipſe nullo cū iterpræte loqueret. Quid dicam de Septio Mertodoro:qui multorꝫ
ſimul loquentiū uerba ſenſaq; excipiēs i maximam oēs admirationē adducebat. Plurimos
equidē memorare poſſē:cū ſupioribus ſæculis:tū etiam ætate nrā q̄plurimū memoria ua-
luiſſe. Nec ē eadē uis uiuēdi atq; audit⁹ aliorꝫq; ſēſuū i nobis. quippe priui illi atq; hebetes
magnitudine rerꝫ deficiunt & cōfundunt. Animus uero imenſus eſt atq; diuinus:qui quo
plura capit maioraq; amplectitur:eo magis pfici atq; illuſtrari cōſueuit. Quo fit ut quū de
fixius quicq̄ intuemur:hebetent oculi & caligine quadam mirꝫ imodū afficiant ſoni ma-
gnitudine aures obtundant:ſtudio uero & aſſidua contēplatiōe magnarꝫ rerꝫ nō mō non
obruit aius & uis ipſa contēplandi:ſed ingēti quadam & ppe incredibili luce itelligētiaq;
complet:illuminatq; continuo uſu cogitandi. Nemo pōt:mea quidē ſnīa:tā ſatis doctus
eſſe:tā ſatis eruditus:& tam maxiarꝫ altiſſimarūq; rerꝫ memoria refertiſſimus:q non colli-
gere ſeſe & multo plura cape cēſeat. neq;(ſi qua uolet alia) ppterea nō pdiſcet:i qm̄ mens
multis rebus ſit occupata. neq;.ſi pdiſcat rerꝫ obliuiſcetur cæterarꝫ. Qui uero magnis cala-
mitatibus & fortunæ caſibus laceſſiti ſint & in maximis anguſtiis ac neceſſitatibus conſti-
tuti:q̄q̄ incōmoditates plurimas & detrimenta patiunt:nō tñ ita cætera oia dediſcere pu-

tauerim:ut nulla ĩ eis remaneat memoria ꝑteritarum reꝝ & priſtinæ fœlicitatis immemo-
res efficiant̃. Nã & ſi miſeris & calamitoſis maximũ adiciat doloris incrementum prioris
fortunæ recordatio:ſiũtq; ob hoc miſeriores:qm̃ fœlicioribus & trãquillioribus rebus aſ-
ſueti:q̃ paulo moleſtiora fuerit:nõ paꝝ ægre patiunt̃:eãq; ob rẽ multo magis affliƈtantur.
repetũt tñ honores:opes:dignitates:amicicias & multoꝝ in ſe collata bñficia recordantur
tũ pñtium incõmodoꝝ calamitatẽ acerbitate cõpenſantes:fœliciſſima quæq; meminerũt
& quod more ſuo ſapienter ut poeta:Nimiũ meminiſſe neceſſe eſt. Q d ſi Aiacẽ factũ pri-
mũ furioſum : ꝓpter irã atq; dolorẽ mox ſeſe iterfeciſſe:& Sophocles:& alii plurimi tradi-
derunt:neſcio equidẽ quẽ furioſum ſi mori fortiter maluit q̃ uiuere ignominioſe.idẽ mul
ti feciſſe memorant̃. Nã qđ de gregibus atq; armẽtis poetæ cõfinxere:his nõ magnam ad
modũ fidẽ putamus adhibendã:niſi fortaſſe Palladẽ eius rei cãm afferẽtes.id deoꝝ ĩmor
taliũ ꝑtãti tribuamus. Horeſtẽ quoq; furiæ cæde parentis itinaſerũt. Sed nec Piladẽ ullis
affecit iniuriis:nec eius in Thracia oblitus eſt:cũ mori ſe male diceret q̃ maƈtari Piladem
pateret̃. Sic inſana fcã eſt Heccuba:& pp maximã crudeliſſimãq; fortũæ acerbitatem in fu
rorem rabiẽq; cõuerſa. Veꝝ nõ illa in Helenũ:nõ in Caſſandram:ſed in Polyneſtorem ſæ-
uiendũ cognouit:qđ magis ꝑclaꝝ facinus agere uel optime ſana potuiſſet:q̃ uiolatã fidem
hoſpitii piuratos deos & necatũ filiũ ulciſci. Q d ſi Sophocles : ſi Periander : ſi Menippus
Chilo:aliiq; pmulti uel gaudiũ nimiũ capere:uel doloris acerbitatẽ ſupare nõ potuerũt :qđ
aliud cãæ fuiſſe putẽ:niſi inſitã & ptinacẽ in aĩo memoriã:uel boni quo nimis gaudebant:
uel mali quo nimis angebant̃:q ſi neq; uiƈtoriæ & utilitatis : neq; calamitatis atq; incom-
modi meminiſſent:pfeƈto neq; a gaudio nimio fuiſſent:neq; ab intollerabili dolore ſupa
ti:ſed qm̃ iis cogitatiõibus hærentes auelli nõ poterant:nimiã memoriã mortis cãm habuẽ
re. Quãobrem non uideo cur deficere memoriã & obliuiſci hoies:etiã maximis & pericu-
loſiſſimis calamitatibus arbitrari debeamus:afferreq; exẽpla ad eã rem nihil prorſus attinẽ
tia. Optima reꝝ oĩum excogitandaꝝ magia neceſſitas eſt: nihil.n.magis ſolet ingenium
atq; memoriã nr̃am excitare. Nunq̃ me hercule magis ſape ſolemus:magiſq; rerum oĩum
recordari:q̃ quũ millæ fortunæ caſibus expoſiti tãq̃ nauis uẽtis atq; fluƈtibus exagitamur.
Q đ uero de moribus dicebat̃ q̃ rariſſime ſolet euenire:ut ita penitus exaiati ſepultis ſenſi-
bus efficiamur:ut nec recolamus qdem ꝑterita:nec pñtia ſi qua ſunt: ſatis reƈte ſentiamus
aut ſi accidat fortaſſis aliqñ:nõ igit̃ uident̃ excuſandi:qui tãdiu ingrati perſeuerare potue-
runt:ut etiã morbũ expeƈtarint ad ingratitudinẽ ppetuo confirmandã. Erat enim occupã
dũ tp̃s ut ante referret grãm q̃ referẽdi tolleret̃ occaſio. Quã ob rem q̃ oblitus fuerit bene-
ficii:eum magis delinquere putauerim:q̃ quo iure poſſit excuſati:cũ ſit turpiſſimum gn̄s in
gratitudinis:& q̃tum ad inhumanitatem & pfidiam attinet:cæteris oĩbus:q̃ diximus ante
ponẽdum q nõ referũt:q negãt:qui diſſimulãt:igrati quidẽ oẽs iudicandi ſunt:cæteꝝ ne
quaq̃ cum hoc genere compandi. Quippe cũ nemo ꝓhibeat qn emendare ſeſe & q̃ gratiſ-
ſimos preſtare poſſint. Eninuero mores & q̃ facillime & q̃ ſæpiſſime cõmutant̃:quod cum
cæteri pmulti:tum maxĩe Palemon Athenienſis oñdit:q ex ignauo & temulento adole-
ſcente i ſapientiſſimum & grauiſſimum pħm euaſit: ſola Xenocratis oĩone pſuaſus. Sæpe
enim colligunt hoies ſeſe & nullo impellente ſua ipſi deliƈta deteſtant̃. Nemo tam ferus &
agreſtis:tamq; ab omni humanitate deſtitutus:qui ſi mõ peccare ſe intelligat : nõ aliquan
do ſibi ipſe diſpliceat:& ad ſanƈtiores mores:melioraq; ſtudia pmutet̃. Qui uero ſe errare
nõ ſentiat:is & uitam ſuam ꝓbat:& in ea ſumma ui atq; ſtudio perſeuerat. Quã ob rem ob
litus qui fuerit bñficii:gratus fieri nullo mõ poteſt. Nunq̃ etenim reuiuiſcet quod ſemel eſt
extinƈtũ:ut menbꝛꝝ aliquod a corpe deciſum:cuius nullæ remãſere reliquiæ in corpꝰ am-
plius coire nullo(ut arbitror)ualebit artificio:nec ulla eſt rã peſtilẽs & immanis ægritudo
quã medici uel curare penitus nequeãt:uel ſaltem leuiorem facere nõ poſſint:ſolis his qui
ſunt extinƈti nullũ remediũ afferre:nullũq; idoneũ medicamẽtum excogitare ualuerunt.
Quid.n.ab his putabimus eſſe ſperandũ:in quos nõ cõferri quidẽ uidet̃ bñficium. ſed ex
tingui. Eqdem ſic mihi pſuadeo:nullã certiorẽ:nullãq; ſtulticiã inſigniorẽ:q̃ res fortũaſq;
nr̃as ita temere collocare:ut nobis cũ opus ſit ꝑſidio eſſe nõ poſſint:ſed illũ ego lõge cen-
ſeo ſtultiſſimũ:qui nõ largiendo quidẽ:ſed diſſipãdo potius ita collocat: opes ſuãs ꝓfudit
ut ſtatim uideãt eſſe pituræ nullamq; neq; loci:neq; tp̃is recordationẽ habituræ. Sed iam
ad gn̄s aliud tranſeamꝰ:qđ eam ob rem poſtremo loco conſtituimus: qm̃ nõ ſolũ cætera
ingratoꝝ genera:ſed oẽ ſcelus atq; flagitiũ atrocitate ſua uidet̃ anteire:hi ſũt:qui ꝓ hono
re dedecus:pro laude ignominiã:pro ſalute:ꝓ uita piculum:diſcrimen & pniciẽ referre cõ
ſueuerunt quoꝝ ut atrocitas iſignis:ita copia q̃maxia. Quid hoc ſcelere imanius:quid tru
culẽtius excogitari põt̃? Si qui gratiã nõ retulere uehemẽter abhorremꝰ:ſi qui negauerunt

quí obliti ſũt:ődimus:deteſtamur:execramur. Quo uultu:quo aío:quib⁹ oculis ĩtuebimur
qua maliuolentia eos perſequi debeam⁹qui adiuti cú a nobis maximiſq; ornati dignitati
bus & in ſũma rer̃ fortũa atq; amplitudie cõſtituti:oppugnare tñ nos & pedib⁹ cõculca-
re nõ uereamur:quos domi:quos tectis hoſpicioq; ſuſcepimus quos domeſtico ꝓſidio ſu-
ſtẽtamus:ii nos domo pr̃iaq; ꝓpellere:rebus oĩbus expoliare & in exilium extrudere nitun
tur.quor̃ ſumus tutati dignitatẽ:honorẽ auximus:amplificauimus gloriá: & eor̃ laudes
in cœlũ uſq; tollere conati ſumus:ii ſummũ nobis dedecus iferre:famá nr̃am depopulare
& afficere turpiſſima cogitãt ignominia.& quos ab inimicis atq; hoſtibus nõ ſine magno
nr̃o diſcrimine defendimus:magnoq; interdũ uitæ piculo ſubtraximus:hi neſanda i nos
tæla & ſceleratas manus itulere.quos in portũ reſtituimus:ab his i maxias tempeſtates dí
ſcriminaq; iactamur.Multis uitá ipſam cõſeruauimus:qui corpus atq; aíam eripe conátes
mille íſidias & mortẽ nobis atrociſſimá machinant̃.Quid hoc ſcelere põt nedum dici:ſed
excogitari deteſtabilius:quid fœdi⁹:quid deniq; inueniri truculentius?& ab ea q̃ eſt inter
hoíes charitate magis alienũ:magiſq; liberalitati cõtrariũ.quis nõ ab oí officio beneficen
tiaq; deſiſtat:ſi quib⁹ hoíbus bñfecerit:hi ſibi oí ui atq; ſtudio nocere íſidiariq; conent̃?An
ideo ſemẽtẽ electiſſimá ſeminauimus:uites ꝓpagauimus:ut pnicioſas cicutas metẽtes:nõ
muſta:ſed aconita & peſtilẽtiſſima uenena biberemus. Et qd̃ p ſaxa ſcripſit Temiſtocles:
Ná ille quoq; ad igratos tũc forte loquebat̃:an ideo mœnia ur̃a domoſq; cõdidimus : ut
eſſẽt qui nr̃as oppugnarẽt?An ideo nobis tecta fundauimus:ut eſſẽt qui nr̃a delerẽt? Q d
tm̃ facinus agitari poſſit:qd̃ tã imane flagitiũ excogitari:qd̃ nõ huius truculẽtiſſimi ſcele-
ris atrocitate ſuperet̃?Contulimus.n.bñficiũ ut potẽtiores eſſent ad tuendos ſeſe : non ad
cõtumeliá nobis inferendá. Dedimus gladiũ quo ſe fortunaſq; ſuas : &(ſi opus eſſet)nos
etiá nr̃aq; defenderẽt:non ut in eos impetũ facerẽt a quib⁹ uitæ ꝓſidiũ accæpiſſent.At pœ
nitebat hoíes ſceleratiſſimos gr̃am(ut par erat)minie referre niſi uim ultro atq; iniuriam
nobis intuliſſent. Alexandrũ Macedonẽ huius deteſtandi & nefarrii ſceleris magnitudi-
nẽ oñdiſſe multi memoriæ ꝓdiderũt:qui cũ Clitũ nutricis ſuæ fratrẽ magnũ imprimis &
ꝓclar̃ uir̃ interfeciſſet:q̃ Philippi patris geſta in cõuiuio magnifice ut decebat extollens
Alexãdri gloriæ atq; laudibus detrahere uiſus eſſet:non mõ mortuum Clitũ mitigato fu-
rore deplorauit:ſed ſeipm̃ interficere eodẽ tælo cõſtituit.Quod cum milites detẽta manu
facere ꝓhiberẽt miſerabili planctu Regiá totá ululatuq; cõplebat.Nec indecor̃ tantæ ma
ieſtatis faſtigio putauit:faciem crebris unguibus laniare:& circunſtantes obteſtari milites:
ne ſe tanto dedecore ſuperſtitẽ eſſe paterent̃:ſinerent eũ mori qui oíum ingratiſſimus con
ſeruatori ſuo & de ſe optime merito:uitá p ſummũ facinus ademiſſet.Quippe qui ſe apud
Granicum amnẽ nudo capite dimicantem ſuo clypeo texiſſet:& Roſacis manũ capiti eius
íminentẽ amputaſſet.Poſtremo cũ ferro uitá ꝓhibẽtibus ſuis finire nõ ualeret . inedia ex-
tingui ꝓperabat.Triduũ itaq; ſitie oí cibo atq; potu incluſum iacuiſſe moriẽdi gratia tradí
derũt.Intelligebat.n.nihil a ſe cõmitti potuiſſe crudelius q̃ꝓ auxilio atq; ſalute calamitatẽ
& iteritũ reddidiſſe.nec ulla alia re tantá igratitudinẽ:q̃ ſola morte diluẽdá.Ingratitudo
(q̃tũ ego ſentio)cuiuis hõi turpis hñda ẽ.Regi uero atq; principi lõge turpiſſima.quid.n.
magnificũ illis & ꝓclar̃ eſſe põt ſi ſint ingrati:qui liberalitatẽ iprimis & munificentia præ-
ſtare & gr̃am q̃dam ꝑſe ferre ipſa imperii maieſtate cõpellant̃. Turpius.n.illis eſt in benefi
cio:gr̃a & liberalitate q̃ in ꝓlio ſupari:quor̃ in alteris aí nequitia cõprehendit̃:fortuna in
altero põt accuſari.Philippus quoq; Alexãdri pr̃ & ſi amicicias ſola(ut ferunt)utilitate co-
luiſſet:ab ea tñ de qua loquimur igratitudine uehementer abhorrebat:re ꝑfecto oí magno
ſcelere atrociore.hic cum militẽ in caſtris haberet fortem quidem uir̃ & bellis gerendis:
plurimũ exercitatũ:& cui Rex ꝓpter ſingularẽ & animi & corporis fortitudinem magna
premia contuliſſet:forte euenit militem turbido mari nauigantem: maximis procellis &
tempeſtatibus agitatũ:fracta demũ naui in agrũ quendá fuiſſe deiectum: ibiq; ab eo:cuius
fuiſſet ager exaíatum:ac prope mortuũ inuentũ q̃ta maxima fieri potuit diligentia & hu-
manitate curatũ:& domo:igni:ueſtibus:cibiſq; ad reuocandá aíam conferentibus huma-
niſſime fotũ.Quid plura bonus uir:cũ militẽ triginta circiter diebus apud ſe detinuiſſet:
abeuntẽ ueſte pecuniaq; donauit Qui ubi ad Philippum Regẽ ſe contuliſſet orare cœpit:
ut iacturá eius & calamitatem miſeraret̃:quem maris fluctus & tẽpeſtates oíb⁹ rebus expo
liatũ ad poſtremá inopiá redægiſſent:poſtulat dari ſibi ꝓdium in quo a bono uiro ſuſce-
ptus euaſiſſet.Hic cũ deſpoliari ſe p ſummá & inauditá ingratitudinẽ ægre pateret̃ ab eo
quẽ ſumma charitate:ꝓſidio:uitæq; cuſtodia texiſſet:rem oẽm ut ſeſe hẽret Regi patefecit
orat ne ſua ſibi bñficia & humanitatem nocuiſſe patiatur:ſimulq; ne militi tm̃ facinus ag-
greſſo diuturniorẽ concedat impunitatẽ.Sordidiſſimũ fore tanti.Regis ſpectaculũ:ſi tá in

gratos & nefarrios uiros:aliquá apud ſe auctoritatē hr̄e ſuſtineret. Exemplo Philippus re-
ſtituto(ut pat erat)ꝑdio:militē ad ſe uocati iuſſum nō exauctorauit ſolum:ſed igni ad mo
to lr̄is frontē íſigniri iuſſitut ludibrio foret oībus:& aium ingratiſſimū:& nulli᷒ amplius
dignū bn̄ficiis iudicarēt.Nā ut ego ꝓ Philippo loquar:q̄tū tibi bn̄ficiū ꝑſtare poſſim: quā
tātá afferre cōmoditatē:ut ſperē gtatū erga me aium habituꝝ:‘Poſſum tibi centuriá:poſſū
cohortē:poſſum ēt phalangē:& deniq; totū exercitū cōmittere poſſum:& regni quoq; da
re maieſtatē.Magna hæc quidē & præclara mumuneta:ſed q̄ ſi cum uita cōferanť pexigua
ſunt & nullius emolumēti iudicāda:& tanq̄ uana atq; inutilia cōtemnenda Si ꝓ uita quā
accæpiſti detrimentū referre nō puduit quā obſecro mihi habebis grām pro cohorte:‘Tū
cauendū mihi cenſeo:ſi tibi quieq̄ donē.Quotiēs eni de meis in te meritis cogitabis: toti-
ens erit mihi a tā peſſima & ſordidiſſima grā metuendū.Nā quo plura maiotaq; in te bn̄fi
cia conferanť:eo maius mihi piculū ipēdere:pluresq; ſtrui ſuſpicabor iſidias.Cui opes: cui
fortunas oēs:cui ſalutē uitamq; debebas:eum tu fortunis oībus expoliare conabaris.Quo
in loco uitá tibi ſpūmq; reſtituit:eum tu locū eripere ſtuduiſti.Non poſſum tantá imanita
tē exeq uerbis:maius.n.eſt ſcelus:q̄ qd ſatis dicē do poſſit explicari.Eninuero cæteros q a
nobis pauloante dicebāť:alios alia cā facit ingratos.hic nō refert uel qm̄ auarus eſt & in-
opiá egeſtatēq; uereť:ſi reddiderit:uel qa opus nobis grā eſſe nō putat:Negabit ille bn̄ficiū
qm̄ pmoleſtu ſibi uideť:ſi ſe nobis deuinctū atq; obligatū eſſe fateať.Non ciáq; nīi diſſimu
labit:uel ob eam ipſam cām quā diximus:uel qa uideť referre nō fortaſſe ꝑpter inopiá:quā
fateri uel paupprimo cuiq; ſolet eſſe durıſſımū.Neq;.n.adeo ſapientes nati ſumus: neq; ad-
eo bonis & ſubductis rōnibus inſtituti:qn in frequentiſſimos errores icidamus. Negat.n.
quiſpiā bn̄ficium:qm̄ ſatius duxit ita facere:q̄ ſatentē repræhendere.Nā nō poſſum nō fate
ri male exiſtimaſſe:ſed ſuo tn̄ errore defendeť:Nam qui per ſolā peccat ignorationē:is & ſi
nō penitus uideť excuſari:minus tn̄ delinquere cæteri iudicabiť. Alius oblitus eſt benefi-
cii:quod inficiari nō poſſum eſſe q̄ turpiſſimū Sed ſua illum negligentia atq; ignauia tue-
bunť.Qui uero huic nefarrio generi eſt affinis:hoc uel maxime nō poteſt excuſari:qm̄ neq;
paupertate & inopia:neq; pudore aliquo:neq; errore atq; negligentia:ſed ſola pfidia neq-
tiaq; peccauit:qua non ad ingratitudinem dūtaxat: uerum ad teterrima quæq; impelli fla
gitia potuiſſet.Nam quos bonū aliquod accipientes malum referre nō pudet:eos nulla fi-
de:nulla modeſtia:nullis legibus:nullis inſtitutis:nulla deniq; iuſticia & pietate contineri:
ſed ad turpiſſima quæq; ꝑcipites ituros exiſtimo.Quid enim(ut inqt poeta ueſter)hoſti fa
ciat:q ſic excludit amantes:ſi eos qui maxia ſibi:ampliſſimaq; bn̄ficia cōtulerunt offendere
minime uereať:quid illis faciet q magnum aliqd detrimentum intulerūt.Si eos iniuria la
ceſſat:cum qbus arctiſſima uidebať familiaritate deuictus quo dedecore:qua contumelias
qua iniuria:quo impetu in pegrinos ignotoſq; fereť.Nulla enim arctior amicicia inter ho
mines eſſe pōt:nulla maior familiaritas:nulla deniq; neceſſitudo coniunctionq̄ quæ mu-
tuis ſtudiis:alternaq; beneficiorum largitione continetur. quam qui ingratus eſt euertat
neceſſe eſt:& charitatē oēm auferat & bn̄ficium.Quapropter nihil mihi atrocius uideri ſo
let:& humano generi detrimentoſius igratitudine:cuius oīa genera fœda mihi qdem:de-
teſtādaq; uidenť.Sed hoc poſtremū oium cōſtat eē fœdiſſimū alieniſſimūq; ab hūanitate
q̄ tota i mutua beniuolētia & charitate uerſať.Neq; iniuria quidē qui igratitudinē diffini
re uoluerūt. Vrētē uētū & charitatis fontē exſiccantē eē dixerūt.Quib᷒ equidē uehemēter
aſſentior:nulla enim capitalior peſtis in amicicia cōſeruanda:nullū maius in oi uita & hu-
manitate diſcrimen.Nā ſi ſanctiſſimū amiciciæ & neceſſitudinis uinculum: uel a charita-
te:quæ nobis a natura eſt inſita:uel a beneficiorum collatione proficiſciť. Quid eſt quod
ab ingratis non ſit penitus deſperādum:qui & charitatem nullam habent:& beneficia nec
conferunt quidem:nec(quod turpius eſt)referunt ſi conferantur.Sed ego deos ſatis demi-
rari nequeo:qui cum benefici quidem ipſi ſint:& in homines mirifice liberales:& precibus
ære muneribuſq; flectantur:iuſticiam maxime coli iubeant & pietatem.hoc tamen nefan-
diſſimum genus hominum per ſummam impunitatem uiuere. & ſuis etiam donis ali ma
xima rerum affluentia patiantur.Quos quidem tollendos e uita omnes cenſeo:& tanq̄ ex
agro lolium decerpendos:a quibus ut ſupra memorauimus:liberalitas omnis extinguitur,
beneficentia tollitur:charitas & beniuolentia ſummouetur: quibus rebus a uita ſublatis:
ne uita quidem ipſa ſatis recta ratione conſtabit. Ego uero ſi quid unq̄ fuerit
mihi negocii cum ingratis: erit autem(ut opinor)frequenter: tantum præſtabo uel fidei
uel beneficii: q̄tum ſatis honeſte denegare non potero. Idem cæteris cenſeo faciendum:
Qui ſi magnifici haberi uelint:ſi largi: ſi benefici:liberales:id ſaltem cauere ſtudeant: eamq;
teneant largiendi uiam:ne ſua ſibi beneficia:aut nunq̄ in omni uita proſint:aut in detrimē

tum calamitatemq; redundent acerbiſſimam:quod ita præſtare q̃facillime poterunt: ſi ab ingratis tanq̃ a uento flammaq; cauebunt. Hæc habui quæ dicerem de ingratitudine. dixi equidem plærâq; confidentius aut tu quoq;ſi qua ſentias(ſentis enim longe plurima)in medium(ſi placeret)afferres.

IOANNISANTHONII CAMPANI DE INGRATITVDINE FVGIENDA AD PANDVLFVM BALIONIVM LIBER SECVNDVS.

n

On temere contẽdiſti a me Pandulfe humaniſſime : maniſeſtari tibi q̃tum habeat uel mali ĩgratitudo(ſi admittatur)uel(ſi ſugiatur) boni Vtilem profecto rem:& q̃tauis inueſtigatione digniſſimam. Nullam enim cenſeo capitaliorem humanitatis ac uitæ peſtem:& quæ magis fugienda ſit omnibus:magiſq; toto animo:totaq; mente deteſtanda: q̃ ĩgratitudo. Quid obſecro uideri poteſt:cum ab omni genere mortalium:maxime ab iis:qui ſiue domi:ſiue militiæ præeſſe uolunt alienius? Quid uel ad regendam ciuitatem & animos hominum conciliandos incommodius:uel ad militum beniuolentiam comparandam & exercitum in fide continendum inutilius? Quibus in rebus magnam ipſe laudem:ingentemq; tibi gloriam peperiſti:ut ſiue belli gerendi diſciplina:ſiue regendæ atq; adminiſtrandæ Reip. ſtudiis nemo tibi anteponendus eſſe uideatur. Etenim ea in ciuitate natus:educatus:& liberalib⁹ artibus inſtitutus es:qua ut neq; fortiſſimorum ſapientiſſimorumq; hominũ nulla copioſior:neq; gerendis bellis militaribuſq; ſtudiis & diſciplinis inſtructior: ſic nulla ſtatu ipſo per ſuperiora tempora turbulentior memorari poteſt:& quæ tantis ciuilium cladium fluctibus:tantiſq; domeſticarũ ſeditionũ tempeſtatibus fuerit agitata Quanq̃ commune hoc in tota & Vmbria & Etruria malum quod etiã & Pincentes inuaſit:ut ne uici quidem inteſtinis uacare diſcordiis uideantur. Peruſia uero poſtq̃ ab Achæis eſt condita: & ſi imperium ſuum longe lateq; diſtendit:eiuſmodi ſemper factionibus fuiſſe traditur:ubi maiores tui primum Ciuitatis locum per multa iam ſæcula tenuerunt:ſummo conſenſu oĩum optimatũ:niſi quando eos alterius factionis uiri partim ferro necauiſſent:partim pfugos atq; extorres patriis laribus abægiſſent:Nam & illi plæbem ſecuti aliquã pulſis (ut eſt dictum) ac trucidatis optimatibus:ſupremũ ſibi locũ in Ciuitate uendicarũt:quoad ipſi quoq; rurſus ui atq; armis a tuis inde maioribus pellerentur. Hic tu incredibili moderatione animi ſummaq; domeſticarũ & Ciuiliũ rerum ſapientia:maximaq; animi gratitudine in oẽs qui te tuamq; dignitatem atq; amplitudinẽ conſeruaſſent: tantũ tibi amorem oĩum: tantam charitatem:ſtudium:beniuolentiã comparaſti:ut maiores tuos hac in re nõ æquaſſe ſolum uidearis:ſed eos ipſos longe oĩum ſententia ſuperaſſe. Qua in re Nellum Balionium parentem tuum ducem habuiſti optimum & ſanctiſſimũ uirum & cæteris oĩbus æquitate:iuſtitia:manſuetudine & præcipua uitæ integritate præſtantem:& ab hac ipſa de qua loquimur ingratitudine ſupra q̃ dici poteſt abhorrentem. Qui cum per ætatem a ſtrepitu populari:publiciſq; negotiis ad quietem ſeſe:& animi tranquillitatẽ reuocauerit:omnia in te depoſuit:& domeſtica & publica gubernacula. Quid dicam ĩ re militari? qui cum pœne puer ad ſororis tuæ uirum fortiſſimum & præſtantiſſimum hominem militandi gratia te contuliſſes:nihil ægiſti quo te non tuis dignum maioribus demonſtrares: & ſpectacula de te præberes longe pulcherrima:ut tantũ tibi nominis ac gloriæ in hac noſtra citeriore Gallia comparaueris:tantumq; tuis omnibus adieceris ornamentum:quantũ ipſe(& ſi ſentio animo)uerbis tamen explicare non poſſum. Vbi te in periculis & calamitatibus conſtantiſſimum:pugnaciſſimũ in bello:in ocio iocundiſſimum: & in omni tempore omnibuſq; in locis q̃ gratiſſimum præbuiſti:ut omnes fortitudinem admirarent̃:uirtutem laudarent & diligentiam:& te ſingulari ſtudio & beniuolentia complecterent̃:nomenq; tuum non milites ſolum:uerum Gallia uniuerſa loqueret̃. Poſtremo cum nullis periculis ſuccumbere:nullis terreri aduerſitatibus:non hoſtibus cedere:non pugnam obtractare:ſed pro gloria & animi magnitudine diſcrimina ſubire q̃ plurima:laceſſere hoſtes manus conſerere: & in conſertiſſimas ſemper turmas impetum facere conſueſſes:non laudis opinionem ſolum:ſed præſtantiſſimæ uirtutis tuæ inſignia reportaſti. Quibus gloriari ſolebat uehementer Sertorius uir omniũ:quos priſca ſæcula tulerunt in re militari præclariſſimus. eadem Philippus: Antiochus: Annibal aliiq; permulti: neſcio an tam manifeſta gloria reportarunt. Quippe inter mille ſequentia tæla: multis aliis: & illatis & acceptis uulneribus: al-

tero captus oculo nō prius a pugna deſtiniſti:ꝗ hoſtes tuos oēs tui unius uirtute:Impetuq;
preritos:terga dare atq; in fugam ſeſe uertere coegiſſes.Detractēt qui uelint:& laudibus
tuis inuideant.Nullū profecto uerius teſtimoniū uirtutis gloriæq; tuæ:nullū apertius in-
dicium fortitudinis:nullū glorioſius īſigne rerum a te ſūma cum laude:atq; omniū admi
ratione geſtarum.Quas ob res ab imperatore in Italiam aduentante ultro miliaribus inſi-
gnibus atq; ornamētis donatus es .ut ornant̄ hodie:q magni & in primis clari habētur ui
ri :quæ nos aliis in locis oīa fortaſſe dicemus uberrime.noſtri enim officii eſſe putamus ꝓ
maximis:ampliſſimiſq; beneficiis a te collatis non iſta ſolum quæ egeris : ſed etiam quæ
acturus ſis litteris memoriæq; mandare.Sed iam ad inſtituta redeamus.

Bi finē dicendi feci ſubridēs ille credo,ꝑpter ea quæ nuperriſſime ad meam
retrudendā ac labefactādā ſnīam excogitauerat.Sedeamus inqt ne ſemper
agamus peripatheticos:qui Stoycoꝝ etiā prouītiā ingreſſum ſunt.Quem
admodū eni corpori quies:& reſpiratio ꝗ maxime prodeſt.Sic ingeniū etiā
ſolet mirifice:& ad inueniendū & ad diſcernendum excitare.Vbi conſeſſum
eſt.Equidē nō poſſum inquit me continere quin ut chremes ille caput tibi hodie demul-
ceam:qui cū heri pridie ue ad hæc uaria & difficillima phiæ ſtudia te cōtuleris tantū uide-
ris in ea facultate profeciſſe:quantū qui ad eā cōſequēdā nō parū ætatis atq; ocii cōſumpſe
runt.Valde itaq; tibi congratulor:& ingeniū nō probo ſolū:ſed ætatis habita rōne uehe-
mēter admiror quod & ſi opus eſſe & nō arbitror:officii tñ mei eſt ut ad hæc honeſtiſſima
quæ cœpiſti phiæ ſtudia te exhorter:& currenti quod dici ſolet:equo ſtimulos admoueā:
his uelim animū tuū:his ingenii uires intēdas:manibus pedibuſq; incūbēdum eſt his ſtu-
diis:qbus nō ſolū negotia nr̄a:ſed ocia ipſa:& oīs nr̄a ætas exornat̄ : phiæ inquam noctes
dieſq; inuigilādū:cæteræ eni artes admonēt hoiem multaꝝ reꝝ:philoſophia ſola & facit
& inſtituit:& ad oēm fortunæ ictū ita parat ut tegat:atq; ita tegit ut uincat & rideat Sic.n.
ſpero te(ſi pſeueres cōſtanter)ornamēto nobis futurum nō mediocri: qualē ipſo etiam te
initio ꝓſtitiſti:Quūq; multa in eā ſententiā adiecisſet : ut me beniuolentia potius ꝗ animi
iudicio laudaret:quæ pauloante de īgratitudine dixiſſem:ſic oīa miro quodā ordine atq;
memoria cōplexus eſt:ut dicta mea nō ſolū repeteret memoriter:ſed exornaret:cuncta : &
ubi opus eſſet:ſuis nouis:acutiſſimiſq; rōnibus cōfirmaret : Quāobrem placebam ipſe mi-
hi non mediocriter:ut q magnū aliquid atq; ꝓclarū dixiſſe me putarē:quod tā̄n fuiſſet phi
loſophi iudicio cōprobatū:neq; oppugnaturū amplius qm̄ tantope me laudaſſet exiſtima
bā.Tandem plurima inquit a te dicta ꝓclare & æque ne a nouitio quidē philoſopho dicta
cenſeant̄.Sed ego nec omnia tibi concedēda puto:nec rurſus negāda omnia:ne uel ſi cun
cta concederent̄ ab his ſtudiis:tanꝗ ſatis eruditus euolares:uel ſi refellerent̄ oīa deſperatio
ne quadā & reꝝ difficultate pterritus:e medio currēdi ſpatio reuocar̄ a ſtudio philoſophā
di deſiſteres.Quā ob rem dicemus pauca quidē:ſed huic diſputationi nō īcōmoda fortaſ
ſe & a ſtudiis inſtitutiſq; tuis nequaꝗ aliena. Cum ut ueram huius diſputationis metam
inueniamus neq; oberremus longius:Tum ut tui etiam acumen ingenii paulo diligenti-
us pertentemus:quod tum demum acutum atq; acre iudicamus:ſi quæ a te & contra te tæ
la coniiciuntur:ita & intorqueas fortiter & conſtanter excipias : ut repulſo hoſte locum
quē tibi cœpiſti tuearis.Rerū tu omnium:quæ uiuendi præuertūt rationē atrociſſimā:per
niciofiſſimāq; ingratitudinē iudicabas:Cauſas aūt dicebas eſſe per multas:ſed eam pomſſi
mam iudicanda:quod liberalitatē & munificentiam extinguere omnē & e medio tollere
uident̄.De liberalitate mox:Nūc ingratitudinem ipſam paulo preſſius ac propius intuea-
mur.Hanc tu appellas reꝝ omniū pernitioſiſſimā:Mihi ne mala quidē uidet̄ : ſæpe etiam
utilis:plerūq; neceſſaria:Placet aūt ꝗ feramur longius:diſputationis noſtræ iacere funda-
mentū:ut unū in locum cōgerere materiā totam & edificare ualeamus : nec operam tem-
puſq; perdamus oberrando:Placet inquā ex diuiſione tua īgratitudinis diffinitionē aucu-
pari:quod & cōmode(ut arbitror)fieri poteſt:& phiſici plerūq; idem facere conſueuerunt:
Omnē tu ingratitudinē:quattuor in genera conſumebas.Primū eoꝝ qui quū faterent̄ ac
cepiſſe beneficiū:gratiā tñ referre negligerēt.Alterū ad eos attinebat:qui uel paulo tectius
diſſimularēt:uel aperte negarent accepiſſe.Eos qui omniū obliti eſſent̄ genus tertium con
ſyderabat.Poſtremum eos maxie cōtinebatq pro cōmodis incōmoda:& pro gloria igno
miniā:pro auxilio:pro ſalute calamitatē:perniciem reddidiſſet . Ex his facile diffinitionē
colligemus.omnia nanq; illo tendere uident̄:ut ſit ingratitudo:quoriens accepti benefi-
cii gratia uel oīno nulla uel certe nō ſatis digna referat̄.Hoc tu pernitioſum & funeſtum
arbitraris:ego uero ut ſæpe nō malū:ita plærūq; bonū:& aliquando neceſſarium eſſe con
tendā:id nos manifeſtiſſimis(ut arbitror)rationibus aperiemus.Quod eni mali rationem

nõ habeat:id quo pacto tandem appellabis malũ. Qui nauim gubernare:declinare ſcopulos:aurá:uentos:regioneſq; cognoſcere maris tempeſtatem præuidere:ſtellarum ac ſyderum interualla motũq; notare:& cætera quibus ſit opus ad nauigandũ ignorabit: hunc tu nautá cenſeas eſſe dicendũ?ſtulta me Hercule iſta cenſura. Rurſus ꝗ mentem habet & rationem:brutũ nec eſſe quidẽ:nec dici iure poteſt. Malũ uero id appellamus:a quo omnia abhorrent:fugiunt:deteſtant:ut bonũ id ſolum dicimus:quod omnia cupiunt: expetunt amplectunt. Quẽadmodũ noſter Ariſtoteles:Quæcunq; enim appetuntur a nobis:& quædam quærunt delectatione animi:ea mala dicenda eſſe non puto:ut nec bona:quæ fugimus:atq; horremus appellant. Ingratitudinem uero cum nõ omnes execrent:pauciſſimiq; deuitent:quo pacto malam eſſe cenſeamus?Plurimos adeo ingratos finxit ipſa natura nõ homines ſolum:quoꝝ pauciſſimus inueniri gratos tuus clamat Cicero:ſed feras etiam nullis obſequiis flecti ad humanitatẽ & manſuetudinẽ:nullis leniri aut tangi beneficiis: nulla deniq; conciliari liberalitate uideant. de hominibus quidem ipſe uideris:qui ad res geſtas hominũ:ciuitatum:nationũ inquirendas:nõ parũ temporis:atq; ocii conſumpſiſti. Sed ego quoq; nõnullos memini audiuiſſe magnos in primis:& præclaros uiros: multas etiá ciuitates perlibenter hanc ſibi ſæpe ingratitudinẽ arripuiſſe:quam ſi qualẽ tu funeſtã fuiſſent:& perniciofam opinati ſummo ſtudio:ſũmaq; diligentia deuitaſſent:quos igit in tanta nos turba primos aggrediemur. Romanos ne an Carthaginenſes. Athenienſes an Thebanos:omnes enim late potiti rerum ſanctos atq; optime de re publica meritos ciues habuerunt:ex his pleroſq; aut exilio ignominioſe:aut morte crudeliter ſubſtulerunt:quæ res ſi mala uiſa eſſet & pernicioſa:nũq̃ in eam uniuerſi adduci ſententiá potuiſſent: ut aut ſuperiori Aphricano Romani exilium:aut poſteriori mortẽ intuliſſent. Quid dicam. M. furium Camillũ ſanctiſſimũ uirũ illum quidẽ:& cæteris omnibus pietate:fortitudine:gloriaq; præſtantẽ:ſed ex ea tamen ciuitate quã anteq̃ exul fieret: pulcherrimis ipſe uictoriis exornauit:in exilio ab hoſtibus atq; incendio liberauit:& poſt exilium ne deſereret effecit. Quid Lentulũ?Quid Naſicam:alioſq; permultos:magnos ſane uiros: & reipublicæ utiliſſimos:inſigni tamen ingratitudine agitatos omnes. Annibalem Carthaginenſes pepulerunt:conſeruatorem & propugnatorẽ ſuum. Amilcatem Alexandri conſilia ſuis ciuibus pateſacientem interſecerunt:Athenienſes ea ciuitate Theſeum pepulerunt: quam ipſe fecerat ciuitatẽ:& qui regis filius Athenas aut condidit aut conſtituit in Schiro priuatus extinguitur. Ariſthidem & re & cognomento iuſtum cum uictoriam omniũ pulcherrimam apud Maratonem Athenienſibus peperiſſet in exilium ire coegerunt:Quid ueſtrum illum Eſchinem qui exilium ſuum commune ſibi cum Ariſthide gloriatur. Quid dicam Demetrium?cuius tot pulcherrimas imagines cum in ſoro collocaſſent paulopoſt illum necare nequeuntes trecentum ſeptuaginta ſex eius ſtatuas confregerunt. Quid in Socratem? Quid in Alcibiadem?Quid ſi cæteros prætereamus in Themiſtoclem:alioſq; pœne innumerabiles:quorum præclara domi:militiæq; facinora plurimũ Reip. cum pacis:tum belli tempore contulerunt Quid rurſus Thebani?nonne Cadmum iam ſenem his mœnibus: his tectis:his domibus deiecerunt quas ipſe condiderat:uirum litterarum ac metallorum & lapicidarum inuentione clariſſimũ. Sed prætereamus ſane Reſp. quæ niſi nõ malam ingratitudinem exiſtimaſſent non tanto conſenſu omnes fuiſſent ingratæ. Qualem cenſes fuiſſe Alexandrũ?nõne magnũ & re & nomine uirum:&(ut taceantur alia) quinquẽnio. Ariſtotelicis diſciplinis inſtitutũ:quem obſecro ex tot ſuis ducibus nõ aut interemit: aut interimere cogitauit. Nõ Caliſthenem necauit:uehementer ſibi ab Ariſtotele commendatum:Caliſthenes Alexandrũ:cuius res geſtas ſcripſerat exornauit. Alexãder Caliſthenem interfecit. Hunc ille aut fecit aut conatus eſt facere ĩmortalem:hic illũ morte affecit crudeliſſima. At Caſſandri quaſi ex eadem officina crudelitas inſignior habita eſt: ingratitudo non minor. Hic Alexandrũ apud quem aut primũ:aut certe non poſtremum cõſilii: fidei: dignitatis locũ obtinebat ueneno confecit:duos deinde filios Roſanẽq; uxorẽ & Olympiadem matrẽ ferro necauit. Quid Romulus?quo pacto fratrem habuit:cuius ope fretus paſtoꝝ ſæpe manus euaſerat:Vrbemq; una fundauerat. Quid Tullũ? Quid Tarquinium? pleni ſunt auctores iſtaꝝ rerum. Repete Pompeiũ:repete. C. Cæſarem oratorem: & tuum etiá ſi ita uis repete Ciceronẽ:cæſi ſunt oẽs ab ingratis an nõ?Quid Octauiũ qui poſtea. Auguſtus eſt dictus:nõne Cæſaris a quo adoptatus fuerat & hæres inſtitutus filiũ ex Cleopatra ſuſceptũ interemit?neq; ætati neq; nomini affinitatiq; pepercit. Non melior Iugurtha in Micipſam:a quo cũ eſſet adoptatus & in regni partem admiſſus:nõ ſolum duos filios expoliauit regno:ſed eos ambos dolo fraudeq; necauit. Sed quid exemplis opus eſt: præſertim apud te qui refertus es hiſtoria rerũ antiquaꝝ. Sed quæſo repetas pauliſper ui-

tam & ætatem tuã: & manũ pectori: quod dici ſolet: paululũ deducas quotiens in uita fuiſti: nõ dicam ingratiſſimus ſed tñ non ſemper cuiuſq; exactiſſimus bñficii cõpenſator. Neceſſe eſt enim ut plærumq; ſimus ingrati oẽs. ſiue inopia rei ſamiliaris ad referendã grãm minime ſuppeditantis: ſiue occupatõe rerum aliaꝝ: ſiue quia non egeat is cui grãm ipſi debeamus: ſiue qm̃ hamũ in eſca latere uereamur: ſiue quia tyranni metuimus odiũ ſi eius inimico: noſtro tñ amico referamus: ſiue cauſis mille. Q d ſi oẽs igiť qui ſunt ingrati malos cenſeri oporteat: uide ne bonũ inueniamus neminẽ. Sunt etiã quos adeo ingratos nõ caſus aliquis fecerit: ſed finxerit ipſa natura: ut uniuerſæ penitus humanitati bellũ indixiſſe maximiſq; decertaſſe odiis uideanť: ut Cinicus ille Dyogenes: q bonis maliſue infenſus: notos pinde atq; ignotos cõtumelia pſequebať. Heraclytus quoq; & Democritus ita rebelles cæteris mortalibus: ut quotiens ſiue peregrinũ & ignotũ aliquẽ: ſiue ciuem & familiarem aſpexiſſent lachrymæ alteri excuterenť: alter in riſum erumperet. Q uid bellorophõtes: nõne congreſſus hoium fugiebat odio icredibili. Quid Thimon ille Atheniẽſis: amabat Alcibiademq; quẽ euerſuꝝ funditus patriam cognoſcebat: cæteris aſper & intractabilis erat. Oratõem etiam unicã habuit in omni uita: ſuis moribus uel maxime cõſentaneã: qua uiros Athenienſes: ut ſua ſeſe ficu ſuſpenderent ortatus eſt. Itaq; fuit ingratus Thimon & ciuibus & patriæ: neſcio an rõne: ſed certe natura ingratus. Vides igitur non oẽs fugere ingratitudinem: ſed multos eam ſua quidem ſpõte cõplexos: O quæ tibi uolumina cõficerem: ſi tẽpeſtatem hanc nr̃am: & ingratos nõ quidem quos audiuimus ab aliis: ſed quos uidimus ipſi: recenſere uellem: non modo hic dies ad dicẽdũ nõ ſatis eſſet: ſed etiam te obtunderem audiendo. Sed demus hanc ueniã ætati nr̃æ tanq̃ nõ ſolũ pcepta uiuendi nõ teneat: ſed etiam uitæ ſpacio maioribus noſtris par eſſe uix poſſit. In feris aũt maxime naturæ uis apparet: quas ideo nolunt ſic appellatas: qm̃ toto corpore ſolaq; natura impellente ferantur: eaꝝ plurimæ: q̃q̃ multa ſæpeq; conferimus: nec ſentiũt qdem quæ cõferunť: nec ullo largitiõis genere leniunť. Nam Miluus agreſtis ſemper: nulla nr̃a tangiť beneficentia. Mures item & hirundines: cedo quas unq̃ uidiſti manſuetas: Verſantur tñ nobiſcum ſemper & noſtris etiã in porticibus: in domibus: in cubiculis etiam noſtris educanť: ſed tñ ad illam domeſticam uernaculãq; manſuetudinẽ flecti nullo mõ pñt. Quid ueſtros illos ericinios ad hoim ac feraꝝ perniciem velociſſimos: qui ne paruuli quidem excepti manſueſcunt. Sed & Vipera exemplum eſt ingratitudinis ſingulare: q̃ & cõgredientis maris collũ pcidit: & a ſuis ipſa catulus nondum natis interimitur. Sed ſint ſane friuola q̃ diximus & huic rei cuius eſt futura diſputatio nõ ſatis accõmodata: quid dicem⁹. Coccicẽ: memini aliud nomẽ an excidit. Cuculũ dñt certe ſane hãc unã nõ negabis ita fuiſſe natura inſtitutũ atq; ab ipſo initio naſcendi comparatam: ut plane oſtenderet ingratitudinẽ nõ dandam uitio: ſed ipſi potius eſſe naturæ tribuendam. Auis eſt haud ſane multũ rapax: ſed nec a rapacium quidẽ natura abhorrẽs multũ: quæ alitibus inſenſa cæteris: ubi oua peperit: quoniam ſuo in nido tuta ſatis fore non putat: ſupponit alieno: eius maxime quam ſibi cum colore: tum magnitudine uidet eẽ ſimillimam: & ne paꝝ cõuenire numerus uideatur: quot ſubiicit ſua totidẽ ſorbet aliena. Fouet itaq; infœlix auis nihil ſuſpicans maliat pulli q̃primum erupuerunt uictu diſpares alteri humiles paruoq; contenti ſũt: alteri naturã ſecuti rapiunt omnia. & iam grandiuſculi pingues lætiq; altricem ſumma delectatione ad ſe nutriendos alliciunt: tum ſibi Curruca placet & tales tantoſq; peperiſſe gloriatur: hos alit ſuos negligit: ſed ubi unguibus ac roſtro ualuerunt: primũ cibũ per uim eripere: mox ipſos laniare adoriuntur ſpectante matre ſibiq; gaudente. At uero poſtea q̃ pẽnæ ad uolãdum ſatis creuere. auem ipſam aggreſſi unguibus roſtroq; dilaniant: quam ubi totam ſunt penitus depaſti: tum demũ quaſi reddita grata nido diſcedũt. Q uid agis igitur. an negas hoc eſſe naturale: & nõ hoium ſolũ opinioni inſitum: ſed ipſis etiam tributũ feris. quod indicium dari nobis manifeſtius potuiſſet. hoies inſtinctu quodam naturæ atq; impulſu non fieri. ſed naſci potius ingratos. quod ſi fatebimur. & illud fateamur neceſſe eſt. qđ inficiari iure non poſſumus. non malam eſſe igratitudinem. quũ nec mali rationem habeat. ſed in re potius & natura reponať. Natura uero ſi cũ Ariſtotele ſentias nihil mali parit: ſed bona omnia producit & gignit. Sed qm̃ eo uentũ. ut in naturæ mentionem iĉideremus & igratitudinem ab illa proficiſcentem oſtenderemus. nõ uidetur fore alienũ a re noſtra. ſi tanta in re (eſt enim quæſitu digniſſima) paulo diutius immoremur: Satis (ut arbitror) q̃ ad aĩalia ptinebant proſecuti ſumus. idem in aliis quibuſdam faciemus breuiter & luculenter. ut plane intelligas opinionem tuam. licet ueriſimilem. non tñ totaliter uerã & conſtantibus eſſe rõnibus confirmatã. Stabiliri enim prius oportebat mali rõnem nõ quidem opinione uulgari: ſed iudicio & ſnĩa philoſophantium: quo ſolide iacto fundamento: multo fir-

mius atq; altius edificare potuiſſes :nunc uereor ne tua ædificia nondum confecto opere
collabanẝ. Sed redeamus iam unde deflex imus. Terrã beneficã eẽ:maximeq; in homines
liberalem non poetæ ſolum:quibus non ſemper aſſentior:ſed phi etiam optimi & ſapien-
tiſſimi tradiderunt. Et eſt mehercule benefica & qua naturæ uix late dñatur: tota enim
ex ipſius nutu & diſpoſitione dependet. Hanc nos terram appellamus:ꝙ inceſſui pateat &
pedibus aſſidue teratur:adeo ipſo etiã nomine ſua in nos bñficia negare ut iure nõ debe-
mus:ita etiam recte non poſſumus. Sic il.i ſemitas:calles:actus itinera in eadem eundi cal-
candiq; ſignificationem indidimus. Tellurem aũt propterea nuncupamus: ꝙ ex ea fru-
ctus omnes alimentaq; tollanẝ:ſimuſq; terræ omnipotentis alumni. Hæc quoniam agros:
arua:prædia:ſtagnis:fontibus: fluuiis irrigat atq; humectat. Humus appellatur. Hæc Ops
hæc Bona dicitur a nobis: ꝙ & opem ferat omnibus & bonaꝝ rerum copiam per ꝗ abun-
de ſuppediter. Quid oracula deorum: nonne parentem noſtram: nonne magnam paren-
tem oſtenderunt:quoniam gignit omnes:genitos educat:educatos uero rebus omnibus
ſuſtentat & fouet:recipitq; in ſeſe morientes oẽs:& ne a feris lanienẝ occultat. Audio & Fa
tuam a quibuſdam appellari :ꝙ iſantes nõ antea uagitum emittant: ꝗ ut eſt hominũ fatui-
tas. Fatuam attigerunt. Multa ſunt illi noĩa utquæ in poetarum officina cudantur:ſed ea
nos ne longius feramur dicendo relinquemus :tamen illo tendunt omnia: ut ſit natura to-
ta bñfica:tota liberalis. Neq; mehercule iniuria: Principio nudos mortales & omnibus
exutos rebus excipit :fouet :alit: & mira multarum rerum uarietate delectat: odores præ
ſta ſuauiſſimos :colorum mille ſpecies: tot etiam ſapores: dulcem: ſuauem: amarum au-
ſterum: acrem :acutum:acerbum:acidum:ſalſum: inſulſum: & ex his qui fiunt & commi-
ſcentur prope innumerabilis. Montes enã editiſſimos excogitauit: & opacas ſyluas: mil-
le ferarum generibuſ refertiſſimas: uel ad uſum delectatõnemq; uenandi:uel ad, materiam
pro tectis:ꝓ domibus deiiciẽdam:ut a glacie :pluuia:uentis:hymbribus:interdum etiam a
ſole tegeremur:mariaq; ratibus nauigaremus: fontes etiam & flumina uel ad leniendam
ſitim ciboſq; conficiendos:uel ad corporis aliorumq; ſordes eluendas:quoſdam etiam ad
morbos corpore depellendos. quales in Baiano tuo plurimos & calidiſſimos excitauit.
Quot enim genera morborum a natura prouenire homini poſſunt: tot ibi balnea tel-
lus aperuit:tot præterea ſaluberrimas herbas: quibus & pellerentur ægritudines: & ani-
malia quæ nobis uel ad ueſtes lana conficiendas :uel ad homines ipſos oneraq; puehenda
ad cibum uſu forent alerenẝ. Huc adde tot mediterrãeos lacus q tanta ſũt piſciũ ubertate
Nam quid arbitraris huic Tranſimænũ longe omnium amœniſſimũ & pulcherrimũ ad-
miſſum a terra. niſi tantam nobis aleret piſcium multitudinem quantã non hæc ciuitas ſo-
lum. ſed uniuerſa Etruria ſentit. ſentiuntq; Vmbri atq; Picentes & etiam Romani. ad quos
quottidie plena rætia perferunẝ. Sed quid nos e multis pauca perſequimur: quocunque te
uertas terræ beneficiis plena ſũt omnia:hinc lapides aſpiciuntur:oſſa matris noſtræ:quibus
in ædificia multa uariaque congeſtis nos uitamque noſtram ac fortunas tueri & cuſtodire
ualeamus. Hinc lætiſſimi colles oleis uitibuſque feraciſſimi. Hinc tot dulciſſima poma per
anni tempora diſtincta mirifice. His nos atque aliis beneficiis proſequitur in uita: ut nihil
deeſſe poſſit ad laute magnificeque uiuendum quid tandem ubi e uita migrauimus: num
deſerit morientes. immo uero fouet & tegit recipimurque in eius gremio mortales cuncti
& quod eſt preclare apud Pacuuium. Hæc oĩa animat:format. alit. auget:creat:ſepelit. reci-
pitque in ſe omnia:ut contemplanti mihi ſæpenumero haud abſurdũ uideri ſoleat maio-
res noſtros tantis eam nominibus decoraſſe & nunc deam:nunc magnam. ut eſt. parẽtem
appellaſſe. Sed quorſum dices hæc:mira eſt terræ liberalitas. ingens beneficentia: quam ſi
rite coluerimus beati quidem efficiemur. ſed non omnes beati. Nam ex Babylonus ſingu
lis modiis ducentos. Apulis ſexaginta reddere conſueuit. Hirpinis ne ſementem quidem.
At Cruſtumii fœnum gignit inutile quidẽ & peſtiferum. Finitimũ uero ſaluberrimũ. Ado
rant Perſæ oriẽtem ſolem:agros enim habent omnium rerum feraciſſimos. Athlãtes & ori
entem execrantur agris pecorique peſtiferum. excolant agricolæ(ſi ſciunt) iſœlicem agrũ
arent. ſerant rem tamen & operam perdant neceſſe eſt. adeo in eos ingrata eſt terra fortaſ-
ſis ita iubente,natura. quam tute accuſare uõ ſentis:quum ingratitudinem tam ardenter ac
cuſas. Quid in arboribus. num credis omnes quæcunque a nobis excolũtur fructus ac po
ma eſſe redditura:tota erras uia ſi ita credis:multa etiam ex his quæ reddunẝ inutilia. mul
ta perniciosa ſunt atque mortifera. Soli ne igitur homines ingrati. Quid feræ. quid terræ:
quid arbores. quid dii etiam imortales. neſcio an ita tuæ tibi proſpere eueniant rationes.
mihi certe non eueniunt. ut quotiẽs uoueas quid uota illa cuncta pleneque ſuccedant liba
re diis uidere ſolo permultos. litare uero quam pauciſſimos. Num igitur malos appellabis
deos ſi

deos ſi aurum per ſatre nõ referrãt: nõ cœlũ execraberis ſi cõfectis ſacris pluuiæ nõ ceſſẽt:
ſeges tabeſcat & corrumpatur: Vt igitur nõ mali ſunt quoniam ingrati: ſic: nec ĩgratitudo
quidem mala eſt: quæ ſæpe a feris: ab hominibus: a diis ĩmortalibus: ab ipſa demq; natu-
ra tam libenter arripiẽ Nec is tu qdem is: qui uel deos poſſis accuſare: uel eoꝝ quæ iidem
fecerint expoſtulare rõnem: niſi uelis fortaſſe cũ diis immortalibus de imperio & maieſta-
te certare: & oĩa quæcunq; fecerint improbare contendas: quorum conſilia & rationes ab-
ſunt a nobis quantum id cœlum omne quod patens atq; apertũ intueris ab hoc infimo
terræ globo ſeiungitur. Quæcunq; etenim ab his aguntur bona cenſeamus oportet tanq̃
ab omni temeritatis errore ſeiugata: profectaq; a maieſtate beneficentiaq; deoꝝ: quos er-
rare qui ſibi pſuadeat: is maxime totus erat. Ingrati ſunt alqñ dii: quoniam nõ extemplo
referunt quum & poſſint & debeant: an ergo ſunt etiam dicendi mali: Non te adeo demẽ-
tem puto ut hæc dicas. Si ergo non mali ſũt: q̃q̃ ſũt ingrati: nec ingratitudo mala ſit opor
tet: ſic nec erit pniciosa: nec deteſtabilis iudicãda. Patet igiẽ non malã eſſe: ſed quid ſi bo-
nam: ſi utilem: ſi etiã neceſſariã oſtendemus: nõne totũ e tua te ſñia deiecerimus: ſed ad dif
finitõem redire oportet: illuc enim referrenda ſunt oĩa: ut quid ſit de quo diſputeẽ: & quid
ad rem ptineat intelligamus. Eſt enim ingratitudo quoriẽs accæpti bñficii aut gr̃a nul
la: aut certe non ſatis digna referraẽ: quæ mala tibi pnicioſiſſimaq; uideẽ. Sed uide quæſo
ne eã ingratitudinẽ fugiendã tibi pſuadeas: in ſcelus incidas multo flagicioſius: & ex in-
grato longe ingratiſſimus efficiaris. Sæpe enim poteſt euenire ut tũ demũ referamus bñ-
ficiũ: quũ ſit recipiẽtibus nõ gloriæ aut utilitati: ſed ignominiæ potius detrimẽtoq; futuꝝ
Iupiter ille q̃ ẽ in fabulis: ingratus nõ fuit erga Semelẽ: pnicioſus tñ fuit. nota eſt res neq;
ĩdiget explicatõne. Sic Egeus ille Theſei parens: cui maris numen attribuerũt: quum quæ
dam in eum Theſeus bñficia contuliſſet: fieri. n. poterat ut talis deus bñficio egeret: tria ſibi
q̃ uellet optare pmiſit. Optat infœlix pater diſcerpi filium: nam tũ forte erat iratus. Ille ne
ingratus uideri poſſet marinam beſtiam ĩmiſit: fecitq; ut Hippolytus deſcerpeẽ. Quum tñ
ira illa uehemẽs deſediſſet: gemitus parentis undiq; exaudiunẽ: Hippolytus] hic eſt. faci-
nus cognoſco meum: Ego te pemi. morte dignũ facinus auſus ſum: q noua natũ nece ſpar
ſi. O maria: o terræ: o inferoꝝ furiæ impiũ rapite: atq; merſum ꝓmite ppetuis malis. Sic
ſeſe infœlix conflictans pater: deos oẽs atq;. Egeum ipm execratur: qui ſi fuiſſet ingratus
Theſeus: Hippolyto ſuo nõ eſſet orbatus: nec patrem ipm deum crudelem atq; immanem
appellaſſet. Melius ille Domitius ſeruus qui poſtulante domino uenenũ ne uiuus in Cæ
ſaris ueniret poteſtatem: ſoporiferum porrexit medicamentum: pauloq; poſt capio. Cor-
finio: cui oppido forte Domitius pſidebat: Cæſar ſumma eum humanitate complexus eſt.
Laudat ille Philippum medicũ: ſic enim ſeruus uocabatur: & re cognita gratias agit non
mediocres: qui niſi fuiſſet ingratus: & dñi nõ paruiſſet imperio: Domitius quidẽ ante diẽ
ueneno fuiſſet extinctus. Sed quid exempla iſta pquirimus: Si ægrotanti amico & aquam
poſtulanti nõ obtemperabimus: erimus ingrati. ſi uero porrigemus: grati: tua quidẽ ſen-
tentia iudicabimur. Pulchra mehercule gratia: quæ facit ut cũ ingrati eſſe uideri nolimus
multo quidem efficiamur ingratiſſimi. Si furioſus ſit amicus: & ferrũ: quo ſe perdat expo
ſtulet putes ne illius inſaniæ obtemperandum: ut ingratitudinẽ: quæ tibi uidetur tam ma-
la: & perniciosa fugiamus: Quid pernicioſius q̃ ferrum ad necem exibere: Quod Breni-
us noſter qui parentem arctiſſime deuinxit: quoniã ſe interficere uelle uidebatur nonne
etiam chatẽas iniecit. Sic ſi amanti amico cui maximis multiſq; beneficiis deuicti ſumus
operam dabimus: & ad turpes illecebras flagiciaq; iuuabimus fugiemus quidem ingrati
tudinem: ſed neſcio an ſatiſfaciemus amiciciæ. Quis igiẽ iſta tua de philoſophia præce-
pta non rideat ex ſtultis: ut ait poeta: inſanos faciẽtia: quum ſumma potius ope nitendũ ſit
ut amicos a flagicio dehortemur: & quaſi magiſtri ad bene ſancteq; uiuendũ inſtituamus
Sunt enim (quemadmodũ præclare ut ſolet inquit Ariſtoteles) nõ adiuuandi impelen-
diq; ad morbũ: ſed omni potius ſtudio a uitiis: & turpitudine retrahendi: ne illi incõmo-
da maxima cõſequãtur. Itaq; oportet eſſe ingratum. quod ſi oporteat: negare nõ potes uti
lem eſſe rem ingratitudinem: & uiuendi rationibus ſæpe neceſſariam: quam ſi fugere nos
ſemper (ut tu mones) deteſtariq; uolemus: & ita referre gratiã: ut detrimentũ pro utilita-
te: & pro uita pniciem referamus magis mehercule deteſtandi ſumus ipſi: q̃ ſit ingratitu-
do fugienda. Sed hæc te fortaſſe nõ mouent hoĩem fixũ & tua (ut ſoles) opinione acriter
innitentem: quod ego in te ſæpe cõmendo: ſi modo nõ ſis pertinax. Quid ſi uel iactantia
& oſtentatione quadã: uel quod eſt piculoſius: ambitione quiſpiam bñfecerit: uel ſi capta-
re mũeribus hæreditatem cupiet ſi amiciciam: & familiaritatẽ decipiẽdi gr̃a cõflare: ſi do
nis: & largitõibus operã impetrare lenociniis: ſi plæbem: ſi optimates cõciliare ad Rempu.

diripiendá:ad alienas fortunas inuadendas:ad ſpolianda tẽpla deoꝝ ĩmortalium:ad mille
deniq; flagicia cõmitẽda:huic tu grãm cẽſes eẽ referendá:nũ potius ſummo a te afficiẽ-
dus ſupplicio:e domo:e laribus:ex ipſa deniq; ciuitate ꝑcipitãdus: Sunt adhuc q eam ob
rem bñficia ut ſolet:ut ex paucis q̃ fecerunt multa:& paruis multo maxima conſequan-
tur. Et quod nos de Viua noſtro dicere ſolemus: Paſſeres mihi Viua perq̃ magnos attu-
liſti: ut & columbas a me perq̃ exiguas reportares. Plurimi reges adeunt: multi etiam
diuitibus largiuntur uel poma uel pullos gallinaceos. Res eſt ſane non cõtemnenda ſi
tñ largiuntur: ſed ſtatim deinde uel pecunias a diuitibus uel a regibus efflagitant ma-
giſtratum: Qualem huic hominem generi te præſtabis: uidentur enim mihi non bene-
ficos: & liberales: ſed piſcatores potius: & uenatores imitari. Nam ut ait poeta ueſter
auceps quoniam cõcinnat aream effundit cibum: aues aſſueſcunt: ſæpe edunt: ſemel ſi ſunt
captæ rem ſoluunt aucupi. Magna uero matriſſamilias in pullos gallinaceos liberalitas:
maior in ſues munificentiá: quos ubi ſaginauit aut exponet ut uendantur multo pluris q̃
qđ ſaginando contulit: aut tandem cæſos uſui domeſtico reſeruabit. Itaq; multi ſic pre-
ſtant beneficia ut non aliena commoditate moti: ſed ſua utilitate compulſi ad beneficien-
dum eſſe uideantur. His tu gratiam cenſes referendam eſſe: oportet eſſe ingratos aliquan-
do: alioquin humana ſimul diuinaq; peruerterentur: Nam nec dii fugiunt ingratitudinẽ
ſemper: & omnibus eſt ſæpe neceſſaria. Illud aũt non modo ſum ſtolidum arbitratus: &
a Philoſophiæ præceptis abhorrẽs: ſed etiam te in id erroris incidiſſe uehemẽter admiror:
Tollis uidelicet beneficium: & liberalitatem propter ingratos: quaſi uero ſolis iis benefa-
cere debeamus: q & poſſint: & uelit referre beneficium: cæteros aũt ſiue inopes qa nequeũt
ſiue ingratos qa nolunt gratiam referre cõtemnamus: nullaq; in eos unq̃ beneficia cõfera-
mus. Quibus igitur cenſes eſſe beneficiendum: diuitibus q non egeant: an gratis qui mul-
to cumulatius aliquãdo retribuunt: utrunq; tamen (mea ſnia) reprobandum. Nam profũ-
dere mihi illud uidetur: hoc uero fœnerari. Quid enim poteſt eſſe profuſius q̃ cuiq̃ præſta-
re quod habet: q̃ id elargiri quo nihil indigeat. Tanto enim beneficium conſtat eſſe am-
plius: quanto magis ſit accipienti neceſſarium: & ſi id non uoluntate atq; arbitrio donãtis:
ſed eius potius cui donatur utilitate metiamur. Si nautæ anchora donentur: ſi pacatæ: &
tranquillæ ciuitati præſidium noſtrum imponamus ſi in maxima reꝝ omnium affluentia
frumenti copiam largiamur. Quid hoc poteſt eẽ ſtolidius: qđ a liberalitate: & beneficẽtia
magis alienum: Quod ſi expectemus maiore nobis referri q̃ contulerimus: propterea ſu-
mus benefici: quid aliud fœneratores aguntur: Hoc (ut arbitror) ſolum intereſt: ꝙ illi nu-
de nobiſcum ſimpliciterq; paciſcuntur: hi benefaciendi his ſimulatione decipiunt: Illis
quum quod ſumus polliciti perſoluerimus nihil a nobis amplius poſtulabunt: hi nunq̃
plene ſibi ſatiſfactum eſſe iudicabunt: adeo ſunt ab ea ipſa quam ſimulant largitione muni-
ficenciaq; remoti: aqua nihil omnino poteſt eſſe remotius: q̃ ſi quid utilitatis gratiam con
feratur. proinde illam ego cenſeo liberalitatem præcipuam: & munificentiam ſingularem:
in qua ne ſpes quidem ulla appareat retributionis: aut ſi qua demum appareat: non tamen
illius impulſu moueamur. Nam ut præclare Stoicus noſter: & acerrime diſputat: uel nihil
expectandum: uel quod eſt multo magnificentius eorum omnium quæ dedimus effici
debemus immemores. Non igitur intelligo cur liberalitatem ſummoueri cenſeas propter
ingratos: a quibus uel nihil eſt recipiendum: tanq̃ non uideatur expectatum. Officii enim
noſtri eſſe uidetur: ut omnibus ſumma cum liberalitate benefaciamus: ingrati ſint nec
ne quibus benefiet: id profecto nihil ad noſtram beneficentiam attinebit: aut ſi attineat
non uideo cur alienos errores imitemur: & noſtro deſimus officio. An quoniam illi ſũt
ingrati iccirco nos effici debemus illiberales: quod ſi prauo erga nos animo fuerunt uel
meminiſſe deſinendum eſt nobis uel eos non ſapientior fuiſſe cogitandum: nec tanti
ſtulticiá faciamus: & temeritatẽ aliená: ut rationis gubernacula nobis etiam erepta eſſe ui-
deantur: quibus ſi (qm̃ ſunt ingrati) benefacere nolemus: at faciamus: quoniá ſunt hoies:
& in quos res noſtras conferre magnificentiſſime ualeamus. ſi coꝝ oderimus mores ſpe-
ctari conueniet humanitatem aut ſi nihil tale cogitabimus: cauendum erit ne tantũ in no
bis ualeat aliena nequitia ut ſit nobis ratio diſciplinaq; noſtra cõtemtui. Afferam hic Ca-
millum: & tuis nunc tecũ armis decertabo: magnũ uirum illum quidem: & cũ pace: tũ ma-
xime bello præſtantiſſimum: ſed qui eam ipſa ingratitudinem: & ſenſerit maxime in ſin-
gulari humanitate reſtinxerit. Hic cum multa præclaraq; facinora pro Rep. domi mili-
tiæq; geſſiſſet: pulſus tamẽ ab ingratis ciuibus forte apud Ardeam Etruriæ ciuitatem exula
bat: quo tẽpore Galli cum maximas in Italiam copias traieciſſent: expugnata urbe atq; in
cenſa: Capitolium obſidebatur. Camillus ubi hæc intellexit: mediam igreſſus contionem

Ardeates ad bellum hortatur ipſe coacta iuuentuti primum Gallos incaute atq; inconſulte pallantes adoritur profligatq;. mox dictator in exilio factus: in eos qui Capitolium obſidebam ineptum facit: aurum quod pro redimenda Vrbe tunc forte pendebatur: tolli e medio iubet: ferro dicens non auro Populum ſe Ro. ſolere defendere. Tandem hoſtibus ad unum cæſis: ingratos ciues ac patriam liberauit. Pauloq; poſt Romanos alio migrare cupientes conſtātiſſime detinuit: & ne patrii lares desererentur effecit. Qui ſi ſuis obſecutus preceptis opem ingratis ferre noluiſſet: ne ipſum quidem ſanctiſſimæ Vrbis cinerem intueremur. Maluit itaq; homines eos iudicare q̃ ingratos: nec mores illoꝝ: ſed ſuum potius officium contemplari. Demoſthenes cum miſſus eſſet in exilium: legatum Athenienſium Periclem ſecutus: Agros: Sicioniam: Corithum & reliquas totius fere Græciæ ciuitates ſua diuina eloquentia conſiliatas Athenienſibus: a quibus exulerat factus: ſocietate coniunxit. Qui ſi ciuium ingratitudinem cogitare uoluiſſet: non pacis tam inſperatæ: ſed odii acerbioris auctor extitiſſet: Maluit itaq; ſua erga ingratos ciues acumulare beneficia: q̃ ab humanitatis officio aliena temeritate deſiſtere. Palātus dux Spartanoꝝ cum in Italiam ignominiæ occultandæ gratia ſe contuliſſet: Tarentiq; arcem pulſis incolis occupaſſet: a ſuis tandē damnatus: exilio Brundusium proficiſcitur: quo: & Tarentini ab eo pulſi paulo ante confugerant: ibiq; propter ampliſſimam uiri auctoritatem perbenigne receptus conſenuit. Cum uero moriendi tempus appropiquaret: Colligitate inquit o uiri Tarētini oſſa mea quum uita exceſſero: puluere mq; tenuiſſimum Tarentinam in arcem proiicite hæc una recuperādæ uobis patrie ſupereſt ratio. Sic Apollo cecinit: quo in loco mei puluerem diſperſeritis: ibi diuturnam uos ſedem habituros eſſe: Q d cum decepti feciſſent: redire nunq̃ amplius in patriam ualuerūt. Nam oraculo monitum erat: Vbi Palanti puluis miſcerētur: ibi Spartanos ſtabilem tandem: & perpetuam ſedem habituros. Dignos ſane qui puer a Dyogene uocaretur: in quo magna quædam animi uis apparuit: ut ſuoꝝ nequicia contempta quibus dux fuiſſet: foret etiam cōſeruator: nec factum ſe ab illis exulem: ſed ducem potius fuiſſe cogitaret. Quocirca liberalitatem ingratitudo non tollit: niſi fortaſſe apud eos qui nō recte fuerunt liberales: quoꝝ animus non tam in ſerendis ſementibus: q̃ in frugibus metendis occupatus: non quo beneficium ferre poſſit: ſed unde fertiliorem gratiam metere laborauit: quo nihil eſt magis a liberalitate cenſendum alienum. Diuinum animal homo: & ad ſublima ſemper erectus ac diis immortalibus prope ſimilimus: ita comparare debet ſeſe: ut cum in rebus cæteris: tum maxime in liberalitate: & beneficentia deos ipſos a quibus eſt ortus imitentur. Dii enim tanta tribuerunt nobis: quanta: & uidemus ipſi atq; ſentimus: & quæ præterea uix animo: & cogitatione complectimur. Nam q̃ moueatur hoc cœlū omne quod undiq; patens atq; apertum intuemur: ſideraq; ipſa incredibili: & diuino ſplēdore lucentia circumagantur irrequieta ſemper: & ad mortales gignendos: conſeruandos continue moueantur: eorumq; altera noctibus aliquid nobis ſuæ lucis impertiat: altera ſuo lumine dies nobis illuſtret: & compleat: omniaq; certis ſeſe interuallis aſpicientia: uarios in infimis his: & terrenis rebus producant effectus: uariiſq; tempeſtates: & animalia cuncta eadē illa uarietate diſtingunt. Quod etiam mare hoc uaſtum: & profundiſſimum terræ circūfuſum atq; interiectum: cum ad itinera: peregre perficiēda: tum ad præcioſiſſima gemmaꝝ aliarumq; rerum genera fœcundiſſimum atq; uberrimum. Quod terræ ipſæ altrices hominum tot nobis fructus alimentaq; tanta miniſtrant: quod gignimur: quod uiuimus: q̃d adulti diuinæ rationis participes efficimur. Hæc omnia deorum ſunt munera: gratis tamē generi hominum elargita: ita ut ſine omni ſpe præmii collata nobis eſſe uideātur: ſed nec dii (q̃q̃ ſumus ingratiſſimi) largi eſſe deſtiterunt: nec ullius unq̃ impietate mouentur a ſtudio: & conſuetudine benefaciendi. Nulli mare: nulli terram: nulli cœlum intercluſerunt. Patet omnibus mare: patet terra: quibus boni maliq; nullo certe diſcrimen perfruuntur. Naſcuntur enim omnes: fouentur: educantur: & rationis mentiſq; participes efficiuntur: & cœlo tanq̃ tecto quodam operiantur. Nec ſol ipſe tam lucidus: & ſempiternus bonis q̃ malis utilior. idem gratis atq; ingratis eodemq; lumine cūctis exoritur. Prædones maria nauigant: nec ſepius q̃ mercatores naufragiis obruuntur. Terra quoq;: & ſerpentes alit: & homines. Sed quorſum hæc ſpectat oratio: aut cur hæc afferimus exempla deorum immortaliū: quaſi uero non idem homines facere: non principes: non ciuitates ſoleant: Cum ſæpe ciuitates a regibus uel ab imperatoribus exercitus uel plebem a Senatu cū largitiōibus aliis tum etiam imunitatibus mille donari uideamus. Sæpe exercitus coronatur uniuerſus: nec quia unus duoue ignauiores in acie fuerunt: indigni reliqui iudicantur. Sæpe ſociis uectigalia: ſæpe etiam ſtipendia remittūtur: nō quia bono erga nos animo fuerunt ſinguli illi: id enim fieri poſſe non arbitror: ſed quia ſatis putandum eſt ſi aliter fieri non poteſt profu-

iſſe malis bonoꝝ gratia:q̃ bonis maloꝝ cauſa nocuiſſe. Danda igitur ita ſunt beneficia:ut
dari tacitum:non repeti aut exprobrari uideantur Nec ita demens eſſe uelim:ut gloriam ho
minibus appetendam eſſe non cenſeam Quis iliam niſi demens negabit eſſe appetendam
ab hoc tamen ſtudio benefaciendi alienam arbitror Non enim ex gloria beneficium:ſed
ex beneficio gloriam naſci oportet. Vel naſcatur illa:uel non naſcatur beneficentiæ ſtudē-
dum eſt: Qui uero beneficium ſe: & liberalem uilitans aut honoris cauſa præſtabit:non
plus illi deberi puto q̃ qui ad nuptias inuitamur: ubi quanq̃ magnificeq; accepti cantu:ſo
no:tripudiis demulcemur: gratias tamen nobis deberi exiſtimamus: q nuptiis ornamen-
to fuiſſe uideamur. Quod ſi nec utilitas aut honoris gratia beneficia conferantur non ui-
deo cur ingratis cōferri non debeāt:Nā ita præſtanda ſunt interdum:ut nec is quidem ſci-
at cui preſtentur Non poſſum admirari ſatis Archeſilaum optimum ſane uirum: & impri-
mis claꝝ Hic enim cum accæpiſſet Theſibium amicum in aduerſam incidiſſe ualitudinē:
præmiq; inopia reiſamiliaris: ita ut ſe curare non poſſet:ad eum ut aſſolet profectus:ali-
quando ſacculum plenum pecuniæ illius puluino ſubiecit:putauit enim Theſibium ſi palā
dediſſet:pudore non acceptuꝝ. Sic enim dedit occulte:ut dandi auctor Theſibio ipſi plane
eſſet ignotus Multa præterea beneficia ita diſſimulanter:& quaſi occulte conferebat:ut ne
ſperare quidem gratiam:nedum expetere uideretur. Singularis hec Archeſilai:& uera non
ficta beneficentia. Nam qui utilitatis ſuæ gratia beneficus eſt:ſibi eſt beneficus:aliis inſidio-
ſus. Atqui illos duntaxat agros putas eſſe colendos qui ſunt fertiles: Arbores non ſerēdas
niſi quæ fructus pariant:ſteriles uero aut relinquendas incultas:aut agro funditus extirpan
das. Optima mehercule colendi ratio ſi agros colamus alienos:ex quibus ſolam utilitatē
expetentes:nihil nobis ad delectationem relinquimus. Lapides ſi fieri poſſet araremus.
Arbores uel ad uſum ignis uel ad tabulas trabeſq; conficiendas abſcindimus. Poma cum
ipſo ramo plærumq; immatura diuellimus:ad utilitatem omnia metientes. In noſtris ue-
ro agellis alia ratione procedimus:non omnia uolumus arari:multa ad interambulādum
ſpatia: multa ad ſedendum intermittimus. Arborum non fructu magis q̃ umbra delecta-
mur:neq; plures ficus q̃ ulmos:& laurus cupreſſuſq; q̃ nuces ac uites affectamus Multa no-
bis ad delectationem:pauca etiam ad utilitatem ſerimus. Quapropter quibus utilitas ſem-
per eſt animo:hi nihil ad officium: ad utilitatem omnia metiuntur: qui uero humanita-
tem:qui laudem:qui decus gloriamq; ſectantur:qui honorem rebus omnibus anteponūt
qui deniq; deos ipſos immortales imitantur:de liberalitate ſemper: & beneficentia cogita
bunt:atq; ita cogitabunt:ut non utilitati ſtudere:ſed officium potius intendere uideantur:
idq; ſolum meditantur animo:omni:utilitate reiecta. Cum multa dederint:quo pacto mul
to plurima dare:& fortunas omnes in munificentiā poſſunt liberalitatemq; conferre:nulli
us ingratitudine perterriti quominus munificus ſe præſtent: q̃ maxime liberales: etiam in
eos ipſos qui fuerunt ingrati noua ſemper maioraq; benefica cumulantes: quibus illi per-
moti aliquando:quoniam paucis non poterant:multis in ſe collatis emolliantur. Sicuti li-
gnum quo durius eſt:& ad cædendum difficilius:eos crebriores illi uehementioreſq; ictus
incutimus:ut uſui nobis eſſe queat. quod ubi fuerit cæſum:maiori nobis uſui eſſe poterit q̃
quod nullo labore deciſum ac ſectum. Molle quidem: & flexuoſum: ſed grauia quæ ſunt
& ponderoſa ferre non poteſt. De gratia uero ita ſtatuamus:ut nec tanq̃ futuram ſperem':
nec deſperemus:quæ aliquando poſſit eſſe futura. Quapropter caue cenſeas ſummoueri li-
beralitatem propter ingratos:nam quod paulo poſt adiiciemus: beneficos nos etiam ad-
uerſus gratos eſſe non poſſe:quoniam omnes quoꝝ non eſſemus experti gratiam: cenſeri
oporteret ingratos. quid hoc poteſt dici ſtolidius:id mihi plus q̃ ridiculum uidetur: & phi-
loſophiæ præceptis minime conſentaneum. Eſt enim pueri le quiddam: ut ab aliquo uno
percuſſi: ab uniuerſis ſe putent eſſe percuſſos. Quod etiam ſi foret expetēda gratia: quod
tibi nequaq̃ ſumus aſſenſi:non tamen quoniam unum offendimus ingratum:iccirco cæte
ros in ius uocabimus. Atqui durum eſt facere periculum:nuſſum hoc faciamus:nolo diſſi-
pari fortunas tuas:nolo profundi rem familiarem: ſed tantum q̃tum ferre poſſis: uolo te ī
omnes eſſe liberalem:eſſe munificum:eſſe largum atq; beneficum:etiā aduerſus inimicos:
ut quod eſt præclare a Cleobolo dictum:efficiamur amici aduerſos ingratos: ut grati. At
tu quoniam ſemel excidiſti beneficio:idq;(ut tibi quidem uidetur)inutiliter cōtuliſti nul-
la amplius cenſes eſſe beneficiendum: ueteris ne ſemper ſit tibi agendum apud ingratos.
Dicam tibi quod eſt a Venero quodam dictum non illepide:ut eſt ea gēs omnibus quidē
in rebus:tum maxime in hoc dicendi genere perpolita. Hic cum nauigare peregre inſtitu-
iſſet:omiaq; iam eſſēt parata:ppinquos ad ſe domū uocari iubet:pridie q̃ eſſet aſcenſurus in
nauim:domum familiamq; cōmendat. Ex his quidam cum lachrymæ excuterentur uehe-

mente

menter dehortatus :memorare cœpit quanta ſolent pericula impēdere nauigantibus:quibus cum ille nihil moueri uideretur:Quo mis inquit:an neſcis hanc tibi mortem ſere eſſe fatalem:pater tuus in mari extinctus eſt auus item tuus extinctus in mari : I nunc tu : mari te audeto cōmittere. Tū ille:Auus inquit tuus in lecto deceſſit & pater item tuus deceſſit ī lecto:I nunc tu audato in lecto dormire :An ſi nauis una pariet iccirco nemini putas eſſe nauigandū:Si qs media uia ceciderit nulli amplius eadem eundum cenſes : Si quis igitur in igratos inciderit : idq; præter opinionem nullis iam eſſe beneficia cōferenda. An ſi quē ægrotum aliqua medicina curare non poteſt : iccirco cæteris eadem adhibenda non erit: Nimis timide ſentis ſi ita ſentis. Omnes uero qui munificencia : & liberalitate utuntur: magnifici ſane habēdi ſūt & nō parua laude dignisſimi ſed hi magis(mea quidem ſentētia) cōmendandi:qui ſæpe & multa nulla cum utilitate cōferentes:in priſtino tamen beneſaciendi ſtudio perſeuerant:etiam ſi mediocriter offendātur :ueluti pugnaciſſimus quiſq; miles quanq̄ ſæpe repelletur:pro gloria tamen in confertiſſimas acies audebit irrumpere:maximum periculum honoris gratia contemnemus .Quod ſi omnibus in rebus preponenda eſſet utilitas:quod tibi nequaq̄ aſſentiebar:illud tamen longe uideretur utiliſſimū . tacita tecum merito;ꝫ conſcientia gaudere poſſe :quanq̄ in ingratos aut iam cecidiſſe : aut etiam caſura dubitares:ut qui agrum ſeminauit alienum : & ſi ſibi utilitati non cedit : feracem tñ eſſe deſyderat:quoniam ipſe ſeminauit . Sed nec ad utilitatem referenda ſunt omnia: illa deficere poteſt:gratia non poteſt . Aut enim congregantur pecuniæ : aut in liberalitatem munificentiamq; conferuntur . mercatorum eſt illud hoc ad principes ſpectat :& eoſ qui robore quodam animiq; prædiri magnitudine :iccirco ſtruendis opibus incumbūt ut poſſint eſſe liberales.Quod ſi tollantur beneficia:non domus:conſtabunt non ciuitates nō imperia manebunt . Quocirca Titum ſatis admirari non poſſum : qui eum amiſiſſe diem dicebat:quo non aliquod uel mediocre beneficium contuliſſet .Sed num Titus gratiam repetebat:id quidem fuiſſe beneficia fœnerari:Itaq; reiicienda ſit omnis utilitatis ſpes: ſi beneficus uelis : ſi clarus:ſi magnificus haberi . Sin cōmoditatem ſequi q̄ gloriam malis:liberalitatis nomen deponas oportet : teq; ad fœnus quæſtumq; traducas : quanq̄ hæc nimis ſæpe Quæ hactenus dixi:nō tam confutandi tui dixi gratia :q̄ ꝙ in multis ita fere ſētiebā: iam adiiciemus pauca:& quidem exiliter ac penciune. Mox quum tui acumen ingenii pertentauerimus:concluſiōem ex rebus ultro citroq; habitis(ſi tibi:uidebitur)faciemus :abſoluta controuerſia.Ingratum dicis eum :qui neq; refert gratiam:neq; beneficium inficiatur atq; eum ipſum primo loco ſtatuiſti.Porro qui negaret accæpiſſe:ſecundo loco ponebaſ Cui uero accæpti meriti excidiſſet memoria: eum tu tertio colocabas . Vltimus autem omnium qui pro bonis mala:pro honeſtis turpia retuliſſet:Hic ingratitudini mætas impoſuiſti:ut in hæc quattuor quidem genera ita conſummaretur:ut nihil omnino amplius habere uideretur. Quod quidem eſſet adiiciendum:nec ullos præterea ingratos eſſe iudicabas tanq̄ omnia ingratitudinis membra ſatis ac diligenter expoſuiſſes.Sed uideamus an ſatis: & omnia & diligēter.Equidem eſſe alia quædam genera ingratorum uideo:quæ a te neq; parum:neq; quicq̄ explicata: ſilentio prætereunda eſſe non puto : ne cum multa dixiſſe uideri uolumus:pauca admodum ea quæ negligenter dixiſſe uideamur . Nam qui gratiam referunt occulte : qui pro maximis & plurimis accæptis meritis pauca quædam & exilia: qui tarde :qui iſolenter:q ita demq; diſſimulanter referunt:ut non referre gratiam:ſed beneficium ipſi potius conferre uideantur.Ingrati profecto ſunt omnes : in tua tamen enumeratione minime reponuntur:nec ad genus aliquod aut membrum referri poſſunt . Qui gratiam occulte refert:quid intendit aliud q̄ liberalitatis tuæ gloriam defraudare:abſcondere uirtutem : famam : laudemq; ſupprimere . Retribuit enim non tam propenſus ad gratiam q̄ moleſte ferens : ſi tibi obligatus eſſe uideatur . Quo fit : ut longe ſit is habendus ī gratiſſimus.Qui ſic eſt gratus:ut nihil habeat cum gratia & caritate coniunctum : non melius illi qui magna cum accæperint:paucis ſe(ut ipſi quidem putant)abſoluerunt . Eſt enim ita cumulanda gratia:ut non modo æquari beneficium exiſtimetur : ſed magnitudine ſuccreſcat immenſa . At quorum gratia ſera eſt non fere aliter cenſeo iudicandos ingratos:q̄ eos in ius uocandos:qui creditam pecuniam: præſtituto tempore non ſoluerunt. itaq; non parua interdum mulctatione puniuntur.In gratia uero referenda ſic conſtitutum eſt tempus ut tum maxime referamus : quum aut neceſſariam : aut ſaltem commodam futurum ei putabimus:cui gratia debeatur .Ruſus quod refertur inſolenter : tantum abeſt ab ipſa gratitudine :quantum ab inſolentia comitas gratiaq; ſeiungitur . Quid tu igitur cenſeas iſtos ingratos : an non? Quod ſi cenſeas non ſane uideo cur eos omnes ſilentio prætereris. Itaq; ſtatuamus alia quædam igratorum genera : niſi quid habeas quo poſſis iſta defendere.

Nam quid ego de ordine ipſo dicam: quem nemo niſi ineptus non ridebit. Oblitos eni
beneficii minus putabas ingratos: q̃ qui pro bonis mala: & honeſtis turpia retuliſſet. Itaq;
tertio loco ſtatuebas. Nam de cæteris non attinet dicere: ſunt enim ſatis commode colloca
ti. Vtar uerbis tuis: qui obliti eſſent beneficii: eos gratos fieri poſſe magna ui dicendi nega-
bas. Quod equidem perlibenter tibi concedo: ueluti: quod eſt ſemel a corpore truncoq; de
ciſum aut mortuum: coire amplius in corpus aut reuiuiſcere nullo modo poteſt. Quocirca
eſt in his gratia deſperanda: cum excitatricem memoriam penitus abiecerint: & in maiorē
facile perfidiam impelli poſſint: ſi nulla officii recordatione teneantur. Qui uero mala no
bis intulere: non poſſum non ſceleſtiſſimos & deteſtabiles iudicare: poſſunt tamen præteri
torum memoria leniri: & ad gratiam: beniuolentiam: officiumque conuerti: ut qui clauſis
ſua ſponte oculis incedat: facile illos cum uolet apperiet: nec poterit nolle diu: & ſemitam
a qua forte deerrauerat (quamprimum uoluerit) apertis oculis intuebitur: in eaq; deambu
lando perſiſtet. Qui uero cæcus aut effoſis luminibus huc illuc incertus oberrabit (rectam
eundi uiam proſpicere cum nequeat) omni exiguo lapillo ceſpitabit. Qui ubi ſemel defle-
xerit a uia: ne cane quidem duce in eam amplius dirigetur. Nam (ut nos quoq; tuos Ionas
adducamus) erant illi longe ingratiſſimi qui aduerſus Athenienſes conditores ſuos cum
Xerxe ſocietatem inierunt bellumque inferre aſperrimum decreuerunt: eam urbem ador-
ti a qua ipſi fuerunt quamſæpiſſime conſeruati. Sed uide quam breui momento ad grati-
am reconciliari & beniuolentiam potuerunt. Themiſtocles tunc forte dux erat Athenien-
ſium: is ubi Ionas deſeciſſe uidet: copiaſque cum Xerxe iunxiſſe periculi magnitudine per-
territus: quoniam præſens alloqui non poſſet: poſitis ſymbolis quocunque eſſent Ionæ ap
plicaturi per ſaxa hæc ſcripſit. Quibus nunc uos o bellum Ionæ infertis: his qui urbem ue-
ſtram: qui mœnia: qui tecta: qui templa etiam ueſtra condiderunt: qui uos ſæpe iam in li-
bertatem uendicauere: qui tonens & cum Dario & cum Xerxe bellum ne uos desererent
ſuſceperunt. Eos uos non deſeritis ſolum: ſed communem uobis atque illis hoſtem incul-
catis. Qua dementia: quo furore perciti tantum Ionæ facinus agitatis. Ite ad nos condito
res ueſtros: quod ſi tute facere non poteritis: bello diſcedite: hoſtem noſtrum ueſtro præſi-
dio ſpoliate: ut Athenienſes: non cum affinibus ſuis: ſed cum ſolis hoſtibus certarent. Io-
næ uero cum hæc legiſſent: remis incumbentes: bello diſceſſerunt. Xerxem eorum præſi-
dio nudatum: uincendum: profligandūque Athenienſibus reliquerunt. Quibus ſi tanta
beneficia quæ Themiſtocles memorabat penitus excidiſſent Athenienſes conſecuti victo-
riam non fuiſſent: nec adduci Ionæ potuiſſent: ut a Xerxe deficerent. Sed memoria domi-
na & princeps meritorum quanquam errare permittit interdum: reuocat tamen & diutius
in errore uerſare non ſinit. At uero qui nihil omnino recordantur cur excuſari poſſint equi
dem non intelligo. Immenſa eſt enim memorandi uis in homine & rerum multitudine
non obtunditur: ſi modo quæ conceperit frequenti cogitatione repetantur. Qui uero ad
iuti a nobis flagitium in nos aliquod: aut ſcelus emoliuntur: male illi quidem: ſed ut uel
mediocriter poſſint excuſari: uel quod ira impellantur: aut aliqua animi perturbatione (ma
xime ſi non iniuſta) moueantur: & hortatu atque impulſu id faciant alieno: uel quoniam
beneficium tarde duriterque a nobis extorſerunt: uel quoniam quos primum affecimus be
neficio: deinde ſumus perſecuti dolo: fraude: iniuria: contumelia: uel neceſſitate compulſi &
anguſtia reifamiliaris nobis aliquid eripuerunt. Quibus rebus & ſi defendere tamen om
nino non queunt: habent tamen aliquid præſidii quo ſe recipiant. Qui quoniam peccare
ſe intelligunt: facile nacta occaſione ſeipſos corrigent: quod facere non poſſunt qui ſint ob
liti: nec ulla neceſſitate. ſed ſola negligentia ſunt ingrati. Veruntamen ſi hæc tibi omnia
concedamus: illud nequaquam aſſentiemur: demirari te deos aiebas: qui cum benefici qui-
dem ipſi ſint & quammaxime liberales & iuſticiam imprimis coli iubeant & charitatem:
ingratis tamen tanti ſceleris licentiam impunitatemque concedant: cum iuſticiæ charitatiſ
que hoſtes atque inimici eſſe acerrimi uideātur. Nihil iſta opinione peruerſius: nihil quod
deos magis offendat: quorum illud eſt proprium & ſempiternum bonos præmiis. ſuppli-
ciis malos afficere. Quid hoc poſſe fieri iuſtius arbitraris. Quid dignius maieſtate impe-
rioque deorum. Nam Pythagoram prætereamus. qui profectum ſe ad inferos dicebat. ui-
diſſeque illic Homerum atris ſerpentibus circumplicitum. Heſiodum quoque columna
quadam alligatum duriſſima dare ſupplicia. Quod ingrati plurima de diis mendacia cō-
finxiſſent: a quibus erant in lucem uitamque producti & eam ipſam ſcribendi facultatē con
ſecuti. Quid Menedemus qui furiali amictus ueſte. Archadicumq; gerens pilleum: cen-
tumq; elementa fraxineamq; manu uirgam: tragicoſq; cothurnos miſſum ſe ab inferis di-
cebat ſpeculatorem rerum atq; actionum humanarum: quæ cum uidiſſet rurſus ſe ad infe

ros re-

ros reuerſurum:omniaq; diis manibus renunciaturum. At Democritus uir acutiſſimus ut
Phyſicus:diſertus ut Græcus.duos opinatus eſt deos:quorum alterum beneficium.alterum
pœnam appellabat. Præclare id quidem. Quid enim dici potuit manifeſtius? Pœna mul
ctantur mali:beneficio boni afficiuntur.niſi forte non ita ſentiebat. ſed eſſe beneficium
deo:quoniam illius omnia beneficentia & largitione conſtarent. Pœnam uero deum al-
terum grauiter mehercule & præclare diffiniunt:quo demonſtraret qui beneficiis abuterē
tur gratiam minime referentes:eos pœna quidem eſſe mulctandos. ut nihil ab hominib'
agi poſſit uel impune ſi deliquerint gratiaſq; non egerint.uel ſine retributione ſi beneſece
rint. Hoc philoſophi quorum ueſtigia ſequimur:de grato atq; ingrato ſentiebant. Nec ar-
bitror tamen nobis Epicuro & Cirenaicis illis aſſentiendum:qui nec curare deos mortalia.
nec bonos maloſue ſecernere:conſtanter quidem.ſed tamen inepte putauerunt. At q opi-
nione quadam ſtolida & uulgari concedi malis impunitatem putas:quoniam non extrem
plo puniuntur. Nam quæ apud inferos aliquando patiuntur: ea neq; exemplo nobis eſſe
poſſunt.neq; uoluptati. Sunt enim in ſola credulitate conſtituta fortaſſe nō uana. Sed nec
mouere animos magnopere queunt:niſi quæ uel oculis noſtris uiſa ſunt. uel ab iis accę-
pta qui uiderunt. Quocirca iſtos nūc inferos dimittamus:apud quos ſcelera ipſa ſatis qui
dem(ut opinor)acerbiſſima pœna diluuntur. Sed id nihil ad nos commouendos:terroris
enim cum multum habeant:non omnibus uidentur eſſe. Ingrati qui ſunt:quanquam non
ſubito ſtatim fulmine corripiuntur:non hiatu telluris abſorbentur:non mari:non flumine
demerguntur:penæ tamen obnoxii ſunt non mediocri. Quippe nullum eſt genus homi-
num adeo infenſum cæteris atque inuiſum:& in quos minus liberaliter munus aliquod
conferamus.quandam enim præſeferunt impietatem ut eos ne intueri quidem oculis ua-
leamus: omnibus odio ſunt atque contemptui. Quæ pena maior:quod ſupplicium du
rius:qui cruciatus excogitari poſſit acerbior:quam indignos omnium amicitia: beneficior
ope:præſidio:beniuolentia exiſtimari. An impunes eos cenſes appellādos.quibus propter
commiſſum ſcelus infeſti ſint omnes:quibus adhibentur nulla qui aduerſis in rebus nulli-
us ope ſubleuentur.nullius auxilio:foueantur.nullius humanitatem ſentiant & miſericor
diam. In ſecundis uero nullius congratulationem:ſed omnium inuidiam atq; odium con
ſequantur? Si qui Remp. &patriam prodiderunt:ſi qui deorum immortaliū templa diruę
runt. Et ſi ſcio hæc omnia ſine ſumma fieri ingratitudine non poſſe:fortunis omnibus ſpo
liantur:eiciuntur ciuitate:igni etiam atque aqua illis interdicitur:ſed habent multos: quo
rum præſidio ſuſtententur. Plurimi(ſi opem alio pacto ferre non poſſunt) eorum calami-
tatem atque inopiam miſerantur. Ingratos uero non ciuitate: ſed quod maius eſt: omni-
um animis præcipitatos atque deiectos nemo miſeratur. Non illis aqua:non igni.ſed ami
citia.ſed amore.ſed omni humanitate interdicitur nec fortunis dumtaxat amicorum. ſed
ſperandi etiam libertate ſpoliantur. In ſecundis rebus deteſtandi conculcandiq; uidentur.
in aduerſis illudendi & ærumna miſeriaq; digniſſimi iudicantur.ut flagitii loco ſit quotiēs
cuiuſq; ope ſubleuetur Saguntinis ab Hannibale obſeſſis:&.P.R.quem ipſi ſæpe iuuerant
opem implorantibus: Romani auxilium non tulerunt: quibus partim flamma ſua ſpon-
te conſumptis: partim ferro ab hoſtibus interfectis: Hannibal maximis coactis copiis in
Italiam contendebat: quo nuntio perterriti Romani: miſſis legatis: Gallos Hiſpanoſq;
ſollicitant:ne penetrare illum in Italiam: ac per ſuos fines tranſitum facere paterentur: ſe
paratos eſſe fœdus cum his æquo iure percutere: perpetuamq; inire ſocietatem: ſi modo
Carthaginenſium copias per ſuos fines iter facere prohibeant. Legatis deriſis contemptiſ-
que fere ab omnibus ſic reſponſum ferunt: Non pudet o Romani ueſtræ nobis amicitiæ
mentionem facere. Quid Saguntinos amicos ſocioſque ueſtros in poſtremo eorum peri
culo deſeruiſtis ſuiſq; hoſtibus prodidiſtis. Quo uultu:quo animo ſocietatem a nobis:atq;
amicitiam poſtulatis. An audetis fidem nunc ueſtram polliceri nobis. Qui perfidi nunc in
Saguntinos extitiſtis? An qui pro acceptis beneficiis gratiam amicis referre neglexiſtis:
eam nobis ne cognitis quidem nedum promeritis refereтis. Ex templo hinc abite. & ad
quorum aures Sagunti excidium nondum peruēit ſocios uobis aſciſcite:nobis autem per
ſuadere nequaq̄ poteritis. exemplum enim ante oculos habemus: ut in Romanos non
plus habere nos ſpei:q̄ fidei Saguntinis oporteat. Illi opinione de ueſtra Reipu. meriti dece
pti a uobis deſertiq; perierunt. nos qui nullis proſecuti ſumus officiis: quam a uobis ſpe-
rare gratiam debeamus? Itaq; legati Romani infecto negocio redierunt. Non mirum id
quidem:mirandum magis fuiſſet ſi quicq̄ exoraſſent. Pulcherrimum eſt enim aliena in re
periculum facere: tum id multo pulchrius: ſi facto periculo in diſcrimen minime ipſi ue-

niamus. Sed ne dici quidem poteſt: quantum omnium animos offendat ingratus: cui ſi eti-
am ignoſcatur a cæteris: ipſe ſibi certe non ignoſcet. Vritur enim aſſidua recordatione be-
neficii: niſi fortaſſe non recordetur: in ſeipſum omnem refundens culpam: ſuo ſe iudicio ſē-
tentiaq; damnabit: nec ſuo tantum: ſed etiam alieno. Nullum enim tam turpe facinus: nul-
lum ſcelus tam immane: nullum deniq; tam abſurdum deteſtabileq; flagitium: quod uel
mediocri non poſſit excuſatione purgari: ſolus ingratus (ſi uerum fateri uolumus) nulla un-
quam idonea excuſatione purgabitur: cum non odio: non iniuria: non iracundia concite-
tur: non caſu aliquo & fortuna: ſed ſua ipſe ſponte delinquat. Quo fit ut ingratos toto ani-
mo totaq; mente deteſtemur: & ne uita quidem: nedum beneficio dignos putemus: etiam
ſi aduerſus noſtros inimicos ingrati fuerint. Adeo ingratitudo eſt ipſa nobis inimica ma-
gis atq; infeſta: quo fit ut ingratum nemo rectis intueatur oculis. ſed omnes mala ei om-
nia & calamitates omnes imprecentur: & ut uno uerbo complectar: ingratus omnibus eſt
ingratus atq; infenſus. Hanc tu impunitatem appellas: ego uero ita cenſeo nullum poſſe
acerbius excogitari ſupplicium: nullos inueniri duriores & animo & corpori cruciatus: q̄
omnium amore: fide: beneficio: beniuolentia: humanitate: miſericordia ſpoliari. Sed iam
finem dicendi faciam: quãquam multa quidem a te dicta & grauiter & acurate. ſed ita tñ
ut illis quoq; litem intendere potuiſſemus: ſi modo tempus uoluntaſq; non defuiſſet. At
uero iam ſol cœpit inclinare: & ipſi non omnia refellere propoſuimus: ea ſolum quæ uiſa
eſſent quæſitu & inueſtigatione digniora. Tu uero ſi quid habeas ad hæc: quo te defen-
das: affer in medium. Quod ubi feceris: rem omnem arbitratu ſuo: q̄ rectiſſime fieri pote-
rit ſtatuemus. Quæ cum dixiſſet ſilentium aliquandiu ſecutum eſt: nam & uerebar ipſe cū
tanto philoſopho: in ea præſertim facultate contendere & ſententiam meam ita retruſam
ac labefactam relinquere turpiſſimum iudicabam. ſed quod maiorem me immodum per-
terrebat: ingratum agere uidebar ſi a quo uno idipſum quod habebam diſciplinæ fuiſſem
conſecutus cum eo de philoſophiæ præceptione decertarem. Itaq; cum cedere me illi re-
ſpondiſſem: nec ullis in rebus aduerſari uelle. Nam ita facias inquit: ne plus timiditatis ha-
bere concessio iſta uideatur: q̄ uerecundiæ. Tum nos multa diximus conſulto & plæraq;
inepta & inter ſeſe ipſa pugnantia: quo locus tibi foret: ut mea refelleres: uel (ſi modeſtius
agendum putares) ſaltem defenderes tua. Proinde ſi habes tu quidem quo te tuaſq; ratio-
nes ac ſententias tueare ne te teneat. Nam q̄ ueteris facile præſtabo: qui quidem plura dixi q̄
quæ erant mea diſputatione dicenda: ut tuum iſtud acum eſt excitarem: teq; ad hanc diſſe-
rendi conſuetudinem inſtituerem: faceremq; promptiorem. Qua quidem re mirifice dele-
ctabimur: ſi frequens accedet exercitatio & ex caſu ipſo diſputandi uim nobis q̄dam & qua-
ſi naturam patiemus. Tum ego quoniam ita iubes non defugiam auctoritatem: malo eni
imprudentiam requiras meam: q̄ uoluntatem accuſes. Equidem mecum ipſe conſtitui nul-
lius q̄ tuam in me auctoritatem potiorem fore. Nec adulandi gratia dici putes: cum tantū
tibi debeam quantum homini nato. Itaq; iure optimo ſtatui tibi omnibus in rebus obtem-
perare: quem non ſolum hortatorem habui ad hæc ſtudia. ſed præcipuum adiutorem. Di-
cam igitur q̄ breuiſſime fieri poterit. Nam & ſi concuſſas uideo rationes meas: & tuis acutiſ-
ſimis argumentis uehementer improbatas: non tamen penitus arbitror eſſe deiectas habēt
adhuc quo ſe præſidio tueantur: niſi tu nouum fortaſſe bellum indixeris: quod ſi feceris: ne
portæ quidem occludentur: facile nos deuictos eſſe patiemur. Non faciam inquit: nam &
tempus & hic etiam locus admonuit: ut facto tandem dicendi fine: ubi quædam in tuam
(ſi placet) ſententiā adiecerimus domum ſtatim inde repetamus. Mihi uero placet inquam
& id uehementer expecto. Sed primum paucis ad ea quæ nuper dicta ſunt reſpondebo. Etſi
præter ſpem euenit: ut de re tam plana: tamq; manifeſta: tam acris contentio naſceretur: di-
cam tamen ipſe quæ ſentio: dicamq; audacius hortatu tuo: quãquã uideo perq̄ iniquo me
loco tecum hodie certaturum. Nam quid dici poteſt confidentius: q̄ hominem me ignarū
atq; imperitum & a philoſophiæ ſtudiis penitus alienam atq; expertem audere tecum de
philoſophiæ facultate contendere? cuius tanta copia in diſputando: tanta in repetēdo me-
moria: tam deniq; incredibilis in refellendo uis & impetus quidam uehementiſſimus pro-
bandi confirmandiq; omnia. ut ſæpe cum te audierim de reb⁹ (ut ſoles) maximis acerrime
diſputantem: in admirationem ipſe mecum uenerim non mediocrem. Nam & in dicendo
tanta ſuauitas: tam aperta rerum maximarū atq; ampliſſimarum explicatio. ut os iſtud diui-
num quoddam oraculum eſſe uideatur. Nam & obſcuriſſima quæq; cognituq; difficilli-
ma ſic aperis: ut nihil omnino dici poſſit aptius atq; facilius: quod nō niſi ex præſtanti quo-
dā ingenio ſollertiaq; ſingulari: & omniū magnarum rerum atq; artiū ſcientia ꝓficiſcitur.
Neq; enim

Neq; enim in ſola Phyloſophia polles (& ſi ſcio illam ſolam eſſe non poſſe . in qua tu princeps excellis omnes) ſed in his etiam quæ ad communem uſum uiuendi pertinet . Quid dicam in his: quæ ad deos immortales: ad magnitudines atq; interualla: motus traiectationeſq; ſtellarum? Quibus in rebus: & ſi ſæpe alias clariuſti: tum maxime in eo conuentu doctiſſimorum hominum: quem Peruſini ſuperiore anno cælebrarunt: hominum es ſapientiſſimus iudicatus. Aderat incredibilis numerus doctorum hominum: & quos equidem non contemno: eruditi uiri illi quidem: & toto terrarum orbe delecti: ſed quã tibi neq; ui neq; memoria neq; ullis artis genere comparandi: ne in his quidem quæ ad religionem ſpectant deorum immortalium: quam unam facultatem illi maxime profitebantur. Quod ſi tantos uiros tua incredibili: & prope diuina ſapientia ſuperaueris: & eorum dicta ſenſaq; refelleris: ſi nemo tecum in controuerſiam & contentionem uenire ſoleat: quin eum uel reſpondendo mirifice confutes: uel inſtando copia & uarietate confundas . Quid eſt quod ego tecum audeam decertare? qui ſolum hoc biennium philoſophiæ ſtudia ſectatus: uix equidem prima illius elementa perdidici? Nam & Dyalecticam: ſine qua neminem Stoici futurum putant in oratione ſapientem. Ego uero ſemper aſpernatus ſum: tu uero tanta cura ſtudioq; complexus: ut quædam his de rebus uolumina confeceris: quæ (ut ſunt) ita inſolubilia uideris appellaſſe. Mihi uero legere aliquando cupienti uia non dabatur: qua inſiſtere mihi potuiſſem. Nam quæ primum confirmas: recte quidem procedere uidebantur: mirabili quodam contexta artificio: & acute ſubtiliterq; concluſa . Rurſus eadem cum refelleres miro quodam modo cuncta reſcindebantur: ut quæ uera prius nullaq; in re ambigua putaueram: ea mox ꝙ falſiſſima iudicarem. Quæ quã ita ſe haberent: ſæpe me tamen ad legendum inuitabant ſubtili quadam copia & uarietate pelliectum: libenterq; & ipſe ad ea me ſtudia contuliſſem. ſed nec ingenium: quod quidem his rebus eſſe debet acerrimum nec tempus ſuppeditare mihi ſentiebam. Quo fit ut quam diſciplinam atq; artem antea ſæpe contempſeram: eius nunc uim & magnitudinem uehementer admirer: ſæpiſſimeq; in ea percipienda delecter. Quid dicam in Mathematicis: in quibus ipſe annum iam pœne totum fruſtra conſumpſiſſe uideor. Te uero nemo in earum rerum cognitione præſtantior: ut non ſolum præſentia quæ ſint cernas. ſed etiam quæ futura præſentias . quod genus diuinandi non parum tibi peperit gloriæ. Sed iam ad rem ipſam accedamus. Enitar enim ſumma ope. ut ſi non grauiter & luculente: attamen breuiter circũciſeq; reſpondeam: ne quod ſpacii tibi erit opus ad concludendum: fruſtra meis id ineptiis conteratur Primum itaq; oſtium ut nos quoq; ordinem ſeruemus ingratitudinis diffinitionem ex ipſius diuiſione confeciſti: quod & recte fieri cenſes: tanq̃ a Phiſicis: quorum tu es longe princeps: uſurpatum: & ego tibi perbenigne concedo. Diffinis autem eſſe ingratitudinem quotiens beneficii gratia uel non ſatis digna referatur. Hoc tibi iecisti fundamentum: quo me uagum ac fluctuantem magno quodam impetu retruſiſti: ut qui nullam mihi ſedem aut locum certa diffinitione ſtatuiſſem. Mox ingratitudinem malam non eſſe: ꝙ neq; mali haberet rationem & eſſet interdum a natura ipſa profecta & a diis etiam imortalibus frequenter uſurpata. Nam & hominum plurimos memoraſti: & animalia conquæſiti permulta: quorum culpam non in conſuetudinem aut opinionem . ſed in ipſam refundere naturam uidebaris. De hominibus mox: id enim totum eſt de re noſtra Nam quod ad feras attinet id nihil ad nos pertinet: de quibus nunc pauca dicemus. Nam ſi miluus agreſtis ẽ ſemper: ſi indociles mures atq; hirundines: ſi hericini quoq; nulla excepti ætate manſueſcunt: ſi uiperæ: ſi cocticis: ſi omnium deniq; animalium exemplo nitebaris: ꝙ ubi coaluerunt omnem abiiciunt memoriã beneficii Eamq; ob rem ingratitudinem in re & natura contineri non in opinione cõſiſtere: nec eſſe tantopere accuſandam: quoniam naturam ipſam accuſaremus: a qua nihil poſſe produci mali: Ariſtotele auctore: contendebas. Videamus per deos imortales: ne latius q̃ neceſſe ẽ diuagemur: atq; aliud inueniamus q̃ quod erat perquirendum. Quid enim aliud magis a gratia putamus alienum q̃ feritatem? Quid ab ipſa illa de qua loquebamur munificentia & liberalitate remotius? Liberalitas quidem & munificentia: gratia largitio: & quæcunq; cõmunia ſunt eius generis in animo ſita ſunt: atq; in eo animo: qui quidem nihil habeat feritatis. ſed ſit beniuolus ac manſuetus particepſq; rationis. Hinc maleficia: hinc beneficia gigni atq; oriri dicebamus. Quo igitur pacto feras aut beneficas eſſe dicemus: aut gratas: quæ animo careant & rõne: ſintq; ab omni humanitate beniuolentiaq; remotæ. Appello autem feras non ſolũ quæ ferociã & impetum nocendi habeant. ſed omnes quæ uel toto (ut ais) corpore: uel ſolius naturæ motu impulſioneq; feruntur: ex quo genere ne aues quidẽ excipimus. Nõ ignoras Stoicos tuos recte (ut opinor) de uiuendi rõne ſentiẽtes: nõ exi

quam feciſſe diſſimilitudinem inter homines ipſos & animalia cæteraut nihil in illa ſuris habere non putent:quæ & rationem non habent:&,ſenſus nutu atq; imperio moueantur: tantumq; ſint ſemota a nobis:quantum ſupræmo illo cœlo hæc infima terra ſeiungitur. Illinc nobis datus eſt animus:feræ uero ex hoc terreno globo naſcuntur. Nam q̄ Pythagoras eſt opinatus migrare animos noſtros diuinos & ſempiternos in corpora brutorum: id opinionis iam prorſus abſoluitur ut uanum & ſuperſtitioſum.& quod ad agreſtes illas & imperitas uulgi aures effundēbatur. Gratus is maxime habendus eſt:qui retēta in animo memoria beneficii firmam habet rependendi & perpetuam uoluntatem: quam non impetu fert naturæ.ſed animi ratione metitur:uultq; eē ſempiternam:quod eſt a feris totaliter alienum:cum nec memoria ſint aliqua:præſertim diuturna:nec animum habeant cum modo & ratione coniunctum ducem atq; imperatorem rerum honeſtarum. Minime igitur mirandum:feras ipſas nec præſtare beneficia:nec præſtita ſentire. quāquam multa uideo tradita memoriæ uiris fortaſſe gratiſſimus.ſed interdum nimis leuia ſectatis. Demetrius phyſicus auctor eſt pātheram ferum quidem animal & natura truculentum :cum forte catulos qui in foueam ceciderant leuare non poſſet ſedentem in uiam homini diu expectato mœſtam & quaſi ſupplicem occurriſſe:togaq; leniter acceptum ad foueam uſq; perduxiſſe: tū uero blandientem & manifeſto ſeſe dolore conflictantem:quid eum facere oporteret nutu ſignificaſſe. Mox eductis catulis uirum per deſertiſſimas ſolitudines comitatum reddito nutu ac plauſu gratia tuto in loco dimiſiſſe. Sic aſpidem ab Aegypto quodam educatum: dum forte catulos in illius domo peperiſſet:ex hiſq; unus hoſpitis filium interemiſſet: reuerſam ad cibum cognitaq; culpa:catulo necem intuliſſe. Sic etiam draconem Archadico puero a quo fuerat nutritus opem attuliſſe. Mira de Delphinis memoriæ tradita referūtur: uexiſſe interdum pueros in intimum uſq; mare:eoſq; deinde ad locum priſtinum reuexiſſe: mortuis uero pueris:eos mœrore atq; anguſtia fuiſſe conſumptos. Multa noſtri maiores litteris mandauerunt:quæ ſi animum inducere poſſumus ut uera fuiſſe non ficta credamus facile conſtat animalia quoq; ſentire beneficium & eſſe liberalia. Nam quæ de Cyrtho Romuloq; traduntur:quorum alter a cane eſt educatus:a lupo alter. Quid niſi tantam quantā natura ipſa patiatur beneficentiam ſignificare in brutis animantibus uoluerunt? Sic Sandrum Cocum Alexandri ducem longa fuga deſudantem a leone fuiſſe deterſum:pugnantem uero ab elephante quem nunq̄ antea uiderat tergo exceptum. Multo mirabilius quod ſequitur Gargaris qui poſtea eſt Abydis appellatus ab auo exponi iuſſus. erat enim ex filiæ adulterio natus:plurimarum lacte ferarum ubera ſua ſponte præbentium nutritus. mox ſuibus obiectus ut eum fame coacti lacerarent:illeſus remanſit. Poſtremo deiectum in mare & in littus ſua forte depulſum cerua quædam excepit:eumq; denſiſſimis in montibus educauit. captus tamen a uenatoribus & auo dono datus tot periculis ferarum beneficio ſuperatis regno ſucceſſit. At Platonis labiis cum eſſet infans apes inſederunt:fuit deinde:ut accæpi:ſuauiſſimus. Roſcium quum uix eſſet natus ſerpens implicauit:credo futuram corporis agilitatem uolubilitatemq; portendens. Quid Mida in cuius os formicæ triticum congeſſerunt:diuinabant:ut opinor:hominem illum fore q̄ditiſſimum. Sic Hyeronem illum optimum & clariſſimum uirum amiciſſimūq; Populi Ro. expoſitum a patre:quoniam ex ancilla natus eſſet:apes ipſæ congeſto in os melle diebus aliquot aluerunt. Nec multo poſt: cū eſſet in ludo litteris operam daturus:tabulam lupus eripuit:primaq; deinde bella gerenti & aquila in clypeo & noctu in haſta cōſedit. Sed quid miracula perſequimur? hæc & his q̄ ſunt ſimilia uel uera cenſenda non ſunt:ſed a uetuſtiſſimis ad quandam originis maieſtatē gloriamq; conficta. Vel ſi pro ueris habenda cenſeamus:profecto non impulſu naturæ ſuæ feræ tanta beneficia præſtiterunt.ſed nutu potius & imperio deorum immortalium ad futuram illorum magnitudinem portendendam. Quod facile quidem poteſt apparere:cum in aliis permultis quos nō eſt opus referre:tum uel maxime in his quos ipſe paulo ante memoraui. Omnes enim ad id tandem præſtantiæ dignitatiſq; peruaſerunt ut digni ſane uiſi ſint:qui non quidem a feris.ſed a diis ipſis immortalibus per feras alerentur:ut egregium quendam nec uulgarem ortū habuiſſe & diuinitatis auxilio digni fuiſſe uiderentur. Quod ſi nec diuinitatem aliquam nec rurſus figmentum credamus affuiſſe:cauſam agimus meā: tametſi hoc modo agi non ualde cōtendo:nec feras beneficas exiſtimari uelim:quæ ſi eēnt fortaſſe beneficentia & ipſæ caperentur. Sed id nos aut in magno quidem diſcrimine ponamus beneſecerint feræ:nec ne. Vicimus ſane ſi beneſecerint grataeq; fuerint. Sin uero nihil tale egerint:nō iccirca de cauſa decidimus. Cætera.n.animalia uel nunq̄ potuerunt referre gratiā:uel extēplo duntaxat poſt accæpta beneficia potuerunt:carent enim ratiōe atq; memoria:

memoria:ut niſi quæ præſentia ſint non proſpiciant:expertiaq; rationis non niſi ui ſenſus impulſa moueantur. Senſus autem:ut ſæpe me admonuiſti:nec præterita admodum: nec futura complectitur. ſed ea ſola quæ præſentia ſunt poſitaq; ante oculos intuetur. Gratitudo uero & ingratitudo non modo in præſentium. ſed in præteritarum futurarumq; rerum cognitione memoriaq; uerſatur. Adueniente hyeme tenere accipiter noctu paſſerem dicitur implicitum unguibus:pectoriq; ſuppoſitum:cuius calore fotus a brumæ frigore defendatur. Mane uero cogitato beneficio:dimittit illæſum. Itaq; ualet recens memoria in feris. ſed ea tamen diuturna manere nullo modo poteſt Cornix nutricem ſuam interimit non ē dicenda ingratitudo. ſed natura potius & uis quædam ita faciendi: quæ illi ab origine ſic uidetur inſita. ut eam naturæ ſuæ legem præterire non poſſit. Hominis autem præclara eſt diuinaq; natura & ea ipſa ita comparata. ut pulcherrimum & commodiſſimum in uita ducat liberalitate & munificentia uti ſempiterna:mutuaq; ſemper beneficia ultro citroq; conferre. Habet enim animum moderatorem ac principem & laudibus atq; honeſtatis hortatorem:cuius nutu atq; imperio gubernatur. Sic amiciciam colimus:ſic miſericordia tangimur:trahimurq; humanitate. Amicos autem non ſolum natura comparanius. ut aues atq; feræ:quæ cœtus & greges cogunt:nec aliæ q̃ aliæ ſeſe diligunt ſed tantum ſe uniuerſæ naturali quadam ſocietate coniungunt:nos arte:nos ſtudio:nos diligentia:nos officio confirmamur. Mihi ſemper oderunt coruos:cigni aquilas:griſes equas: noctuam cornices inſectantur:non quia priuata quædam interceſſit iniuria. ſed quoniam ita ferantur natura. Contra uero permagna eſt pauonis amicicia cum columbaſi modo amicicia poſſit appellari. Amat turturem pſitacus. Perexigua eſt inter eos ſimilitudo naturæ. Quid tum? ferantur enim ſenſu quodam inſito:non uſu:non coſuetudine aliqua:quæ plurimum in amicicia ualet. Itaq; non priuatis beneficiis:non ſtudio:non moribus ſeſe amant:neq; ē aliquod inter eos quaſi diſcrimen amoris. ut alium q̃ alium magis amare uideantur:nec ulla re aut in odium concitantur:aut conciliantur in amiciciam. Quod enim a natura eſt inſitum conſtans eſt atq; perpetuum:uincitq; ſæpe natura rationem:illa ſtabilis manet: hæc loco temporeq; mutatur. Homo uero ſanctum & diuinum animal:non ſolum naturam habet inſitam:ſed etiam comitem animi rationem. Quædam illi ab animo rationeq; tribuſitur:quædam inſunt ab ipſa natura. Nam potum. cibum appetitumq; coeundi (quoniam ſunt impermutabiles)negare certe non poſſumus a ſola:quam iam ſæpe dixi:natura proficiſci. Cæterum beniuolentiam:humanitatem:modeſtiam:manſuetudinem:clæmentiam:& imprimis liberalitatem(quoniam ſunt etiam ab animo & plærunq; permutantur) quis inficiari poſſit a ſola aut prouenire:aut confirmari ratione? Ratio uero non ſolum quæ ſunt ſequit. ſed magis etiam quæ uidentur Itaq; ſolet uel ignorantia uel nequitia & improbitate loco temporeq; permutari:ut quos habuimus amicos aliqua ſtatim de cauſa fiant inimici. q̃ fuerunt liberales auariſſimi quidem efficiantur. Video campum mihi patere latiſſimum ſi hominis præſtantiam complecti uellem:diſſimilitudinemq; a cæteris animantibus ia quibus tantum(mea quidem ſententia)diſtat:quantum nec a nocte dies:nec cœlum a terra ſeiungitur. ſed non oblitus inſtituti dicam ſi fieri potent q̃ breuiſſime. Omnis noſtra uita dandis accipiendiſq; muneribus & alterna quadam liberalitate mutuaq; beneficentia continetur:totaq; ex charitate & beniuolentia conſtans in officio & ratione uerſatur. Hinc nouas eorum quos ſæpe nunquam uidimus amicitias comparamus. Hinc laudem: decus: gloriam uendicamus:diuitias:opes:dignitateſq; conſequimur. Nam quid tot principum præclara geſta:tanta maximorum potentiſſimorumq; regum magnificentia memoratu:in q̃bus nihil omnino poteſt eſſe peruerſus q̃ non eſſe beneficos. Nemo tam diues & cui rerum omnium abundantia copiaq; ſuppeditet:qui non aliorum egeat adiumento. Si calces:domū:ueſtimenta & cætera id genus ad uſum reifamiliaris attinentia conquiremus: non profecto a nobis ipſis hæc omnia. ſed ab alio quodam quærere oportebit. Hinc ciuitates & hoſpitia. hinc fora. hinc deorum immortalium templa conſtituta:ut homines multi qui in ſolitudine degere uix potuiſſent:in ſocietatem unaq; mœnia conuenirent:ubi ſimul habitantes mutuam inter ſe operam auxiliumq; præſtarent. Feræ autem (quoniam progreſſimus fortaſſe longius)nec ad nidos conficiendos:nec ad aliquid tale cuiuſquam operæ uidentur indigere. Itaq; ſingulæ ſibi nidos ædificant:nouas amicicias parant nullas liberalitate prorſus & munificentia uacant. Si quid habent ſocietatis id habēt a natura. ſed nec alia cibum alii concedet unq̃:nec aliena ſuis in nidis oua ſuſcipiet:fouebit:educabit. Quid in homine? facimus conuiuia:& quod eſt multo (ut arbitror) liberalius: hoſpitii iura ſeruamus:amicos:filios:& propinquos alimus:ſuſtentamus: erudimus incredibiliq; ſtudio & humanitate complectimur. Sed(ne longe a calle deerremus)nec gratæ dicendæ ſunt

feræ:nec rurſus ingratæ iudicandæ:ueluti lapidem neq; uiuum dicimus eſſe ſi moueatur
neq; mortuum etiam iacentem appellamus. Quod.n.uitam nunq̃ habuit:occidit nunq̃.
Carent animo feræ:carent rõne & memoria:non igitur beneficiũ accæpere.quod ut a ſolo
eſt animo profectum:ſic in ſolo etiam animo collocatur retineturq; memoria. quaſi exci.
dat:tum demũ maxime efficiemur ingrati Quæ aũt de terra obiiciebantur:idẽ tibi cenſeo
reſpondendum:neq; beneficam eſſe:neq; liberalem:neq; maleficam neq; ingratam exiſti.
mandam:cum beneficium quod a ſolo eſt animo referre & præſtare non poſſit. Nam q̧ ui
ctum nobis atq; alimenta ſuppeditet(ut ipſe grauiter quidem & prope diuine memoraſti)
non magnopere me mouet:habet enim id iniũctum a deo & a natura ut gignat animalia:
foueat:alat:atq; ſuſtentet:quo tanq̃ munere fungatur ſuo. Quod uel ex hoc licet ĩtelligere.
Non enim magis in hominem in animantes alios uidetur eſſe benefica: quæ ſi aliquot in
locis eſt peſtilens:ut ſatæ fruges:aut nequaq̃ omnino:aut pernicioſæ mortiferæq; naſcant̃:
id uel ex cœli fit in clementia:uel ex his quæ ſub terra ſunt uenis metallorum:quibus neceſ
ſe eſt ſementes aut inficiantur:aut extinctæ funditus nequaq̃ oriantur. Quid in aquis? late
uideo patere naturam. alias peſtilentes feræ bibunt:aliæ ſtatim ſi bibantur interimunt. Ha
bet Archadia fontem prope agrum Nonacrinum:quem ab effectu ſtygem ueteres appella.
uerunt. Contra uero in Baiano noſtro:quem in locum tu ſæpe ſeceſſiſti:cum temperie cœ
li:tum maxime loci amœnitate pellectus:quot fontes longe ſaluberrimi? Quid illum Do
donei Iouis fontem(ut nos quoq; luſiſſe uideamur)faces incendit extinctas: extinguit in.
cenſas. Quid illum alium Iouis Amonis? Quid alium ſolis introgoditis gelidos interdiu:
noctu uero calidiſſimos. Mirum id quidem nec tantopere mirandum:ſi feruerent interdiu
Nam & fontem Aleſinæ cytharæ ſono concitare ferunt:qui de magnis maiora loquuntur
& quaſi ad tripudium proſilire. Sed hæc omnia neſcio equidem an ad aliud q̃ ad naturam
ipſam referantur:in qua nihil profecto loci habet ingratitudo:quæ in opinione potius (ut
arbitror(ſita eſt:q̃ in re atq; natura. Idem in clementis aliis oſtendiſſem. ſed uideri fortaſ.
ſe longior potuiſſem:& tibi multo notiora ſunt omnia. Quamobrem non conquiramus
quæ nihil admonere me poſſint. Plus enim ab animo hæc:q̃ a cœlo terra ſeiunguntur Ani
mus ipſe gratiarum eſt domicilium:quo quicunq; uacant nec ſentiunt gratias ut:admittũt
nec beneficio aliquo maleficioq; tanguntur. Animus eſt liberalis idem largus atq; benefi.
cus. Quippe ſi quoduis ampliſſimum munus:ſi uniuerſum ærarium:ſi deniq; uitam ipſam:
idq; animo inuito:in aliquem conferamus:non ſumus dicendi benefici. Contra ſi maxi.
ma detrimenta:ſi acerbiſſimas calamitates:ſi cladem uel amicis & familiaribus noſtris infe
ramus:idq; faciamus inuiti:ingrati exiſtimandi non ſumus animo. Ex omnibus enim re.
bus:quas dii ĩmortales hominum generi tribuerunt(ſunt autem innumerabiles)nihil ſibĩ
referri poſtulant:præter animum expeditum atq; ſincerum & omni terrena cõtagione ua.
cantem. ſic auſpicia:uota:cærimonias:litationes:ſacraq; ſolennia tum demum rite fieri opi.
namur:quum animo fiunt puro:& ueſtibus illis prope ſimillimo: que non niſi candidiſſi.
mæ ſolent adhiberi. Sic etiam quæ ad noſtram pertinent religionem:omnium quæ ſunt:
quæq; fuerunt optimum atq; ſanctiſſimum animum expetunt longe puriſſimum:nullo ſu
co:nulliſq; obſcœnis atq; illecebris deprauatum. Dii nanq; immortales non munera intu.
entur:quorum minime illi quidem egent. ſed animum reſpiciunt:cuius affinitate & tanq̃
amicicia delectantur:quem ſi pollutum contaminatumq; cognouerint:nihil ſecum putãt
habere commune. ſed a ſua potius natura de errantem:exutum excellentia ſua cenſent:cœ
leſtiſq; diuinitatis propinquitate ſpoliatum. Vides quo me tanq̃ in altum deducat oratio.
ſed contraham uela:ne in peregrina mihiq; incognita maria deuehamur. Deos tu quidem
dicis imitandos. ſed illi ab initio repetunt beneficium. num igitur a trunco? num a lapide
num tandem a feris ipſis? num etiam a terra:quã tu maxime contendebas eſſe beneficam?
Mihi quidẽ perſuadere non poteris ut hanc ipſam gratiam ingratãue dicendam eẽ fatear.
Et:ſcio in eã te ſentẽtiam(nõ quidẽ q̧ ita ſentires. ſed tentãdi mei gratia)pl:ætaq; neq; ue.
ra:neq; probabilia conieciſſe. quãq̃ ſurdo fabulã decantaſti:meliora quædam memoria te
neo:eaq; a teipſo in æquum erant ocium diſputata:non iocandi aut tentandi mei:ut nunc:
gratia. ſed erudiendi potius & ad philoſophiã iſtã tuam clarã atq; ueriſſimã recto:ut dicitã
tramite perducẽdi. Quocirca feras iſtas procul abiiciamus:exemplo.n.nobis eſſe nõ poſ.
ſunt:ut qui eas imitari uelint:hi maxime feræ dicendi eẽ uideantur. Ii rõnem quã habent
aſpernant̃. illæ nunq̃ rationem habere potuerũt Sed iam ad homines ueniamus. ut in area
noſtra latius aliquando uerſemur. ſunt enim totaliter de re noſtra. ſed eos quoq; q̃breuiſſi
me perſtringemus:ut tempus tibi relinquatur ad concludendum. Nam eſſe deos ingra.
tos non attinet diſcere:niſi maxime & uideri & eſſe uelimus ingrati:qui ſi aurum(ut tu di.
cebas)pro

cebas) pro ſarte non referant:caue tamen ingratos cenſeas eſſe dicendos : ſciũt enim quid
nobis(ut ait poeta)rebuſq; ſit utile noſtris:quid etiam unicuiq; referendum:ſumuſq; homi
nes(ut ait idem) illis quã nobis multo chariores.Quocirca cum diis hac in re minime con
tendamus.Sed ego tuam tuam memoriæ incredibilemq; rerum omniũ noticiã uehemẽter
admiror.Nam quæ in phia grauiter & copioſe loquebaris:nunq̃ mihi aliter perſuaſeram:
ſciebam enim eſſe te omnium in ea facultate doctiſſimũ.Sed quæ ad hiſtoriam pertinent:
nullam tibi fuiſſe uel curam uel noticiam arbitrabar. Verum unde tot efficaciſſima uetuſtiſ
ſimorum hominum exempla manarunt:qui tot ingratos undiq; tãquam ex hiſtoriæ agro
unam in aeream congeſſiſti:ut inficiari iure nõ poſſim te non ſolum philoſophum eſſe ac
cerrimum:ſed omniũ aliaꝝ magnaꝝ reꝝ diligẽtiſſimũ inquiſitorẽ:ut(tãquam Leontinus
ille)oi de re poſſis q̃ acutiſſime diſputare:hoc qdem phus mea ſnĩa melior:q illi ſibi
auream(ut ferunt)ſtatuam collocauit.Te uero nihil ad oſtentationẽ:ſed ad ueritatem om
nia referrentem nulla unq̃ præcipitem ægit ambitio .Sed ne feramur longius:ingratos
iſtos pauliſper(ſi non placet)conſideremus:qui ſi fuerint natura ĩgrati:fateor neceſſe ẽ mea
me ſententia eſſe deiectũ:ſin uero nec natura:nec omnes in ingratitudinem inciderũt:uelim
ab iſta tua tam acri ui & oppugnatione deſiſtas:meq; meis ſedibus ſtare patiaris . Primum
omnium mihi Diogenem:tanq̃ eſſet aliqua mihi cum Diogene contentio:mordacem ſa
ne hominem ut Cinicum igratũ tñ dicendũ eſſe non arbitror:qui ſi conuitiis perſequeba
tur oẽs.quid aliud agebat q̃ pcipuã q̃dã in uniuerſum genus humanũ charitatem. Vide ne
me mordeas Diogenes(dum hæc a te poſtulo)quid oblatrabas malis:quid cenſeamus fuiſ
ſe reſponſurum.niſi id quod aliquando reſpondit:quoniã uitiis perditi mores haberẽt lon
ge turpiſſimos Quid rurſus iraſcebaris bonis:qm̃(inquit)inter malorum uitia flagitiaq;
uerſarentur Vtrinq; ſane obiurgatione digniſſimi. An igitur ingratitudinis illum cenſes ac
cuſandum : Quid parentes ipſi dicere nobis beniuolentius potuiſſent.q̃ ut nec eſſemus ipſi
mali:nec cum malis uitæ conſuetudinem haberemus.Bonos ille inueniri paucos exiſtima
bat. quos interdum per meridiem lucerna quærebat : ſi qui tamen inuenirentur boni eos
imagines dicebat eſſe deorum.Quam præterea gratus in Corinthium Xeniadem : a quo
quum eſſet emptus liberos eius ſingulari cum diligentia ſanctiſſimis atq; optimis diſcipli
nis erudiuit:& tu eum appellare audes ingratum.Quid Democrito atq; Heraclyto dicam
quoꝝ alter delyramenta ridebat humana:miſerabatur alter ut ingẽtem quãdã charitatem
in oẽs uideantur habuiſſe mortales:quibus non hæc caduca & fluxa conſectanda:ſed uirtu
tutem & diuitiaꝝ æternarumq; rerum contemplationem habendã eſſe monſtrabãt: quod
ipſi rebus cæteris contemptis atque deſpectis omni ſoluti cura faciebant.Potuit fortaſſe ob
hoc durior uideri Democritus: q per deſertas ſolitudines:perq; hominum ſepulchra ob
errabat:an putas ut mortuos etiam irrideret.minime id quidem opinor. ſed ut nullis tur
bis ac cœtibus impeditus & quaſi ad mortuos abſtracti animi contemplatione traductus q̃
uellet expedite libereq; contemplaretur.nec diſtraheretur animus occurſu & præſentia re
rum alienarum.Hoc ſi odium generis humani dicendum:ſi rurſus ingratitudinem appel
landam eſſe cenſeamus.multi profecto ſanctiſſimi uiri atq; optimi in eandem incidiſſe ca
lumniam & humanitatis inimici fuiſſe aſperrimi uiderẽtur.qui cum patrum noſtrorum.tũ
etiam noſtra memoria patriis laribus urbaniſq; amœnitatibus & domeſticis. prætermiſſis
delitiis in ſyluis ac montibus uitam omnem ſolitarii peregerunt.ne ſe humanis contami
narent illecebris & animum habentes liberum atq; ſolutũ.nulliſq; reꝝ humanarum conta
gionibus & quaſi uinculis circumplicitum ſe totos ac liberos ad contemplandã deoꝝ im
mortalium gloriã.magnitudinẽq; conſererent.quos ego ſi appellem ingratos tam iniq; faci
am q̃ qui q ipſi præſtare non pñt.id carpere nituntur in cæteris. Thimonem uero quem ais
Athenienſem inficiari non poſſum hominem fuiſſe duriorem & natura fortaſſis ingratum
quid tamẽ ſi ab aĩo eius diſſentiebat.oratio.num quenq̃ interfecit.num hoſtibus patriã ꝑ
didit.num eius urbs incendio cõflagrauit.num denique quenq̃ factis offendit. non poſſu
mus dicere id quidẽ.ſed fac fuiſſe omni ut ais rebellem humanitati & hominem.ſi hoiem
dicẽdũ putamus natura duriſſimũ.nam mihi non accuſare naturam placet.Nec Thimonẽ
iſtum magnopere defendam.quis illum exitus excepit ciues ſuos ut ſeſe ſuſpenderent ad
monentem.nonne publice cæſũ lapidibus obruerunt.quod non feciſſent niſi ingratitudi
nem rem eſſe malam & ſummo dignã ſupplicio iudicaſſent.& erant Athenienſes non ſpe
rni reꝝ exiſtimatores:& in maximis etiam ſceleribus ſola(ut ferũt)cicuta contenti. in Thi
monẽ uero tanq̃ aliquod maius facinus auſum & reum igratitudinis plus excogitandum
ſupplicii putauerunt.Ego uero nunquam iĩciabor & Thimonẽ ĩhumanũ. & multos aliq̃n
ingratos extitiſſe,ſed in his (ut ſæpe diximus)naturam accuſandam eẽ nõ puto.Fieri enim

poteſt ut cauſa aliqua:quæ ſit nobis incognita:fuerint ingrati.Sed ego non quæro:non.n.
id nunc agitur:ſint ne ingrati:quorũ ego numeꝝ ſcio eſſe q̃ maximũ:ſed an ſit ingratitudo
habenda naturalis:hæc nũc igiť cõtrouerſia:quæ cum abſoluta ſit parum admodum mihi
erit elabotãdũ:quãq̃ in arctiſſimas tu me ſauces atq; anguſtias compuliſti:ut niſi ꝑedẽ reſe
ram effugere nullo modo poſſim.Bonã eſſe ingratitudinẽ ideo cõtẽdebas:quoniã eſſet a
natura.Naturalẽ aũt propterea dicebas:qm̃ multi non caſu aliquo:ſed nati potius uiderẽ
tur ingrati.Naturã aũt ita cõparatã ut nihil niſi quod bonũ eſſet excogitaret:nihilq; gigne
ret:quod qdẽ eſſe in mali ratione reponendũ.Poſſum hæc oĩa confiteri:poſſum rurſus ne-
gare oĩa:qđ ſi fecero magis meæ ſeruiuero cauſæ:faciliuſque iſta tua tela reppulero.Q uod
ſi Pyrronios illos uelim imitari:q nihil uel natura bonũ:uel natura malũ opinantes hæc q̃
appellamus bona:quæ etiã mala:q̃ honeſta:quæ turpia nominamus ſolius opinionis eſſe
uoluerunt.Quod ſentiebat Archelaus:haud abſurde fortaſſe.Neq; enim temere ad id opi-
nionis inducebanť.Quid põt uideri nobis calamitoſius morte?Parentibus & propinquis
noſtris e uita migrantibus mœſti lucẽ nõ aſpectamus:plangimus lamentamur: manus pe-
deſq; concutimus:capillos etiã & ueſtimenta proſcindimus:nihil hoc luctu miſerius.:Sunt
tamen qui hoc nõ ſolum idipſum moleſte nõ ferãt:ſed parentũ filiorũq; cantu ac lætícia ꝓ
ſequantur:quales in Aſia tradit Euripides:quoꝝ quum naſcuntur liberi ululatus undique
exaudiuntur:qm̃ in miſeriã putant natos eſſe ſempiternum:mortuis uero congratulãtur:
tanq̃ rem adeptis longe præclaram. Vide quid agat opinio:nos mortuos lugemus tanquã
omni priuatos fœlicitate:illi naſcentes deplorant tanq̃ in miſeriatum & tẽpeſtatum mare
deiectos.Perſæ filiaꝝ nuptiis permiſcenť:nihil apud nos deteſtabilius. Quidam parentum
cadauera torrere ac comedere dicunť:nihil apud nos poteſt eſſe neſandius. Quid ita ſiquis
me roget:nihil afferam præter opinionẽ:quæ tamen illis quoq; põt eſſe ꝓbabilis:Satius.n.
putant in filioꝝ uiſceribus condi corpora parentũ:quã humi ſita uermibus aut ſerpẽtibus
deuorari:quã pie ſe facere opinantur. Tanta igitur reꝝ omnium uarietas:nõ a natura quæ
una eſt atq; eadem apud omnes:ſed a ſola opinionũ diuerſitate manauit.Nam ut eſt cuiq;
de re aliqua perſuaſum:ſic uariam fert dicendi faciendiq; ſentẽtiam:nõ ꝙ ita ſit ſemper q̃ſe
ſentiatur.Magnæ ſunt uires opinionis:radices enim emittit altiſſimas:quæ cum animo in
ſederunt atq; inueterauerunt uno conſenſu multorum:deleri ac funitus extirpari non faci-
le poſſunt.Sed tamen miſſos faciamus. Aporeticos:eorumq; principem Pyrronem abiicia-
mus:nihil natura neq; turpe neq; honeſtum exiſtimantem:ſed ad hanc quãdiu agimus opi
nionem: & cõſuetudinem omnia referentem:cui ego ne forte parum ſit a me nequaquam
aſſentior.Dedit nobis natura lumina quædam honeſtatis:ad ea nos qui per uitiorum tene
bras obſcuri atq; incerti diuagamur:ſuo ingenti ſplendore.dirigimur:quæ niſi prauis mo
ribus extincta fuerint:ad quamuis nos gloriam magnitudinẽq; ꝑducent.Placet igitur imi
tari Stoicos:qui cum uirtutem omnium humanarum diuinarũq; rerum optimã & precio-
ſiſſimam fateantur:uitia maxĩme illi contraria atq; aduerſa putauerunt:eaq; perniciosa eſſe
& ad bene beateq; uiuendum nullo modo conducentia:nec ita nudam naturam relinquẽ
dam putauerunt:ut nõ multa illi bona ineſſent atq; honeſta: quæ ſuaipſa ſponte produce-
ret.Sed uideo te mutaſſe ſententiam:nec in eadem qua prius opinione perſiſtere . Q uoni
ens ipſe me admonuiſti non omnia dicenda eſſe naturalia quæ reperirentur in natura . ſed
ea ſolum quæ uel ſemper.uel plærunq; contingerent.Multos enim uidemus cæcos . an ſit
cæcitas illa naturalis.Datum eſt nobis lege naturæ.ut bipedes.ut rationis mentiſque par-
ticipes.ut apti deniq; ad ridendum oriamur. At ſi quis uel uno pede uel pluribus quã qui-
bus naſci homines ſoleant.uel hebes atq; inſanus & rationis expers oriatur.quis eſt qui di
cere auſit ortum hunc eſſe naturalem.& non potius contra natura factũ.Riſit ſemel in om-
ni uita Craſſus.Zoroaſtes uero qua die natus eſt riſiſſe fertur.Credo propter ſydera & ſtel-
las.quas eſt poſtea ſumma cum diligentia contemplatus . At Demophon Alexandri mi-
les egregie tremebat ad ſolem caleſcebat ad umbram.An igitur hæc talia quæ pauciſſimis
contingant cenſes dicenda naturalia. Q uod ſi multi ſunt ingrati.quod ego tibi nũquam
ſum inficiatus.ſi multi ſcelerati ac deteſtabiles.ſi nulla deniq; ciuitas improborum uacua.
ut ait Xenophon.quod propter tam immenſam multitudinem neceſſe eſſe euenire . quid
nam aliud ingrati.quid mali deteſtabileſq; dicunť.niſi quia legibus naturæ nõ parẽtes eiꝰ
ordinem funditus peruerterunt.Magna uis eſt naturæ optimũ ſibi in omni rerũ procrea-
tione proponit.ſed tamen ut Democriti careat medicamẽto . quo boni. pulchri & fortu-
nati liberi naſcebanť.Deficit interdũ & quod proponit præſtare non poteſt.a quo ſi quid
gignatur mali.quod fere non accidit.id præter ſuum morem eueniet.Fures quottidie ſu-
ſpenduntur.adulteri.& patricidæ & qui ſunt eiuſmodi acerbiſſimis ſuppliciis crucian-
tur.Cur

tur. Cur ita magnus eſt numerus eorum: ſed ut bonis æquari non poſſit. Putas ne datum
natura: ut Adulteri: ut Parricidæ: ut Fures efficiantur: quoniam multi inueniant̃ tales? Ego
uero ita ſentio: ſed recte ne ſentiam neſcio: hoc tantum ſcio te quoq; idem aliquando ſen-
ſiſſe: eam rem ſolum appellandam eſſe naturalem: in qua aut oēs aut pleriq; ſemperq; cōſen
tiant. contra uero naturam omnia quæcunq; rara inſperataq; contingant. Quod ſi. P.R.
aduerſus plurimos eſt habitus ingratus: qđ ego tibi non plane aſſentior: ſi Thebani: ſi Car-
thaginenſes: ſi deniq; permulti modo id uidendum eſt: an & ſemper & in omnes fuerint i-
grati. In exilium profectus Aphricanus ingratam patriā appellauit: nollo diſputare an re-
cte appellauerit: cui & Conſulatus ante tempus & honores ampliſſimi decreti: orātem præ
terea tanta turba in Capitolium ſecuta: ut Magiſtratus pœne ſoli & ſubſellia uacua rema-
nerent. At uero qm̄ Petilii diem illi dicere uoluerunt: uocatus in iudicium & cauſam dice-
re iuſſus: patriæ ingratitudinem exprobrauit. Quid ſi iudicium uel amore uel magnitudi-
ne rerum a ſe militiæ geſtaꝝ: uel auctoritate deuitaſſet: q̄tam legib⁹ feciſſet iniuriam? ſuſtu
liſſet æquitatem: ius patriū peruertiſſet: & libertatem. P.R. a ſe defenſam offendiſſet. Idem
in Camillo: pluris enim auctoritatem publicam q̄ priuatam dignitatem facere uoluerunt.
Quo plane licet intelligere Romæ nō tam priuatā gloriam paucoꝝ: q̄ publica legum iura
ualuiſſe. Idem in cæteris cenſeo eſſe dicendum: Nullam enim arbitror Remp. tam de men
tem eſſe potuiſſe: in qua plurimorum ſniæ uigent: ut in ingratitudinem cōmuni oium con
ſenſu uel errore aliquo: uel dolo auaritiaq; conciderit. Sed fac oēs fuiſſe ingratos quos ipſe
paulo ante memoraſti: Non enim eſt contra me. Illud modo uidendū eſt. an fuerint & om
nes & ſemper ingrati. uel id nimium tibi uideat̃: an pleriq; & frequenter. Quod ſi eſſet non
poſſem non aſſeuerare ingratitudinem rem eſſe naturalē: nec ulla repræhenſione dignam:
ſed longe opinor aliter. Nam ſi Gn. Pompeius male ægit cum Carbone: ſi Popilius in Cice
ceronem: Sextilius in Cæſarem oratorē: Beſſus in Dariū multo fuerunt ingratiſſimi: num
eos cenſes in cæteros oēs? num etiam ſemper ingratos extitiſſe? Quid ſi grati fuerunt ali-
quādo: uel in eoſipſos quibus poſtea fortaſſe non ſine cauſa nocuerunt? Sed nō eſt propo-
ſitum cauſam agere ingratorū: quos ego ne uita quidem: nedū patrono dignos exiſtimo.
Sed quid ſi iſti: quos nunc tam uehemēter accuſas aliqua in re laceſſiti atq; offenſi: nō tam
inferre q̄ ulciſci iniuriam putauerunt: Sed eos ut dixi minime defendo: pauca tamen affe-
ram exempla maioꝝ: eaq; perbreuiter: ut quid illi de ingratitudine ſenſerint intelligere ua
leamus. Primū oium. P.R. cōſideremus: quē tu quaſi reum capitis damnare uidebaris: qm̄
in plurimos fuiſſet ingratus: qui ſi de ſe optime meritos nō ornauerit ſed contempſerit: nō
gratia ſed ignominia pſecutus fuerit: ſuppliciis q̄us duriſſimis afficiantur. Sin uero qui uel
in officio & ſocietate manſere: uel in rebus aduerſis opem auxiliūq; tulerunt: maximā ſunt
ab illo beneficiorum premia conſecuti: eum ſi placet ab hac quaſi forenſi decertatione libe
remus. Etenim conſyderanti: mihi ſæpenumero & rerū a. P.R. domi militiæq; geſtarum
magnitudinem cogitanti: nulla maior cauſa uideri ſolet ad tantā illū nominis atq; imperii
gloriā prouexiſſe: q̄ ingens quædā & incredibilis actio gratiaꝝ: & beneficiorum admirabi
lis compenſatio aduerſus oēs a quibuſcunq; beneficium uel perexiguū accepiſſet. Quibus
enim premiis ciues ſuos perſequebat̃ qui præclarum aliquod facinus pro Rep. peregiſſēt:
eorum augebat dignitatem: auctam uero opibus: auctoritate: gloria exornabat: quibus ꝓ-
uocatus optimus quiſq; labores duriſſimos terra mariq; perpeti: capitis pericula ſubire: mor-
tem pro patria appetere non dubitabat: qui niſi cū priuatim: tum publice fuiſſent exornati:
neſcio an tantam ad eas res gerendas animi magnitudinem contuliſſent. Omnibus enim
qui dignitatem. P.R. atq; imperiū tuerent̃: qui Remp. augerent: eāq; diligēter administra-
rent: maxima erāt propoſita premia. Quippe q inſignius quicq̄ domi militiæq; geſſiſſet
huic coronæ: huic ſtatuæ: huic ouatiōes: huic triūphi: huic ornamēta: huic mille reꝝ geſta-
rū inſignia parabant̃. Nā quid arbitraris Romanos tot genera excogitaſſe coronaꝝ: niſi ut
ciues ſuos: q aliqua uirtutis gloria floruiſſent: laudū meritis ꝓſequerent̃ ampliſſimis: eoſq;
ad res magnas obeūdas ardentius excitarent. Qui urbē aliquā obſidione liberaſſet: obſi-
dionali donabat̃ corona. Ciuica: qui captū ciuē: hoſtibus eripuiſſet. Qui uero primus ī ho
ſtiū muros proſiluiſſet: muralē: qui primū in caſtra hoſtiū irrupiſſet: caſtrenſem accipiebat.
Quid ī bello maritimo? q primus ī hoſtiū ꝓſiluiſſet nauim: nauali: quiq; illoꝝ magnum
numeꝝ uel mari uel terra cæcidiſſet: triūphali: qui nō magnū fudiſſet numeꝝ: tn̄ bellū par-
ta uictoria cōfeciſſet: ouali coronabat̃. Et ne quid ſine premio fieri poſſe uideret̃ ı ſi q bello
cū ipſi nō interfuiſſent: aliqd tn̄ pro impatoris uictoria ꝓcuraſſent: hi quoq; ſua uirtutis or-
namēta cōſequebant̃. Impatorē ſi qs in bello ſeruaſſet: huic ēt Senatus aſſurgebat: una eſſe
ꝓpeq; aſſidere iubebat: muneꝝ uacationē ipſi pr̄i auoq; pr̄no cōcedebat. Et qđ multo mi-

hi pulcherrimũ uideri ſolet:ſi qui ſibi coronã uirtute in uita peperiſſent:eandẽ mortuis:nõ
illis ipſis ſolũ:ſed eoꝝ etiã parentibus iponi:laudeſq; claroꝝ hoium ad cãtus & tybicinem
in Concione laudari uoluerũt:quod genus laudis Nenia dicebať. Maioꝝ etiã geſta in con
uiuio canebanť. Quid hoc grati⁹ dici potuiſſet? Quid dicã tot ſtatuas triũphales:tot am-
pliſſima ſepulchra:tot clariſſimos titulos:tot imagines & monumẽta maioꝝ: quid tot cæ-
leberrimos:glorioſiſſimoſq; triũphos. Atq; ut alte repetã:quid Romulus ægit? nõne Hoſti
liũ ꝙ primus urbẽ Fidena irrupiſſet frondibus coronauit? Nõ tunc auro cuncta purpuraq;
fulgebãt:& tñ erat aliquid qđ minus glorioſe expetereť. Nam q̃ nunc ſpe prædæ bella geri
ſolent:tunc gloriæ cupidine gerebanť:& q̃ nunc in auro atq; in argento fiunt diſcrimina:
nam hæc ſunt quorũ gratia decertať:tunc in lauro:myrtho:graminieq; fiebant. Fœlix ſane
prior illa ætas contenta:ut ait Poeta:fidelibus aruis. Quid ne nimis ætati noſtræ ſuccẽſeã
in Coclitem Romani? quid. Q. Mutium ægerunt:quorũ alteri ꝙ pontem ſolus cõtra for-
tiſſimum hoſtium impetum tenuiſſet:ſtatuam in comicio collocarunt: agro præterea q̃tũ
die arari poſſet donauerunt:ſinguliq; in eius domũ munuſcula contulerunt. Alteꝛ ꝙ iter
ſecturus regem in hoſtiũ caſtra penetraſſet:regẽq; ipm metu inſidiarũ perterritum ab obſi-
dione remouiſſet:maximis ſunt & laudibus & muneribus pſecuti. Agro enim tranſtyberĩ
donauerint:quæ ne tanti beneficii excidere poſſet memoria:Arua Mutia uocauerũt Quid
in Cocleam uirginem:quam primam oium equeſtri ſtatua decorarunt? Quid in Manliũ
a quo ſunt Galli e ſupremo iam Capitolio deiecti:commendatus a ſuis uehementer. parũ
id quidem:quando uerba magno non conſtant:ſed militari etiam conſenſu donatus eſt.
Singuli enim milites ac tribuni ſex quiſq; libras farris totidẽq; uini quartarios ĩ ædes quæ
erant illi in Capitolio contulerunt Magna me hercule præmia in tanta preſertim charita-
te rerũ. Fame eni duriſſima præmebanť:ſed erant grati in homines. Quid igitur poſtula-
mus:etiam ne inſeras:certe ſane quod equidẽ uæhemẽter admiror:tam ad unguẽ (ut aiũt)
gratos eſſe uoluiſſe. Nam cũ anſerũ ſtrepitu Manlius aſcenſum hoſtiũ præſenſiſſet: ſtatue-
runt anſerũ cibaria imprimis a cenſoribus collocari. Vide q̃tum abeſt ut fuiſſe eos ĩgratos
dicam:qui cũ anſeribus beneficio certauerunt. Quid in Minutiũ Augurinũ: pretiũ farris ĩ
tribus nundinis ad aſſem redigenti:ſtatuam auratã extra portã tergeminã:ſtipe ab uniuer-
ſo collata populo dicauerunt. Trebio uero ꝙ ædilis frumentum populo preſtitiſſet idem
honor ſtatuæ in palatio & Capitolio ceſſit. functus aũt uita populi humeris in togũ porta-
tus eſt. Sic Valerius ille qui Publicola eſt appellatus:ſic Agrippa:Senatus plæbiſq; concilia
tor:ſic alii permulti. Quid dicam. T. Manlium Torquatũ nõ ſolum aurea corona donatũ:
ſed cognomen ſibi ac ſuis poſteris adeptum:ꝙ Gallũ ſingulari certamine ſuperaſſet: & pro
Concione a dictatore Quinto cõmendatum. Obruor copia exemplorum: ſed indulgebo
mihi:pauciſq; expoſitis:modum illis imponam. Cornelio conſule exercitum. Romanum
incaute per hoſtium fines ducente:cum ſigna referre non poſſet:circumſeſſuſq; ab hoſtibus
magno cum periculo in apertam calamitatem incidiſſet. P. Decius Tribunus plæbis nouo
conſilio exercitum & conſulem liberauit. Pauloq; poſt & ſamnitum copias fudit: præclara
quidem res digna nomine Deciorum. Sed num fuit conſul ingratus? num uniuerſus exer-
citus gratiam nõ ægit? Laudato enim in Concione coronã auream:boues centum: unũq;
præter cæteros niueum auratis cornibus conſul largitus eſt. A legiõibus autem graminea
corona capiti eius impoſita porro tertiã milites obtulerunt:qui Decium ſecuti tam præcla
ro facinori interfuiſſent. Iis conſul ſingulas boues & binas tunicas:Legiones autem libras
farris & uini ſextarios contulerunt:ut plane mihi exclamare libeat:O tempora:o mores pri
ſcos:quantam in rebus omnibus diligentiam:q̃tam in beneficiis referendis gratiã adhibe
bant. Valerium poſtea dictũ Coruinum:Camillus dictator:Seruiliũ Corneliũ Lentulus cõ
ſul aurea corona donauit. C. Duellio:qui primus naualem uictoriam ex Carthaginenſibus
reportauit:quot honores a Senatu decreti? Et nos quidem audemus illos accuſare. facim⁹
profecto non grate:qui eos ſic appellemus ingratos. Nam quid ego dicam templum illud
Fortunæ:quid ædem pietatis: quid conſtitutionem illam præclaram:qui in legatione mo
rirentur:his equeſtres in foro ſtatuas collocandas Sed pretereamus ſane exempla domeſti
ca. Eumenidi ꝙ cõtra Anthiocum bellum cum Populo Ro geſſiſſet uniuerſam Aſiam cõ
ceſſerunt. Maſſilienſibus ꝙ pecuniam publice exactam Romam miſiſſet:qua ſe. P. R. a Gal-
lorum obſidione redimeret:locus ſpectatuli in Senatu datus:immunitas decreta eſt Fœd⁹
quoq; cum his æquo iure percuſſum. Cum Ceretibus ꝙ ſacra ſacerdotemq; Romanũ Gal-
lorum incendia fugientem recepiſſent auſpicia propterea fieri decreuerunt. Quid illa lega
tio ad Etholos ut ex urbibus Acarnaniæ præſidia deducerent:liberos eſſe paterentur:qui ſo
li contra Troianos originis ſuæ auctores auxilia non preſtitiſſet. q̃ longe dii imortales re-

petita

petita gratitudo:ut non ſolum recentia & in ſe collata:ſed uetuſtiſſima maiorum ſuorum
beneficia recognoſcerent. Sed ne unius Populi Romani exemplis inniti uideamur: quid
ſenſerint cæteri cogitemus. Ea res iudicio eſſe poteſt q̃tam ingratitudinem aſpernati uitā
dum id uitii:ac totis uiribus fugiēdum putauerunt. Nam quæ de Ariſtide atq; Eſchine cæ-
teriſq; dicebas:non ſecus accipienda exiſtimo:q̃ quæ de Aphricano & Camillo afferebant-
tur:plus ualuiſſe ius publicum ciuitatis:q̃ priuata merita paucorum. Quanq̃ ideo quoq;
arbitror fieri potuiſſe:ut ciuitates non ſemper bonorū cura atq; auctoritate regerentur:ſæ-
pe factionibus inteſtiniſq; diſcordiis:ſtatu Reip. perturbato:& ordinum ac magiſtratuum
dignitate ſublata:leges non ualent æquitatis:iudicia cōtemnunt́ repellūtur optimi quiq;:
& in ſceleratorum omnia poteſtate ſita non ratione:ſed libidine:non moderatione ſed im
petu:non auctoritate ſed licentia:non deniq; iure:non legibus:ſed iniuria:ſed ambitionis
furore geruntur. Quod equidem non negauerim tunc accidere potuiſſe: quum pulſus eſt
e ciuitate Themiſtocles:quum Theſeus e regno eiectus:quū miſſus in exilium Ariſtides.
Sed ego nō ꝙ ſeditioſi:aut ſcelerati homines fecerint quærendum puto:ſed quid ſanctiſſi-
mi ciues egerint conſyderandum. Omnes enim inuenio fuiſſe gratiſſimos. Sed ne accuſa
obſecro Athenienſes. Nam quid ſi tuus adeſſe poſſet. Hyppocrates:ille uero nequaq̃ tibi iſta
concederet:qui cum uenientem ex Illyriis peſtem prædixiſſet:miſſis per omnes Græciæ ci-
uitates diſcipulis ad remedia conferenda: Athenienſes ac etiam totius Græciæ ciuitates ho
nores illi Herculis decreuerunt:diuino affecti beneficio:diuinam gratiam referētes. Quid
in Beroſum cui futura præſentienti:& multa tanq̃ cerneret diuinātı ı ſtatuam aurata lingua
collocauerunt. Quid rurſus in Demoſthenem:qui cum ciuitatem ad bellum contra Ale-
xandrum ſuſcipiendum impuliſſet:idq; ut faceret aurum ab Arpago quodam accepiſſet:
pulſus ciuitate forte apud Megaras exulabat:haud multis poſt diebus Athenienſes legatū
ad Peloponenſes ſollicitandos mittunt:hunc ſecutus Demoſthenes Siciones agros Cori-
thum & reliquas Græciæ ciuitates Athenienſibus ſua illa diuina eloquentiæ ubertate con-
iunxit:qua cognita re Athenienſes miſſa obuiam naui cum ſūmo conſenſu oīum ab exilio
reuocauerūt:dignitatemq; priſtinam reddiderūt. Armodiū & Ariſtogonem ꝙ Ippia tyrā-
no interfecto ciuitatem ſeruitute liberaſſent publico decreto ſeruis aſpicere non licebat:ne
qui libertatem ipſi peperiſſent ſeruili pollui aſpectu uiderent́. q̃ propenſa gratia:q̃ honeſtas
& tamen adhuc priuatos agimus. Cheroneſſi populum Athenienſem contra Philippū au-
xilia ferentem coronauerūt aurea corona:gratiarū quoq; templum benefici teſtimonium
erexere. Quid Biſantios atq; Perinthios dicam:qui eidem populo:ꝙ eūdem regem oīa eo-
rum oppida ferro atq; incendio uaſtantem repreſſiſſet:ſtatuam ſexdecim cubitorum I Boſ-
fore poſuere: Quid illa Solonis lege preclarius: qui pro patria in bello cecidiſſent maxie
illuſtrandos eſſe & clariſſimis monumentis exornādos:liberos uero eorū publice alendos
atq; erudiēdos eſſe. Actionē quoq; aduerſus ingratos īexpiabili lege ſanxerūt. credo Per-
ſas fecit:apud quos duriſſimis ingrati ſuppliciis afficiunt́:infameſq; habent́. Audio quaſ
dam fuiſſe nationes:ubi ſi q eius criminis conuicti eſſent:palo medio gutture traiecto neca
bant́. Dignū ſane tā nefario ſcelere ſuppliciū. Quid illud ab Athenienſibus primū:mox a
Romanis inſtitutū:ſeruos q eſſent manumiſſi:nulla re alia in ſeruitutē redigi poſſe:niſi ali-
qua erga dn̄os ingratitudine notarent́. Cōmendandi etiā Maſſilienſes: apud quos ingra-
tos ſeruos etiā ſi ter fuiſſent manumiſſi:in priſtinā tamē cōditionē cogere licebat. Sed ni-
mis exemplis abundamus. Satis equidē arbitror demōſtratū neq; naturalem eſſe ingratitu
dinem:quam optimi & ꝓbatiſſimi quiq; deteſtant́:nec rurſus bonam:cuius arcendæ ac pu
niendæ gratia tot leges excogitatæ:tot confirmati mores:tot deniq; oīum hoīum & ciui-
tatū conſenſu penæ conſtitutæ. Atqui utilis eſt igratitudo & ſæpe neceſſaria. Sic.n. uideri
tibi dicebas. fateor id qdē:ſed his dūtaxat utilis:qui in cōgerēdas pecunias:accumulādaſq;
diuitias oēm ſpē atq; aīum contulerūt. q̃q̃ iis ipſis obeſſe poteſt nōnūq̃:quos nemo (ſi mō
ſciat eē ingratos) liberaliter poterit magnificeq; tractare: ſed eā tu ideo uolebas eē neceſſa-
riam:qūi neq; furioſis parētibus ferrū eēt exhibēdum:neq; amicis turpibus in rebus conſe-
quendum:neq; ægrotis familiaribus aqua porrigenda:quis nō tibi iſta cōcedat?̄ tū ingra
titudinem hāc eē fateatur?̄ nā hoc totū eſt a me. Præbere.n. furioſo ferrū: ægroto aquā ad-
miniſtrare:quod obſecro incōmodum maius poſſet afferri:tibi uero q iſta nō facerēt uide
rentur ingrati. eqdē delyrare te dicerem:niſi ſcirē tuā longe ab oratione ſniam abhorrere
& aīum ipſum uehemēter cū lingua pugnare. Quæ maior ingratitudo:quæ imanitas eſſe
tacio:q̃ præſtare amico quæ non mō uideas profutura. ſed ualde ēt nocitura eſſe cogno-
ſcas?̄ Pulchra ſane uero beniuolētia:tum multo pulchrior ſi hoc beniuolēdi genere aduer-
ſus inimicos utemur noſtros:eoſq; tanto nobis uinculo colligatos hac ipſa charitate & be-

niuolentia proſequemur. Nam in amicos qdem nõ attinet dicere. Video te ample ſatis de
liberalitate magnificeq; locutũ: ut ſumus oẽs loquẽdo magis q̃ faciẽdo magnifici. Lauda
mus liberalitatẽ: in cœlũ tollimus ſapiẽtiã: doctiſſimũ quẽq; ſuſpicimus: admiramur: & oĩ
ornamẽto digniſſimũ iudicantes: in ſũmo cœli culmine collocamus. uerba tñ ſola ꝓfũdi
mus: rem & pecuniã continemus: ꝓbitas (ut ait Poeta) laudatur & alget. Siqui grãm expe
tant beneficii: eos ais uel aucupibus: uel mercatoribus eſſe ſimillimos. Ego uero in liberali
tate preciũ expetendũ eẽ non arbitror. ſed nec tñ (ſi res exigat) deſperandũ. Nõ ꝙ ipſi repe
tere debeamus grãm. ſed hi ſi ipſi qbus fuimus bñfici officio fungentes ſuo ultro nobis (cũ
opus eſt) referre teneantur. Nam quid ego dignũ tua magnificẽtia dicam? qui ſtatueris ho
minẽ in bñficiis conferẽdis & in hoc ipſo genere largiẽdi diis eẽ mortalibus compatãdũ:
qui ut gratis ſic ẽt ingratis lunam ſplendere: lucere: atq; oriri: ſolem & terram ac cœlũ pate
re uoluerũt. Vide ne ranã (ut eſt in fabulis) imitemur: q̃ cũ boue de magnitudine certatura
tanto præſſo diu ſpiritu intumuit: ut ſuã egreſſa magnitudinẽ rumperetur. Nã ſi dii immor-
tales: quoꝝ beneficio ſumus cœlũ terrã: mare: uitã: atq; oĩa conſecuti: magna in nos ſemp
munera contulerunt: ſi frumentũ: ſi poma: ſi aurũ: ſi deniq; cætera ad uſum hoĩum produxe
runt: num putas quaſi aceruos illis extare qui donis aut largitione minuantur? num uaſa q̃
depleantur. Habẽt. n. dii rerũ oĩum copiã incredibilem: atq; abũdantiã rediuiuã: quæ nec
carpẽdo exhauriri põt: nec ulla ui aut tempeſtate intercipi ſtabilis eſt: plena eſt & ſempiter-
na: nullo exhauſtu: nullaq; attenuatione decreſcens. Itaq; dii ſecure plenaq; (ut dicit) manu
largiuntur: homini alia ratio eſt habenda: ſunt educandi liberi: ſunt alendi parentes: ſũt ẽt
amici atq; affines (ſiq ſint) pauperes ſuſtentandi. Quibus rebus hæc ſiunt oportet quærere
labore & uigilantia: quæſita uero non temere diſſipare: nec in ſterilem terram ſemina ꝓii-
cere: ſed ubertimo & fertili ſolo cõmittere. Nam ubi ſunt illa exhauſta: nouo labori ẽ opus
tum ætas laboris patiens (niſi parta ſint iuueni quibus ſuſtẽtetur ſenex) in triſtiſſima æternum-
na laborioſiſſimaq; miſeria conſeneſcet: fame fortaſſe moriturus: illachrymatus: iſepultuſq;
morietur. Domus enim ætatis ſenectus eſt: illo ſunt noſtri labores: noſtræ peregrinatiões:
negociationes: conſilia referenda: ut tranquillam quietem & rebus afluentem neceſſariis
tanq̃ domum habitemus. Hæc qui non cogitat: atria luſtrabit uacua: & tunc demum ſapiet
quum nequicq̃ ſapiet. Itaq; hominis plurimum intererit quibus elargiatur: deoꝝ nihil in-
tererit. Ciuitates autem & imperatores: q̃q̃ maxima ſolent conferre cũ militibus præmia:
tum ciuibus ornamenta: qui præclaꝝ aliquid eoꝝ gratia geſſiſſent: non tamẽ eſt magno-
pere mirandũ: ſi nullũ ſæpe uelit inter gratos atq; ingratos eſſe diſcrimen. Nam ſunt quæ-
dam genera donorũ quæ niſi publice oĩbuſq; conferant: non gratiã inibunt aliquam: ſed
odium atq; inuidiam parient ſempiternam: ambitionis potius q̃ liberalitatis nomen habi-
tura. Siquis frumento populũ donauerit: exercitum ſtipendio auxerit? ciuitatibus uectiga
lia remiſerit: idq; publice in uniuerſos egerit: maximã ille quidẽ oĩum beniuolentiam cõ-
parabit: & liberalitatis ſibi uendicans opinionẽ ampliſſimã ex ea largitione gloriã conſeq̃
tur. Sin id efficiet priuatim in ſingulos: inuidia cõflata multorũ beneficentiæ nomẽ tolli: &
ſuſpicio naſcitur ambitionis. Quare coacte ciuitates & imperatores nõ ut ingratis quicq̃ cõ-
ferri uelint. ſed ne diſſidium pariant: neue factioſi aut ambitioſi uideantur: ut poſſint gratis
præſtare beneficia: præſtabunt etiam ingratis. illis ornamenti grã: his uero ignominiæ fu-
giendæ. Accedit ad hæc illa altera tua magnificẽtia: non ſolum nullam ex liberalitate gra-
tiam expectandam eſſe. ſed quãtopere fieri poſſit beneficiũ occultandũ. & Theſibium mihi
neſcio quem: afferebas ab Archeſilao optimo & ſapientiſſimo uiro inſigni diſſimulatione
donatum: cuius exemplo rapuiſſe me ſublimẽ & in priſtinum compegiſſe uidebaris. ſed
ego mollam illam aſinariam: ſi modo potero detrectabo: nã cũ omne beneficiũ ex duobus
ſæpiſſime conſtare uideatur: conferente altero: altero uero accipiente: nunq̃ negauerim ab
altero perq̃ diligenter occulendũ: atq; omni ſtudio tegendũ eſſe: ab altero aũt qui accæpe-
rit: quanta maxima poteſt manifeſtatione prædicandũ: omnibuſq; patefaciendum. Exem
plo nobis poteſt eſſe terra: cui quotiens ſemina cõmittuntur: occulenda ſunt & comprimẽ
da uehementer paulatim illa deinde cõmiſſa exerit atq; oſtentat & radicibus longe lateq;
propagatis ramuſculis exornat: & quo apertius illa uideri poſſint: ſuauiſſimo & pulcherri-
mo flore præcingit: & quaſi lætitia geſtiẽs fructus tandem reddit uberrimos. Sic qui ſemi
nat beneficium occulere illud debet: & quaſi tectum animo comprimere ne cernatur: q ue
ro accipit exerere ac manifeſtare & quibuſdã laudis ramuſculis munire: floribuſq; ueſtire
dignitatis: ut etſi fuerit exiguũ tanq̃ ſemen aliquod q̃ latiſſime propagetur extollendo &
prædicando. Poſtremo uero grãm referendo. Sed ego ab Archeſilao tuo non diſcedã lon
gius. Fuit is auditor Crantoris: a quo cum diligẽtiſſime philoſophiæ præceptis imbueret
dixiſſetq;

dixiſſetq; Crantor carmen illud Euripidis. Num gratias habebis uirgo ſi te ſeruarim. nam
putabat hoc præſtare phiam ut eam ſecuti:liberi ab omni fortunæ impetu ſeruarẽtur. Re-
ſpondens Archeſilaus uerſu ſequenti. Duc ait me hoſpes. & ancillam aut coniugem ut uo
les habe. Quibus uerbis oſtẽdit nullã eſſe tam uberẽ & cumulatã gratiam: quæ pro accæ-
pro beneficio digne ſatis referri poſſit:ne libertas quidẽ:cuius cõſeruãdæ gratia Clito gna
tus ille Gallicus filios cenſuit comedẽdos. Quod phaliſci plane oſtẽderunt:qui proditis a
Pædagogo liberis:hiſq; a Camillo reſtitutis ueteri ſeſe libertate ſpoliare:ꝙ ingrati cenſeri
maluerunt. Quid Carneades:nõne quotiens in Criſippi cuius fuerat auditor mentionem
incidiſſet:apte dicere ſolebat. Niſi Criſippus fuiſſet ego profecto non eſſem: quid ẽt illud
ipſe Criſippus:qui cũ aduerſus Cleantẽ aliqñ paulo contẽtioſius diſputaſſet: cæteris in re-
bus ſe dicebat eſſe fœlicẽ:aduerſus unũ Cleantem infœliciſſimũ:adeo ſibi turpiſſime facere
uidebatur:a quo diſciplinam oẽm accæpiſſet:eũ ſic diſputando & contẽdo laceſſere. Plato
nem adhuc pœne puerꝫ damnato Socrate ſuggeſtum conſcendiſſe accæpimus:ac Socratẽ
præceptorem defendere uoluiſſe. ſed ætate prohibitus Socratem quocunq; acceſſiſſet ha-
bebat in ore:illius uirtutẽ:illius humanitatẽ ſapiẽtiam:integritatẽ:in omni hoĩum frequẽ-
tia prædicabat. Aliquãto mollior. ſed tñ idẽ ſentiens Epicurus:gratiã amici :ẽt abſentibus
dicebat eſſe referendã. Sed quid ego ueterꝫ dicta cõmemoro:cũ extent ẽt facta. Sculpſit in
arce gratias:quas græci appellãt. Socrates primũ : mox Speuſippus in Platonis
ſchola:quæ erat in achademia collocauit. Erant ſorores tres & uirgines & puellæ manus i-
nicem cõplicatas tripudiantiũ more gerentes:riſu præterea ſeſe ac mutua congratulatione
delectantes. ueſtis aũt ꝓfuſa nimis & perſpicua eadẽq; oĩbus uidebatur. Sed uide ꝙ uenu-
ſte:ꝙ ẽt fuerant depictæ præclare:nec tñ ad oculos detinendos:ꝙ ad cõmonendos aĩos ex-
cogitatæ:quas ideo tres eẽ uoluerunt:ut primã dantẽ:alteram accipientẽ:reddentem tertiã
denotarent. Manus aũt conſertas & cõplicatas nihil aliud arbitror:ꝙ beneficiorꝫ uincula ſi-
gnificare uoluiſſe ut nunꝙ eſſet finis gratiæ referendæ:ſed eo rediret unde eſſet illa ꝓfecta.
Puellas quidem ac uirgines riſu ſeſe aſpicientes:recentẽ gratiã:eãq; nõ corrupte. ſed ĩtegre
non turpiter ſed honeſte:non duriter atq; aſpere. ſed iucunde ac placide referendã. Quid
luculentas & profuſas ueſtes:an aliud ſibi credimus uoluiſſe ꝙ liberalẽ largitionem atq; ap
tam remunerationẽ eſſe debere:ut neq; auare cõferatꝰ beneficiũ neq; referatꝰ occulte. Sic So
crates:ſic Speuſippus iuſſit inſculpi. Quocirca non ſic ſpem oẽm mercedis abiiciendã puto:
non tamen dixerim repetendam eſſe mercedẽ:nimis id quidem eſſet illiberale. ſed nec de-
ſperandam quidẽ cuius aliquãdo poſſis agere. Quid. n. ſtultius:ꝙ ꝓuidere aliis:tibiipſi mi
nime conſulere:cũ benefacies? Si quẽ tu ab inimicis aut hoſtibus eripuiſti:ſi quẽ afflictum
excitaſti:exulẽ hoſpitio ſuſcepiſti: tuq; in eandẽ incidas calamitatẽ:nõne idem aduerſus te
fieri paremq; referri gratiã expectabis? Mihi uero nunꝙ tãti erit in alios liberalitas. ut in me
ipſum efficiar illiberalis:nec tam diligẽs patronus ſalutis alienæ. ut quid mea poſtulet ne-
gligentia non cõſiderem. Oẽs fere mortales ſpe quadã alimur & ſuſtentamur:qua ſublata
nemo eſt qui beneficia putet eẽ præſtãda:nemo q regibus:qui reip. qui ſenatui cenſeat ob-
ſequendũ. Quod ſi quibus nũquã fuimus honori:nunquã ꝑſidio:nũquã utilitati: ĩpetrare
tñ ab his aliquid non deſperemus:quãtã in his ſpem putabimus collocandã:quos ornaui-
mus:iuuimus & in quãta ampliſſima fieri potuit dignitate cõſtituimus? tu tñ nihil ab eis
cenſes eẽ ſperandum:quid ab hoſtibus ſi ab his nihil ſperem? Rem equidẽ fateor ualde ꝓ-
claram cumulare beneficia ẽt aduerſus ingratos:nec fructus aliquos expectare. ſed ad deos
non hoĩes (ut diximus) pertinentẽ:quibus tanta rerꝫ oĩum æternarꝫ abundantia: copiaq;
ſuppeditat. ut non ſolũ modio non menſurare. ſed nec mẽte quidẽ ipſa cogitare ualeamꝰ.
Hominis aũt fortunæ tenues ac perexiguæ & ad oẽm iacturam ac tempeſtatem expoſitæ di-
ligenter cõſtituẽdæ ſunt:ne naui ſemel fracta:raſo (ut aiunt) capite limina luſtremus aliena
& mendicam (ut dicitur) opẽ imploremus. Eas uero ſi quis ſuo detrimẽto beneficus etiam
ingratis uelit elargiri:iam bonos atq; gratos ꝓpter illarꝫ exiguitatẽ cõferre non poterit. Atq
ſuere tu me & uacare mẽte:nedũ phiam puertere clamabas:qui dixiſſem hoĩes deceptos ſe-
mel ab ĩgratis:in bonos & gratos liberales amplius & beneficos eẽ nõ poſſe. Hæ tibi illæ tã
magnæ ſuriæ uidebantur. quibus uniuerſum Phie prouinciam populatus tanquã ad arma
atq; ad bella excitarẽ. Sed ego uirum ſecuriorem te uidi neminem:qui ne in manifeſto qui
dem periculo pertimeſcas. Cæterũ quotiens a te non dicam pecunias. nam denegantur il-
læ neſcio quo pacto confidẽtius. ſed libellum aliquẽ uel perexiguum poſtulaui:tollebas ma
nus:cœlum intuebaris. & deos te imortales iuraſſe dicebas nemini copiam eſſe facturum:
ꝙ eſſes a neſcio quo tuo. ut dicebas:familiare deceptus:cuius tamen nomen dicere uereba
ris. Vide ut tuo te mucrone iugulauerim:qui ſi ſic cenſes in liberalitate & beneficentia pſe-

uerandum.ut nullius culpa terreamur.nec etiam decepti alieno ſcelere ab officio conſue
tudineq; nr̃a tã præclara moueamur:cur igitur uel ita facis ut nõ ſentis. uel ita nõ ſentis ut
non ſentis ut dicis:Ne ride.Nam id profecto inficiari non potes.Equidem cũ,ſæpe alias.tũ
etiam heri uacuus a te diſcedens nouam iſtam in te religionem non mediocriter incuſaui.
Cum enim Celſi tui uidendi magna me libido inceſſiſſet:audiueram mirifice illum de me-
dicina locutum:clariſſimos quoſq; medicos complexum:quos nõ tunc deos:quos nõ ho-
mines teſtabaris? non modo mihi quo cum eſſes hac mediocri conſuetudine,& familiari-
tate coniunctus.ſed parenti quidem tuo(ſi forte reuiuiſceret)copiam eſſe facturum. Atqui
utinam tu ſolus ea ſententia eſſes.idem & multi & ſæpe factitarunt.ut ab aliquo quodam
decepti uel in rebus aliis.uel maxime in pecunia:quæ ueris(ut ait poeta) lachrymis amiſſa
ploratur.nulli amplius fidem putent adhibendam.Negare non poſſum facere eos praue.
ſed tamen eam prauitatem q̃pauciſſimi cogitant.uel quia natura ipſa illiberales occaſionẽ
negandi ſatis idoneam nacti ſibi eſſe uidebãtur.uel qm̃(ut eſt in ueteri prouerbio) Quos
ignis flãmaq; offenderit:hi fumo cinereq; terrentur.Si hirundines:ſi paſſeres . ſi columbæ
calamitatem ſuam minime ſentientes:eodem in nido pullos perdere perſeuerent : non ui-
deo cur idem mihi cenſeas faciendum.niſi fortaſſe quoniam illi laqueo ſæpe capiuntur:mi
hi quoq; laqueum adire ac meme ſuſpendere perſuadeas.Nam duces quidem & imperato-
res ſemel(ut dicebas)bello ſuperari:nouum conſilium inire:integrum exercitum cogere.
poſtremo prœlium inſtaurare conſueuerunt:fateor ſi copias auxerint:locum æquiorem le-
gerint:uincendi ſpem firmam duxerint:alioquin bello diſcedentes in certamen iterũ uen-
turos eſſe arbitror. Non illepide Venetum illum afferebas.ſed uide ne non indigni dece-
ptione uideamur.ſi minus q̃ ſit neceſſe caueãt. Vetus prouerbium eſt multorum conſenſu
& opinione probatum.Decipiendi me ſemel dii male faxint:faxintq; bene ſi bis idem ille
deceperit. Alterum enim in decipientis perfidia poſitum eſt.alterum a noſtra ſola temerita
te profectum.Qui quam in foueam delapſi ſemel inſcitia ſumus:in eandem iterum negli-
gentia noſtra delabimur.Quod qui faciunt omni mihi ui dentur deceptione digniſſimi .
Quamobrem ita nobis cauendum eſt:ne(quod dici ſolet)ridiculum incõmodum ſubeun
tes:nobis detrimento.riſui cæteris futuri eſſe uideamur.Sunt hæc(ut arbitror) ꝑpemodũ
abſoluta.niſi nouum aliquod bellũ exoriatur.Quæ reliqua ſunt diſputatiõis noſtræ haud
magno negocio retrudemus.& q̃breuiſſime fieri poterit refellemus.Vide quantũ in te cõ-
ceperim animi:quæ quãquã ſunt a te dicta copioſe.tamen latere nos diutius.quæ uera nõ
ſunt.& ſeſe occultare non poſſunt. Video diuiſionem illam ingratorum.cum numero . tũ
etiam ordine non tibi admodam placuiſſe. De ordine mox dicemus:nunc numerum ipſu
an omnia capiat uideamus.Quãquã ita ipſe rem omnem explicaſti.ut non ſit multũ no-
bis elaborandum.Qui occulte refert gratiam.quid agit aliud q̃ gratiam non referre:obti
net enim teſtimonii uim gratia.Nam & accæpta beneficia fateri debet . & promeritum ac
uirtutem teſtificatur alienam.Teſtimonium uero ſic præſtandum eſt ut palã publiceq; nul
la cum diſſimulatione præſtetur. Aliter uero ſi fiat neq; uim habebit aliquam:nec teſtimo
nium rite uidebitur appellandum.Quocirca qui ſic referunt ut occultent in primo diuiſio
nis noſtræ genere cenſeo collocandos.Sic qui inſolenter.qui duriter.qui tarde rettulerũt
ueluti teſtimonium uel extra iudiciũ & ſtatutum diem.uel ab odio ira maliuolentiaq; pro
fectum:iuris ac legum auctoritate repellitur nullam habens uim ad res ipſas quarum naſci
tur controuerſia diiudicandas.Sæpe iam diximus tum demum gratiam eſſe referendam :
cum ſit neceſſaria.Habenda eſt enim in animo ſemper & tanquã parata omni negligentia
& tarditate reiecta.Qui uero maximis accæptis beneficiis:ficubus ſe ac nucibus ſatiſfacere.
gratiamq; accumulate referre arbitrantur.plus errant q̃ tota uia . Sunt enim cõplicatæ ma-
nus illæ gratiarum & perpetuo ſeſe ambitu reddẽtes. Vbi beneficium accæperis:quo plus
referas.plus referre teneatis.Nec ſolum benefacienti.ſed etiam benefacere uolenti . Sedet
in animo promeritum:a quo euelli radicitus nec poteſt.nec debet. Qui arborẽ ſerit. ſemel
ſerit.fructus tamen illa ſemper parit uberrimos.Nec eſt beneficium in animo tanquã lapis
in agro.qui moueri aratro atq; abiici queat.ſola memoria excitatur:quæ quo plus excitat
eo magis magiſq; complectitur uoluntate referendi ſempiterna.ut uectigalia.quãquã ſæ-
pius exacta.debentur tamen ſemper quotannis.Habet enim bñficium quandam(ut ita di-
cam)obligationem meritorum collatione comparatam.& radicem quandam humanita
tis altiſſimam atq; immenſam a beniuolentia.officio.ſtudio.charitate profectam.quæ oĩa
debẽt eſſe ſempiterna & uires ingentes a uetuſtatis diuturnitate ſuſcipere.Sed iam ad ordi
nem accedamus.ubi tu me ꝑpoſterum iudicans.machinaſq; intendens expugnare undiq;
intendens expugnare undiq; pertentaſti.ſed nondum noſtra propugnacula labefacta ac fũ
ditus deiecta

ditus delecta uideo. Oblitos beneficii cæteris: tua ſententia: deteriores exiſtimabas: eamq;
ob rem ultimo in loco ſtatuebas illos: alteros facile ſe ad gratiam cõuerſuros mitigari poſ
ſe & odium illud uel uetuſtate ſedari. uel acceptorum meritorum memoria & cogitatione
deponi: oblitos in eadem pertinacia hæſuros nullo pacto ab ĩgratitudine poſſe diuelli: nec
aliqua teneri recordatione quominus iniuriam nobis afferant & contumeliam: quos nul-
la officii: cuius omnem illi penitus memoriam abiecerũt moderatione leniemus: eoq; no-
biſcum agent inſolentius: quo quicq̃ ſe nobis debere non putant. Quã pulchra hæc: q̃ etiã
probabilia: quãq̃ mihi minime quidem uidentur eſſe probanda. Sunt enim: quos ais: lõge
fateor ingratiſſimi. ſed illis alteris nullo pacto quantũ ad ingratitudinem attinet comparã
di. Nam ſiquando nobis nocuerunt laceſſiti: digni uenia uidentur: cum ſuis ſe adiutoribus
ſe nocere non putent. quod ſi putarent: nunq̃ fortaſſe nocerẽt: & (quod ego ſæpe iam dixi)
animus eſt hominum contemplandus. & cum in rebus aliis: tum maxime in liberalitate &
beneficentia quaſi ad ſpeculum intuendus ad animum ſunt omnia referenda: animo duce
uiuimus: animum rerum omnium teſtem habemus: quod præter illum agimus: id nõ agi-
mus: qui oblitus trahitur ad nocendum: is errore trahitur & ignoratione peccati. Qui ue-
ro memoria tenens beneficium inſidiari tibi atq; obeſſe non ueretur: non errore. ſed perfi
dia. non ignoratione aliqua. ſed atroci quadam & efferata immanitate peccabit. Plurimũ
quidem intereſt animo ne homines & ſtudio ita faciendi an caſu aliquo & fortunæ delin-
quant. Sponte ſua peccarunt illi: hi uero deliquerunt inuiti. Quocirca recte mihi utrũq; ge
nus uideor collocaſſe: tu (ſi aliter cenſeas) ages ut uoles. ego ſequar iudicium tuum: modo
æquum te iudicem præbeas & ueritati ſtudentem: non mecum dedita opera cauillantem.
Reliquum eſt quod tu mihi maxima & incredibili copia dicendi extorquere nitebaris. In
gratos nequaq̃ impune peccare: quo in loco cum deos deuitari me dicerem non tam de-
os ipſos defendere: q̃ quantum ipſe diſputando ualeres oſtendere uoluiſti. Nam & præter
Iudices illos inferorum graues atq; ſeueros multa impendere ingratis ſupplicia contendi-
ſti: quæ mihi paulo mecum altius repetenti uera nimirum eſſe uidebantur. ſed ad penam il
lam quam in animo ipſe conceperam non accedebant. Magna mehercule pena: omnibus
odio eſſe: maior beneficio dignum non putari multo: maxima omnium charitate: amicicia
ope: auxilio: beniuolentia ſpoliari. Sed homini irato & a reo cruciatum expoſtulanti non
ſunt iſta ſatis. Furtum quis cõmiſit: pellitur domo: nulla fide dignus exiſtimatur. Magnum
hoc quidem: ſed niſi tortus eiulatus emittat: niſi cruci affixus dependeat: niſi uitã ipſam una
cum ſcelere deponat: uix eum putauerim dignas ſatis penas ac ſupplicia perſoluiſſe. Nã ſũt
paulo leuiora mulctari pecunia: notas frontibus inuri: mediocribus etiam ſuppliciis excru
ciari: uirgis cædi: totam Vrbem nudatum cæſumq; luſtrare: his ingrati ſi afficerentur: poſſẽ
uel mediocriter eſſe contentus: quãq̃ duriora illa parari cupiebam. Nam ſiquis furto depræ
henſus & ſi fidem non uiolat: duriſſima tamen morte mulctatur: qua pena: qua mulcta: quo
ſupplicio digni erunt ingrati qui ſola perfidia adducti ius omne fidemq; peruerterunt. Sed
iam finem dicendi faciam: nec cõmittam ut ꝓuinciam occupem alienam. Dixi plæraq; cõ-
fidentius: multa etiam percurri celeriter in qbus me tibi plene ſatiſfeciſſe non arbitror. Nec
enim quæ ſunt a te cõtra meam opinionem ſapientiſſime (ut ſoles) acerrimeq; prolata: ma-
gnopere me cõmouerunt: non q non eſſent illa dicta præclare. ſed aliud eſt controuerſiam
agere: ubi aduerſarium paulo cupidius oppugnamus: aliud ſententiam ferre: ubi quod ue-
rum ſit ſtudioſius diligentiuſq; perquirimus. Satis longam mecum ægiſti controuerſiam:
meq; ex omni parte quaſi ſtimulo pupugiſti: nunc ſententiam feras oportet. & quid de in-
gratitudine ſentias: non quid diſputare poſſis aperias. Vide quantum tibi tribuam auctori
tatis. ut quem habuerim aduerſarium: eum mihi iudicem eadem in cauſa conſtituam. Spe-
ro equidem ſententias meas a te paulo ante deiectas. & quaſi igni ferroq; uaſtatas reædifi-
caturum. Quod ſi feceris ardentius me ad hæc philoſophandi ſtudia prouocaueris: ſpemq;
induxeris meliorem. Nam (ut eſt in prouerbio) qui aliquando non inepte ſapienter nunq̃
Quæ cum eſſent dicta conticui.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI DE INGRATITVDINE FVGIENDA AD PANDVLFVM BALIONIVM LIBER TERTIVS.

Enonem illum Ciziceum magnum imprimis : diuinoq; ingenio
uirum: a quo nomen Stoicorum ſimul cum diſciplina manauit: quum
ex Phœnicia nauigans naufragium feciſſet: oraculum conſuluiſſe ſe
z ruunt: quonam pacto uitam poſſet ducere beatum . Reſponſumq; : ſi
uiuens mortuos coleret: futurum illum in omni uita beatiſſimum.
Quo reſponſo ab oraculo accepto: Zenonem ad legẽdum antiquo
rum libros annos iam triginta natam omni ſe ſtudio & diligẽtia cõ
tuliſſe. Qui cum annis multis Cratem Thebanum ſecutus aliquid ſe
adeptum in philoſophia arbitraretur: dixiſſe fertur nunq̃ ſecundioribus uentis nauigaſſe: q̃
cum naufragium feciſſet. Fœlicem ſane nauigationem: & auram longe ſecundiſſimã: quæ
hominem illum præſtantiſſimum ex fortunæ cupiditatemq; fluctibus ac tempeſtatibus li-
beratum: in tutiſſimos philoſophiæ ſinus portũq; tranquilliſſimum deuexiſſet. Mihi quoq;
profectionem meam aliquando cogitanti: & latronum inſidias atq; impetum recordanti :
quãq̃ non tam altus portus: munitum tamen a tempeſtate receptaculum datum eſſe uidet:
qui cum in Ethruriam proficiſcens omnem meum animum atq; ſtudium ad ciuilem ſcien
tiam contuliſſem . Ita ſum fortunæ acerbitate uexatus: ut (etſi fortaſſe non libenter: uere ta-
men) dicere poſſim nullum unq̃ iter contingere mihi glorioſius ac fœlicius potuiſſe: q̃ quũ
in latronum inſidias incidiſſem: a quibus non ſolum rebus ad eam ſciẽtiam neceſſariis. ſed
illo & animo atq; ſtudio ſpoliatus: totum me cum ad res geſtas mortuorum tum uel ma-
xime ad ſanctiſſimam philoſophiæ diſciplinam ſtatui transferendum . Paucis enim rebus
philoſophia ſolet eſſe contenta: ut non ſolum non multis egeat. ſed ne multa quidem cu-
pienda præcipiat. Non ego ciuilia iura contemnam: quæ uel maximam partem obtinent
philoſophiæ: in eaq; fere tota uerſantur: uel ad bene beateq; uiuendum excogitata ex uber
rimo philoſophiæ fonte manarunt: quãq̃ ſunt poſtea progreſſa longius. ut nõ ad ſancte q̃
ad laute uiuendum quæſita eſſe uideantur. Sed de illis alias fortaſſe liberius . Phia uero cũ
fructus alios parit uberrimos: tum ad uirtutem atq; honeſtatemq; uehementer acõmoda-
ta: libidines: uoluptates: flagicia: omniaq; uitiorum genera deteſtatur: inimicaq; temeritati
e ſublimi quodam excelſoq; loco: caſus contemnit humanos: & fortunæ minas impetuſq;
deridet. Hanc qui ſequitur nihil habet quod deſideret beatitudinis: nullus ſibi aditus inter
cluſus ad fœlicitatem. Ob hoc ipſum fœlicior: quoniam ſua eſt quantulacunq; rerum for-
tuna contentus: ut qui nihil omnino ſibi putet cum temeritate: nihil cum ſtultitia eſſe cõ-
mune. Sed philoſophiam aſſequi magnum eſt: magniq; opus: nec humana fluxaq; ſuſcipiẽ
tis. ſed diuina atq; æterna ſectantis. Ad eam tamen conſequendam plurimum ualet exerci
tatio. ualet etiam boni copia præceptoris. Alteram ergo ſi potero non contemnam. Alterũ
fateri poſſum nactum me eſſe præclarum: & qui me non docere ſolum diligenter ſolet. ſed
ad eam ipſam quam dixi exercitationem uehementer hortari: ut currentem non modo cal
caribus pungat: ſed excitatum ardentius: ingenti etiam clamore ſuccendat: quem ſi fata ſu-
perſtitem eſſe patientur: non deſpero me quoq; aliquid deguſtaturum : in quo non pœni-
teat elaboraſſe. Hic dux conſiliorum rationumq; mearum. Hic hortator uirtutum caſtiga-
torq; uitiorum. Hic meorum præcipuus ſtudiorum adiutor. ut qui ante ignaro atq; impe-
rito remigæ per ſcopulos aſperrimos nauigabam: nunc optimo & ſapientiſſimo fretus gu-
bernatori placidiſſimum in portum uidear eſſe delatus. Gratias itaq; latrõibus agere & poſ
ſum & debeo non mediocres: qui me auro ac ueſtibus ſpoliatum in precioſiſſima philoſo-
phiæ ſtudia compulerunt . Si auro illo non caruiſſem nunquã ad hanc me philoſophandi
prouinciam contuliſſem: cuius animus pecuniarum ſtudio & cupiditate incenſus legum ci
uilium incendio atq; ardore flagrabat. Eripuerunt mihi incitamenta uitiorum : uirtutum
irritamenta reliquerunt. Diuinas quibus ad leges eſt opus abſtulerunt : paupertatem phi-
loſophiæ comitem dimiſerũt. O fœlices deos immortales. Inſidias O impetum acerrimo-
rum hoſtium amiciſſimum. O pugnam deniq; illam: in qua uicti ſumus inuictiſſimam: glo
rioſiſſimumq; ex calamitate triumphum: Tũc enim me primum a fortunæ iugo & poteſta-
te ſubtractus ad animi mei quietem: tranquillitatem: ocium: libertatemq; reuocaui . Nam
contentum eſſe ſuis rebus : nihil appetere: nihil quærere: nihil deſiderare : animum ad om-
nem fortunam excelſum gerere: uirtutem ultro complecti: uitia ſponte deteſtari: ea mihi ſũ
ma demum uidetur eſſe libertas. Hæc philoſophia præſtat oĩa: in qua nos Pandulfe : cũ ſæ
pe alias

pe alias tum maxime hoc tempore cum Sulmonenſe duce & præceptore noſtro uerſamur
a quo quæcunq; de ſugienda igratitudine aeccepimus litteris mandare conſtituimus hor
tatu tuo. Itaq; ubi ipſi finem fecimus dicendi me(ut ſolet)commendato in hunc modum
locutus eſt.

Ommodum mihi uidetur hinc abire:ut ad umbram illæ ſub ulmo eſt ſedea-
c mus. Hue iam ſolis radii penetrarunt: quam ego tem (ne orationis tuæ cur-
ſum interpellarem rationeſq; interrumperem)aliq̃to ſum perpeſſus diutius
q̃ ualitudo poſtularet:ſbi:quod eſt reliquum contentionis noſtræ:perſolue-
mus. Eamus inquam:ſed uide ne quod tu nouum i me bellum moliaris. Satis iam uideor
tecum neſcio q̃ æquo marte. conflixiſſe: Satis iam illo ueteri & trito(ut ais)Græculorum
more contendimus. Feci equidem id inuitus:etſi(pace tue dicendum eſt)etiam laceſſitus
& a te ipſo compulſus. Sed iam uides inclinare ſolem. Nunc eo uentum eſt:ut non per infi-
cias contentioneſq; diſcurrere:ſed quod principio dicendi pollicitus es:ſententiam tuam
ſtatuere oporteat. Fortaſſis etiam expectamur domi:tum uereor ne hoc tempus uix tibi ſit
futurum ſatis ad concludendum. Recte opinaris inquit:atq; ita ſubiectis pallis in umbra
conſedimus. Hic ille:Grauiter inquit mecum decertaſti hodie:meq; in mea caſtra fortiter
reppuliſti. Congratulor itaq; tibi uehementer: iampridem acumen tuum ſæpius admira-
tus:magnum neſcio quid de tuo mihi ingenio pollicebar:nunc non admiror ſolum: ſed
pene erumpor lætitia cum uim tuam dicendi:copiam uarietatemq; contemplor. Nam cũ
eſſent a me dicta permulta non ad tentandum modo:ſed ad rationes illas tuas quaſi de in-
duſtria confutandas. Dii boni q̃ acute:q̃ uarie:q̃ uberrime omnia diſſoluiſti. Perge itaq;
(ut cœpiſti)adoleſcens philoſophiã totis uiribus ac manibus(ut aiunt)pedibuſq; comple
ctere. Spero equidem in magnum te uirum:doctiſſimumq; hominem euaſurum. Me autẽ
habebis nulla tibi opera:nullo tempore defuturum. Sed quid ipſe ſentiam de ingratitudi-
ne diligenter attende:Nihil iam loquemur fictum:nihil ſimulatum aut cõmentitium. ad
ueritatem omnia atq; ad ipſam animi ſententiam referem⁹:iuditiumq; noſtrum (ut ſeſe ha
bet:ſemperq; habuit)aperiemus. Contemplanti mihi ſæpe & res omnes ad bene ſancte-
q; uiuendi ſtudia referenti:uirtuteſq; ac uitia dies nocteſq; conſyderanti:uita noſtra uel ex
ornari. uel præceps agi ſolet:nihil pulchrius uideri ſolet: nihil honeſtius atq; homine di-
gnius. q̃ eſſe gratum. Contra uero nihil deteſtabilius:nihil turpius & ab omni genere ho-
minum alienius ingratitudine. Vide quantum abeſt ut uelim tecum nouo bello conten-
dere. Iam enim paulatim in ſentẽtiam tuam ipſe delabor:ut cognoſcere quid hac de re ſen
tiam facile poſſis. Nec agam prolixius. Nam quid per deos immortales: uel ad ſocietatem
illam cœtumq; mortalium inutilius:uel ad uitam honeſte agendam icommodius uel ad-
amorem:gratiam:beniuolentiam comparandam alienius:uel ab omni officio:diſciplina:
humanitate remotius ingratitudine? Nam cum omnis noſtra uita alterius conſtare bene-
ficiis & mutua contineri charitate uideatur:atq; ita uiuamus inter nos:ut alter alterius ope
atq; auxilio uacare nequeamus:ſitq; ſocietas noſtra ad quam nati homines uidemur:in be
niuola quadam & iocundiſſima conſuetudine conſtituta:quid hoc ſcelere poteſt excogi
tari peruerſius? quid inſalutarius inueniri? qua re gratia pellitur:humanitas & beniuolen-
tia ſummouentur:communis uia honeſtaq; uiuendi conſuetudo peruertitur. Cætera qui
dem ſcelera quantunq; ſint illa nefaria:unum aut alium offendunt:habẽtq; aliquid uel uo
luptatis uel utilitatis: quo pellecti homines aliquando delinquunt: At ingratitudo non
minus ei qui committit:q̃ ei in quem committitur obeſſe ſolet. Alteri quoniam beneficia
nunq̃ amplius conſerentur. Alteri quoniam quæ profutura putabat: prodeſſe non pote-
runt. Itaq; omnibus moleſta atq; infenſa mortalibus:in qua nulla cum uoluptate. aut dele-
ctatione nulla cum utilitate delinquitur. Facit quis furtum:ei nocet cui ſurripitur: prodeſt
autem plærunq; ſurripienti In adulterio depræhenditur:iniuriam fecit:uiro mulieri ac ſi-
bi peperit uoluptatem. Siquis ira percitus & quibuſdam quaſi furiis ac facibus inflamma-
tus:amens feretur:minabitur:frangit:deiiciet domo familiam exturbabit: perbreuis erit
ille furor. quid ſi etiam diuturnus: eos duntaxat offendet qui cauſam quare iratus fieret
præbuerunt. Quid ingratus nulla cauſa niſi ſua perfidia concitatus:eos lædit quos non de
bet:quos debet non lædit. Non enim inimicis erit ingratus. Sed quid ego uitia comme-
moro:quaſi aliqua poſſint uitia cum hoc nefario & truculentiſſimo ingratitudinis ſcelere
comparari. Equidem plurimos audire ſoleo ætatem hanc noſtram haud parum accuſan-
tes:cum aliorum multitudine flagitiorum:tum uel maxime ingratorum copia icredibili.
Queruntur enim & multi & ſæpe paucos admodũ inueniri homines qui & cognoſcant.
beneficia: & cognita dignis meritis proſequantur. Accedit etiam uehemens animi per-

turbatio. Quippe ſi ab hoſtibus & inimicis:ſi ab incognitis & peregrinis opem imploran-
tes minime impetremus:ſi etiam irrideamur:æquo id animo ferendú putabimus:non cul-
pæ id alienæ:ſed noſtræ potius fortunæ & calamitati tribuentes. Sin uero deſpiciemur ab
ingratis:quos ornauimus : quorum opes auximus & dignitatem:dici non poteſt quantá
ira:quanta concitatione animi & mentis furore torqueamur. execramur noſipſos : dutiſſi-
mos atq; acerbiſſimos cruciatus imprecamur:beneficia quæ contulimus in noſtrá redun-
daſſe ignominiá exiſtimamus:factumq; id non minus temeritate noſtra:q̃ perfidia putam⁹
aliena:tunc oculos(ſi fieri poſſet)ingratis euelleremus. tam ardenti furoris incendio conci
tati:ut coelum:terram:maria prouocemus ſerpens ac tigres excitemus. Quod & ſapientiſſi-
mus poeta cognouit:Et ſic accenſa profatur:erat enim animo uehemẽter perturbato:Nec
tibi diua parens:nec Dardanus auctor perfide. Putabat tantam nobilitatem non poſſe cũ
ingratitudine eſſe coniunctam. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Nõ huma
na ſtirpe:ſed ex lapidibus natum eſſe putabat. Hircanæq; admorunt ubera tigres:a crudeliſ
ſimis etiam animalibus educatum:ut oſtenderet tantam ineſſe huic nefario ſceleri truculẽ
tiam:ut quicunq; tanto ſe facinori deuinxerint:non ſolum omnem prorſus exuiſſe huma-
nitatem:ſed crudeliſſimam atq; immaniſſimam feritatem induxiſſe uideantur. Quid tum
uide quibus illum uerbis execretur. Spero equidem mediis(ſi quid pia numina poſſunt)
ſupplicia hauſurum ſcopulis:Deos immortales tanti ſceleris ultores appellat:& quem ho-
ſpitio fouerat : cuius claſſem refecerat : ſocios diſiectos a morte reduxerat : ut inter ſæuiſſi-
mos ſcopulos obruatur exoptat. Quantum prætetea odii:quæ maliuolentia:quæ pertina-
cia? Omnibus umbra locis adero dabis improbe penas. Sua illum conſcientia doliturum
putat:conceptumq; in ingratos odium:ne morte quidem poſſe deleri. O ſummam poetæ
ſapientiam. Eumenidum inquit demens uidet agmina & geminum ſolem:furore magno
concitata perfertur. Quam aperte declarat ſolam ſe accuſare ingratitudinem:& æquo ani-
mo ferre non poſſe:Quia ne auxilio iuuat ante leuatos & bene apud memores ueteris ſtat
gratia facti. Nihil aliud q̃ ingratitudinem criminatur:quam neceſſe eſt fidei uiolatio ſequa
tur. Nuſq̃ tuta fides:eiectum littore egentem Excepi & regni demens in parte locaui. Amiſ
ſam claſſem ſocios a morte reduxi. Vide q̃ contumelioſe exprobrat beneficium. Quantam
rurſus reminiſcendo concipit iracundiam. Heu furiis incenſa feror. Quam præterea ulciſcẽ
di cupida:Non potui abreptum diuellere corpus & undis ſpargere:Non ſocios non ipſum
aſſumere ferro. Aſcanium. Parum erat in ipſum ulciſci:ni ſocios eius ac filium ad ſupplici-
um detuliſſet Et patriis epulandum apponere menſis. Nec ſatis arbitrabatur ferro natum
interimere:niſi comedendum parenti appoſuiſſet. Quãtis uero dignum illum ſupplicis iu
dicabat:Faces in tranſtra tuliſſem impleſſemq; foros flammis natumq; patremq; cum ge-
nere extinxiſſem:Magna conſternatio debaccbatæ mentis. Itaq; uniuerſum genus extin-
guere penituſq; delere cupiebat. Vide etiam q̃ non poterat mitigari. O tirii inquit ſtirpem
& genus omne futurum exercere odiis exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor. Vltionem
etiam oſſibus demandabat. Littora littoribus contraria: fluctibus undas imprecor : arma
armis:pugnentq; nepotes. An igitur ſperamus tantam conceptam iracundiam:tam immo
deratum impetum:tam effrænatum furorem:tam uehementem & præcipitem odii conci
tationem poſſe deponi:Semper hic poeta uiſus mihi ſapientiſſime accuratiſſimeq; locutus
omnia. Sed hoc immane atq; neſarium ſcelus quantas odii faces habeat:multo ſapientius
atq; accuratius explicaſſe. Itaq; illa deos:illa homines :ſyluas:montes:feras:littora:non hu
manis contenta teſtimoniis appellabat. F.n. tibi hominem ex eadem umbra paulo durio-
rem:qui cum omnes cauſas iracundiæ conuiuam amicum deponere iuſſiſſet domeſticas ſi
multates:uaſorum fractiones:adulteria uxoris:omnia hæc inquit & quicquid habes triſti-
ciæ:meo in lumine deponas oportet:ſed ingratos ante omnia pone ſodales : Intelligebat
homo callidus nulla ex re tam uehementer animos offendi amicorum : tam ad iram atq;
odium concitari. q̃ ſi quibus ipſi beneficia contulerunt:opeſq; auxerunt:ab iis quum opus
eſt gratia deſtituti: proditi eſſe uideantur. In rabiem conuerſa eſt⁴. Heccuba:ut filium ulci-
ſceretur non Hectorem:quem Achilles:non Paridem:quem Aiax interfecerat:ſed Polido
rum :quem rex affinis amicuſq; necauerat:Furiis arctatus eſt Aiax:non aliqua belli calami
tate perculſus:non incendio nauium:non Hectoris uictoria:non exercitus profligatione
conterritus:ſed ſociorum ingratitudine perturbatus. Sic enim exiſtimabat nihil ſibi crude
lius nihil calamitoſius atq; indignius accidere potuiſſe:q̃ non ab hoſtibus quos ſemper of-
fendiſſet:ſed a ſociis:quos nõnunq̃ ſeruaſſet : & gloriæ ornamento ſpoliari. Quapropter
ſæpe quod in hoſtem remiſſius cupimus:id in ingratos ardentius imprecamur. Quis ho-
ſtem ſupplicio potius q̃ miſericordia dignú? quis interficiendú crudeliter magis q̃ libera
liter ſeruandú

liter ſeruandũ eſſe putabat? Quid in ingratos: nulla miſericordia: nulla liberalitas adhi-
beri poteſt. Officio in iniuriã: amore in odium maliuolentiamq; conuerſo. nec ullum (qđ
uulgo dicit) acetũ acrius: q̃ quod uino exortũ eſt dulci. Ab hoſtibus expectas iniuriam:
tum: rapinas: clades calamitates alias innumerabiles: ſi quid hoꝝ euenet non decipieris:
& tu cauere potuiſſes: & ille functus eſt officio: ab amicis aũt beneficio affectis quid tãdem
expectabis: non honorem: auxilium: ſalutem: conſiliũ: dignitatem: ſi quid eueniat ſecus tũ
maxime uideberis deceptus: & ille ſcelerate fecit: & tu tibi ab illo nõ putabas eſſe cauendũ
Quod ſi hoſtes iura quædam & habent & ſeruant belloꝝ: nequid dolo agere: nequid frau-
de & proditione uideantur: quanto maiori ſupplicio dignos cenſebimus Ingratos: qui &
liberalitatis iura deſpiciunt: & integritatem quam nobiſcũ præcipuam ſeruare debuiſſent
fraude ac perfidia ſceleratiſſ. me uiolauerunt. Sed nimis lente ꝓgredimur. Velis eſt hic cur
ſus remiſq; conficiendus. Itaq; orationẽ meam continuã & profluentẽ diutius demorari:
& quaſi per ambitum circũactam: retardari nõ patiar. Vtinã par animo adhiberi poſſit ora-
tio. Equidem ingratos iſtos mecum ipſe conſiderans neſcio quo pacto incendor animo &
odio quodam efferor incredibili. Vnde initium capiemus dicendi: an eſt quædam circum
ſcripta & ſeiũcta res: de qua ſeparatim dici poſſit: nullum ſcelus: nullum flagicium nulla tur-
pitudo: nulla immanitas: nulla crudelitas: nulla impietas: nihil deniq; turpe atq; horrendũ
quod non ab hoc nefario ingratitudinis ſcelere exoriatur: nullum uitiũ deteſtabile: quod
non ab ingratorum perfidia: tanq̃ ab omnium malorum fonte manare ac latius profluere
uideatur. Serpit enim hoc malum & neſcio quo pacto per omnes uitæ actiones irrepit: om
nia fœdans: contaminans: cruentans quocunq; delabitur. Nam quid (per deos immorta
les) amicicia melius: quid utilius: iucundius: ſalutarius comparatur: At ingratitudo tollit
ac delet funditus amiciciam. Hæc tota in beniuolentia: tota deniq; in charitate uerſatur. In
gratitudo res eſt odioſa: uitæ officia uiolat: extinguit charitatem. Quocirca diffinitionẽ
ualde equidem commendo: eiq; uehementer aſſentior: eſſe ingratitudinem uentum quen
dam exurentem: omnem charitatis fontem exiccantem. In amicicia ad promerẽdum qui-
dem diligentiſſimi ac ſtudioſiſſimi: ad referendum uero promptiſſimi eſſe debemus. Ingra
ti autem & in promerendo negligentiſſimi: & in referendo tardiſſimi ſunt. Amici fortũas:
opes honores: dignitates omnia cenſent oportere eſſe communia. Ingrati ad ſuam ſolam
utilitatem omnia metiuntur. Quid pietate præſtabilius Ingrati omnem abiiciunt pieta-
tem: neq; parentes alunt a quibus uitam: corpus: animum ſuſceperunt: neq; patriam tutan-
tur: a qua fori & ſuſtentati: nulla eius in ſe beneficia meminerunt: nec deos colunt: a quibus
in hanc pulcherrimam lucem producti uitam ſimul cum ratione ſuſceperunt: nec aras: focos
templa: delubra uenerantur. feram q̃dam atq; immanem præſe ferentes impietatem: truci-
bus & cruentis oculis hominum fortunis inhiant: & tanq̃ rapaces aues dilaniant: diripiunt
depilant: amicorum ſanguinem fraudulentis roſtris exorbent: officii beniuolentiæ huma
nitatis obliti: prædam utilitatis eſcamq; ſectantur Quapropter non iniuria rapacibus duxi
alitibus comparandos: quas natura feroces genuit: uetuitq; congregari. Nunq̃ enim comi-
tatæ: ſolæ ſemper aſpiciuntur. quod idem apparet in ingratis: quos prædæ intentos inuo-
lare: rapere: exorbere: ſolos incedere nemini ſocietate coniungi: nullius amiciciam colere
uidemus. O eradicandum genus hominum. O peſtiferam & perniciofam herbam: ex uitæ
huius agro radicitus euellendam. O labem: o maculam: o tabificum uenenum ſocietatis
humanæ. Quæ concordia: quæ ſocietas: quæ beniuolentia poteſt eſſe inter ingratos homĩ
nes teterrimos atq; fœdiſſimos: ad odium natos: ad rapinas inſtructos: ad perfidiam edu-
catos. Nam quid dicam de conſeruatrice rerum iuſticia? quam ſic uiolant fundituſque
euertunt: ut nihil ingratis uideri poſſit iniuſtius: nihil prauius atq; iniquius cogitari? Eſt
illa poſita in omnium rerum diuinarum atq; humanarum æquabili & perpetua modera-
tione: unicuiq; quod ſuum eſt tribuens: eripienſq; quod non eſt ſuum. Ingrati nihil agunt
moderate: arrogant ſibi aliena: quæ ſunt aliis tribuenda non tribuunt: quæ referenda non
referunt. Diſtringor equidem diuelloq; dolore quum aliquem ex iſtis intueor: non ſta-
tim rapi eum ſublimem: & ad penam ſuppliciumq; deduci. Nec tecum magnopere diſſen-
tio: quanq̃ multa diximus ſimulate: eſſe illos omni cruciatu dignos: omni duro ſuppli-
cio afficiendos. Etiam ne eculeo? etiam digni ſane qui lupino ſacco cum gallo ſimiaq;
conſuti atq; inuoluti præcipitentur in profluentem. Nam ſi peccatum aliud alio maius
iccirco iudicari debet: quoniam in eum peccatur in quem minus peccari conueniret.
Sola igitur diſtinguit ingratitudo peccata. Maiore itaq; pena plectuntur qui parentes: q̃
qui alienos necauerunt. cur ita: quia plus ingratitudinis commiſerunt. Quid qui diripi-
endam hoſtibus patriam prodiderunt: multo maiore. Quam ob rem: quia in plures fu-

erunt ingrati:in amicos in affines:in liberos:in parentes:quorum fortunas & corpora ho-
ſtium poteſtati ac libidini ſubiecerunt:in deos imortales:quoꝝ aras ac templa diruí fun-
dituſq; interire curauerunt. Quid in peregrinos? licet ne eos necare impune? minime. At
illi nullo nobis deuincti ſunt beneficio. Fateor. Non igitur faciemus ingrate ſi quas illis in
ſidias atq; iniuriam faciemus. Non recte ſentis: Genuit nos natura ſociabiles: dedit fomen-
ta quædam & igniculos beniuolentiæ: quos nō ſupprimere odio aut extinguere: ſed exci-
tare ac ſuccendere debeamus charitate. Aget nobiſcū ipſa natura: accuſabit ingratitudinis
ſi quas illa uires ad beniuolentiam omnium gentium dederit ab ipſa ꝑductarum : eas nos
in odium & maliuolentiam conuertamus. Quorſum dices hæc? quid putas niſi ut intelli-
gas ingratitudinem: non ſcelus eſſe maximum: ſed fontem etiā ſcelerum omnium reliquo
rum: quæ tanto puniuntur acerbius: quanto plus habere ingratitudinis uideantur. Quid
dicam uiolari fidem? officia uitæ peruerti: extingui liberalitatem: largitiones & munificē
tiam e uita tolli: ſimultates atq; odia naſci ſempiterna. Quicunq; enim eſt ingratus : idem
eſt perfidus: idem iuris: officii: fidei uiolatio: idem omni ſcelere flagicioq; contaminatus.
Nam ſi res: ſi pecunias: ſi coniuges: ſi liberos: ſi arces : ſi capita deniq; noſtra iis committere
ſoleamus: quos arbitramur aliquo nobis beneficio eſſe deuinctos : ſi in his fortunas ſpeſq;
noſtras collocamus: ſi iccirco iuuamus multos: opitulamur : ſubuenimus: ornamus : ut ha-
bere poſſimus quibus fidem in negociis: ſpem in periculis adhibeamus : quales tibi uide-
buntur ingrati: qui prædam tuam nō te ſecuti ſpe ac fide plenū in media (ut aiunt) flamma
incendioq; deſtituent? Et (quum opus erit auxilio) miſeram atq; afflictam amiciciam deſe
rentes: ad meliorem florentioremq; fortunæ faciem deuolabunt? quo tunc ipſe cōfugies?
quos implorabis? quibus ſupplicabis? Multa quidem & ampla ſperabas: ſed friuola (ut di-
citur) recte nitebaris. Atqui nondum concludo quæ uolo: reſtant alia maiora. Sed quæ tā
dem iſtis poſſunt eſſe maiora? Nulla crudelitas inſignis: nulla immanis proditio principū:
hominum: ciuitatum: nulla fraus : nulla perfidia eſſe poteſt niſi quam ingrati aut fecerunt
ipſi: aut ab aliis fieri curauerunt. Vendidit hic auro patriam. quam ob rem uendidit : quia
ingrato qui tuto id facere potuit ſeſe illa commiſerat: An putamus alia id de cauſa tuto fa-
cere potuiſſe niſi quia quem patria ipſa exornauerat: extulerat: ad ampliſſimum dignitatis
erexerat: ei ſe tuto credendam committendamq; eſſe putauit. Prodit hic amicū: cur nō po
tius inimicum? Eumipſum fortaſſe libentius: ſed huic ſe ille nullo modo commiſiſſet: Ergo
illum prodidit qui ſe cōmiſit. At ideo certe cōmiſit: quia uincula quædam officii extare pu
tabat : quæ iſte (niſi fuiſſet ingratus) nullo modo perfregiſſet : Omnes igitur qui produn-
tur: ab ingratis produntur. Quid crudelitatem? unde manare cenſeamus? Interficit quis
inimicum: iugulauit: ſuſpendit: trucidauit: naribus: oculis: auribus deformauit. quis nō hūc
iratum potius: q̄ crudelem appellauerit? Hoſpitem uero ſi quis necauit: aut amicam: aut pa
rentem: aut aliqua ſecum affinitate coniunctum: quis hunc iratum? quis non potius crude
lem: immanem: truculentem cenſeat iudicandum? Habet id ingratitudo: ut tuſi inter con-
iunctos: uel natura: uel officio cōmitti non poſſit. quam qui cōmittunt : quanto inter ſeſe
coniunctiores ſunt: tanto erit illa iudicanda deterior. Nam (ut dixi) niſi inter aliquos deui
ctos uinculo eſſe non poteſt. Quinam obſecro Alexandrum interfecerunt: niſi quibus ipſe
ample magnificeq; ornatis: uitam: corpus: animamq; credebat? Qui rurſus Gn. Pompeium
tam nefarie trucidarūt: niſi quos ipſe ab hoſtibus patrio atq; auito regno deiectos i priſco
regiæ dignitatis faſtigio collocauerat: Qui præterea Darium. Qui C. Cæſarem confode-
runt? niſi quos ipſi ornauerant: quorum auxerant atq; amplificauerant dignitatem. Quid
dicam oſculum illud ſanctiſſimæ Religionis noſtræ: nefarium atq; crudele: & inde profe-
ctum unde proficiſci minime debuiſſet. Fuit genus illud mortis ex omni (ut ſcimus) par-
te uiolentiſſimum: ut plane conſtet nullum unq̄ omnino fuiſſe uiolentius: cuius indigni-
tatem: quo nihil deeſſe poſſet acerbitatis : auxit ingratitudo. An igitur dubitamus hanc
unam quæſitam eſſe rem ad cruciatus illos duriſſimos coaceruandos: ad mortem deniq;
illam acerbiſſimam & truculentiſſimam omni ſuppliciorum ac ſcelerum importunitate
cumulandam. Quicunq; itaq; crudeliter: quicunq; ſcelerate nefarieq; perierunt. il omnes
ingratitudine perierunt. Hoc unum eſt malum a quo omnia ſcelera : cuncta flagicia : uni
uerſæ turpitudines manauerunt. Hæc ego ſentio de ingratitudine: nec fui durior quin mo
rem tibi ſtatuerem eſſe gerendum. Vides enim quæ copioſius dici potuiſſent : q̄ breuiſſi-
me eſſe tractata: ut non tam percurriſſe pedibus hæc uideanq̄ alarum celeritate peruolaſ-
ſe. Hoc tantum adiecerim : nihil tam fœdum : tam turpe : tam immane : tam ſceleratum :
tam deniq; flagicioſum & deteſtabile dici poſſe : nihil tam nefarium atq; impium exco-
gitari : quod ingrato non uideatur q̄ aptiſſime conuenire. Quocirca deuitemus hanc im-
maneni &

manem & pernicioſam bæluam. Non illum amiciciamon aditu: non congreſſione: non conſuetudine: non ſermone: non aſpectu dignum exiſtimemus. Acerrimū inimicum humanitatis: liberalitatis extinctorem: deoꝝ imortalium contemptorem: omnium denique auctorem flagiciorum aſpernemur: abhorremus: & tanꝗ peſtiferum aliquod animal truculentamque beſtiam fugiamus: in hunc flammas: in hunc odia: in hunc faces: in hunc incēdia coniiciamus & tæla: atque in eius omnes impudentiſſima ora: tanꝗ in nefarium aliquid conſpuamus. Habes iā animi mei ſententiam: quam ſic tibi maniſeſte patefeci: ut nō tā locutus grauiter uidear: ꝗ concitatus ardenter. Tu ſi hæc probas bonam operā nauauim⁹ idemque ſæpe faciemus: Ego uero inquam probo. Atque ita accæptis palliis: facto tandem dicendi fine: diſceſſimus.

IOANNISANTHO. CAMPANI DE INGRATITVDINE FVGIENDA
AD PANDVLFVM BALIONIVM
LIB. III. ET VLTIMVS FINIT

IOANNISANTONII CAMPANI DE REGENDO MAGISTRATV
AD FRANCISCVM LVTIVM EQVITEM SENENSEM
PRETOREM ROMANVM

Vm ſæpe in eum ſermonem incideremus: qui eſſet de gerendis magiſtratibus: & Rebuſpublicis adminiſtrandis: meminiſ Luti chariſſime ꝗ attente me audires his de rebus nō ſimulate diſputantem: ut ſolent multi: ſed aperte differentem quæ ſentirem. Iungere enim utilitatem cum honeſtate conabamur: ea complectēres maxime quæ ex moderationis fonte nata ad communem commodum Ciuitatis & amplificationem Reipu. pertinerent: quibus ipſe quoque mirum immodum aſſentiebaris: uidebaturque fore ut ſiquando accederes ad Magiſtratum iturus eſſes: quaſi ueſtigiis orationis noſtræ. Nunc uero cū pro ſingulari prudentia & præcipua integritate tua Præturam Vrbanam adeptus ſis: crebis nuntiis contendis explicari tibi litteris: quæ coram ſolebamus: ut quibus monitis priuatus inſtruebaris: ea in amplo gradu dignitatis poſitus ad Ciuium tuorum utilitatem poſſis accommodare. Nos autem hoc tibi libentius obtemperauimus ꝙ in eo uerſamur uitæ curriculo: quod totum pertinens ad pie ſancteque uiuendum: propoſitam habet uniuerſi generis humani ſummam honeſtatem: totum eſt humanitatis & docendo & hortando. Abducti enim a terrenis cupiditatibus: ætatem fere omnem in Chriſtianæ religionis præceptione conſumimus. Quæ cum alia inſtituit præclare: tum Ciuiles ſocietates in officio & tranquillo uitæ ſtatu continet: ſi eius præceptis obtemperetur: cuius illud præcipuū eſt opus: ut ꝗ rectiſſime uiuamus omnes. Hæc autem ratio uitæ ſtatuendæ duabus rebus comparatur: præceptis & exemplis. Sed de exemplis quidem nihil attinet dicere hoc in loco Neque enim ad noſtrum uiuendi genus reuocamus. liberior eſt tibi uitæ ratio & ad agendum & ad ſentiendum. Sed tamen ut imitari oporteat quos uideas in regēda Ciuitate optimos aut quod maius eſt & glorioſius: ut qui optimi uiden uelint te unum imitentur: ut te præcipuum ſequātur honeſtatis ducem. Accedit etiam antiquitas & cognitio geſtarum rerum. Occurrant tibi exempla maiorum tuorum: gentium & nationum exterarum Ciuitatum & populorum: ex quibus omnibus aliquid decerpi poteſt: quod cum laude poſſis uſurpare: qui eſt fons hauriendis exemplis uberrimus. Nulla enim eſt tam barbara: tam inculta: quæ non aliquid aut geſſerit: aut tulerit memoria dignum. Vnde ſi quid eſt geſtum præclare ſi iuſte ac ſapienter factum: ſi dictum eleganter: grauiter: ſi callide & prudenter excogitatum omnia cum dignitate poſſis præſtare. In quibus aut non curabis: aut multorum qui te anteceſſerunt ueſtigia ſecutus errabis: & ſi non eadem eſt ſemper uiuendi ratio omnibus: multa tempus: quædam etiam locus affert: quibus ſapientis uiri iuditium facile moderatur. Sed hæc quæ ad imitationem optimorum pertinent: magis a te intelliguntur: ꝗ quærant explicari a nobis: Præcepta uero tradentur illa quidem: ſed hæc quoque ad cōmunem curſum Ciuitatum: ꝗ ad ſtateram religionis aptiora: ut queri non poſſis maius tibi impoſitum onus: ꝗ quod ferri poſſit qui in cōmuni uita & Ciuili ſocietate uerſatur: ubi aliquanto uagatio eſt laxior. Itaque nihil attrita: ut aiunt: recedemus uia: nec ullas in anguſtias te compellemus iter tuū oſtendeē quo ſis ad gloriam & laudem expeditior. Ciuitatis recte adminiſtrandæ primū locum obtinent Magiſtratus: quorum tanta uis eſt: ut praue negligenterque ha-

biti:q̃uis maxima euertant imperia:diligenter autem & recte geſti:ampliſſima quæq; tue-
antur.In his enim omnis Ciuilis æquitatis moderatio:in his ſalus & tranquillitas Ciuium
connnetur:qui ſunt cōſtituti non ut opes accumulent:qui multitudini præſint:ſed ut con-
ſtent omnium iura:imperium commune creſcat:fortunæ Ciuium tutæ ſint ab iniuria:& di
gnitas augeatur uniuerſæ Ciuitatis.Quod quale ſit munus ex ipſa fronte orationis noſtræ
poteris intueri.Graue profecto & oneroſum homini ad dignitatem cuncta referenti:cæte
ris uideri poteſt leuius:qui ut minimū afferunt diligentiæ ad communem ſalutem cuſto-
diendam:ita ad efferendam oſtentationem:ambitionis:& inſolentie plurimum: Qua in
re adeo ferri nequeunt:ut nihil uideri poſſit inflatius.Sunt etiam qui odio & rapina ſic ar-
menſ:ut nō eorum cuſtodiæ traditæ:ſed depopulatiōi datæ Ciuiū oīum fortunæ uidean
tur.Nos uero non quales ſint qui gerant Magiſtratus:ſed quales eſſe oportet quæri uolu-
mus:idemq; te uelle exiſtimamus:ut poſſis non ſolum natutam tuam ducem ſequi ſed ēt
præceptis noſtris ad optimum quod ſit peruenire.Qua in re adhibenda eſt Platonis dili-
gentia:qui eos ſolos cenſuit admittendos.Reip.muneribus qui eſſent idonei:cæteros au-
tem longe repellendos.Quorum uel ingenii traditas:uel naturæ malignitas rem cōmune
afferre non poſſet.Quoſdam enim tulit natura ipſa paulo hebetiores & tardos ad delibe-
randum:alios uero acutos illos quidem & ad conſultandum acres & induſtrios:tamen pa
rum moderatos:præcipites ad iram:ad inimicicias atq; odiū pertinaces: ſimultatum cupi-
dos & ſeditionum:quo nihil eſt in libera Ciuitate pernicioſius & magis fugiendum. Hæc
autem omnia cum ipſo naſcuntur homine:& deponi ſæpe non poſſunt:occultantur non-
nunq̃ ad tempus quo maiores ſuſcipiant uires ad ſtatum Ciuitatis perturbandum :nec ul-
la eſt ad nocendum peſtis acerbior.Magiſtratum igitur præclare qui uult gerere:hunc ita
& natura inſtitutum eſſe oportebit:ut nihil in eo deſyderetur quod ad ſummum uirum p
tineat:ut acre ingenium.non abiecta forma:perſpicax & matura grauitas in conſulendo :
uiuax atq; ardens in re bene gerenda diligentia & quæ ſatis explicari non poteſt. Intelligi
tur tamen comitatis acrimoniæq; mediocritas:ut neq; fœdetur Iuſticia immani crudelita-
te:neq; lenitate nimia langueſcat.Quorum alterum ſeruilem contemptum parit : alterum
odium tyrannicum : ſed ſit facilis quædam mitiſq; ſeueritas:nata quidem ab ingenio : ſed
tamen etiam ab arte profecta.Nam hæc quanq̃ habeantur natura :non nihil etiam ſtudio
comparatur.Conferunt præcepta clarorum hominum maxime Philoſophorum:quorum
ea ſolet eſſe ſententia : ut neq; cruentam tyrannidem : neq; mollem licentiam ferri putent
oportere.Neq; cruentam tyrannidem:neq; mollem licentiam ferri putent oportere . Neq;
enim magis Romanorum opes attriuit crudelitas Neronis:q̃ mollicies Sardanapalli Aſſy
riorum.quanq̃ harum rerum peior crudelitas eſt & pernicioſior Euertit enim uno momē
to Ciuitatem lenitas paulatim eneruat:cum uiolentius robuſta cadant:q̃ imbecilla defici-
ant.Sed hæc quanq̃:ut ſæpe iam diximus:a bonis inſtitutis:magis tamen a natura deſyde-
rantur.Itaq; hanc tu quaſi primam artem tueare:ut neq; duriorem te præbeas q̃ humanita-
tis poſtulet ratio:neq; laxiorem q̃ officii dignitas permittat.Qua mediocritate mirum eſt
quantum ſibi laudis pepererunt:qui gubernacula rerum publicarum ſuſceperunt. Nec ul-
lum eſt temperamentum conſeruandis Ciuitatibus accommodatius : ſiue bello fluctuent
res ſiue pace conquieſcant.Quod præclare Celius noſter:ut eſt omnium in ſermone gra-
uiſſimus:diffiniuit interrogatus ab Architecto quodam quod Malthe genus ad muros ur
bium conficiendos eſſet tenacius:Reſpondit ꝙ ex Magiſtratuum moderatiōe & Ciuium
concordia conficeretur ut nullæ:q̃uis editæ:ac latæ turres cum illo ſint cōferendæ.qui au
tem mediocritatem hanc præſtare non poſſit:tanq̃ ineptus publicis muneribus arceatur.
Pari enim calamitate afficit.Remp.qui eius uincula ita cōtrahat ut rumpat:q̃ qui ita laxat
ut diſſoluat.Sed de hoc ſatis multa diximus.Sunt deinde alia quædam ab animo bene in
ſtituto:tanq̃ a fonte naſcentia.quibus ſi careas.omnia euertātur neceſſe eſt:ut id quod om
nium eſt primum & humanis in rebus latiſſime patet:habere deum immortalem ante ocu
los:ducemq; ad omnia ſequi:ut iſtituta religionis nec offendas ipſe nec quantum fieri po
teſt ab alio quoq̃ offendi patiaris.Deinde ut conſcientia tua:id eſt animi ſententia : traha-
ris ad iudicandum . nec ulla parcitus iniuria:nullius impulſus inimiciciis:nullo quanuis
ingenti pretio.nullius gratia aut amore:niſi æqui & boni gratia mouearis Exiſtimes Ci-
uitatem cui præſis fidei commiſſam tuæ: non poteſtati traditam : & eum ipſm quem geris
Magiſtratum nō ad utilitatem tuam:ſed ad cōmune commodū uniuerſæ Ciuitatis : aut ſi
id non poſſit ad ſalutem bonorum eſſe referendum:pluſq; tibi oneris impoſitum q̃ digni-
tatis aut honoris collatum putes:eumq; fructum eē uberrimum:ut proſis omnib'. officias
nemini:ne laceſſitus quidē:niſi publicæ utilitatis cauſa poſtremo eſt tenendū quod in pu-
blicis negotiis

blicis negotiis uires habet ampliſſimas:ut neq; bonoꝝ conſilia negligantur: neq; admit-
tantur improboꝝ. Nam ut a primo incipiamus: Deum immortalem propinum ſi habueris
firmum tibi iecisti fundamentum omnium quæ facturus dicturuſq; ſis: etiam quæ cogitatu
rus. Omnia ſecunda ſunt colenti deum: aduerſa ſpernenti. & qui religioni ſtudens diuina
tutatur: fluctuare poteſt aliquando: mergi nunq̃ poteſt. Nec ſoli tibi Religio ipſa colenda
eſt: ſed uniuerſæ familiæ tuæ metus diuinitatis iniiciendus. Faciendæ quotannis expiatio-
nes delictoꝝ: abluenda ſcelera: & omnes animi ſordes. Chriſtiano more deponendæ. dies
feſti: cærimoniæ celebrandæ deniq; nihil uiro bono & honeſtatem profitenti quod ad dei
religionem pertineat negligendũ eſt. Primũ quia inde orti: contemnere eum ſine ſumma
impietatis mercede nõ poſſumus. Deinde quia ubi ſubeſt Religio & ſanctius uiuatur opor
tet & moderatius. Coerciti enim uinculo diuinarum legum: ac metu cœleſtis ſupplicii de
territi: efficimur ad delicta tardiores: promptiores autem ad officium & honeſtatem: uere-
mur ne quid ſuperbe: auare: crudeliter: immunde faciamus: ne impii: ne ingrati uideamur.
Et quanq̃ Rodomantum illum Canoſium: quem fingunt Poetæ: non credim⁹: perſuaſum
tamen eſt nobis: uel a natura ipſa in tanto diuinarum atq; humanarum rerum ordine: quẽ
etiam in minimis quibuſq; intuemur: nihil naſci omnino quod non diuina lege teneatur:
eiuſq; iuſſis mortalibus & ſempiternis obtemperet. Conſtitutumq; a ſupremo iudice deo:
qui rebus omnibus immenſa atq; infinita mente moderatur & imperat: ne quid in terris
committatur: uel boni ſine præmio: uel ſine ſupplicio mali. Vnde temeraria Democriti or
ta ſententia: qui cæteros deos ſuſtulit: præmium penamq; reliquit: opinatus ex his duabus
rebus uitæ officia conſtare omnia: ideoq; deos eſſe ſolos Stulte quidem: ſed demus hanc
ueniam antiquitati: quæ per deuia & conflictationes opinionũ agitata confinxit ſibi quos
uoluit deos colere: quem autem debuit non cognouit. Valet itaq; multum religio ad ſce-
lera coercenda: quæ coercio hoc melior uideri poteſt: q̃ ſcelus & turpitudinem non iuſſu
fugimus alieno: ſed noſtra ſponte declinamus. Parit etiam neſcio quid auctoritatis: ut ſiq
ad id uiuendũ genus traducti curam abiecerint rerum terrenarum: his plurimum adhiberi
ſoleat fidei. Nec ſolum qui opes fortunaſq; contempſerint: ſed etiam illas qui appetunt: ſtu
dioſeq; accumulant: tanto habentur meliores: quanto ad religionem & rem diuinam pro
penſiores eſſe uideantur Gignitur quædam inde opinio uirtutis & modeſtiæ: quibus finit
tima eſt: quam præſtari maxime oportet: auctoritas rerum gerendarum: Quæ cum frequẽ-
ter a uitæ naſcatur integritate: nonnunq̃ ex gloria & admiratiõe uirtutis: tum uero frequẽ
tiſſime a cultu obſeruantiaq; rerum diuinarum. Quod ſi nonnulli ſimulatæ probitatis uel
falſa ſuperſtitione tantum ualent ad hominum mentes illiciendas: ut flectere: concitare: le
nire: exaſperare ſoleant: quid in his eſt exiſtimandum quorum eſt ſanctitas uitæ probata &
aperta: ſpectata integritas & in medium expoſita: quantum in his elucet maieſtatis: quan-
tum obſeruantiæ & auctoritatis. Ad affectus autem exaſperandos aut leniendos: quo ge-
nere uitæ: quid deo principi optimo maximo acceptius: itaut homini ſalutarius: non ui-
deo. Nec eſt quod te ſacris ritib⁹ initiari poſtulem: paucorum illud eſt opus: & eorum qui
æterna mortalibus anteponunt mente freti præſaga rerum futurarum: ſpretiſq; dignitati-
bus & fortunis quæ mortales tanto mirantur & quærunt ſtudio: omnes cogitationes & ui
gilias in ſupremi parentis cognitione poſuerunt. Cæteri quæ ſunt ante oculos intuentur
futura tamen: ſed raro & per calliginem aut nebulam inſpicientes. Nonnulli pecorum mo
re: omni ſpreta religione quicquid loquuntur: cogitant: faciunt: turpiſſimo uoluptatis fine
metiuntur. Horum neq; res geſtæ probari poſſunt: neq; uita laudari: nullaq; ſunt auctorita
te: a publicis gubernaculis longo interuallo abiiciendi: cum neq; ipſi præclara aut utilia ge
rere: nec cæteros ad ea gerenda hortari ſoleant. aut ſi fuerint hortati nemo eſt qui aſſentia-
tur: etiam honeſta ſuadentibus. Qui enim contemnit Imperatorem Deum: hunc honeſta-
tem colere non putaur poſſe. Probitatis autem mirum eſt quanta ſit ueneratio: eius maxi-
me quæ coniuncta Religioni & integritatem a natura habet inſitam: & a cultu diuinitatis
honeſtatem: ut quicquid perſuaderi uelit: dici non poſſit q̃ facilis ſit omnium aſſenſus. Fit
etiam ut in eo genere hominum uel minima delicta uix credantur: etiam manifeſta. In im
probis autem uel maxima ſcelera: etiam occulta pro compertis habeantur. Quæ fides in re
bus gerendis tum in cæteris ualet plurimum: tum in his qui in Republica uerſantur maxi
me eſt neceſſaria. Tollere inimicitias: Decernere quæ ſint in rem Ciuium: Suadere: Pacem
hortari: atque irritare ad bellum: Flectere ad miſericordiam: Excitare ad iniurias de-
pellendas: denique omnia quæ in libera. Ciuitate tractantur: Quis magis debetquam
qui poſitus eſt in Magiſtratu? Quis magis poteſt quam qui ſignificationem præſe ferat re
ligioſæ bonitatis. Hæc autem eo ſpectant omnia: ut & cultui diuino uaces ipſe: uacetque

familia:& eos ne contemnas qui cõtemplatione delectati rerum diuinarum paupertatẽ ferre q̃ pecuniis acumulandis ſtudere maluerunt:qui aſpernari hæc terrena & fluxa:æterniq; cœleſtis boni ardore incendant.Horum familiaris conſuetudo multum ꝓdeſt:& ad præſtandam bonitatem:& ad oſtendendam.Qui autem ſacra publica non celebrat:cærimonias deſpectas habet templa non frequentat:dies feſtos non obſeruat:ꝓphana ſacris & fluxa æternis potiora exiſtimat:quid hic ſacere aliud q̃ pniciosum ciuẽ agere & immortali principi deo bellũ indictũ hẽre uideat:Porro hunc hoiem quo pacto ius tibi tuum redditurũ cenſeas:quo ius in Magiſtratu cõſtitutum:quẽ uideas ſanctiſſimo deo qd ſuũ eſt non perſoluere:niſi leuius forraſſe ſit ſcelus deum fraudare q̃ homines:aut acerbiore pena fures q̃ ſacrilegi ſint puniendi:quorum alterum ad deum pertinet:alterum ad homines.Deniq; ita maxima eſt uis conſcientiæ:ut præceptione religionis minime ſeiungatur:nec ulla res eſt in tam uario genere uirtutum unde plus conſequi poſſis laudis:& auctoritatis:& fidei:a quibus metus & gratia gignuntur:quæ duo eminentiſſima in Republica ſunt propugnacula.Hæc autem religionis obſeruantia & fructus in uita parit uberrimos:ut ubi uita exceſſerimus:propoſita habeat ſumma premia in ætatem omnem duratura.Itaq; omnium gentium & nationum eſt firmata conſenſu.Nam & apud ueteres Aegyptios ſacerdotum collegia Regibus aſſidebant in cauſis iudicandis.Et Ethyopum quidam ex ſacerdotibus creabant Reges. Græci cauſas deferebant Amphitrionibus:qui erant in Delo miniſtri Apollinis.Sic deinde Gallis iudicia:ſic Caldæi Babylonus.Perſis.Magi ſaciebãt.Quorum omnium uita moreſq; pendere ſolebant ex inſtitutis religionis:ut Ciuiles diſceptationes & negocia prophana ſacris eſſent coniuncta:nec abhorrerent a lege diuina iura Ciuitatum ubi idem eſſent auctores & reddendi iuris & rei diuinæ faciendæ.Romani uero:quorum res domi aut foris:pace aut bello:conſilio aut manu geſtæ ſumma cum laude atq; admiratione memorantur:non nuptias facere ſolebant:niſi auſpicato & re diuina prius ſacta:non tecta ædificare:non ire in prouinciam:non bellum ſuſcipere:non Migiſtratui coaptari.ius belli habebãt Fæciales:Aediles ædium ſacrarum.Põtifices annalium.Augures tum rerum aliarum:tum imprimis Magiſtratuum:Tribuni qui eſſent ſacroſancti legibus præerant:deinde qui ſuis quiq; ſacris eſſent initiati.Sic in ſtulta multitudine deorum:erant tamen cæcæ ſuperſtitionis accerrimi deſenſores:eaq; omnib⁹ gerendis rebus interponebãt:quam qui contempſiſſet.Ciuis habebatur pernicioſus & aperte malus.Itaq; nonnulli abdicati Magiſtratu:multi ab hoſte cæſi ſpretæ religiõis exempla præbuerunt:Natioq; fuit nulla:tam inculta moribus:tam uictu barbara:quæ non exiſtimaret diis ſuis quantumcunq; excogitari poſſet honoris eſſe tribuendum:& bonos ac pios homines parere ſibi gloriam in uita non mediocrem:mortuos autem migrare in delicioſam quandam & apricam amœnamq; regionem:ubi & multum conſequantur boni:& nihil mali patiantur:ætatemq; agere cum diis ſempiternam.Et ut quiſq; æquiſſimus fuiſſet in uita:ſic & in morte beatiſſimum futurum.Tum regnare quoſdam apud inferos tradit uetuſtas & de penis ſuppliciiſq; decernere:quando in uita eſſent habiti iuſtiſſimi:qui autem turpiter impieq; uixiſſent:extingui nomen eorum in terris:ipſos autem in loca præcipitari fœda:incultaq; tetra:plena calamitatum & ſuppliciorum:ubi neq; aſpectare lucem oculis:neq; uoluptatem animo ſentire poſſe.Quod ſi illi in tam uana ſuperſtitione ritus quos ſemel recepiſſẽt tanta pietate & cura tuebantur:adhibebantq; publicis negociis:quid eſt nobis in tam uera:tam honeſta:tam ſancta religione faciendum?De qua re ſi nimis multa ſcripſim⁹:dabis ueniam plura etiam ſcribere cupienti. Alterum eſt præceptum:ut cum ad moderandam Rempublicam fueris deſignatus & in Magiſtratu conſtitutus:non reiicias quorum ſit opinio laudata:ſed eos in conſultatione magnarum rerum:quæ in diſceptationem ueniant:admittas:audias:attendas.Interdum & in cauſis mediocribus:quarũ aliqua poſſit eſſe contentio:ſiue ad Ciues ſpectent priuatim:ſiue publicæ ad uniuerſam Ciuitatem. Sit hoc inter bonos maloſq; diſcrimen:ut recipiantur alteri deliberandis rebus:alteri quantum fieri poteſt abiiciantur.Vetus eſt illud Antiſthenis.Tum demum perire Ciuitatem cum a bonis mali non ſecernantur:ut tanquã ager excollenda ſit Ciuilis ſocietas. Nec minus ſuſtentandi Ciues boni & ornandi ſunt:q̃ herbæ ſalutares rigandæ & fouendæ.Mali autem radicitus extirpandi.Aut ſi hoc fieri nequeat propter multitudinem improborum:quibus:ut ait Xenophon:abundant plurimum Ciuitates:depurgatio quædam eſt adhibenda tanquam a lolio frumenti.Obſerues unumquenq;:ut officium:ut mores:ut ætas:ut auctoritas poſtulat.Interdum ut genus ſi a uirtutis opinione non abhorreat:ut eorum qui non minus gloria ſua ſplendeant:q̃ laude maiorum:nec ſolos afferat titulos & uetuſtatem ad Rempublicam capeſſendam.Per magni refert igitur:quorum conſilio utaris.Si bonorum nihil ſpecioſius &

cioſius & tranquillius agi poteſt. Nihil fœdius & turbatius ſi malorum. Inde ſalus Ciuitatis
ſtabilitas: robur. Hinc calamitas: tumultus: euerſiones oriuntur. Eam ob rem quorum ſit in
tegritas ſpectata: mores cogniti & probati: auctoritas non uulgaris: ætas non contemnen-
da: non deſpectum genus: eorum ſententias minime aſpernere. Sic fiet ut non ſolum ex re
bene geſta. ſed etiam quia conſilio clarorum hominum uſus ſis laudem conſequaris: ut ſi
uel maxime cupiant: detractiores rerum a te geſtarum exitum improbare non poſſint. Qui
autem ſuo iudicio: nullius conſilio facit omnia: hic aut deus quidam inter homines haben
dus eſt. aut quod magis arbitror temerarius iudicandum. Nec te moueat Heſiodi uulgata
ſententia. Qui per ſeipſos rem calleant: priorem locum laudis obtinere: q̃ qui conſiliis alio
rum inuitantur. Nam Zeno: cui magis aſſentior: eos commendandos inprimis cenſet: qui
ab aliis moueri malint q̃ ipſi ſuo ductu rem gerere: ut quanq̃ induſtria freti ſua ualeant: ipſi
ingenio & conſilio ſint perſpicaci: tamen quid cæteris quoq; uideatur explorent. Et neſcire
interdum quæ ſcias haud inutile eſt. Fingunt Poetæ Iouem cum quid grauius ſit deliberã-
dum conuocare reliquos deos in Concionem: & ordine rogare ſententiam. ut intelliga-
mus eo magis conſulendos eſſe mortalibus: qui rerum præditi ſint experientia: quo ſunt in
genio hebetiore atq; obtuſiore q̃ dii. Qui autem per ſe ipſum agit omnia: non tamen pro-
ſpicere illum putant quæ ad deliberandum pertineant: q̃ contemni ſe & repudiari: tanquã
rerum imperitos arbitrantur: affectiq; hac. ut uidentur iniuria quærunt: quãuis in ſumma
laude: quid accuſent aut id ſi nequeant: illud ipſum contendent honeſtius atq; utilius fieri
potuiſſe. Quam inuidiam diligenter tibi cenſeo fugiendam. Sed labuntur in eam maxime
qui cupidi gloriæ inanis: omnem ſibi laudem ſtudent uendicare. Nec uolunt cum cæteris
communicare. ut uidere in maximis rebus decernendis ſoli uideantur. Quæ laus & ſi eſt
magna: coniuncta tamen cum ciuium iniuria: plena eſt oſtentationis & inſolentiæ: paritq;
ſimultates contentioſas & diſcordes: quæ niſi fuerint extinctæ & ſublatæ: perniciẽ afferunt
Ciuitati cæteris contra nitentibus & improbantibus. Quapropter adhibenda eſt modera-
tio comitatis. & optimorum conſultatio. Peſſimi autem Ciues: ut ait Plato: careant ſplen-
dore: lateant oppreſſa uitia: nulluſq; pateat aditus ad dignitatem: nec unquã extollantur.
At bonorum conſiliis honeſtiſſimis referta ſit Ciuitas: ſerueat optimorum auſpiciis Reſpu
blica: ductuq; illorum exeant in aciem & procedant legum decretorumq; uexilla: & pacis
cohortes illis ducibus ſuo in loco ſtatuantur. Vbi autem improbitas ualet: non imperium
illud quidem dicendum eſt: non Ciuitas: non Reſpublica. ſed tyrannis: & ſeceſſio: & turbu
lentia ſiccariorum temeraria: præceps ad omnia flagicia: quo cum deducta res eſt: quæ alia
poſſunt euertere Ciuitates: ſi hæc non euertunt: aut quod tandem conſilium a malis expe-
ctandum eſt: niſi ut bonis ſe præbeant oppugnatores. & ſint impedimẽto quicquid ad glo
riam: ad decus: ad honeſtatem decernatur: propenſi ad libidinem: ad iniurias inferendas:
ad excitandas ſeditiones: ſtatumq; Ciuitatis euellendum. Parati erant olim Cenſores Ro-
mæ qui peſſimum quenq; Senatu pellerent. Qua dignitate aut officio quid ſanctius? Flo-
ruiſſe illorum Rempublicam uidemus q̃diu bonorum conſilia ualuerunt. Poſtea uero q̃
ad nefarios perducta res eſt: ortæ Ciuiles diſcordiæ bellaq; inteſtina rem atq; imperium ſu
ſtulerunt. Non poſſunt improbi honeſta ſuadere: quibus ipſi ſint inſenſi & præſtare nõ poſ
ſint. Quis legem aduerſus ſeipſum ferat? quis conſilium? quis ſuffragium Nam expectan-
dum. ut aut ab adultero adulteria: aut a fure furta noua lege reprimantur? Obſtabunt poti-
us: & quanto maximo poterunt conatu aduerſabuntur reprimere uolentibus. Accedit ra-
tio ſeruitutis: quæ longe bonis q̃ malis eſt infeſtior. Bonitas libertate gaudet: quæ in legi-
bus & decretis maiorum poſita eſt: improbitate autem nihil æque atq; licẽtia delectat: quæ
niſi ſpretis & conculcatis legibus uagari non poteſt. Cum autem leges intereant: deciditur
extemplo in ſeruitutem: quam boni nullo modo: mali facile perferunt. Eam ob rem: Phi-
lippus Alexandri pater: cum opprimere Athenienſium libertatem ſtatuiſſet: dari ſibi ſapien
tiores Vrbis poſtulauit. ut eorum conſiliis ſpoliata Ciuitas facilius in diſcrimen & ſeruitu-
tem traheretur. Intelligebat callidus Rex non plus ualere foris ſtrenuum militem: q̃ egre-
gium Ciuem domi ad Rempublicam defendendam: a quo cum eẽt deſtituta citius q̃ a mi
lite deſerta caperent. Sic apud Homerum Agamemnon plures ſibi dari in caſtris Neſtore-
os q̃ Achilles: quorum alteri manu: alteri conſilio ualerent. Sed nec magis ſunt tranſfugæ
in exercitu ducendo q̃ mali Ciues in regenda Ciuitate fugiendi: illi uno impetu uix poſſẽt
nocere: hi ſemper uno conſilio cuncta funditus labefactant. Sed iam ad reliqua pergamus.
Tertium ſequitur quod poſitum a cauſis iudicandis præcipuam iudicis integritatem poſtu
lat. Magna res & præclara tibi: Ciuitati ſalutaris: nullius priuatam amiciciam ita colere. ut
publica iura uiolentur Pluris enim decus Ciuium q̃ amici gratia faciendum eſt: nullius ini

micicias ita proſequi ut non exiſtimes publica inſtituta priuata charitate eſſe potiora:deni-
q; nec prece nec præcio diſcere ab eo loco quem æquitatis muri tueantur. Vnde ſi Ciuiles
procellæ te excutiant:tum demum abeundum eſt propugnaculo:cum locum ipſum ſalua
dignitate retinere non poſſis.quanquam ſi res exigat immorendum eſt patriæ:& mœnibus
& legibus defendendis:hoſtes enim publici ſunt uendicandi qui æquitatem oppugnant:
qui tuetur:is defenſor libertatis dicendus.& ſalutis publicæ propugnator. Quod cum in
cæteris magnificum & glorioſum:tum his qui Ciuitati præſunt neceſſarium.Solebant ue-
teres Aegyptii Principis collo appendere ueritatem:quam iudicium redditurus ſemp ocu
lis ſubclauſis intueretur.Extat Samii Pythagoræ uetus ſymbolum . Legibus opem feren-
dam eſſe:iniquitatem debellandam:ſtateram non tranſiliendam:cor non edendum . Qui-
bus clariſſimus philoſophus aperte monet qualem præſtare ſe debeat:qui Magiſtratum ge
rat & in Republica uerſetur Habendus eſt animus in conſulendo liber : in iudicando libe-
rior.ut ea dicas quæ ſentias:& ſentias quæ legibus confirmata ad publicam utilitatem refe
rantur. Nec ſtateram tranſilias:ideſt quod æquum iuſtumq; ſit ne tranſgrediare . Cor non
edas:id eſt nullius animi perturbationibus ſubiiciare. Agitur amici cauſa : Vide ne mitior
quia ſit amici futura ſententia Accuſatur inimicus:nec ob hoc quidem aſperius:quia inimi
cus:neſcio an etiam leuius iudicandum . Donandæ ſunt Reipublicæ priuatæ Ciuium ſi-
multates.ut non quid tibi libeat.ſed quid illi expediat cogites.Propinquo dictus eſt dies :
caue ſub pallio propinquitatis nequitia deliteat.Deniq; tibi perſuadeas oportere eum qui
Magiſtratum ineat exuere ſtatim ſeipſum & omne ſuum ſtudium & cupiditatem cum ue-
ſte deponere:induereq; publicam perſonam uniuerſæ Ciuitatis:omnia & priuata & publi-
ca ſui iuris arbitrari. Exiſtimare quicquid Reſpublica uel ſingulus quiſq; patiatur detrimē
ti ad ſuam ignominiam dedecuſq; redundare. Sed tamen ita corpori conſulendum eſt . ut
ſingula membra concordi aſſenſione moueantur:nihilq; ſit omnino quod a mole tota de-
ſeratur:nihil quod non ſubſequatur ſponte ſua. Itaq; in hoc communi bono elaborandū
eſt ut non ſolum in dignitate poſitis:ſed etiam priuatis Ciuibus ne quid fluctuet : ne quid
deceret:& ueluti ſolum atq; abſciſum a tota Republica abeſſe uideatur:ſintq; omnes parti-
cipes cōmunis boni:nec alter alteri inferat aut inferri patiatur . Quod ita fieri iniuriam .
ita fieri poteſt:ſi non magis doleant qui acceperint iniuriam : q̄ qui non ipſi laceſſuntur.
Nihil enim tam eſt magnum atq; impeditum quod ſi ex omni ſui parte cohereat & conſtet
non faciliime uertatur & cedat:ut nauium magnæ moles concordi nexu compactæ & col-
ligatæ:parua manu in maria pelluntur. Quæ conſenſio Rerumpublicarum nulla uia ma-
gis præſtari poteſt:q̄ pari æquabilitate in omnes:unicuiq; tamen iuxta dignitatem tribuen
do:& ſi nullius rei niſi publicæ utilitatis cenſeas habendam rationem . Hoc igitur ſecundū
religionis obſeruantiam & conſultationem bonorum morum præcipuum eſt in Magiſtra
tu benegerendo.ut cum te totum ad cōmodum Ciuitatis inſtruxeris:in hoc te armes: pro
hoc quotiens opus ſit deprœlietur. ut neminem niſi quantum fert cōmunis ratio extollen-
dum putes:deprimendum neminem.ſed eas publicus arbiter legumq; interpres nullam in
partem niſi quo te illarum ſanctitas uocat acceſſurus exiſtimes tibi iuſticiæ defendendæ
gratia:quāuis graues inimicitias eſſe ſubeundas. Pytacum Mytilenum eum qui unus ex ſe
ptem eſt habitus ſolitum dicere tradunt ueteres:malle ſe inter inimicos q̄ amicos ſententi
am ferre. Nam ex inimicis alterum amicum:ex amicis alterum inimicum futurum . Quod
quamuis ita ſe haberet:eſſe tamen ſi quando in uſu eueniret æquitatem amiciciæ anteferē-
dum etiam ſi alter eſſet inimicus. Hæc tenēda lex eſt in iudiciis:ne iniuſtitiam:unicum ma
lum.ut Socrates ſolebat appellare:iuſticiæ:quod maximum eſt bonum : anteponamus .
Nam qui amore:aut odio:aut ſpe:aut metu iudicat:is ampliſſima maieſtate ſua recedens ui
tæ officia peruertit & Ciuitati non mediocrem facit iniuriam : cōmuni iure uiolato : quo
quid poteſt eſſe acriori ſupplicio magis dignum? Eam ob rem cum in cæteris rebus hone
ſtiore uocabulo uti ſoleant legum interpretes hæc turpiſſima appellatione corrupta iudi-
cia uocauerunt. Quod aut primum defloratæ pudiciciæ:aut earum rerum : quæ in nihilū
euaneſcunt dici conſueuit ut corrumpantur. Quibus rebus ſicut in iudiciis corrumpendis
præcipue aduerſatur integritas.ut plane intelligere poſſumus hanc potiſſimum rebus iudi
candis præſtandam eſſe. Quod ſi quid ei deſit:qui iudicium eſt redditurus:q; ad modera-
tiſſimam æquitatem pertineat:integer appellari non poteſt . Cum autem uaria ſint homi
num officia.ut boni & compoſiti Patriſfamilias:domum inſtruere:liberos erudire . boni
Agricolæ:agros bene colere:fodere & arare:etiam conductos.ut boni Ciuis:iuſto imperio
legibus:inſtitutis parere:ſuis commodis Ciuitatis utilitatem anteponere . ut optimatum :
bene de communi libertate ſentire:magnificentius uiuere.ut maturæ ætatis : conſulere li-

bere

bere:defendere honeſtatem:iuuentutem coercere:omni uia decus publicum augere.ut adoleſcentium:ueſtigia maiorum imitari:excitari ad laudem:gloriam uirtute & ingenio quærere.ut uigilum Vrbem cuſtodire:pro portis excubare:ut deniq; omnium hominū diuerſa ſtudia. Eius uero cui commiſſa ſit Reſpublica nullum eſt ſingulare munus quod præter cætera tueatur:complectitur omnia omnium officia quæcunq; ad commodum:ſalutem: ornamentum Reipublicæ pertinere:tueriq; commune officium debet:efficereq; ut ſuum quiſq; tueatur:ne qd domus:ne agri:ſiue ſint illi publici ſiue priuati:deniq; ne Ciuitas oīs aliquo afficiatur incommodo. Meminiſſe ad utilitatem Ciuilis ſocietatis:ad ſalutem omnium ſeſe eſſe conſtitutum:cuius quanto amplior eſt dignitas:tanto ſunt delicta habenda grauiora. Quippe cum publico fungatur munere:delinquere ſine publica ignominia nō poteſt. Laudandus uero eſt qui ſua dignitate ſeruata ſic uiuat ut iure accuſari non poſſit.

Magis etiam commendandus frugi Patriſfamilias diligentia:qui domum frugalitate & modeſtia regat:multo tamen uehementius extollendus eſt & omnium clariſſimus & laudatiſſimus iudicandus is qui Magiſtratum bene gerat:cuius illud erit ſtudium acerrimum cunctam Rempublicam uelut domeſticam ſuppellectilem componere:expolire:gubernare:ut quanto uiro maior familia eſt. & familia Ciuitas:tanto huius opera ſi recte adminiſtrauerit inſignior:ſi parue deteſtabilior. Nam ſi uigilare quęq; ſuis rebus honeſtum ē quanto honeſtius erit Reipu. prouidere. Contra:Si negligere rem familiarem ignauū cenſendum eſt:ſi liberos deſtituere impium:quanto magis cōmunis Reipub. deeſſe. Patriam id eſt teipſum:liberos:amicos:propinquos:parentes:deos fraudare & impium & neſarium eſt iudicandum. Huic igitur rei omnis adhibenda eſt diligentia non ſolum ne quid ex magiſtratu tuo Reſpublica capiat detrimenti. ſed etiam multo magis ut concordia. ut moribus:legibus:inſtitutis creſcat:nullaq; pars omnino ſit:cui debita cum diligentia non conſulatur. Atq; ita ſuprema faſtigia curanda ſunt:ut infima non negligantur:quemadmodū in pulchro & præſtanti corpore lauandus quidem poliendusq; uultus. ſed nec capilli tamē unguiculæq; negligentius habendæ ſunt. Cum parua labe magna ſæpe ornamenta fœdētur. Si enim caſte:ſi manſuete:ſi iuſte geras multa:& tamen exiguum aliquid reliquas officii uel etiam ſi abiectiſſimis facies iniuriam:una macula ſordebunt omnia:tanq̄ minus integre ex omni parte geſta eſſe uideantur. ut in ſublimi & magnifice ſtructa domo non ſere laudatur Architectus:ſi uel baſis una paulo ſit incultior. aut lapis quāuis exiguus intorte collocatus. Vetus eſt platonis comprobatio de lyra:in qua ſi uel una chorda nō conſonet:omnis concentus offenditur. Par omnium fortuna conuenientem quendam efficit in Republica:& æquabilem conſenſum multitudinis ſi modo nullius dignitati & uirtuti detrahatur iuxta merita cuiq; tribuendo. Præclara hæc quidem quæ diximus & præſtantis in Republica uiri ſi una ornamenta. ſed afferentur alia quædam non obſcuriora & quæ eo ſpectent ut oſtendant uirum in Magiſtratu conſtitutum & Reipublicæ gubernacula tenentē: nulla una uirtute contentum eſſe oportere. ſed opus eſſe uirtutum omni præſtare genere: ut ſit tanq̄ ſpeculum quoddam honeſtatis clarum atq; ſplendidum & quo ſe cæteri componant ad bene ſancteq; uiuendum. Caput autem huius præceptionis eſt Iuſticia:ad quam unam referuntur omnia Eſt itaq; omni ope tibi enitendum:ne quid ſuperbe:flagitioſe:iniuſte facias:dicas:permittas. Acerrimus defenſor publicæ honeſtatis:maxime omniū quæ ad leges & iura tam humana q̄ etiam diuina pertineant. Habeaſq; ante oculos præclaram illam Heraclyti ſententiam. Leges uti muro eſſe defendendas. Cum multo ſit periculoſius Ciuitatem legibus carere:q̄ urbem muris. Tum qui leges Ciuitatis oppugnant:ſceleſtiores habendi ſunt q̄ qui muros. nec ſolum hoſtes iudicandi:ſed etiam parricidæ:cum ea tollāt quibus ſalus & omnium uita continetur. Etenim turres & propugnacula uim externam depellunt:quæ rara eſt & non niſi a potentioribus infertur:uixq; multis ſæculis ſolet accidere ut mœnia pulſentur. Leges autem quotidiano præſidio Ciuitatem ab inteſtina iniuria tuentur:muri ne ab imperatoribus:ne a regibus capiantur opem ferunt:quorum imperium æquum eſſe poteſt & tolerabile:Leges prohibent ne turpi & flagioſæ multitudini:ne improborum libidini ſeruiamus. Quæ res ferri a uiris magni & cōſtantis animi nullo modo poteſt. ut quiſquis leges e ciuitate ſuſtulerit:quietem omnium libertatemq; ſuſtulerit: quæ ad publicam utilitatem omniumq; ſalutem ſunt excogitatæ: ut quantum de legibus tantum de beata uita & libertate de ciuium omnium incolumitate ſubtrahatur. Earū enim ope cuſtoditur libertas:auctoritas bonorum retinetur:retunditur temeritas improbæ multitudinis:ſimultates & contentiones ſummouentur:alitur concordia:res foris domiq; amplificatur:paſſim agitur honeſtum ocium:comprimitur tumultus:ſopiuntur inimicitiæ:extinguuntur odia:omnis omnium Ciuium perturbatio depellitur:fortunæ opes dignitates

deniq; bona omnia legibus conſeruantur:florent amplificantur. ut multo firmior ſit eorũ
gloria qui parto imperio legibus moderati ſunt:q̃ qui bello pepererunt. Sunt qui affirmēt
ſolitum dicere Dyogenem ſiue fuerit al usæ grege tamen philoſophorum fuiſſe arbitror.
Qua in Ciuitate nec leges ualerent:nec amnis currens interflueret:in ea pernoctandum ſa-
pienti non eſſe. Et quod a Platone dictum noſtri auctores uſurparunt. Sine legibus nec do
mum ullam:nec ciuitatem:nec gentem:nec hominum uniuerſum genus ſtare: nec rerum
naturam omnem:nec mundum poſſe. Quæ & ſi de diuina lege dicta uideantur:effundun
tur tamen ad Ciuitatem iura:quæ ex illa priore tanq̃ in riuos e uiuo fonte manarunt. Tenē
da ſunt & naturæ iura:ne cognationis & ſocietatis:pietatis:amiciciæ:ne quid inter propin
quos fiat iniuriæ:ne quid fraudis inter ſocios:ne liberi parentibus aduerſentur:ne diſſoluā
tur amiciciæ:ne ſubeatur ingratitudo:quo uitio nihil deteſtabilius: & ab uniuerſi humani
generis ſocietate magis alienum: nec cui defendendi ſui facultas eripiatur: ne bonis uiris
honor non adhibeatur:ne anteferatur mendacium ueritati. Quæ omnia iura naturæ ſunt.
ut cogente nemine nulloq; propoſito ſupplicio quiſq; tamen putet eſſe ſeruanda edoctus
a natura:quæ quoſdam excitauit in nobis igniculos & fomenta uirtutis non a præcepto-
re tradita. ſed ebibita ab ingenio. Accedunt eodem ritus gentium:nationum mores:inſti-
tuta Ciuitatum:decreta maiorum:quæ nullo modo ſunt contemnenda. Euertent enim ſũ
ditus contempta Ciuitatem:cuius ſalus in his maxime rebus eſt conſtituta. Tum qua de re
ferenda eſt ſententia iudicium reddatur:alienæ ſententiæ non temere derogetur. Seruan-
da etiam diligenter quæ nulla lege conſtituta:tamen conſenſu omnium probata:recepta:
uſitata ſunt:quæ ad conſuetudinem referuntur:tum quæ ad ueritatem:utilitatem:honeſta-
tem pertineant:quæ ex æquo & bono eliciuntur. Nihil eſt enim popularius æquitate: mul
toſq; habet honeſtas aſſenſores:plures tamen cum utilitate coniuncta. Tamen cauendum
ut ſeruentur promiſſa:pacta conſtent:non reſcindantur conuenta:iura quæſita nemini au-
ferantur:largitiones non intercipiantur:legata reddantur:tributa pendantur:uectigalia p-
ſoluantur. Hæc ſi præſtiteris:complexus eris prope omnes iuſticiæ partes:quæ his in rebus
fere tota uerſatur. Etiam non contemnenda eſt opinio bonorum:ut qui magnis rebus ge-
rendis plus ſibi auctoritatis compararerunt:a dignitate ſua non deiiciantur. Nam ſunt eti-
am inter priuatos gradus quidam contentioneſq; honoris. ut alter alteri uirtute:gloria:re-
bus geſtis antecellat:quæ ſi contemnantur pariet ſeditiones & tumultus. & ſi nullum fiat
inter Plæbem Optimateſq; diſcrimen:unicuiq; tamen quod ſuum eſt tribuendo:eripiēdo
quod alienum. Nam hoc quoq; ad iuſtitiam pertinet:ut opinio:ut dignitas: ut auctoritas
attendatur etiam apud quaſdam nationes. ut ætas. quales fuiſſe Lacædemonii traduntur:
nullam rem magis uenerari ſoliti q̃ ſenectutem. Præterea in rebus iudicandis nonnihil lau
dis ſibi uendicat clæmentia:quæ propria eſt uiri præſtantis & manſueti: & magis naturæ
noſtræ imbecillitatem q̃ legum ſeueritatem aut ſceleris atrocitatem cogitantis. Nam acer-
bius punire:nocentes torquere:excruciare crudeliſſimi ſolent:iniurias autem moderate p-
ſequi magnifici animi opus eſt. & ſupplicia ad manſuetudinem ſuam non ad ſcelens atro-
citatem referentis. Non tamen dicam obliuiſci iniurias oportere. Nam id in Magiſtratu
nequaq̃ cenſeo faciendum. In priuatis tamen hominibus nihil magnificentius & ſalutari-
us. In principe uero ut ſi ſibi factæ ſint nihil ſpecioſius q̃ ignoſcere:ita nihil pernicioſius ſi in
cæteros q̃ negligere. Eſt genus hominum immane & deteſtabile:qui nullo niſi cruento cō
tenti cruciatu:omnem abiiciunt humanitatem etiam in re tenui:nouum aliquod ſupplicii
genus excogitant:facta infectaq; extorquent:Ii pro palmario habent multis cladem intuliſ
ſe. Quibus quid crudelius. ut non modo gubernaculis Reipu. ſed etiam uita indigni
eſſe uideantur. Romani ueteres negabant ei fas eſſe lucem intueri qui hominem uita ſpo-
liaſſet. Nec magni refert lege:quēq̃ occidas:an contra legem:ſi modo cupiditate impulſus
occidas. Mihi autem uidentur ſcelera non negligenda illa quidem: quæ ſi prætereant im-
pune nihil eſt quod non auſura temeritas ſit. Sed nec accerbius q̃ ferat ratio humanitatis &
magnitudo delicti punienda. Athenienſes quorum præcepta de uita præclara ſunt habita:
unde leges noſtræ tanq̃ e fonte defluxerunt:uel in grauiſſimo ſcelere cicutam afferebant:
eo ſupplicio contenti. Quod etſi eſt leue tamen eundem habet exitum quem eculeus. Cui
eſt Phalaridis taurus incognitus:aut ſubſcriptio Neronis:quorum alter eum qui tam im-
mane ſupplicium excogitaſſet illo ipſo in tauro necari iuſſit:alter quotiens eſſet Ciuis mul
ctandus morte:dicere ſolebat q̃ uellet ſeſe ignorare litteras. Ne alienæ calamitati manũ ap-
ponere. Quod ſi crudeliſſimis tyrannis penæ accerbitas non placebat: quid iuſto imperio
& Ciuili manſuetudine faciendum eſt? Hæc autem eo ſpectant ut inuitus ad damnationē
hominis accedas:ut quantum uoluptatis capias ſcelere comprimendo:tantum capias do-
loris q;

loris q̄ in ſcelus inciderint:qui ſunt puniendi.Nec quod ætate noſtra plærīq; ſolent : mul.
tos laqueo:plurimos ſecuri confeciſſe glorieris.Nam etſi punire latrones:fures:ſiccarios:&
cæteros id genus neceſſarium eſt : ſortaſſe etiam glorioſum : tamen in id neceſſitatis non
ſponte eſt ueniendum:ne unde gloriam paulo auidius quæras:ignominiam conſequi ui.
dearis:ſi ex aliorum ſupplicio quæras.Cogat te neceſſitas ipſas puniendi non excruciandi
libido impellat.Nec ſolum crimina ſpectãda ſunt:ſed etiam cauſa: tempus:locus : perſona
inſpicienda.ut quis ſit is qui deliquerit.Miles temerarius limitem inuaſerit alienum an cō
poſitus ciuis:agro paterno uicinum exturbauerit:adoleſcens in mulierem impudicam feciſ
ſe impetum dicatur:an natu grandis ingenuam . Siccarius hominem uulnerauerit : an ini
micus.ab eo factū ſit furtum qui numq̄ alias:an qui ſæpe fecerit .a paupere propter inopiã
an propter auariciam a locuplete.iratus conuitium dixerit:an cōtumelioſus:pacis an belli
tempore fuerit uiſus armatus. parauerit defenſionem : an ſeditionem excitauerit.in libera
Ciuitate an in municipio conſulto deliquerit an caſu atq; fortuito.ſponte an inuitus.ſuo
dictu an alieno imperio.ipſe alios hortatus an ab aliis impulſus.per imprudentiam lapſus
an præcipitatus temeritate.dolo quid factum an offitio.in quibus omnibus caſibus ſpectã
dus animus eſt.Spectandi etiam ad quos pertinet iniuria ut in hoſtes facta:dicatur an in ſo
cios:in propinquos an in alienos : in Ciues an peregrinos : in uirum honeſtum an in infa
mem & deteſtabilem:in ſacrum an prophanum : in priuatum an publico munere fungen
tem. Quo in loco flagitium commiſſum ſit :in templo an lupanari:in foro an in pomerio
Hæc omnia ab æquitatis fonte oriuntur : non fere ſemper explicata legibus ad unguem:
iudicis tamen arbitrio repoſita:in quo illud eſt magnificentiſſimum : imbecillitatem con.
tra potentiam : inopiam contra diuitias tueri atq; defendere . Vt cum tota Reſp . tuo ſit
commiſſa imperio: tuæ tradita cuſtodiæ : quid infirmius ſit id maiore præſidio tueare : ut
in urbium mœnibus fieri ſolet : ubi quæ minus munita ſunt fortius defenduntur . Sunt
qui putent fortunam quoq; ſpectari oportet : ne ſeditiones oriantur : quod fere accidet in
minuta nobilitate : aut potentium libidine compreſſa æquabili moderatione . Exiſtimãt
enim niſi aliquid permittatur licentiæ e ſua ſe dignitate eſſe deiectos : cogunt cœtus:&
multitudinem concitant adducti ſpe mutandæ:arbitio ſuo uertẽdendæ Ciuitatis:quæ flu.
ctuatio eſt communis populis omnibus:ut aliqui æſtuent cupiditate dominandi . Quæ
res ad tyrannidem labitur:niſi reſiſtatur.Sunt quos moueat metus iudiciorũ : ut ſi legibus
parẽdum ſit penas ſuppliciaq; uereantur : ſcelerum magnitudine inuoluti . Multo colligit
Ariſtoteles hoc a ut ardore aut metu incitatos Reſpub. factionibus obligaſſe :ut Rhodiam
nobilitatem contra Plæbem ſumpſiſſe arma metu eorum quæ parari dicebantur : ut Hera.
clienſes:alioſq; pmultos.Nam de ſtudio dominandi non opus eſt exemplo:hi lupi ut aiũt
fabulæ uſquequaq; inueniuntur.Hoc autem uno conſilio putant euitari poſſe:ſi uento uela
pandantur & uehendum te quo popularis uocat aura permittas.Afferunt auctoritatẽ gra.
uiſſimam Solonis:ſi modo auctoritas eſt ea dicenda:non querela potius . Quippe ſolitum
dicere aiunt Solonem:quod quidam aſcribunt Anacarſi.Leges aranearum telæ ſimiles ui
deri.Siquidem telam illam ſi quid leue imbecillumq; inciderit:inuoluere & detinere : gra.
ue autem ſi quid aut robuſtum cedere & rumpi.Sic leges coercere inualidos :a potentibus
frangi ſolere.Sed & ego ſortaſſe ſi de factionibus eſſet ſermo faciendum putarem ut euro
carbaſa darentur. Verum in libera Ciuitate non arbitror:tantumq; abeſt:ut aſſentiar :ut ni.
hil exiſtimem a ſtatu & ſalute Rerumpu.alienius:nihil pernicioſius his qui uiuunt legibus
ubi tenenda æquabilitas eſt & moderatio iuris publici conſeruanda:ut nihil extollatur ni
ſi uirtus:nihil niſi quod contra uirtutem ſit deprimatur:ſi modo ea uirtus coniuncta ſit legi
bus in quibus poſita eſt ſalus Ciuitatis.Plurimum etiam laudis & Magiſtratibus gerendis
ſibi uendicat modeſtia:ut nihil appetas quod non ſit appetendum:ut pecunias:ut opes alie
nas.Naſcitur enim ex hac appetitus intemperantia depilatio:rapinæ:extorſiones . naſcitur
etiam libido explendæ uoluptatis a lege prohibitæ.Nec ulla res eſt in adminiſtratione im
perii flagitioſior & quæ magis offendat populatium animos q̄ iniuria libidinis . ut ſtupra
& adulteria & quæ ſunt eius generis turpitudines:ut omnis uiolatio pudiciciæ: quæ ita cu
ſtodienda eſt:ut nullum omnino libidinis in te ueſtigium uideatᷣ apparere.Hæc enim om
nia & ab honeſtate uitæ & ab officii grauitate recedunt.Rerum autem omnium neſcio an
turpiſſima ſit auaricia in Magiſtratu:quæ & odium parit & maximas ſolet importare cala
mitates:& detrimenta gignit & peruerſam opinionem integritatis. Vt quem cupidum pe
cuniarum homines intelligant poſſe eum cauſis iudicandis integrum eſſe non putant . Ex
eadem quoq; præceptione eſt fragilitas & uictus moderatio. Efficit enim ut & robuſtior
in ocio uiuas:& quandam præfefert opinionem honeſtatis.Cōtra ei qui eſt deditus temu.

ſentiæ & eluuioni:corporis uires eneruantur : fluctuat animus uoluptatum cupiditatibus
incenſus:explendarumq; libidinum:quarum origo eſt omnis a uentre:& eſt peſtifera Ciui
tati Dignitate enim abiecta & contempta Reſpu. unius principis intemperantia: tota in li
centiam luxumq; diſſoluitur. Præclare Athenienſis Solon legem tulit:quæ iubebat tumul
tum principem morte eſſe mulctandum:cum ſatius ſit unum hominem in Repub. perire:q̃
in nouo uiro fœdari Rempu. Et ne dicere nimis multa in eam ſententiam uideamur: colli
genda ſunt ei qui gubernacula Reipu. teneat omnia genera uirtutum:utaq; abiiciēda om
nia ne qua parte deficiat. Quod ſi tanta integritas nō detur in uita:ut perfecti ex omni par
te ſimus:omniaq; in nobis eluceant ornamenta uirtutis:in hoc tamen ſtudendum & labo
randum eſt:ut præſtare nitamur omnia:atq; ita exiſtimemus:ut quoniam naturæ imbecil
litate optimi eſſe uix poſſumus:tanto aptiores eſſe ad hoc munus obeundum:quanto eri
mus uita meliores. Nec deterreri oportet ſiqui magis idonei ad Rempu. capeſſendam:plus
induſtriæ:ingenii:probitatis attulerunt quāq̃ improbitate nemo poteſt nos uincere:niſi ip
ſi uinci patiamur. Nam ſi primum locum honeſtæ laudis non conſequemur:eo plus nobis
pariemus gloriæ:quo propiores accedamus ad primum. Id autem cum in cæteris rebus ē
faciendum:tum maxime in Repu. gubernanda & gerendo Magiſtratu. Cætera ad unius
plærunq; pertinent rem. Magiſtratus propoſitum habet cōmunem utilitatem uniuerſæ Ci
uitatis ut hoc diligentius gerendus ſit quo plures ſunt quorum eſt cauſa conſtitutus. Et ut
expreſſius totā hanc rationē intelligas: ſunt qui putent hominem in Magiſtratu poſitum
ita pingi & exprimi oportere:ut nulla pars corporis uacet officio. Primum frontem ad tem
pus effingunt:ut lenis & porrecta in ſuadendo:aſpera:rugoſa:tetrica in iudicando : quam
& obſeruare boni poſſint & improbi formidare. Vigiles ſint oculi & circunſpicientes :mo
deſti tamen nec quales Hypericles in Sophocle depræhendit:cui proxime ſedentem egre
gia forma iuuenem laudanti:Oportet inquit o Sophocles Prætoris non ſolum manus:ſed
etiam oculos Continentes eſſe. Laudatur illud Themiſtoclis decretum:quo Magiſtratus a
ludis arcebantur:ne Reſpublica ludere ipſe uideretur. Etiam in ea Ciuitate uetus conſuetu
do diu tenuit ne minimus āditus eſſet in theatrum & ſcœnam:niſi honeſta modulantibus
Quod ea de cauſa faciebant:ne qui eſſent in ſpectaculo Magiſtratus:parum honeſti ſpecta
tores fierent. Ego uero non eo te anguſtiarū compulerim :ut nihil ſpectes. Nam id moris
diu eſt:q; abſoleuit. Verum ne ſine grauitate & modeſtia ſpectes:hoc ipſum ē quod præſta
re & potes & debes. Etenim nulla cauſa per urbem ſtipatum incedere : equo impudenter
circūuici & diſcurſitare feneſtris ſuſpicere: noctu uagum errare: ludis omnibus intereſſe &
leue & indecorū eſt:nec uacandum his rebus quibus nihil ſubeſt dignitatis:ſed iuri reddē
do inuigilandum:ſtudendum concordiæ Ciuiū:qua ſeruata creſcit Ciuitas:ſublata diſſol
uitur. Huc intendendi ſunt oculi:hic tanq̃ pro portis excubandum. Sequuntur deinde au
res duæ:quarum altera accuſatori eſt aperienda:Altera pandenda defenſori:In quo cauen
dum ne quid temere credas:neue pertinax ſis:ut quod ſemel audieris auelli non poſſit. Co
gites quis is ſit qui conetur perſuadere:quæ res:cui obiiciať:ne plus fidei improborū teme
ritate detractioni q̃ bonorum innocentiæ adhibeas:Aurium enim nimius aſſenſus liguas
exacuit detractorum ad uirtutem oppugnandam:Linguam:id eſt orationem:tēpus & cau
ſæ uariabunt. Acerba & mordax ſit in caſtigando:in monendo conciliandoq; maturior &
ſuauior. Deniq; frontem ducem ſequeť oratio:aut frons comes erit orationis. Larga manꝰ
& benefica:non tamen ambitioſa & prodiga. Quod ſi in altero peccandum ſit porrectam
potius eſſe oportet ad munificentiam:q̃ uncatam ad rapinas. Nihil eſt in uiro claro quod
largitate & beneficentia magis eluceat : ab omni tamen abitu ſeiugata. Nihil quod ui
tam magis famamq; denigret q̃ ardens & inſaciabilis cupiditas aliena rapiendi. Eſt au
tem ei qui prouinciæ præſit prouincialium gratia:qui Ciuitati Ciuiū beniuolentia repor
tanda:non pecuniæ per uim & iniuriam extortæ domum referendæ. Hinc orta eſt maioꝝ
lex de repetundis:ut eos quibus præeſſent:augerent opibus:non fortunis expoliarēt. Q d
ut diligentius fieret iis qui Magiſtratum cum laude geſſiſſent : in prouincia domi æs alie
num perſoluebant. Pedibus autem ſtabilitas quædam deſyderatur non uaga : & diſcurſi
tans : ſed firma atq; inhærens : ne quærendus a quo ius reddi oporteat. Cautum erat lege
apud ueteres:non licet ei qui gereret Magiſtratum:prouincia excedere : niſi uoti ſoluendi
gratia:quo pateret forum ſemper:& ſubſellia:& tribunal:quæ loca publica eſſe uoluerunt:
quo aditus eſſet apertior. deniq; nullum uolunt eſſe membrum quod ad ſalutem eorum
qui curæ noſtræ traditi ſunt:non debeat celebrare:& conſulendo : & agendo : ut tantum
te laudis aſſecutum putes: q̃tum diligentia tua commodi fuerit Reſp. conſecuta : tantum
dedecoris quantum illa detrimenti. Hæc ſunt quæ a nobis:& litteris:& nuntiis poſtulaſti.

Iacito tibi

Iacito tibi ſundamentum colendi dei: quicqd inde ædificaueris:nullæ ꝓcellæ :nullauis ferri labefactabit. Iuſticiam omnibus in rebus ſeruato diligenter : ea eſt in deos : in homines & in eos qui mortui ſunt maiores noſtros:ut diis primiciæ decimales:hominibus res: maioribus parentationes:& exequiæ reddantur. Deniq; ita ſtatuas ideum nemini hominum maiorum ſraudem inferendam : tum bonos uiros non deſpiciendos publicis conſultationibus admittendos. crudelitati:libidini:omnibus flagiciis bellum indicendum. inſeruiendum publicæ utilitati:legibus & æquitati ſemper innitandum. nunq̃ ꝓcio:gratia:libidine iudicãdum. ob rem iudicandam pecuniam non accipiendam uitandam omnis auartiæ ſuſpitionem cauendum ne quam in rem q̃ in hoie aut immanior aut propenſior fuiſſe uidearis. deniq; quicquid repugnat honeſtati fugiendum. Hæc ſi præſtiteris ſummorum hominum:qui Rebuſp præfuerunt ſecutus ueſtigia:& nos profeciſſe aliquid his monitis letabimur:& tu ſolum uexilla quæ honori dantur eorum qui manus ſuum præclare obierũt reportabis:ſed Ciuibus ſalutem pariesːtibigloriam ingentem comparabis : ut nõ eo ſolum dignus fuiſſe quod gesseris:ſed qui per gradus dignitatum ad ampliora extollendus uidearis. Quæ omnia facillime conſequeris:ſi te Reipu. cuſtodem præſidem propugnatorem memineris eſſe.

DE REGENDO MAGISTRATV

FINIS

IOANNIS ANTHONII CAMPANI EPISCOPI CROTONIATAE AD FRANCISCVM MAXIMVM CIVEM ROMANVM DE DIGNITATE MATRIMONII

Atrimonii dignitatem & uetuſtas originis probat:iam inde a primo rerum initio tradita nobis: & per gradus ætatum continuata uſq; in hæc tempora gentium omnium teſtatur nationumq; conſenſio. Nec poteſt non digniſſimum eſſe quod deus inſtituit: religio tenuit ſemper: leges omnium humanæ diuinæq; ſanxerunt. Vix dum creauerat hominem ſublimis deus: cum illi fœminam ſociam atq; adiutricē excogitauit:& quod cogitauit effecit. Quippe deo idē ē cogitare quod faceret:idē facere quod pficere. Traxitq; illam ex hominis ipſius coſta:non ex terra peregrinaq; materia confecit:ut eſſet uiro futura coniunctior & gratior:quæ ipſo nata & facta eſſet e uiro. Et cætera quidem religionis noſtræ myſteria:quāq̄ ſacroſancta & diuina ſunt omnia: ad curam tamen & cuſtodiam hominis & emendationem cum iam peccaſſet uidentur adhibita:hoc unum ad productionem uniuerſi generis:propagationemq; legitimam naturæ inuentum eſt anteq̄ peccaretur. Ita hoc factum eſt ut naſceremur:illa ut lapſi ſurgeremus effecerunt. Quantoq; eſt ortus q̄ ſurrectio maior:& officium q̄ remedium:tanto eſt Matrimonium q̄ myſteria cætera præſtantius. Tum illa nequaq̄ ab omnibus admiſſa ſunt:hoc omnes gētes omneſq; nationes:quanq̄ diuerſis ritibus: pari tamen conſenſu receperunt. Remq; ut erat: omnium ſanctiſſimam atq; utiliſſimam rati:quicquid potuerunt lætitiæ: plauſus cærimoniæ adhibuerunt ſuitq; ſemper apud omnes præcipua & fere ſola celebritas nuptiarum. Quod etiam ex epithalamis priſcis ueterum q̄ nomen a nuptiis accæperunt licet intueri: ubi feſtiuitas & læticiæ plena ſunt omnia Huc tibicines inſtituto maiorum: huc albentes equis afferebantur huc pompa quanta excogitari poterat maxima:cantu:uerſibus:tripudiis ducebatur:q; res eſſet nulla cui tantas deberi & honeſtatis & utilitatis laudes arbitrarentur:quantas ei unde ſe natos eſſe intuebantur. Sic cum cæteras æſtuantis naturæ illecebras diuerſis nominibus appellarent:ſtupri:inceſtus:adulterii:fornicationis:ſpurciciæq; eſſent fœde & detebiles. & leguni ex his religionumq; iura uiolarentur: ſolis nuptiis honeſtiſſimum Matrimonii nomen tradiderunt:plenum honoris:pietatis: reuerentiæ. Quo enim chariore ac ſanctiore nomine domum uenire poterat nupta? Quo mater familiæ iam tum deſtinaretur cum ueniret. An eſt ullus affectus in terris honeſtior aut reuerentia maior ulla q̄ matris? Atq; eius matris quæ ſit conſenſu legitimo coniuncta cum patre:non ſoluto libidinis congreſſu uolutata. Quippe non omnis mater ex matrimonio eſt: ſed quæ duntaxat maritalibus uinculis nexa:non licentia flagitii concita:in thalamos ierit nuptiales:conſecratos cærimoniis:non cæca libidine in fornicarios ſeſe cōcubitus præcipitauerit. Ea enī eſt uera mater exiſtimanda quæ tibi exploratum dederit patrem. & incertum habet patrē quiſquis ex lege non habet. tranſactaq; res pro iudicio eſt:peſſimam ei matrem eſſe:cui ex matrimonio nō ſit. Nec uenit honeſta conſenſio animorum:quo nuptiales tædæ non peruenerunt:ſitq; in pulſu libidinis obſcœno:quicquid diſplicet cum eſt factum:iudicium ē qd rubur & pondus adiicit rebus. nec quiſq̄ eſt qui non inuitus peccet: maluit atq; ſi liceat id idem aſſequi non peccando. Quod opus præcipuum eſt nuptiarum:ubi omnia fiunt ſūma cū beniuolentia eorum:qui affinitate iunguntur:non afficiuntur iniuria. Et amplectimur reuerentia ſponſam:non modo qnia nobis deſponſa eſt. ſed qm̄ liberorum noſtrorum: quibus nihil nobis poteſt eſſe carius:mater futura eſt:& futura ſine ſcelere noſtro:ſine offenſiōe dei ſine contumelia propinquorum. Iure itaq; Matrimonii nomen ſortita eſt res tanta:unde nati omnes matrem cū dignitate:patrem ſine dubitatione:utrūq; ſine peccati infamia haberemus. Sed ea res q̄ ſancta fuerit ſemper & probata oībus infinita extāt exempla. nec gens fuit ulla tam barbara:quæ non ſolutam damnaret: libidinem. Matrimonium amplecteretur. Nam & ſi priſci Arabes:ut res cætera:ita & uxores cōmunes habuerunt. Quod fere idē feciſſe creduntur Britanni & Trogoditæ & in Græcia Lacædemonii:quorum alteris cateruatim alteris familiatim uxores erant: tertiis promiſcue habebantur:tamen & hi intra conceſſos genti limites ſua quiſq; contenti uxoribus tenebātur:nihilq; apud eos acerbius q̄ adulterium plectebatur:cū extra familiares uxores cateruatiaſq; laſciuirent. Indi quoq; ueteres nō cōtenti unica plures cū ducerent:alias uoluptatis explendæ gratia:plis augēdæ alias mercabantur. Quippe nō dotem ipſi accipere:ſed qd & alias Cātabri fecerunt:ultro parenti offerre conſueuerunt

ferre conſueuerũt. Indi quidam dũtaxat bonis: Cantabris uero pro dignitate atq; opibus erat propoſita merces: quoniam aliqua ineſſet flagitii turpitudo his quæ ad uoluptatem ducerentur. Hos animos quantum attinet ſecuti. Germani dabant ipſi dotem uxoribꝰ: nõ accipiebant. Sed horum quoq; par cura ſeruandi Matrimonii fuit: nec uiolati pena diuerſa. Si qui alienis abuterentur: capitale habebatur. Aegyptii uero eodem deprehenſos ſcelere: uiros quidem mille plagis cædere ſoliti traduntur: mulieribus naſum amputabant: ut Matrimonii iure uiolato qua parte corporis homines illexiſſent ea contaminata pudicicia fœdarentur: & eſſet teſtimonium flagicii in uultu quod in uultu libidinis fuiſſet incitamẽtum. Et traditum eſt fuiſſe nationem aliam: ubi Rex gentis nullam ipſe quidem haberet uxorem: & habere lex uetuit: cæteræ per alienas & quas libitum eſſet diuerſaretur: ut quam nocte quaq; potiſſimum mallet ex omnibus: eam interdiu accire ad ſe iuberet: iſq; apud eos plurimũ gloriaretur cuiꝰ uxor ſæpius fuiſſet accita. Sed Rex quidem ita habebat: cæteri nihil æque ac Matrimonii iura uenerabantur. Erant & qui multo impudentius uxores ducerent: haberent tamen obſeruantius. Hi Taxilli in Aſia populi fuere: ubi ſi quæ eſſent puellæ parum locupletes: producebantur a ſuis in forũ in ipſo ætatis flore: magna pompa: tubis: claſſicisq; procinentibus: atq; ibi cõfluente multitudine: puella ei qui ad ſe acceſſiſſet primũ poſteriora corporis humero tenus: deinde anteriora inſpicienda denudabat. atq; ita cui potiſſimum placuiſſet nubebat. Sed nec hi quoq; ad appetitum differebantur: ſed contenti legibus eam tenebant: quam ultro accæpiſſent. Paulo modeſtius Aſſyrii. Triumuiros conſtituebant: appellabanturq; Præfecti nuptiarum: homines probati & graues: Ab his puellæ: ubi eſſent iam nubiles: in multitudinem mediam producebantur: horum ſi qui eas conducere uellent: præconis uoce denuntiabant: atq; ita locabantur: ſed ut diſcedere ab his non liceret. Iam & hic Matrimonia utcunq; conſtabant. Babyloniis uero non tam aperta quidem ſed tamen turpiora compendia. Quippe apud eos puellæ cum hoſpitibus ſolitæ ſerũtur exigua pecunia: & quanta hoſpiti libitum eſſet: in gremium coniecta. quam ſummam dotí deſtinabant: mox maritabantur: ut quanq̃ turpiter: tamẽ ſine Matrimonio non eſſent Idem mos eſt Cypriis. Vetuſtiſſimis fuit & in Sicilia Eracienſibus: ut puellæ profectæ ad littus maris primo nuptiarum die publice proſtarent: atq; ita dotem lucrarentur: illaq; eſſet commendatior: cui plures fuiſſent congreſſi. Eumq; congreſſum. Veneris libationem appellabant Per reliquam uitam continentiſſime: meliuſq; ſuccedebant connubia & honeſtius q̃ inchoabantur Adhuc ſtultius & procacius. Thebis quæ fuerunt in Aphrica puellæ uiros ultro palam appellabant: & cum quibus quotq; libitum eſſet conſpurcatæ: mox domum reductæ lugebantur a parentibus ut mortuæ: atq; ita paulo poſt deſpondebantur. Infinitũ eſſet per externa diſcurrere: remotaſq; nationes: nationumq; diuerſos & improbatos mores commemorare: apud quas etiam & parentes liberis nuberent: ut apud Perſas: & ſorores fratribus: ut apud Aegyptios Græcoſq; ueteres conſueuerunt: Hæc eo referũtur omnia ut conſtet diuinitus adinuentum Matrimonium ubiq; obtineri: ubiq; coli: & ſi multo ſanctiora noſtrorum fuerunt inſtituta: atq; ut in cæteris rebus: ita hac nuptiarum quoq; ſanctitate: gentes: nationeſq; cæteras ſemper uicit Italia: ubi nunq̃ eo dementiæ aut libidinis uentum eſt ut uel pudicicia fuerit contempta: uel plures quiſq̃ uno tempore uxores inculcauerit. Sed quanto maiores noſtri exteros: tanto nos eos ipſos hac ipſa nuptiarum dignitate ſuperauimus. nec diuortia quæ ſponte fierent: nec repudia quæ in uiri eſſent poteſtate admiſimus. Multo ſtabiliora ſunt myſteria noſtra: quia fundamentum iecerunt in petra: non ad caſum fluctuationemq; opinionum quatiuntur. Itaq; maiores noſtri nondum nacti hanc lucem qua nos illuſtramur: ignorauerunt quidem normam ritumq; uerum nuptiarum. quia uerum ſponſum. Chriſtum non nouerant: & Cananeæ nuptias atq; apparatum non aſpexerant: ſed tamen tanto ornatu atq; copia: tanta ſuperſtitione & cærimoniis rem peragebant: ut omne ſtudium in id atq; induſtriam impendiſſe uideantur: dignique prope fuerint uerum cognoſcere Matrimonium: qui tantum in illo exornando elaborarent. Operæpretium eſt intelligere quo cultu nuptias: qua auſpiciorum obſeruatione celebrabant. Primum omnium puellæ adhibebant conſenſum ne qua nubere cuiq̃ inuita cogeretur. Inde ubi dictus dies nuptiarum aduenerat. Et Pompa maiorum ritu parabatur ſponſa uirentibus floribus in Corollæ ſpeciem diſtinctis: coma prætegebatur etiam. Verbena quam. Lucinæ ſacram ut. Veneri myrrhum putauerunt. Mater puellæ uariam ſupellectilem: ſpecilla: acus: calamiſtra: crinalia: in aures: frontalia: reliquumq; mundum muliebrem in ſeruia & cameram congerebant: eaq; puellam anteibant: quo intelligeret eſſe ſibi cum omnibus fortunis ſuis: quæ ad liberatu fœminam pertinerent e patris domo in aliam familiam emigrandum. Inde albi equi: quos uocabant Iouis. ſtrati perma/

gnifice apparabantur:& currui aut thenſæ:in qua ſponſa inſedebat:adiungebantur:ut can
doré uxorũ ſine labe ſignificarent & ſine macula eſſe oportere. Et curru cui per fornices trã
ſitus nõ eſſet:uia:patenti atq; aperta:nullis latebris obnoxia uectaretur. Tũ qua uia iter ſpon
ſæ futurũ eſſet:ea rota floribus ſparſa:uelis late impendẽtibus tegebatur:ita ut cœlũ nõ pri
us aſpiceret ꝙ ad mariti domũ perueniſſet. Ducebaturq; capite circũuelato:unde Nuptiæ a
nubendo:quod eſt uelare:dictæ exiſtimantur. Panariũ ẽt deferebat manu:farris:cibariorũ
q; plenũ. Inde ubi ueniſſet ad lumen primũ ueſtibuli:ſponſus arrectam eam ſublimem : ita
ut pedes pauimentũ non tangerent:limini ſuperiori incutiebat:ut aliquotiens limen ipſũ
ceruice feriretur:interdum caniſtro:quod ab infimæ plæbis puellis quæ nõ eſſent nuptæ fe
rebatur. Limina in qua puella duceretur fertis circũpendentibus coronabant's teſtimoniũ
nouæ ingentiſq; lætitiæ:& e qua præcipue penderet domeſticum decus. Puella ueſte idue-
batur purpurea:uerum quæ in ſuppari modũ humeros non excederet ne lacerti nudum re
linquerentur:ut corporis reliquæ partes ſeſe inter modeſtiam & uerecundiam cuſtodirẽt :
manuum opera in oculis ſpectarentur. Adde & collo monile : quo teſtaretur uiſtam iam
eſſe & in alterius futuram poteſtatem tranſcendere. Et limen ne pedibus contingeret pro-
hibebatur ne quid offenſionis accederet:omneq; acciperet illeſæ fœlicitatis:eodem ſpecta-
bat & candida inſula:poſtem utrũq; contingens ad puri conſortii ſignificationem. Thorus
in aperto exiguis & preſſis gradibus ſtratus apparebatur:ut pateret oĩbus & ſciri poſſet ad
honeſtum congreſſum præmiſſam & letiginmam conſuetudinem ne uetita ac ſolita flagi
cia conſpicerentur:Eam deinde pueri tres nobiles comitabantur. Primus qui facem accen
ſam anteferret:uirginitatis inſigne:ꝙ ignem ſacrum æternumq; Veſte ſolæ uirgines cuſto
dirent. etiam quia ſeruato more maiorum:ſponſa ad excutiendum pudorem noctu lintea
uelatis oculis ducebatur. Alteri duo pueri arreptam ueluti per uim e matris gremio puel-
lam ad uirum tumultuatio curſu deferebant:ad auſpicium futuræ fœlicitatis:ꝙ raptæ a Ro
mulo Sapinæ proſpere fœliciterq; uertiſſent. Romanamq; rem & fœcunditate prolis & re-
conciliatione ſuorum amplificaſſent. Velato capite incedebant:ut redeundi ad ſuos :diſce-
dendiq; a marito uiam non proſpicerẽt:neue oculos in alium quempiam:ꝙ in eum ipſum
ad quem ducebantur deflecterent. Percutiebat limen:ut ſciret illo ingreſſam : iniuſſu uiri
nunquam egreſſuram:& cum egrederetur niſi eodem rediret:caput:id eſt decus & ſpecimẽ
ſuum offenſuram. Panarium cum farræ & cibariis:aut caniſtrum ferebat : ut intelligeret il-
lic ſibi perpetuo uiuendum eſſe:illic habitaturam. Eodem & cumera cum mũdo muliebri
ſcriniaq; ſupellectili referta permeabant. Ingreſſa thalamum cingulo cingebatur ouilla
lana confecto:quod mox a uiro cum thorum conſcendiſſet ſolueretur futuræ concordiæ
conſenſioniſq; auſpicium:ut quemadmodum illa cincta compactaq; fuiſſet : ita coniuncta
cum uiro concorſq; perſeueraret. Tum eodem auſpicio haſta gladiatoria:qua gladiator qſ
piam confoſſus occiſuſq; fuiſſet : puellæ coma diſcriminabatur : ut ueluti haſta *Myrmil*-
lionis inhæſerat corpori: ita uxor uiro conſertaretur : uel potius quo prolis gignendæ ro-
bur fortitudinemq; auſpicaretur. Quod res Romana re bellica militariq; conſtaret. Idem
annullo ferreo ſine gemma ſponſæ digytis indito augurabantur:ꝙ non auro:non argẽto:
non gemma:ſed ferro ſolo & fœcunditate prolis Romanum creuiſſet imperium. uelut ca-
ptato auſpicio : filii fortes ac robuſti naſcerentur : & eorum qui uxores ducerent robur ui-
rilitatemq; probarent : quod auſpicium non ſolum noſtris curæ fuit : ſed exteræ quædam
nationes tenuerunt:Imprimis Carmanii qui trans Taurum incolunt : quorum nemini fas
erat uxorem ducere : niſi prius ceruicem cæſi prœlio hoſtis amputatam ad regem pertu-
liſſet:ut qui digni eſſent uxoribus uirtute atq; robore probarentur: cæteri ut molles effœ-
minatiq; carerent. Perſæ uero initio Verni æquinoctii:quo maior ineſſet membris calor &
ualentior ad prolem robuſtam gignendam duci uxores ſtatuerunt. & qua die cum uxori-
bus ipſis congrederentur : quo ſobria conciperetur proles : nil præter malum aut Cameli
medullam eſci ſtatuerunt. Sed de noſtris ſit ſermo:quoniam ſanctiores nuptiæ & fortio-
ra pignora fuerunt. Puella. Verbena percincta caput : floribuſq; uariis : triſtis tamen : uiri
domum ingredi iubebatur : quod uirginitatem: cuius fœminæ cura debet eſſe præcipua
& recuperari nullis artibus poteſt : paulo poſt eſſet amiſſura : ubi pauliſper ſtetiſſet : lanea
mox in ſella conſidebat : ꝙ totam ſupellectilem omneſq; diuitias lana conſtare maiores
uoluerunt. Ideoq; Talaſſionem nuptiis acclamare ſoliti ꝙ lanificii uim ſignificationemq;
haberent:cui materfamilias præponebatur domeſticæq; curæ præficiebatur omni. ut la-
nam in qua uniuerſa erant ueterum bona coniectaret. Eandem ob rem euntem ad ſpon-
ſum puellam:iuuenes aliquot colum:fuſſum:ſtamenq; præſeferentes antecedebat:ꝙ in his
& cura & ſtudium futurum eſſet mulieris. Cum perueniſſet ad ianuam & proforibꝰ ſubſti-
tiſſet

tiſſet: interrogata quod eſſet ei nomen: Caiam ſe uocari dicebat:quod eo fuiſſet mater Ca
ia Cecilia Tarquini uxor una in lanificio mulier a priſcis celebrata. Multa quoq; ad omnes
diuturnitates miſcebantur. Nulli pronubæ attingere ſponſam permittebatur:niſi quæ unũ
duntaxat habuiſſet uirum:cæteræ quæ nupſiſſent pluribus procul inde arcebantur. Viduæ
admittebantur nullæ: quãuis arctiſſima propinquitate coniunctæ:ut perennitas quædam
promitteretur:utriq; utriq; longiſſima:nullis aliis nuptiis interrumpenda. Et cum fax illa
quam puer nobilis præferebat:quantum ſatis eſſet præluxiſſe:ab amicis propinquiſq; utri-
uſq; diripiebantur:ne aut uxor ea nocte ſublecto collocaret: quam rem funeſtam uiro ar-
bitrabantur:aut uir in ſepulchralibus funeribuſq; ſacris comburendam curaret:unde fatum
ſponſæ portendebatur. Tum hi pueri quos diximus omnes patrimi matrimiq; deligeban-
tur. nec ulli diuerſis parentibus nati aut orbati altero illorum:anteibant.ut qui futuri eẽnt
utri q; liberi. non ex alio uiro uxoreue alia ſuſciperentur. Porro ad prolem multiplicãdam
& porca:q; fœcundiſſima ſit:nuptiis mactabantur:& nuces late ante ianuam: q; his ludere
pueri ſoleant:ſpargebantur. Clauus item ad facilitatem partus in ueſtibulo figebatur ubi
res diuina fieret Faces quinq; accenſæ in orbem puellam luſtrabant:ne aut pauciores pare-
ret in uita omni:aut uno partu plures:quod & diſcrimini foret parienti:& prodigioſum pu
tabatur. Interſacrificandum poſtes uerruno adipe: ne qua faſcinatio fieret inungebantur:
quod arcere ea res uenefica incantationeſq; putaretur. Aderant deinde noui apparatus cæ-
rimoniæ:ubi iam pernoctaſſent poſtridie nuptiarum compotatio promiſcua uiro uxoriq;
apparebatur. Repotionemq; uocabant. Vir præterea ignem & aquam: in quis commuta-
tio uitæ omnis ſita eſt:uxori porrigebat:ut quemadmodum his quibus exilium indictum
erat:ciuium communione & igni & aqua interdicebatur:ita uir uxori qua cum ucturus ha
bitaturuſq; eſſet:ignem atq; aquam ſummi conſenſus mutuæq; ſocietatis auſpicium com-
municaret:uetabaturq; alter alteri domo quicquam dare. quod fere ad nos uſq; peruẽit:ne
largitiones inter uirum uxoremq; fiant:quoniam ſuperuacaneum erat uiciſſim ſe donare:
quorum omnia eſſe communia oporteret:nihilq; alter haberet quod non futurum & alte-
rius uideretur. Infinita quippe ſunt quæ ueteres inſtituerunt in ornandis nuptiis: quorum
magnam partem ipſi reiicimus:quandam obtinemus:ſcilicet ut ſponte fiat:& cogi quis in
uitus non poſſit Inde ſponſam q; ſponte conſentiat:putant appellatam. Et obſeruatio tem-
poris ut non ſemper liceat. Quippe illi neq; feſtis diebus uirgines duci uolebant: q; nefas
eſſe putarant cuiquam uim inferri. Neq; uiduas niſi feſtis:cum concurſus non fieret:& mul
titudo extra urbem per agros uagaretur:ita uirginem aſpici a multitudine ad maritum eũ-
tem pulcherrimum putabant:uiduas non ita. Et Iunio aut Aprili:uel qui finitimi eſſent mẽ
ſibus nuptias fieri decreuerunt:q; ea pars anni lætior eſſet & in excrementum humoremq;
uberiorẽ geſtireq; omnia naturæ impulſu uiderentur ad fructus pariendos:uniuerſaq; flore
rent. Hæc inquam omni a maioribus tradita nobis:& ſi magna ex parte abſoluerunt:tamẽ
plæraq; adhuc ita conſtant.ut non mutata a nobis. ſed emendata eſſe uideantur. tãtoq; nos
honeſtius facimus nuptias q̃ priſci:quanto eſt noſtra religio ſanctior q̃ illorum fuit. Repu-
dia & diuortia ſuſtulimus:rem diuinam adauximus. amouimus auſpicationes: cærimoni-
as ſanctiores inſtituimus. Primumq; putauimus diuelli a uiro uxorem non poſſe: quoniã
indiſſolubilia ſunt opera dei:& quod ille colligauerit:id diſſoluere homines non debere.
Maius eſt enim uinculum dei:q̃ conglutinatio naturæ. Inſtituit parens omnium deus ſan-
ctiſſimum hoc myſterium:nec minore ui muniuit q̃ inſtituerat. uoluitq; ſic eſſe confixum
& ſtabile:ut mas in fœmina.fœmina in mari & uiuere & eſſe uiderentur:nec eſſet ſine alte-
ra alter:quorum ſine altera alter naſci non potuit. fieretq; nexus quidam arctiſſimus:nõ di-
uerſitate morum:non tædio conuictus:non ſanctate conſuetudinis:non morbo:nõ ſenio:
non denique ulla humana ui diſſolubilis. Quod niſi e mente ſummi Dei fuiſſet:nunquam
tantus omnium affuiſſet aſſenſus:cum iam conſtet nullam gentem fuiſſe: nullamq; natio-
nem:quæ Matrimonii legibus:& nuptiarum ſolennitabus non ſit uſa. Hoc Barbari: Hoc
Græci:Hoc Latini:hoc omnis receſſus orbis:omnis locus:omnes oræ tenuerunt:nec quiſ-
quam mortalium eſt aſpernatus:niſi qui humano generi infeſtus:deo inuiſus: ſibi naturæ
ingratus fuiſſet inuentus. atq; ita tenuerunt omnes ut Principum extent Ciuitatumq; de-
creta:quibus ducere uxores iuuentus:ad prolem augendam:compelleretur. Itaq; ut multa
ſanctiſſime Lycurgus Lacædemonius:ita hoc quoq; inſtituit ad Ciuitatis amplificationem
ratus & orbis terrarum ornamentum pertinere:ut q̃plurimi naſcerentur: legemq; tulit: ut
qui uxorem non ducerent:hi & Aeſtate arcerentur a ludis & ſpectaculis:ac conſpectu pro-
pe omnium amouerentur: Hyeme uero nudi forum circumirent ſeſeq; deteſtarentur &
pati iuſta dicerentq; legibus non paruiſſent. Quod quantum in ſe eſſet Ciuitas non ſta-

ret:nec Imperium:ſed ſeruitutem mererentur. Quia quibus tueri & propagare imperiũ poſ
ſent non procrearent. Et cum quiſquam iuuenis ſponte quenq; ſenem obſeruaret. Soli q
uxoribus carerent contemnebantur. Itaq; cum ex his quidam annis plenus in theatrum ue
niſſet:poſtulaſſetq; a iuniore locum:Nunquam inquit ille o ſenex tibi cedam: ꝙ pueros q
aliquando & ipſi cedere mihi poſſent non genuiſti. Tulit & legem Auguſtus Cæſar:eandẽ
q; & alii quidam poſtea confirmauerunt:ut iuuentuti uxores:darentur:populumq; amplifi
carent. Nec contentus legem promulgaſſe:Auguſtus Priuigni filios adhuc pueros Populo
Romano in publico ſpectaculo oſtendit:hortaturus Germanicum priuignum ſuum in tã
pulcherrimo fructu imitarentur. Et ueteri lege creſcere iuſſum eſt humanum genus : & an-
nus ei conceſſus ad immunitatem qui uxorem duxiſſet & pro letariorum maioribus no-
ſtris ingens fuit cura. Qui non celybem agerent uitam:niſi ſacerdotiis functi eiiciebantur
e templis. Quod quantum ad eos ſpectaret extingui allarium ignem & dei cultum negligĩ
ac funditus tolli paterẽtur:hominum genere paulo poſt defecturo:niſi daretur:liberis ope
ra:per quos incolitur terrarum orbis & frequentatur. Etiam hæreditatum & caducorum ĩ
capaces habebantur indigni quibus aliena bona legarentur:cum quibus ipſi honeſte lega
re poſſent non procrearent. Cæteris & munera publica & iura filiorum & congiaria princi
pum conferebantur. Tanta & utilitas nuptiis & reuerentia inerat. Quid igiť matrimonio
ſanctius? Quod non ex opinione hominum inani:ſed ex Principis omnium dei mente fa
ctum eſt:nec nouiſſime inſtitutum a nobis. ſed ab illo iam a prima origine mundi huiꝰ ex
cogitatum. Habuitq; prius uxorem homo q̃ matrem:q̃ filios. Ideo & quod primum omni-
um habuit iuſſus id eſt ad ultimum ſeruare:Relinques inquit Saluator matrem & patrem
& fratres tuos : adhuc autẽ & ſorores tuas & hærebis uxori tuæ. Quã ob rem ita? niſi quia
mater & pater:fratres & ſorores naturæ ſunt opus:uxor dei myſterium eſt. Ita ſi quis paren
tem occiderit:ſupplicio quidem afficitur acerbiſſimo. ſed quod ſit in rerum natura:ut ignĩ
aqua:aere:terra:careat indignus his elementis per quæ pater uitam illi genuerat. Vxorẽ ue
ro quiſquis peremerit diuina quoq; proponitur pena:excluditur ſacris ædibus : hominum
commertio exploditur:non uinum & ne ſiceram quidem bibere:non ludus aſpicere:non
in conuiuium uenire fas eſt. Interdicitur ſecũdis nuptiis & theſauro illo præcioſiſſimo Eu
chariſtiæ inhibetur. Indignus uiatico dei : qui ſuſtulit opificium dei nec alteras ſperat nu-
ptias. quoniam quo ſacroſanctius myſterium nuptiarum:eo ſe fecit indigniorem: qui uio
laui. Omnium deſtituendus auxilio triſticiaq; opprimendus:qui uno ſcelere & datum ſibĩ
a deo auxilium & præbitam lætitiæ conſortem auſus fuerit extinguere. Etiã deus ipſe nu-
bere matrem uoluit:non ut uiro contaminaretur:quæ ſemper eſſet uirginitatem retentura
ſed ut Matrimonio non careret:Et ut naſci ipſe ſine uiro uoluit:ita ſine nuptiis naſci nõ uo
luit. Non quia neceſſe eſſet Matrimonio gigni eum:qui ante omne Matrimonium fuiſſet.
Verum ut matris exemplo ad illud ipſum nos hortaretur. Hoc Ciuitates : hoc conuentus :
hoc pœne mundus omnis conſiſtit. Nam niſi certum eſſet cuiq; & exploratum de liberis :
promiſcuo ferarum more:aut ſpurca libidinis licentia naſceretur:quis diligeret quis cura-
ret:quos ſuos eſſe non crederet:neſciretq; an quicquam ad ſe pertineret. Vulgo naſcitur
quiſquis. Matrimonio non naſcitur. Nec legitimum ille habet patrem:cui mater cõtingit
ſine lege. Non ad fœdus ſocietatis humanæ:nexumq; coniugalem deuicta patri. ſed ad ta-
ctum pruritumq; congreſſa. Inde legum ſanctitas decretaq; ueterum ſapientum inſtituere
neq; poſſe eum hæredem eſſe:neq; ſacris initiari:cuius matrem patri nuptiæ non deuinxiſ
ſent. Et Philoſophorum quidã ad adoleſcentem. Soluta atq; impudica natum matre cum
ſaxa in forũ iactaret. Caue inquit o adoleſcens ne patrẽ ferias:qui ad populũ iactes. Populi
eſt filius immo nullius eſt filius:uel ſi ita mauis potius cuiuſq; eſt filius:qui innuptæ matris
filius eſt:Matrimonium certos liberos facit:non dubios inſtituit hæredes. Conuentum na
turæ adhoneſtat:cupidinem ac impetum illum propagationis : appetitumq; congreſſus
ne labe extinguit Marem fœminæ: fœminam mari certo cum fructu : nulla cum infamia
connectit Sine Matrimonio nec paterfamilias dici quiſq;:nec plane domus appellari : nec
augeri ſtirps:nec communicatio conſiliorum fieri poteſt:nec beniuolentia:quæ maxima
ſit in terris percipi. Vxor domum ornat regit penetralia uirum:ad omnia iuuat:aſtat con-
ſiliis:lætis applaudit triſtibus conſolatur: hoſpites ipſa excipit: propinquos cum ad te ue-
niunt ipſa complectitur : penases: curat ut menſa ut lectus : ut omnia parato ſint facit do-
meſticam ſupellectilem ipſa diſtinguit. ipſa tractat : ipſa componit multa addit induſtria
diligentia cuncta digerit:fide uniuerſa cuſtodit : nocturnus diurnuſq; comes ſocia thori:
cuſtos laris:magiſtra domus:mater gentis:præfecta familiæ:temon reifamiliaris: nihil ſe-
re habet qui caret uxore quod dicere poſſit ſuum:ſerui expilant:ſuffuranť famuli : ſodales

& uicini carpút.nõ ſtipatoria:nõ capſæ:non ſcrinia tuta ſunt ab inſidiis:omnia iacent expo
ſita fraudi atq; neglectui.ſitu omnia ſqualent:domus inſordida eſt tota:nihil reconditũ:ni
hil diſtinctum ſine modo:ſine ordine:ſine nitore diſſipata & proiecta ſunt omnia.Tum qui
uxorem non habet:domi non eſt:etiam cũ eſt domi alio cogitat:alio ſuſpirat:habitat tanq̃
externus in diuerſorio:nõ animũ:nõ domiciliũ figit:nõ cubiculum penateſq; recognoſcit
inuitus repetit lares plenos ſolitudinis & conſortu uacuos.deniq; non lumen lucet:non ci
bus ſapit:non potus:nõ quicq̃ gratum eſt ſine uxore.Si habeas filios:pudet aſpicere illegi
timos & ignominiæ illorum te miſeret.Si uero nõ habeas:deſertum te & deſtitutũ ſine po
ſteritatis ſpe ingemiſcis.Tum ſi adſint diuitiæ uel careas liberis miſerũ eſt illas ad alienos
peruenire uel habeas extra legẽ natos longe miſerrimũ eſt labores ſudoreſq; tuos maiorũ
q; tuoꝝ tuis liberis:tuo ſanguini nõ poſſe relinquere.Vxorem uero ĩ oculis aſpicere fœlici
tas eſt:& p liberos ſucceſſionẽq; familiæ & nominis :& quã eſt idẽ pœne quod tu:& duo-
bus in corporibus unus eſt aius:unuſq; conſenſus:Sola uxor nõ inuidet uiro:aut uxori uir.
eadem uult quæ tu:eadẽ illi triſtitia:eadẽ iucũda:quæ tibi cõiuncta uita:coniuncta fortũa
eſt:uix põt ſupeſſe in uita cũ tu demigras:ut Getaꝝ illæ quæ mortuis uiris ſeſe una cõiicie-
bant in rogos:quo ſimul morerent:ut quos uita coniunxiſſet eos nec mors quidẽ diuelle-
ret.Magna uis eſt charitatis uxoriæ.Sola infinite te amat:quã tota ex te uno dependet:tota
in te uno quieſcit.Cedunt liberi:cedunt fratres:cedunt ipſi parentes uxoris beniuolentiæ:
& ſæpe uxor mariti mortem redemit:ſua uir uxoris Nec temere uẽit in exẽplũ rex ille: cui
aut cum ſibi moriendũ eſſet:aut alius qui ſponte id ſubiret opponendus:nullo propinquo
rũ aut amicorũ inuento:ſola uxor Alceſta ſe obtulit:& alter cũ ex a lapſu ſerpentũ inſtare
aut ſibi aut uxori Corneliæ mortem augures prædixiſſent:idq; in eius repoſitũ arbitrio eẽ:
cæſo ſuo ſerpente:illa ſeruata:ipſe extinctus eſt.Infinita ſunt exempla mutuæ pietatis . nec
ullus eſt affectus amoris tam uehemens & ſanctus:q̃ qui uiris bõis ĩ uxores:uxorib⁹ ĩ uiros
eſt.Hic pcepta inſunt diuina:ut uxor parẽtibus:liberis:rebus poſt deum oĩbus anteponaẽ.
hic naturæ merita longe ſuperanẽ.Natura nõ amplius q̃ unum nobis dare patrem poteſt:
uxor ut multoꝝ ipſe pater efficiaris poteſt.Et pater uno nos gignit congreſſu:mater men
ſibus paucis abſoluit.Vxor nobiſcum eſt:nobiſq; inſeruit ſemper:nunq̃ diſcedit a nobis ni
ſi cum moritur perdurat nobiſcum ad uitæ exitum.tãdiu nos comitatur atq; obtemperat:
q̃diu ſpirat Filii aliquãdo exeunt e parẽtũ poteſtate:uel emancipan:uel religionis liberta-
te pditi alterũ ſibi domicilium comparant & ſibi ipſis uiuunt:quærunt:cõmercantur : ſola
uxor ne pedem quidẽ flectit a uiro:ſemper in manu:in poteſtate noſtra eſt.tota . nec ante
deſinit noſtra eſſe q̃ uiuere.Quicqd illa lucri:quicqd iacturæ facit:uiro facit.diuitiæ illi ea-
dẽ quæ uiro:paupertas eadem:par dignitas:cõmunis acceſſio:Et cũ liberos diſcedere a pa-
rentes a liberis nulla lex uetat:& interdũ aut anguſtiæ domus cogãt:aut peſtilẽs morbus ĩ-
pellat:aut cauſæ aliæ ſuadeant:uxorẽ humanæ ac diuinæ leges unius cubiculi ſemper atq;
cõuictus conſortem eſſe uoluerũt:ut que e uiri coſta in uiri auxilium facta eſſet ea nunq̃ ſe-
iungaret a uiro nec ſontico:nec elephantico morbo:nec ulla peſtilẽtiæ ui maritũ derelin-
queret.Quia nemo diſcedit a ſemetipſo ſeipſum derelinquit.Comes in tectis:comes in lecto
comes in prole ſuſcipienda:in piculis:in laboribus:atq; in oĩ fortuna.In oĩbus uitæ actiõi-
bus comes:neq; ĩ ſomnis:neq; in uigiliis abſcedit:una caro:mẽs una:cõcordia inſtituta di
uinit⁹:humanis quoq; legib⁹ cõfirmata:recepta a barbaris admiſſa p oẽs receſſus orbis terraꝝ
qa facile inſerẽ oium mẽtibus qd diuinũ eſt.Iure itaq; nulli ludi:nulla ſpectacula:feſta nul
la:deniq; nulli uitæ noſtræ actus tãta cærimonia pompaq; celebrantur:quãto nuptiæ cum
fuerint ornatu reꝝ amicoꝝ congreſſu:concurſu propinquoꝝ:apparanẽ tecta:parietes pro
pe ipſa ac trabes excitæ congratulari & geſtire lætitia uidentur:nouamq; dominã laris cõ
ſalutare:ac poſcere nouã familiã:p quã incolanẽ atq; ĩhabitenẽ:nunc epithalamiis:nũc can
tu & tripudiis cõplenda ſunt oĩa.Venit in nouam domũ noua domina domus.uenit ĩ fa-
miliã mater:mox futura familiæ genitrix coꝝ quos ipſe procreabis qui tuis rebus domina
buntur:te per oĩa referent.Tu uero Marite quiſquis es:ſic exiſtima:uenire ad te uxorẽ :ma-
trem filiorũ tuoꝝ:auiã nepotum:dei manu cõmendatam: tibi datam ad ſocietatem nõ ad
ſeruitutem:ad obſequium non ad mancipium:ad iperium tuum ſed cũ gratia:ad poteſtatẽ
ſed cum reuerẽtia:ut præſit uir quoniam prior factus eſt.adſit uxor quæ ex illius coſta illi ſi
milis facta eſt non ſubſit:quæ e latere non ex pedibus facta eſt.

DE DIGNITATE MAVRIMONII

FINIS :.

IOANNIS ANTHONNII:CAMPANI AD PANDVLFVM BALIONIVM THRASIMENI DESCRIPTIO.

Enimns Thraſimenum Idibus Septembris:ſed hic quoq; ſæpius erra-
re mutareq; ſedem coacti: primum ad Aereum montem propter loci
ſolitudinem amœnitatemq; confugimus Monticulus eſt editiſſimus
& ſitu perſpectuq; pulcherrimus. Nam & ſeſe iſigni rotunditate com-
plectitur:& denſiſſimis ad eius radices relictis ſyluis in liberum atq; ex
peditum cacumen exurgit. Nec perpetuo(ut cæteri montes)excurrit
dorſo:ſed colligit paulatim ſeſe:atq; ex omni latere:latis iteriectis ual
libus:finitimorum montium ſocietate diſiungitur. Lacum præterea
radicibus late iacentem uniuerſum deſpectat. Tum arcem habet perexiguam quidem i to-
tum tamen cacumen monticuli complectentem:mirificeq; ad uentorum flatus atq; impe-
tus excipiendos ædificatam. Hic nos q̃diu uenti ac frigora tolerari potuere:dies circiter ui-
ginti commorati ſumus. Hyeme deinde adueniente:in pacatiora deſcendim⁹ loca:ubi nec
cum continuis uentis eſſet:nobis:nec cum aſſiduis nubibus decertandum. Oppidum eſt ĩ
littore lacus amœniſſimum:Monte accolæ uocant. Credo ea de cauſa hoc inditum nomẽ
ꝙ aliquanto altius q̃ cætera oppida quæ Thraſimeni fluctibus abluuntur:in ſpeciem parui
montis erigitur:uniuerſum pœne proſpectans lacum:intra quem ſic extenditur: ut procul
aſpicientibus inſulæ ſpeciem retinere:continentemq; reliquere uideatur. Itaq; ex tribus la
teribus continuo clauditur lacu:reliquo latere:porrigit ſeſe ac paulatim expandit in conti
nentem. Nec multum procul i collem aſſurgit per apricum & ad omnia gignenda feraciſ
ſimum tum partim ad uenandum ſylueſtrem & nemoroſum:partim liberum & in patẽtes
apertum campos. Quod fit ut id oppidum omnium conſenſu totius agri Peruſini amœ-
niſſimum cenſeatur. Nam quæ ad mœnia & domos ſpectant:cultiora ſunt q̃ credere quen
q̃ incolarum Fortunæ patiantur. Totum oppidũ ſilice quadrato ſtratũ: & pluuiam aquam
uniuerſam in lacum expuit:& ſordes ac cœnum ſolo in lacum deuexo non continet:ut nõ
minus hyeme q̃ æſtate ſiccis pedibus incedere:totũq; oppidum luſtrare ſine moleſtia poſ
ſis. Porro eam mundiciem ingens uicorum latitudo exornat:ut bini currus(ſi planicies ſo-
li pateretur)occurſare ſint impedimento facile poſſint. Sed quo minus curribus uti queant
regionis importunitate prohibentur. Et oppidum eſt in lacum:a quo tribus:ut eſt dictum
lateribus abluitur:pclue atq; deuexũ Itaq; oppidani nullis terreſtribus uehiculis:ſed iiſdẽ
quibus in mari nauigiis utuntur. Hoc in loco totam hyemem & æſtatem iam mediam cõ-
morati:incredibile dictu q̃ta uarietate rerum oĩum:q̃riſq; uoluptatibus piſcandi:uenandi:
nauigandi:aucupandi:tempus id omne tranſægimus. quanq̃ ferarum uenationibus ſugiẽ
di nimii laboris gratia rarius nos quidẽ:ſed tñ interdũ utebamur. Sed quo plenius eaꝝ re
rũ opportunitatem intelligas:Thraſimenũ tibi ad unguem(ut dicit)deſcribem⁹. tu modo
epiſtolæ modum ne requiras. Eſt.n. præter incredibilem ubertatem piſcium: qua cæteros
Italiæ lacus antecellit:facie atq; aſpectu longe pulcherrimus. Eius ambitus milia paſſuum
circiter triginta complectens: littore lato atq; arenoſo in ſpeciem maritimi ſinus exten-
ditur. Multa præterea oppida. Thraſimenum ex oĩ parte cingentia perpetuum exornat lit-
tus. plæraq; nõ multo a lacu ipſo interuallo recedentia: mirifice eam plagam cultu agroꝝ
atq; hoĩum celebritate exornant. Medio lacu tres interiectæ iſulæ aſpiciunt: quaꝝ duæ ad
ſeptentrionẽ uergẽtes haud multũ inter ſe diſtant. earũq; altera maior appellatur. Minorẽ
incultam atq; inhabitatã remanſiſſe anguium multitudine ferunt:ſolo templo in eius cacu
mine poſito. Maior inſula quæ ad agrum ſpectat Cortonenſem decetis prope familiis ha-
bitatur. Reliqua uero quam tertiam eſſe monſtrauimus:frequẽs hoĩbus:ſitu aliq̃to maior
cæteris:qua parte lacus pertinet in meridiem interiecta:ſex milibus paſſuum a maiore mi-
noreq; inſula diſtare fertur. Hæ omnes mille paſſus:diuerſa tamen regione recedunt a con
tinente. Earum incolæ ſolis fere piſcationibus incubuere:Nam frumẽtum niſi pauci admo
dum)non ferunt. quanq̃ uineta non modo inſularum dorſis:ſed extremo etiam littore:ꝓ
ximiſq; littori collibus plantauere. adeo bibendi uoluptas illis q̃ comedendi maior. Ligna
tum pabulatumq; in finitimos campos ſyluaſq; egrediuntur. Vicina quoq; oppida haud
multum colendis agris:cæteriſq; artibus ſtudent:omni fere uictu ex piſcationib⁹ q̃bus mi-
rifice dediti ſunt:quæſito. Cæteꝝ lacus diuerſæ oræ certis ſpatiis interualliſq; notatæ:haud
ſecus q̃ terreſtria inter ſe loca diſtinguuntur:ſuum unicuiq; oræ nomen:ſui extant termini
Tum piſcandi uaria genera quot uix uniuerſo mari habeantur. Nauigiis quoq; non unis
utuntur.

utuntur. Habent enim quas illi Nauis:nos melius magans:ut opinor:ſcaphas appellamus
Neq; enim ſubductæ in nauis modum:curuateq; ſunt:ſed lato planoq; fundo: ut minus ui
tempeſtatis agitantur: ſic tardius ꝙ maritimæ naues promouentur. His ſimilia ſunt naui-
giola eundem prope in modum ædificata:niſi ꝙ aliquanto minora ꝙ Naues: & guberna
ri a paucioribus poſſunt: & omnem in partem facilius celeriuſq; uertuntur. Sunt:& alia
nauicularum genera:Carauellas al limos uel lintres: uel propter celeritatem Celoces appel
lamus:aliquanto tamen maiores ꝙ lintres. Earum genera extant duo. Aliæ paulo altio-
res eodem quo Nauigola modo binis triniſq; remis impellũtur Anguſtiores aliæ preſſio
reſq; ut ſingulas ſinguli quum uelint remiges moliantur. Hæ cætera nauigia celeritate an
tecedunt:perſimiles reliquis:niſi ꝙ ad uelocitatem excogitatæ:tenui ac leui tabula confici
untur roſtriſq; ſunt humilioribus:nec ſupra nauiculæ altitudinem eleuatis. Quæ ut celeri⁹
paruo impulſæ motu peruehuntur:ſic lacu intumeſcente:difficilius tempeſtati reſiſtunt:ut
ne toto quidem lacu ad nauigandum tutæ hybernis præſertim menſibus exiſtimẽtur:tem-
peſtate adueniente in lacum deduci non poſſunt:aut ſi deducantur uim uẽtorum (niſi ma
gno cum nõ periculo ſuſtinent Sæpe eni agitatæ concuſſæq; fluctibus:nonnũquam undis
etiam completæ:ne magna quidem ui procellarum obruuntur. Cæteris nauigiis nõ dubi
tant ſe committere totumq; lacum remorum impulſu per omnia tempora eſtuoſiſſimis eti
am fluctibus nauigare. Nam uelis uti ꝙ rariſſime ſolent: credo quo expeditiores habeant
nauis:ne rudentibus ullis:aut antennis impediantur. Quibus igitur ad nauigandum piſcã
dumq; remigiis utantur uides. Nam paruas:Lintres:quarum uſus non niſi extremo eſt lit-
tore:non putaui dignas quæ in remigiorum numero ponerentur. Aguntur enim conto.
aut pertica:lacus fundus attingente:nec alia contis nauigia procelluntur.

NVNC Quibus modis:quibuſq; temporibus piſcari ſoleãt aperiemus. Nam de aquaticis
aucupiis:quorum non minore:ut arbitror admiratione capiere: poſtremo loco dicemus.
Sed qm̃ de piſcationibus dicendum eſt:oportere arbitror etiam de ræetibus facere mentio
nem:quo plenius cognoſcas omnia. Eſt rætarium apud eos uſitatius:quod uocant Iacium
a iaciendo:ut arbitror:appellatum:rotundum:amplum:crebris nodis:arctiſſimiſq; maculis
elaboratum:quo ubi piſces ineſcauere:dextra miro artificio collectum ac funiculo:cui alli
gatum eſt:læua detento:duodecim fere pedum interuallo eiiciũt:quod plumbo paulatim
ad ima deductum:dextra læuaq; per funiculum huc illuc reptando contrahitur. Sæpe nul-
lis factis ineſcationibus:lapillos in aquam coniiciunt: ad cuius ſonitum concurrentes qui
prope natãt piſces: ſuperiecto ſtatim Iacio capiuntur. Nonnunꝙ magna cohorta tempeſta
te:fluctibuſq; altiſſime concitatis:cum piſciculi undiq; ad portum confugiant. Iacii uſus
præcipuus habetur. Aeſtate adueniente piſces ad littora ſuctus cauſa coeuntes incredibili
multitudine eodem ræticulo capiuntur. Quod eo poteſt uideri delectabilius: quoniam q
hoc piſcantur modo:per ipſam littoris arenam:ſiccis cũ uelint pedibus peruagantur: Eſt &
alius uſus Iaciorum:de quo poſterius dicemus: Vtuntur præterea rætibus eximia longi
tudine:maculis quidem ampliſſimis:latitudine uero non magna:uocanturq; Ceruaria: q
& laxiores habeant texturas: & ſint quibus irretiuntur cerui prope ſimillima: Eorum lati-
tudo quinq;:longitudo triginta continet pedes:quibus cum uelint uti ſimul Ceruana plu
ra connectunt: quæ longo tractu lacus ſubſidentia piſces non niſi pinguiſſimos intercipi
unt. Nam hi magis libere fuſeq; uagantur. limo plærumq; cæteri conteguntur. Piſcatori
bus interdum ſonitu ac ſtrepitu peragentibus:exciti piſces & fugæ intenti occurrentibus
implicantur Ceruariis. Sed hoc duntaxat per æſtatem. Hyeme omnium inter dictum eſt
ſtrepitum:ne piſces ipſi thoros:de quibus paulo poſt dicam:diſerere & i aliam regionem per
territi migrare cogantur. Tenduntur autem Ceruaria per æſtatem interdiu:nonnunꝙ etiam
& noctu:hyeme uero per noctem in lacum relicta:prima ſtatim aurora repetuntur. Sed de
hoc genere:quoniam uulgatior extat uſus:plura non dicam. Tertium ræte multo mi-
rabilius ꝙ cætera: incredibili magnitudine arctiſſimis intextum maculis filoq; perduro &
lino perſimili:in latitudinem centum:in longitudinem ducentos pedes extenditur. Eius
uſus hyeme tota permagnus fructus affert uberrimos. Hic enim lacus un⁹ ex omnib⁹ quos
noſtra admiſit Italia:hybernas piſcationes non ſolum pati:ſed etiam fructuoſiſſimas præ
ſtare conſueuit:cum omni genere piſcandi. tum maxime de quo nunc loquimur Et ha-
bet. Thraſimenus opportunitates piſcandi multas: quarum omnium uel maximam eſſe
cenſent: quæ in tanta latitudine atq; ambitu ubi maior eius eſt altitudo: non amplius
quam quattuor ac uiginti continet pedes: ſolumq; habet planum & limoſum. Limus
autem pellucidus decem pedum continet altitudinem:hyemeq; eſt calidiſſimus & ad fo-
uendos piſces mirifice accommodatus. Illic enim ſæpe relictis thoris occultãtur:ut qui fu-

turam hyemẽ ac uentos diu ante naturæ benignitate præſentiunt. Quæ ſi horridior futura
ſit:thoros magno cum incommodo piſcatorum deſerentes:ad limũ ipſum:tanq̃ ad melio
ra tecta calidioraq; hyberna confugiunt:eodemq; brumæ tempore toto deliteſcunt:niſi q
aliquanto ſint obeſidiores.Hi enim neq; thoros deſerunt:neq; frigora magnoperẽ pertime
ſcunt:adeo macies nocere etiam piſcibus poteſt.Sed ne ab inſtituto recedamus abſoluen-
dum eſt nobis tertium piſcandi genus mirabilius cæteris omnibus atq; uberius . Circiter
calendas Iunias primum ex uicinis ſyluis:quarum magna circum lacum extat copia:tenu
em ac frondoſam materiam ſubcidunt:ſarcinulaſq; cogunt incredibili multitudine:ex his
deinde denſiſſimos aggeres in medium lacum coniiciunt:ita ut aqua penitus obrutæ:ne a
ſupernauigantibus quidem aſpiciantur: eoſq; appellant Thoros:nomen ut ferunt a re ipſa
traductum:q̧ piſces uel diurna peragratione fatigati:uel quod ueriſimiliꝰ uidetur:frigoris
uitandi cauſa:illic noctu ad ſarcinulas conquieſcunt . Quod niſi ſæpe fecerunt tanq̃ ad ſua
cubilia hybernis duntaxat menſibus aſſueſcunt.Sternuntur autem in uniuerſo lacu thoro-
rum circiter duo milia.Nam ex quadraginta nauibus:quas habent ſingulæ quinquagenos
ſexagenoſq; ſubſteruunt. Quanq̃ non ſemper nouos exaggerent thoros :plærunq; enim
ueteribus noua uiridioraq; ſtramenta ſubiiciunt.Nonnunq̃ uirentibus paucis adiectis ſar
cinulis:thororum inſtaurationes appellant. Igitur omnium difficillimum eſt thororum
tantum numerum medio in lacu:nullis impoſitis ſignis:ab unoquoq; ſuos obſeruari potu
iſſe:cum nec multum inter ſe diſtent:ſintq; permixti : nec quicq̃ quod oculis patere poſſit
emineat.Sed nihil tam difficile eſt quod idem humana non uincat idustria. Notantur igi
tur thori mirabili diligentia.Piſcatores quem in locum ſarcinulas congeſſere: illinc e me-
dio lacu in continentem proſpicientes:quæ facilius occurrant oculis bina ſigna pertinen-
tia ad orientem ſolem:totidem ad occidentem & ſeptentrionem:interdum etiam ad meri
diẽ diligenter obſeruant:mandantq; memoriæ:nonnunq̃ inter domeſticas ratiunculas &
thororum regiones ac ſigna conſcribunt.Signorum autem altera propinquora: remotio-
ra altera.utraq; tamen ad oculos ipſos per eandem rectam lineam occurentia: ſiue domus
illæ ſint:ſiue arbores:aut aliquid tale quod procul intuentibus cerni poſſit : Itaq; ex tribus
aut ad ſummum quattuor lineis ab oriente:occidente:meridie:ſeptentrione uenientibus
ſingulæ per bina tranſeunt ſigna:quorum alterum quidem:ut ſupra dixi:remotius: eſt alte
rum uero propinquius proinde quem in locum lineæ recte per ſua ſigna concurrent:illinc
ſtratum ſignificant thorum.Sed quoniam facilius percipi ſolent:quæ oculis q̃ quæ auribꝰ
patuere:ſimilitudinem etiam afferemus:tu quod ipſi litteris explicamus animo diligenter
attendito. Vidiſti ſæpe & multa cum triuia:tum etiam quadriuia:nec ignoras omne triui-
um in tris:quadriuium in quattuor ſectum eſſe uias:quæ ubi committunt aut ſecãt ſeſe me
dium quoddam ſpacium quaſi centrum efficiunt:Finge & rectiſſimas eſſe uias:& unicuiq;
uiæ duas turris aliquanto interuallo diſtantes eminere:quarum propinquior altera duo :
altera remotior quattuor milia paſſuum diſtet a centro.Qui igitur in triuii centro maneat
ſex uidebit turres tribus rectis ad ſe tramitibus pertinẽtes:qui autem in quadriuio permo-
rabitur octo perſpiciet:quattuor ad eius oculos rectiſſimis tractibus occurrentes: qd ſi pau
lulum a centro ipſo recedatur:nec uie patebunt longius:nec turrium ordo conſtabit . Pri-
mum ergo cum thorum uelint inuenire qua nocte piſcandum eſt quam in regionem con
iectas arbitrantur ſarcinas:in eam de tertia uigilia quanto maximo fieri poteſt ſilentio de-
uehuntur:deinde conuerſi ad continentem terram:iam diu huc illuc nauigantes circunſpe
ctant:donec ſex aut ad ſummum octo quæ obſeruauerant ſigna rectis ad oculos concur-
runt lineis. Qui ſi paululum ex eo loco moueantur : nec ſigna occurrent rectis illuc tracti-
bus aſpicientia:nec lineæ:i alium quempiam locum recte congredientur:Cœlo autem nu
bilo cum proſpectus in continentem obſcuritate noctis:aut nebularum denſitate impedi-
atur nonnunq̃ thoros piſcantur alienos. Qua re cognita thori domino : aut partem lucri
ſatiſſaciunt:aut integrum thorum quem ille uelit piſcandum concedunt : utrum eligat in
eius eſt arbitrio cuius fuerat thorus Quod ſi nebulæ diutius circum lacum hærent : mon-
tes ac rura aſpectu eripientes:piſcationes per id tempus fieri non poterunt. Thoro per enim
quem diximus modum inuento : ambitum eius pertica longiſſima percontantur ſuſpen-
ſim ac nullo enim ſtrepitu ſtatimq; rætia illa quæ diximus circuntendunt. Magnus ſane in
tendendo labor. Primum omnium Nauim ad palum quendam:longo interuallo a thoro
defixum:longiſſimo alligant fune:ita ut palus eo pertineat:unde uentorum occurſuri im-
petus uideantur. Id autem eo conſilio faciunt:ut & Nauis conſiſtere & longo funis tractu
minus a uentis impelli exagitari poſſit. Deinde thori ambitum diligenter ut eſt dictum cõ
tis longioribus quæſitum circundant duobus ordinibus perticarum aliquanto interiecto
ſpatio

ſpatio diſtantiū:quibus alligata rætia ita ſuſtineantur:ut protracta in longum atq; extenſa
glomerare ſeſe & ſupernatare nō poſſint. Rætia non modo ad ſolum uſq; demittuntur. ſed
ita pars quædam per limum extenditur:ut pedes aliquot æquata protenſaq; iaceat. Fiuntq;
anguli curui atq; ampli:altera parte prioris ordinis perticarum in ſoli ſpeciem ſtrata:altera
per reliquas perticas in modum ſurgēte parietis:quæ pars ſurſum exurgit aliquot in ea ſar-
cinulæ ſuſpenduntur:quo perterriti piſces ac thoris exagitati:confugere latereq; poſſint.
Rætibus iam firmatis piſcatores partim in Nauigiolum deſcendentes:partim conſiſtentes
naui:raſtra iniiciunt:perticas intētant:contos ſubiugunt:thorum ex omni parte perturbāt:
ſarcinaſq; ad unam corripientes:alium in locum extra rætia coniiciunt ſequentis anni futu
rum thorum. Vtuntur autem ferreis raſtris mire magnitudinis:ſexdecim præcurnos quaſi
digytos habentibus. Eamq; ob rem uni raſtro plures incumbere oportet: quod ad ſolum
uſq; penetrans:piſces limo contectos intercipit: quos eo uitandi frigoris cauſa confugiſſe
dicebamus. Sunt qui uiderint uno iactu raſtri ſexaginta piſces eſſe correptos Quæ res indi
cio eſt hyemis:quam præſentiunt:magnitudine eſſe perterritos:& in limo ipſo:quem natu
ra calidum oſtendi:ſeſe penitus immerſiſſe:quo nihil piſcatoribus eſſe poteſt incommodi
us:quum piſces ꝙ thoris non aſſueuere:capiendi ſui facultatem minime præbeant: nec in
unum aliquem conueniant inſidiarum locum ſed toto lacu uage ſparſimq; limo:quo quē-
q; tempeſtate rapuit:cōtegantur. Thoro per hūc modum furcillis raſtriſq; exagitato:ac ſar
cinulis exteriorem:ut diximus:in locum coniectis:piſces omnes ſuis exciti ſedibus:ad ſar-
cinulas quæ in rætis gremio erant ſuſpenſæ confugiunt:nulla alia data euadendi uia. Tū
uero quæ pars rætis limo æquato iacebat perticis alterius ordinis q̄ celeberrime fieri poteſt
eleuatur:remanentq; ræta curuata in ſpeciem longæ ſportulæ colligentia ſeſe omnibus la-
teribus per perticas duorum ordinum eleuatis. Quod autem medium eſt inter utranq; ex
tremitatum collectum gremium per id piſces & ſarcinulis ipſis exturbati natando fugien-
doq; pererrant:nonnulli tanto impetu ſubſiliunt ut ſuperatis rætibus liberi & patentem cō
cidant lacum. Tanta interdum multitudine compleuere rætia:ut confundere oculos & nu
beculæ:quam hauſter impellat:ſpeciem præbere uideantur:adeo & multi ſunt. & incredi-
bili celeritate concurſitant:donec paulatim collectis rætibus unum in locum arctum angu
ſtumq; compellantur. Huc deducti manibus quot libitum eſt capiunt. & in aliud quoddā
ræticulum. Mucilum illi uocant:leniter coniiciuntur. Quibus peractis rebus:alii ſecernēdis
piſcibus occupati:alii funiculis ſoluendis intenti:clamore atq; cantu omnia complent. Nō
nulli quem reliquum uſum Iacii dicebamus prius q̄ colligantur rætia:in thori ueſtigiis Ia
cio piſcantur Poſtremo perticis:contis:raſtris:cæteriſq; piſcatoriis inſtrūs in Naui cōuectis:
& rætibꝰ in puppe cōgeſtis ad portū magno plauſu modico tū lapſu deferūtur. Mucilo ad
Nauim primum quo minus agitetur:mox ubi portui appropinquauerunt ad Nauigiolum
alligato:ac per medias undas ſubducto. Quod ideo faciunt:ne piſces aut in ſiccum educti
moriantur. aut celeritate offenſi uel Mucili anguſtiis preſſi concutiantur. Quibus rebus ni
hil ad eos hyemem ſeruando incōmodius. Venduntur enim minoris qui procelloſo q̄ q
tranquillo lacu capiuntur:quoniam minus exagitati ſeruari diutius queant. Studium quo
q; ſeruandi nō uulgare. Viminibus ſaliceis. aut ſi qua ſint ſimilia ſaliceis cophinos intexūt
prælongos atq; amplos. & in columnæ ſpeciem rotundos:niſi ꝙ paulatim in ora coguntꝛ
clauſi undiq; arctiſſimeq; contexti:præter unicum in extrema fronte relictum os:per quod
& immittuntur piſces. & cum tempus poſtulat extrahuntur:perſimiles ſaccis. niſi ꝙ uteris ſūt
amplioribus. & ſalcis ut dictum eſt conficiuntur:ore quoq; ſint arctiore q̄ ſacci Vaccaria
dicunt piſcatores. Eos ubi piſcibus compluere:multo relicto uacuo:ac anguſtiis preſſi mo
riantur. piſcatorii nodi ſigillo concludunt:longoq; alligatos palo in intimo littore: nec
multum procul a terra relinquunt Natant illi dies aliquot:mox uiminibus ſenſim made-
factis obruuntur. Natantibus auſtrales uenti piſcibus ſunt pernicioſi nam & littora cœno
perfundunt. & Vaccaria ingenti exagitant æſtu: etiam ſua quadam natura peſtilentes. Aq
lone autem aut Fationio flante:nihil piſces accipiunt detrimenti. Mira quidem. ſed tamē
certa nobis atq; explorata referuntur. Cophinis ad ſolum diuerſis per tenuem quendam
panniculum piſcium oculis increſcere. & palatim occæcari. occæcatos autem nullam am
plius Hauſtralium uentorum tabem aut impetum pertimeſcere. atq; in longiſſimam hye-
mem. & in primam fere Aeſtatem uiuos poſſe ſeruari. Sed iam ad alterum genus piſcandi
tranſeamus. Nam uſus quoq; hamorum celeberrimus. Eorum tria ſunt genera. Alii perte-
nues. nec multum acus magnitudinem excedentes mirabili flexu curuati atq; intorti. Vo
cantur autem Spartenæ. ſed eorum uſus toto eſt interdictum. Si qui clam utuntur: funicu
lo primum longo:de quo poſterius dicemus:centenos ducentenoſue ſuſpendūt tenui fer-

to in fili modum extenſo. Interdum etiam & filo: ſi eo genere ferri careatur. Quod ideo fa
ciunnne piſces ubi æſcam hauſere: filum aut erodant morſu. aut impetu euadendi dirrum-
pant. Funiculum deinde hamis ferreo filo ligatis ac minuto ineſcatis piſciculo: noctu in la
cum conijciunt: qui pauco ex utraq; parte ſuſtentatos ſubere. incredibile dictu eſt quantá
piſcium decipiant multitudinem. Alterum genus artificioſius eſt & mirabilius: minus ta-
men ad omne tempus accõmodatum. Quippe uel ſi paulum lacus intumeſcanali quo flã-
te ſpiritu: nec piſcatio quominus recte fiat impedimento ſunt undæq; paulo eſtuoſius agi-
tate obtuitum offendunt oculorum. Hami quidem ſunt bene magni: minus tamen intor-
ti: qui quos paulo ante diximus: his filum longiſſimum in hunc modum alligant. Primum
iuncum q̃ maximum comparare queunt: ter quaterq; duplicatum: in palmi redigunt longi
tudinem. deinde filum quo ſuſpenſus eſt hamus: medio iunco conglomerant: mox ineſca
tum hamum medium in lacum iacentes: iuncum ipſum ſuapte natura pernatantem dilig͂
ter obſeruant. quem ſi tranquillo lacu circunagi. aut alteram in partem quaſi præcipitem
inclinari uideant: celeriter ad eius locum nauigantes: hamum ſubito contrahunt conatu.
ſuppoſito prius ræticulo: ut ſi filum interceptus piſcis erumpat: in ſubiectum decidens ræti
culum: liber enatare non poſſit. Sed hoc modo ſoli lucii capiuntur: piſces mire pulchritudi
nis: qui uario colore. & quaſi uiridibus aſperſi maculis: cæteris omnibus: quos Thraſimen⁹
alit: magnitudine præſtant. Hac piſcatione nulla delectabilior. & ſi per omnem tempeſta-
tem fieri poſſet: nec ulla quidem eſſet utilior. Sed de Lucis mira referuntur Coire interdũ
cum ſepentibus & ex his gignere: atq; eam ob rem uario eſſe colore. piſces præterea ſſim æ
magnitudinis inuolare: ſoloſq; in hoc lacu eſſe uoraces. Quod & dentium implicatiſſim⁹
ordo demonſtrat. Remanſiſſe aliquando in ſicco Lucium: quem cum uulpes capere cont͂
deret: alterum pedem eius dentibus eſſe depræhenſum: atq; ambos inuẽtos eſſe mortuos. De
tertio genere hamorum: quoniam eſt familiare omnibus: & hami paluſtri harundine ſuſ
penduntur: nihil dicam. eorum tamen uſus ſupra thoros non uulgaris. Sed quominus ſæ
pe fiat uetat qui thorum ſubſtrauit: ne piſces aliquo uel pito exturbati ſtrepitu alios in tho
ros exterriti deferantur. Anguillarum piſcationes plus uidentur habere difficultatis: cum
omni reperiantur lacu: ſed limoſo duntaxat atq; herbido: nec eiſdem quibus alii piſces ræ
tibus capiantur. Eſt autem Thraſimenus ex omni parte perlucidus: niſi q̊ in ea plaga quæ
pertinet inter meridiem atq; orientem: paulo ſeſe latius in continentem effundens: angu-
lum efficit quietiorem: limi tamen cœniq; feracem & ulua: cæteris paluſtribus herbis den-
ſum atq; obſcurum: quo ne uenti quidem ac tempeſtas penetrare poteſt. Nam fractæ denſi
tate herbarum undæ repelluntur. Venti quoq; occurſu circũflectẽtium ſeſe montium: libe
rum exitum non habentes: maiores undas facere: tumidioreſq; æſtuſq; ciere prohibentur.
Hic igitur intextas paluſtri canna ſepeculas in obliquos gyros & quaſi anfractus: longo tra
ctu circundant: raris tamen relictis foraminib⁹: per quæ irrepentes Anguillæ in tophos (ſic
enim appellant genus rætis artificioſiſſimum) delabantur. Eius rætis primum os patens at-
q; amplum paulatim in arctius cogitur donec anguſtiſſimum factum in medium latioris
ræticuli uentrem excipiatur Cum igitur Anguillæ ſpecularum anfractu oberrantes: inſpe
ſam ſectatum eſcam in Trophos ipſos foraminibus obiectos incidentes illabuntur: illæ q-
dem aditu facili atq; libero. ſed ubi ad rætis uterum peruenerunt elabi: reditu perangusto:
non poſſunt. Nec tamen Anguillæ hoc in lacu oriuntur. ſed eſt finitima atq; in Thraſime-
num ẽ euexa uallis: cuius terra lubrica minutiſſimarum Anguillarum: nec fili magnitudi-
nem excedentium feraciſſima eſt. Quarum quibus eius cura data eſt magnam uim in lacũ
terra interdum admixta conijciunt. Ex quo uulgi ſubſecutus eſt error exiſtimantis eam ter
ram ſtatim in anguillas uerti: quotiens Thraſimeni unda perfundit. Quãq̃ nec ex ea ualle
ſolum. ſed etiam ex Cluſinis paludibus aſportantur. Paruæ enim contemptæ atq; in lacum
ipſum conlectæ in incredibilem ſolent euadere magnitudinem: fiuntq; longe meliores q̃
quæ Cluſinis paludibus coaluerũt. Eius rei cãm eſſe putant: puritatem & mundiciẽ lacus:
ubi & non naſcũtur anguillæ. Quippe quæ nõ niſi ex luto cœnoq; gignant. & inuectæ aq-
rũ deputant nitore. Sed q eam incolũt oram non hiſdem quibus cæteri rætibus ac nauigi-
is utunt. cã eſt denſitas herbarũ: quæ & thoros: ſi ſubſternerent: obduceret. ut ſine magno
labore farcinæ euelli non poſſent Et ipſæ per ſe ſatis ſũt fouendis piſcibus & a uentis ac fri
gore defendendis. Cæteris igit piſcationibus reiectis ſolis utunt rocchis: eamq; ob rem na
uibus nauigiolisq; carnere. Nauigant aũnqm̃ illorũ uocabulis utendũ eſt: mediocribus ca-
rauellis. Rocchorũ immenſa multitudo. ſuſpenſi. n. canna paluſtri. & per noctem in lacum
relicti: mane repetuntur. Sed in reddendo quoq; mirificus ordo ſeruat. neq;. n. paſſim te-
mereq; tendunt. ſed per rectiſſimos tractus ueluti per ſulcos arbuta collocant. Eius regiõis

piſces

piſces nequaꝗ̃ comparandi cæteris:& colore & guſtu facile dignoſcunt.Dorſo.n. ſunt ni-
griore:afferūtq; neſcio quid lutuoſum cœnoſūq; guſtantibus . tū mortui liuore quodam
obducti celerius ꝗ̃ cæteri corrũpunt.Sed de piſcationibus ſatis arbitror dictū : reliquū eſt
ut auiū aucupia æſtiua hybernaq; abſoluā:quo plenius Thraſimeni fœlicitatem intelligas.
AVIVM in primis magna copia generaq; peruaria:quo circa aucupandi quoq; modos ne
ceſſe eſt eſſe compluresːnos tamē eos ſolos afferemus:qui digniores memoratu atq; audi-
tu uidebunt:cæteros ipſe conſiderabis:cū a terreſtribus aucupiis:quoꝝ ſtudioſiſſimū te eē
ſcio:non multū differre uideat.Atq non alienū putaui pauca prius de aquatilib⁹ auibus
dicere:quo magis in aperto ſint omnia.Eaꝝ aliæ qdem piſcibus alunt : abſtinent aūt hoc
cibo aliæ.Sed quæ piſce ueſcunt deteriores cæteris:& niſi diligenter cōdiant neſcio quē
piſciū odorem effundūt:uix noſtris deliciis tolerabilem. Ex his nonnullæ deſpiciunt.Nā
Mergis quoꝝ magna extat copia:nemo neſcit.Auis ad anſeris magnitudinem:nigra: fœ-
da:inſigni uoracitate ꝑdita.Naui e thoro deſcendente:ſtatim eo incredibilis aduolat Mer
goꝝ multitudo.cateruatim enim tanꝗ̃ explicata acie:gregatimq; ferunt:mox thori ueſti-
gis immergentes ſeſe:piſces mira magnitudine roſtris educūt:ſtatimq; abſorbēt. Magnū
ſane Thraſimeni curatoribus incommodū:neq;.n. plures a piſcatoribus toto anno piſces
capi ꝗ̃ ab his paucis menſibus inuolari ſatis conſtanti opinione ferunt . Sed nec annū illic
integrū permorant.tanto.n.ſunt calore:tantaq; teguntur pluma:ut æſtatem niſi gelidis in
fluminibus perferre non poſſint:Igit primo ſtatim aduentu hyemis ad Thraſimenum e re
motiſſimis aduolant regionibus.multitudinem aūt quantam:niſi qui ipſe ſuis : ut dicitur
oculis uideat:credere quiſꝗ̃ aut cogitare uix poſſit.Tum interdiu quidē toto lacu natando
mergendo ſeſe atq; rapiendo circunferunt:nonnunꝗ̃ defeſſi proximos littori petētes palos
paſſis illic ad ſolē alis paululū conſiſtūt:mox quaſi reſumptis uiribus integri ad prædam ꝓ
ſiliunt.Nocte iam adueniente ad proxima ſi qua ſunt flumina uolatu altiſſimo cōcedunt:
nec bini terniq;.ſed eodem quo grues eūt ordine.Nam alter alterius caput tergo excipit :
& ducē unū ordine longiſſimo cæteri ſubſequunt.Mox deinde ad prædam eodem ſerua-
to ordine auroram circiter reuertunt. Eam ob rem Thraſimeni curatores præmium his qui
ſingula capita Mergoū obtuliſſent:ternos denarios ſtatuerūt.Præterea Volſenam :quo in
loco nidos primos Vere facere conſueuerūt:mittunt:qui oua rūpant:pullos iam natos in-
terimant:& ſi quos condidere nidos exturbent:uiuaria ſi qua habeant deleant:cauernas in
tercludant.cætera omnia quæ ad delendos pertineant Mergos diligentiſſime faciant. Ni-
dificant aūt in aſperrimis crepidinibus ꝑruptorū montiū:quo loca habeant ad tollendos
pullos ꝑcipiti rupe minuta atq; inuia:adeo unicuiq; uis ſua eſt ſe liberuſq; tuendi. Quocir-
ca magnus in delendo labor:plurimiq; nidi illæſi atq; integri dimittunt . Alterum genus
magnitudine gutturis roſtriq; permirandū:ut facile ꝑinterdū.ut facile integrū arietē capere
poſſe uideant.eoꝝ uictus rapinæ:ſpē pulcherrimus:natant tota die.& quaſi deambulātes
Mergoꝝ quacūq; eant ueſtigia ſubſequunt:eoſq; obſeruant mergentes:ſurgentes aūt ag-
grediunt:& quē roſtro piſcem capere.ut eripiūt.Igit quo pacto illos & obſeruant & adori
antur aſpicere ſumma eſt uoluptas.Harū quoq; auiū cibo abſtinemus.Extant ēt auiculæ ꝗ
dam columbaꝝ magnitudinē uix excedētes:candore inſigni : manſuetudineq; ſingulari .
ut nōnūꝗ̃ ad nauim uſq; uolando deſcendāt Alunt aūt mortuis piſciculis. quoniēs.n.uac
caria euacuant aut mortui ſi qui ſint piſciculi,eiciunt:eaꝝ milia ingēti ſtridore ſupuolitāt
eiectoſq; piſciculos mira cū celeritate corripiunt.Eaq; ob rem & hamo ſi libitū ē facillime
capiunt.nec his quidē ueſci conſueuimus.Cæteras oēs ꝑter paucas:quaꝝ noīa ipſis etiam
ignota ſunt accolis:nō aſpernamur:anſeres:fulicas:germanos:ſtrigiles:cygnos:anates :& ſi
quæ ſint eiuſmodi.Fulicas a ſumma qua ſunt nigredine appellatas exiſtimo his oculi ſtant
igni rubentiores.roſtrum niſi ꝙ ipſum quoq; rubeum eſt:colūbæ roſtro perſimile:hæ pau-
lo maiores gallinis incredibili multitudine lacu:præſertim extremo natant. Strigiles mi-
nores columbis:tata:nigraq; teguntur pluma.Itaq; uolare illæ quidē ac tollere ſeſe:q; alas
habeant pœne nudas:nō poſſunt:undas tū concitatiſſimo ſindunt,curſu.Fulicaꝝ ac ſtrigi
lum,carne non ſolū ueſcimur.ſed inter mediocres habemus delitias:ſi modo exta omnia
& carūcula quædam ſubliuida quæ eſt ſub coſtis abiiciantur.ꝙꝗ̃ fulicæ:q; piſcibus nō alun
tur:non tanta indigent cura condiendi.Germanus anati perſimilis niſi ꝙ aliquanto maior
piſcibus & ipſe nutritur.Sed quæ ad anates atq; anſeres pertinent ꝑteribimus : quales eni
illæ ſint ignorat nemo.Cygni quos accolæ Ceſios uocant:aues ſunt candidiſſimæ: aliquā
to maiores gruibus:ꝗ̃ꝗ̃ grues tibiis ſunt longioribus.Alunt aūt ſolis radicibus iuncorū :
quoꝝ magna in toto littore gignit copia.Hi ēt futura præſentiunt.nam & mortem ſuam
cantu ſignificant:& qua parte uēti flatum ſint oſtēdunt placida tēpeſtate cœloq; tranquillo :

toto lacu liberi perungant. Hauſto aũt adueniẽte prius ꝙ flare incipiat ad eam partem litto
ris ꝙ meridiem ſpectat nando cõtra nituntur ad Septẽtrionem:ſi Aqlo:ſi Fauonius ad occi
dẽtem. Eodẽq; modo ſi Eurus ad oriẽtem uentis quacũq; flatum ſint ſeſe offerẽtes. Pennæ
illis duriſſimæ ſunt. alaꝝ quoq; ordo pulcherrimus & mirifice ad ſundẽdas aquas accom
modatus:quas ſic perſtringit interdũ ut procul natãtis cygni ſtrepitus & undaꝝ quaſi ſtri
dor audiat. Hac aue nihil in toto lacu delicioſius:quæ cũ capiẽ nõ modo uocem emittit:
ſed uim quoq; lachrymaꝝ pfondit: futuram ut arbitror calamitatem mortemq; diuinãs.
Aues aũt nõ ſimplici dolo:ſed uaria fraude capiunẽ. Funiculi uſus imprimis clarus. hũc ex
tremo iũcorum cortice lõgum tenuemq; cõficiunt:oblinũt deinde uiſco. hoc quidẽ uſita
to & uulgari. ſed aliter tamẽ cõficiẽdo. Primum. n. uiſcũ ipſum diligẽter expurgat: parua
deinde in olla recõditum lẽto admouẽt igni cardoneſq; ſuſternũt mox ueruſti atq; ardẽ
tis lardi paululũ ſuperſtillãt:uiſcũq; rãdiu agitando pmiſcẽt:donec paulatim humile atq;
tenax:& ꝗuis flexuoſum efficiant hoc genus uiſci tam hyeme atq; aqua:ꝙ terra atq; æſtate
tenacius ad æſtiuos ẽt calores accõmodatum ſi minus adipis inſtilleẽ. Cœlo igitur ſubnu
bilo:lacu aũt aut oino tranquillo:aut:quod cõmodius arbitranẽ:aliquãtum æſtuoſo: quo
leui motu cõfundẽt undas:minus poſſint apparare inſidiæ:funiculum ipſum qua pte aui
um trãſitus futurus ſit ex aduerſum extẽdunt:paulo ſubens ad utrãq; eius extremitatẽ alli
gato:ille uero ſupnatãs:neq; mergi:qm̃ unico cõſectus ſubere etiam ſuſtineẽ:neq; cerni p
pter tenuitatem poteſt. Interea aucupes paululum ad dextram aut læuam ſecedentes lõgo
interuallo regrediuntur:donec aues quæ poſt terga fuerant relictæ cõuerſi ad funiculum
in conſpectu habeãt. Tum paulatim tãꝗ aliud agentes binis remiſq; nauiculis ſubſequũ
tur:curſu tamẽ ꝗeniſſimo nauigantes:ne quo aut ille ſtrepitu aut clamore pterritæ tolle
re ſeſe & altæ uolantes funiculũ deſerere cogantur. Igitur progrediuntur illi quidẽ: ſed tã
modico gradu:ut eodẽ ueſtigio hæreãt:an quicꝙ promoueanẽ ignores. Aues aũt paulatĩ
appropinquantes aucupem & ipſæ leuiter natando antecedunt. Iam ubi ad inſidias deue
nire:ad uiſcum recto ut eunt pectore:paſſiſq; alis implicatæ cordula detinenẽ. Vtuntur &
alio genere mirabiliore illo quidẽ:ſed tamen minus uſitato:& quo ſoli capiunẽ mergi:aut
ſi qui naturam eandem habeant ſeſe demergendi. Primum latum ræticulum alligant palu
ſtribus cannis:quibus natura leuibus ne ad ima deſcendat ſuſtinetur quatuor deinde me
diocres lapides totidem ræticuli angulis ſuſpendũtur:qui duro alligati licio: duos ferme
pedes infra ræticulum pendeant atq; ad ima deſcendant. Ræte igitur protenſum a lapidibꝰ
ad ſolum:modico illo relicto interuallo deducitur:&: ne ad ima uſq; deſcendat:cannis pa
luſtribus ſuſtinetur:duum pedum relicto ſpacio:quantũ per licitum lapides infra ræticulũ
deſcendebant. Rocchum appellant illi:adeo ipſi ſibi pepere noĩa. Inter hæc mergi:ut ẽ na
tura:ad limum uſq; penetrantes:ne ſuperuadere queant ræticulo prohibentur. nec multo
poſt maculis intercepti atq; implicati moriuntur. Eſt & aliis modus mergis maxime ĩſidio
ſus. Hamo piſciculum inſerunt quem illi exorbere cupientes:gutture traiecti corripiuntur.
Vltimum genus haud quaꝗ diſſimile terreſtribus aucupiis. Aream extremo littore ſuffoſſã
tãdiu milio faba aut ſimili eſca conſternunt:donec auium ſæpe impune comedentiũ multi
tudo ingens aſſueſcat:interea tuguriolo prope aream ædificato:duo ræna ĩter ſe paria. Pa
gellas uocant:aream ipſam magna ex parte complectentia:ſic tenduntur:ut humi reiecta uix
appareant:& ex tuguriolo contracta per funiculum ſurſumq; erecta mirifice concluduntur.
Præter hæc quæ memorauimus plurima aucupiorum extant genera:quorum ipſe ꝙ obſcu
riora uidebantur:nec memoratu digna non putaui faciendam mentionem:ne nimiã & ſu
peruacuam minimarum rerum in ſcribendo diligentiam accuſares. Equidem regiões adi
ui & luſtraui multas:nullam tamen agro Peruſino cultiorem amœnioreq; cognoui: uaſta
ſane & montoſa procul intuentibus:cum aũt propius accedas: nihil tu cultu agrorũ: tum
benignitate cœlitum ẽt terræ ubertate fœlicius. Sed de reliquo quid agro fortaſſe ſcribe
mus alias. nunc aũt qm̃ eramus ocioſi inducti ſumus. ut Thraſimenũ noſtꝝ deſcriberemꝰ
rõnẽq; tibi noſtri ocii redderemus:totus. n. agri peruſini mira fertilitas. eius autẽ ora ꝙ thra
ſimenum claudit:tanta reꝝ oium ubertas atq; copia:tanta ẽt amœnitas. ut cætera quidem
hoĩum. hæc autẽ deoꝝ domicilia eẽ uideanẽ. Finitima litton loca cuncta feracia: quædã
arboribus cõſita. pauca paſcendo pecori herbida & nemoroſa:cætera uinetis oliuetiſq; re
ferta. Hinc Cluſina patent arua:quæ Thraſimenum ipm ad occidentẽ lõgiſſimo tractu atri
gẽtia plena ſunt uariis generibus feraꝝ. Hinc editiſſimi colles. & ipſi cultu aſpiciunẽ: q ali
quãto procul a littore planiciẽ relinquentes:nec abrupta atq; pcipiti rupe. ſed leui accliuiq;
iugo ſurgẽtes:& planiciẽ ſuis radicibus iacentẽ excipiũt:ſic & ipſi a finitimis:qui circa lacũ
pminẽt mõtibus excipiunẽ. Porro montium ſuprema iuga placidiſſimo excurrunt dorſo:

ꝑtim pomiferis arborib⁹:ꝑtim rariuſculis diſtincta ſyluis.quæ materia ſternēdis thoris:in
ſtaurandiſq; ſuppeditent. Littoris orā nulla interfuſa ſtagna:aut paludes impediūt. ſed li
berā atq; patentē canabi:liniq; feracē Olìueta ēt exornant extremo littore:nō frutecta ſpi
netaq;.ſed iam ſponte ſua ſolæ harundines:& illæ ne paluſtres quidem oriunt̃. Tum oīa
Thraſimeni aſpectu fœlicitant̃:quicqd ille nō abluit ſolū.ſed etiā aſpicit:optimum reddit
atq; uberrimū.Paucis in terris meliora uina:oleū liqdiſſimum. Sed hæc per colles ipſos:
quos circum lacum aſſurgere oñdimus mira fertilitate cōſpicuos.In planicie uero inter la
cum atq; colles iacente:canabi & lini tanta copia ut ne in relliqua quidem Hetruria maior.
Quod ipm tenuitate ſua ꝑcla⁊:frumenta ſalubriora cæteris:poma quoq; ſuauiſſima: per
anni tempora diſtincta mirifice.Nam quæ ad Thraſimeni alueum ſpectant:admiratione di
gna ſunt oīa. Lacus ipſe lucidus ac ꝑſpicuus:nec recipit alienas aquas:nec refundit ſuas:ni
ſi qñ pluuia⁊ magnitudine excreuerit:qui tametſi ad lōgitudinē aliquāto porētior:tamē
rotondus fere ac mari ſimilis:tribus interiectis Iſulis adornat̃.nec in paludes aut ſtagna de
ficit.ſed ubiuis q̄ in medio purior:hybernæ atq; æſtiuæ piſcatiōis patiens. hiſdē quib⁹ ma
re fluctibus agitat̃.eoſdē ſentit uentos:eodem cœli colore diſtinguit̃.Inſignis aquæ ſuaui
tas:ut uiuo potius manare fonte:q̄ ne influo quidē lacu ſtagnari uideant̃. Auget̃ interdū
ui magna pluuia⁊.Ferunt ætate noſtra ſeptē creuiſſe pedes:totidē q; eodem anno recidiſſe
Tum patrū memoria longe lateq; ſtagnantē in Cortoneñ.ag⁊ induxiſſe:auerſum deinde
in puſinum paruo quodam ſuffoſo mōticulo:per quē educta in patentiores campos aqua
excreſcere amplius & liberius uagari nō poſſet Piſciū quidē genera nō multa: copia tamē
inaudita:quos nō Peruſiam modo.ſed primo ſtatim aduētu hyemis ad Hetruſcos:ad Vm.
bros:ad Picētes:Romam quoq; plurima quottidie iumēta cōportant. Bruma adueniente
littora mulionibus tota complent̃.nam ante id tꝑs ꝑ calorē lōgius uectari nō licet. & nec
per hyemē quidē:ſi modo nubes hauſter impellat.Pluuius ſane uētus nec piſcibus ſolum:
q̄q̄ his maxime.ſed cæteris quoq; aïantibus ꝑniciofius.Flante aquilone ꝑ ſeptē die⁊ ac no
ctium cōtinua itinera deportant̃.hoc uēto nihil:cū cæteris rebus tum maxime piſcibus ſa
lutarius .nam & uiuētes tutos ne moriant̃ ꝓſtat.& mortuos diu ab oī liuore tabeq; conſer-
uat.Feruntur aūt ciſtellis ſalicto uimine intextis: Barculios uocant accolæ. Singuli muli
quattuor uehunt ciſtellas.Caue uel maritias piſcationes cum his cenſeas conferendas plu-
ra enim hæc uberioraq; genera.Et qm̃ terra ſiunt: plus admirationis uidentur afferre. Sed
de thraſimeni amœnitate nunq̄ ſatis multa dici puſſent:q̄diu hic permorati ſumus ne otio
ſi quidem iocundiſſime uiximus. neq; enim deſerta nobis atq; inculta loca deſuere: nam
Cluſina arua:quæ thraſimenum claudunt ad occidentem ſolem uaſta ſunt atq; patentia:re
ferta uario genere ferarum.In media igitur terra poſiti:latiſſimum tanq̄ mare proſpicimus
nauigia quottidie uidem⁹ nōnūq̄ trāquilli nauigātes lacu ſimul manib⁹ attractam⁹ undas:ſi
mul natantiū piſciū laſciuiam intuemur:qui non modo ad inſpiciendum oculos: ſed ma-
nus etiam ad capiendi ſpē uidentur inuitare.Interea magnas excitari aquarum moles:ſubi
tamq; exoriri tempeſtatem.mox æſtus omnes:i quaſi confecta pace reſidere.noſq; cum ad
nauigandum:tum etiam per æſtatem ad natandum allicere.Hyeme autem altiſſimas mi-
ſceri undas & perruptos aquarum montes magno in nos impetu concurſare:ripas omnes
atq; littora:& cuncta deniq; uicina loca fluctuum ſeſe collidentium ſtridore complen . Pi-
ſciculos ad littora:portuſq; confugere ac ſeſe rætiario capiendos ꝓbere.Interea piſcationū
ſtudio late feruere omnia uiros unumquemq; ſuo labori intentos : alios noua contexere
rætia:uetera:reſarcire:alios nouas ratis edificere:commiſſuras ſtuppa munire:temos atque
alia naualium operum inſtria dolare. Mulieres quoq; alias linum canabumq; contendere:
diligentius expurgare:alias plæraſq; filandi licii ſtudiis intentas eſſe uiris omnia adnuſtrā-
tes.Eorum labores adæquare media nocte ſurgentes:cātu excitare uicinorum aures & lon
gas dormitationes accuſare.Videre hæc omnia atq; audire pulcherrimum. Tum quottidie
inſulas atq; oppida quæ in thraſimeni littore ſita ſūt tertiam circiter uigiliam nautico plau
ſu læticiaq; reſonare.Tot ſimul nauis mane abeuntes:piſcantes interdiu:ueſperi redeuntes
aſpicere.tum lacum omnem uariis conſertum nauigiis non modo faciem maritimæ oræ
prebere:ſed multa hic maria ſimul oſtentare uarietate portuum Hæc in media terra ſi uide-
as credo fore ut & affirmes me nihil tibi de thraſimeni deſcriptione eſſe mentitum: & ipſe
ſtatim loci amœnitate capiaris.   Vale:•

IO. AN. CAMPA. AD CARDINALEM PAPIEN. DE FRATRIS OBITV.

ſ

I MIHI eadem eſſent tecum uincula beniuolentiæ: quæ cæteris ueniſſem equidem primo ſtatim nuntio de morte fratris ad te conſolandum. Pariſq; & dolorem expreſſiſſem meum & acerbitate iſta tanq̃ manu delenita abiiſſem: officio functus amici mediocris: uerũ quum is ſim quem tu primus ad hoc religionis curriculum excitaueris. ornaueriſq; beneficiis abdere me in calamitate tua: aut mediocribus contentus eſſe non potui. Genus autem ſuſcepi cõſolationis ut arbitror inuſitatum & nouum: remotum a uulgo & fœminis ſed ita ut illas quoq; poſſit monere ſi aures intenderint: nec fuerint aſpernatæ. Non q̃ tuæ deſint fortunæ: qui tanto uulneri medeantur: quos equidem ſcio eſſe q̃plurimos: ſed mihi ſi grauis animi rationem uelim habere: non ſopiendus eſt ſolum dolor tu⁹. Verum q̃ altefieri poteſt: euellendus. Qua in re hoc mihi minus erit elaborandum: q̃m & tempus intercurrit: & ipſe te conſolens: ut alieno auxilio non multum egeas: nec ulla res eſt curandis morbis accommodatior. q̃ quum paratus ſit ad reſiſtendum qui egrotat. Quorũ autem deiecti & conſtrati animi deſerunt ſeſe: nec repugnant: his nihil eſt quod ad ſalutem poſſit afferri: ut naturæ uis a ſeſe deſtituta & extincta nullis fomentis excitat̃. Nec eſt quod uerear ſi fortunæ in fratrem licuerit: ut e medio tolleret: in te quoq; perturbandũ licuiſſe. Noui moderationem animi tui & conſtantiã ſingularem. Scio te nõ ex eorũ eſſe numero: qui aut domi abditi atq; occluſi ingentĩ mœrore uiri affligant̃: aut ſqualidi egreſſi in lucem calamitates ſuas lunæ: ſoliq; lamentantur. Teneriores ſunt id genus homines q̃ quibus ratio mederi queat. Nobis autem qui procul a uulgo uiuimus & ſtrepitu populari: paululum quidem naturæ dandum eſt ne immanes & duri exiſtimemur. Retinendus tamen modus eſt & maieſtas animi: ne quales cæteri ſunt molles ad ictus fortunæ imbecilleſq; eſſe uideamur. Quanq̃ accedit natura ipſa mollis & tenera in caſibus perferendis: quæ non modo imbecillitatẽ noſtram & delitias illas humanitatis & lachrymarũ ſolet frangere in luctu propinquorum: ſed ipſis interdum brutis gemitum quendã excutit: nulla re niſi tempore atq; obliuione cõprimendum: non poſſumus nõ moueri animo: nõ angi: nõ excruciari. Erumpũt hæc & excidunt inuitis ut niſi ratio adhibeatur euertant animi robur & in nim exeant imoderatam. Sed eius rationis duplex eſt uia: altera ut magnitudine animi teipſum tuearis. utrũq; exhibeas fortem & conſtantem & erectum ad omnem impetum fortunæ. Altera eſt ſita in cogitatione rerum externarum: in quo cauendũ eſt diligenter ne decipiamur uulgi uoluti atq; imerſi opiniunculis: cumulatior hæc & patet latius. Illa autem glorioſior & tuta magis. Res eni tanto firmiore ſunt ſtatu & certiores iudicandæ: quanto a ſpe aliena atq; externa remotiores eſſe uideantur: ut plane exiſtimemus præſidia noſtra: opemq; omnem in nobis ipſis: ideſt in animi uirtute collocanda. Cætera autem poſita in ludibrio & temeritate fortunæ: quibus qui nõ capitur: is ex illis uere eſt magnis clariſſimiſq; uiris quos ſolita eſt uetuſtas appellare ſapientes. Non enim refert quantum qs accipiat incommodi: ſed quo ferat animo quæ accepit. Sunt quos leuis deiecerit impulſus: Alios ne magnæ quidẽ calamitates euerterunt: horum laus eſt uberrima: res enim hũanas extra ſe poſitas arbitrantur. Nec quicq̃ ad eorum ſtatum & dignitatem ptinere. Quatum neq; acceſſione efferuntur neq; grauantur diſceſſu: opes: diuitias: clientelas: propinquitates & quæ ſunt eius generis alieno arbitrio & dari & eripi uidemus: & minime noſtras poſſimus exiſtimare. His aũt qui careat neq; deterior futurus ſit fortaſſe etiam liberior: neq; etiam qui habeat: melior aut beatior iudicandus. Quæ res compoſita ſit tota in contẽptu & deſpicientia rerum humanarũ a quibus abdicari oportet ſpes cogitationeſq; noſtras: non habes quod doleas ea re: quæ nihil ad te ptinet: qui ſi te cogites & quantum ſis circũſpicias: nihil inuenies ereptum quod tuũ poſſes exiſtimare: totum habes quod uiuo habebas fratre. Si quid autem ſit ereptum ſatis licet peſpicere tuũ nõ fuiſſe. ſiquidẽ quæ noſtra ſunt ea inuitis nobis auferri non poſſunt: Quæ autẽ poſſunt auferri ea nõ ſunt dicenda noſtra: ſed eius qui auferat iudicanda. Quid eni aut q̃ gloriari opibus conueniat: & extolli diuitiis? quarũ largitio ad alium ſpectat aut moleſte ferre ſi nõ dent̃ ille uel ſi quũ fuerint datæ ab eo qui dederit repetãtur. Quæ oĩno nobis fit iniuria. Idem de cognatis & propinquis dicendum cenſeo. Erit uox illa præclara ſapientis. Dedit natura fratrem: eum quoq; ipſa abſtulit natura. Iam tum enĩ quum accepi: ſciebat ea conditione accepiſſe ut redderem: eſſetq; in eius arbitrio qui dediſſet: quo tempore. aut quomodo reddi oporteret. Nõ poſſum queri: nulla ſum affectus iniuria: ſi ignem extinxit qui accenderat: ſi arborem excidit qui ſeuerat. Neminem natura naſci uoluit cui non eſſet

non eſſet aliquando tamen moriendum. & quum ſimplex quædam ſit & arcta naſcendi uniuſq; omnium ortus: genera moriendi infinita eſſe uoluit exituſq; diſſimiles. & nulli mortalium exploratos: nequa poſſimus effugere quo minus: quum tempus inſtaret tanquam pecuniam creditam redderemus. Hæc inquam ſapiens dicit: nec frangetur actibus fortunæ aduerſis: nec ſecundis intumeſcit: uſum omnem earum rerum ſuum eſſe duceret. Ipſas autem ex aliena beneficentia profectas non eſſe ſuas: ut grauari his reſtituendis nõ liceat: nec ne perfidia poſſit recuſare. Qui autem inuitus reddit quod debet. ob hoc ingratus habendus eſt: quoniam oſtendit ſi ſui eſſet arbitrii: nunquã fuiſſe redditurum. Rarum mihi dabis uirum inquiet fortaſſe quiſpiam: ita armatum ut eum naturæ ſpicula non pungant. Fateor equidem rarum atq; ita rarum ut fortaſſe neminem: ſed illud eſt ſapere: ea magnitudo animi ſumma laude excellentis: non quotiens pungitur uulnerari: nec affligi minima quaq; offenſiuncula. Fuit multis iam exactis ſæculis ſcola magnorum hominum in qua magna fuit auctoritate Pyrrho quidem Elienſis auditor Anaxarti, hic quum currus aut equi occurrerent in uia non deuitabat, nulla re mouebatur: ferunt adoleſcentem gerẽdis rebus ab amicis ſæpe interpellatum nunq̃ mutaſſe uultum. Anaxarto in foueam cadente [illegible] præteriiſſe: nec eſſe auxiliatum. Vſtiones & ſectiones medicorum intrepide conſtanterq; tuliſſe. Hunc tamen currentem in ſe canem quum repuliſſet, dixiſſe: difficile eſſe hominẽ penitus exuere. Tangebatur ergo aduerſis Pyrrho: non conficiebatur. Necnon Zenonem aut ipſum Anaxarchum non pungebat dolor in cruciatu illo tyrannico & immani: quem uterq; perpeſſus eſt: non tamen ſentiebat quorum non modo nulla eſt audita uox querelæ. ſed ipſos etiam tyrannos inſectati contumelia & conuitio. ut clariſſime oſtenderent: nõ in dolore acerbitatem eſſe. ſed naſci. & mollicie tenera eorum qui nollent aut neſcirent ferre.

Quod uerbum auditum eſt ab Affricano lamentabile in morte fratris: quod a Luculo? qđ ab Anaxagora in interitu filiorum quorum affectus eſt uehementior ut plane intelligamꝰ nullam calamitatem eſſe aut tam grauem. ut uirum fortem ſtabilemq; perturbet. Aut tam leuem ut mollem & inconſtantem non poſſit euertere. Nemo fuit unquam cui non aliqđ acciderit in uita triſte & lugendum. ut recte mihi feciſſe uiſus ſit uir ille qui amicum conſolaturus: credo in morte domeſtica conſcendere eum iuſſit in locum editum unde proſpectus eſſet in urbem totam patentiſſimus: percontatuſq; eſt: an in tot & tam amplis tectis aliquod uideret expers luctus & doloris. & in quod caſus & funera nunquam penetraſſent.

Lanſſime patet hominum miſeria: nec quiſquam eſt qui ſe miſerum & calamitoſum non poſſit putare quum uelit. Beatos autem ſe facere ſoli poſſunt: quos nulla queas uis impellere ut ſe miſeros arbitrẽtur. Quod ſi uerum eſt illud ab Antiſthene Cinico dictum: eum infœliciſſimum omnium qui cupiat fœlix eſſe. & illud quoq; erit uerum: qui minime fœlicem eſſe ſe cupiat: eum omnium fœliciſſimum: ut uideatur fœlicitas omnis poſita in contemptu & deſpicientia maxime earum rerum quas affectat cupidas: ratio non probat: inſtabilitas euertit ut diuturnæ & certæ eſſe nequeant. Atq; ideo homini ſapienti & immenſam quandam ac infinitam ſeriem ſtabilitatis cogitanti: nullo modo cupiendæ & ne curandæ quidem. dolor enim uoluptatem & mœror lætitiam comitatur in his quæ ſunt fluxa: caduca: inſtabilia. Triumphat ſerio adoleſcens in comœdiis puella uiciata. Quum autem dimitti oporteat amicam nihil miſerius. Cadunt animi & uno momento: ſumma fœlicitate in miſeram recidit conditionem: quo quid poteſt eſſe turbatius? Qui autem amores aſpernatur: hic neq; lætitia geſtiat inani quum fruetur: neq; ſi frui nequeat dolore afficietur: ſuſpẽdiſſe ſe laqueo. Menipꝰ Cinicus fertur pecunia inſidiis erepta. idẽ me puero accidit praтенſi ſacerdoti in Campania: quum nepos flagitioſus ſcrinia fregiſſet: cur ita cenſes factũ? niſi quia ſpem omnem in pecuniis collocauerat: quibus potuiſſet ſine moleſtia carere ſi contempſiſſet. Diſtrahitur in partes uulgus in bellorum euentu diuerſuſq; eſt hominum fauor: diuerſa cupientium. Quid tum? quem obſecro uidiſti unquam aut audiſti amici uictoria exultantem quem calamitas: ſi quæ eſt ſubſecuta non euerterit? ut quantum inde elatus: tantum hinc eiectus uideatur. Alius ſi deturbatus paterna domo: ſi agro auito ſpoliatꝰ ſit: in iram totus excandeſcit: armat ſeſe etiam ad parricidium. Vnde æſtimano tam uehemens niſi ex impotenti quadam & effrenata adhæſione earum rerum in quibus omnis ſpes repoſita & confixa eſt. ut auelli niſi morte non poſſit. Eſt qui uxoris adulterium: qui ignominiam familiæ: qui nominis cõtumeliam nequeat moderate ferre. Addit hic ſtimulos iniuria ne citra utilitatem ſit aliquod quod ferri non putent oportere: quos equidem non accuſo: ſed illud cogito ex eodem fonte oriri omnia: ut tanto uehementius moueamur perditis rebus: quanto ſpes erat in his repoſita maior & cupiditas ardentior. Nihil enim dolemus perdidiſſe niſi quod adepti delectamur & efferimur unde fluctuatio naſcitur uolupta-

& afflictio doloris ualidiſſima eneruamenta uirtutis non ſolum in fœminis:quaꝝ uis om-
nis eſt eberior.ſed etiá in uiris magnis & philoſophiæ deditis.ut in Periandro & Menippo
ut in Chilone quoꝗ hic læt itia:illi dolore interierunt:quibus duabus rebus qui ſuccũbit:
nihil poteſt eſſe uiolentius ad omnem uirtutem depellendam.Fomenta malorũ omnium
cupitates ſunt:rapiunt hominem ſublimem:dantq; præcipitem in curas:in ambitionem:in
ſpem:in metũ:deniq; in pelagus quoddã miſeriaꝝ importuoſum & inquietum:eũq; nunc
magno æſtu doloris obruũt:nunc molli efferũt aura uoluptatis ut intelligamus eſſe homi
ni magno & excellenti ab opiniunculis uulgi uentoſis & inanibus & quid ſibi uelint neſci
entibus:longe recedendum uincendamq; naturam ratione.Hanc nulli motus:nullæ ptur
bationes poſſunt excurere.Conſtat ſemper nec diuellitur fortunæ ictibus:cui niſi pareatur
ſemper in luctu:ſemper in miſeria & calamitate uerſabimur ut moroſis accidit:quibus ne-
mo eſt qui poſſit ſatiſfacere:omnia ad ſui contẽptum referentibus.Erũpat uulgus in plan-
ctus & querelas:putet ſe maximo affectum malo:quũ moritur aut propinquus aut amicus
cum pecunia eripitur:aut ager quum uis infertur:aut iniuria quum amores aut cupiditates
aliæ non explentur Fortem uirum iſta non tangunt:aut ſi tangant non moueant.titillent
non alliciant:reſticent nõ exulcerẽt.Laudatur uetus mos Licioꝝ:apud quos lugeri funera
nõ licebat niſi in ueſte muliebri:ne parentũ quidẽ a liberis putare uiderent non eſſe uiri lu
ctum & lachrymas & molliciem omnẽ.Idem uidemus in tragœdiis cædes quidẽ & exci-
dia mulierum animos grauius premere.Scelera autem & turpitudines nõ ita. Heccubam
altius dolor euertit ꝗ Helenum.Quippe ad rabiem uſq; efferata eſt œdipum pudor quam
Iocaſtam uehementius.ut luce ſe orbauerit.& ſi uirum ſapientem:qualem philoſophi mul
ti diffinierunt:exhibuerunt pauci:nulla uis debet ſuperare.ſed relinquamus Stoicis iſtam
fortitudinem qui ſapientem eſſe uolunt & ſaxo & ferro duriorem.ut nullo impetu aut ictu
externo moueantur:quod qui efficerent:non homines illi quidẽ. ſed dii potius eſſe uiderẽ
tur.Quos tamen poete molleſcere præcibus uolunt & placari donis.ut magis Ariſtippo ſit
aſſentiendum:cuius illud eſt.Motus primos animos nõ eẽ in poteſtate ſapientis. ſed ſæpe
de improuiſo perturbari.ſedari autem tempore & conſilio.Condimentum rerum omniũ
modus eſt:quem ſiquis aut non attingat aut excedat fœlix eẽ nullo modo poſſit.Siqdem
fœlicitas ſi qua eſt in uita ea & moderatione & ſtatu animi tranquillo naſcitur.ut qui con-
ſtanter omnia ferat fœlix:qui autem ſuccumbat infœlix ſit exiſtimandus.Ita neq; iracũdũ
beatum cenſeri oportet.neq; ambitioſum aut auarũ.neq; ẽt glorioſum & inflatum ſuper
bia.quum ſingula quaq; mutatione rerum perturbentur.ordo non adhibito:fert natura ſi
ue ſit illa opinio ut doleamus incõmodis propinquoꝝ.ut interitum lachrymemus ut fune
ra uultu uoce:ſqualore lugamus.Sunt etiam datæ homini lachrymæ:ad hos caſus & miſe
riam.ſed illa laudis ampliſſima eſt arra ſi modus adhibeatur ẽt potus & cibus & ſimilia .qa
ſunt ad tuẽdam uitam neceſſaria.ſumuntur illa quidem ſemper fere ſine laude . Frugalitas
autem & temperantia & moderatio quandam afferũt his in rebus dignitatem.ut quo par
tius hoc ſpecioſius & ſalutari ſumi uideantur.In tẽperanti uero & profuſa gula nihil ſordi
dius & ſaluti peius:par eſt ratio lugendi.nam ſi ita ferat natura ut lachrymemus : quod ha
bet laudis eiulatus? quid lamentatio illa muliebris:me miſeram:me afflictam?O cœlum.
o ſtellas:quid unguium in ueſtes.capilloſq; ſæuicia interdum & in genas:habeant ſibi hãc
mollem imbecillitatem mulierculæ:quas natura fecit ad lachrymas paratiores Armauitq;
ululatu & coma.Communis tibi caſus iſte cum multis eſt:moderare autem ferre cum pau-
cis & cum omnibus fere ſubeundum hoc ſit iugum ut fratribus careant:ſoli qui optimi ſũt
non detractant.Laudanda uero Biantis uox illa præclariſſima & digna eo qui inter ſeptẽ
eſt habitus cum infœlicem eſſe qui infœlicitatem ferre neſcierit ſuam. & aliorum incõmo-
da non meminiſſet.qui autẽ grauius dolore ꝗ opus eſt afficietur:cadet ex dignitate uiri:
nec poterit non infœlix eẽ non miſer:non calamitoſus:addendum etiam non ſtultus repu
gnans neceſſitati & naturæ:legi non obtemperans:quã tamen effugere fas eſt nemini . Vi-
ro autem forti & inuicto quid tandem poteſt afferre caſus aut fortuna?mortui parentes nũ
cientur fungetur officio ſuo:ſeducet uultum:ſi uolet ẽt lachrymabit:dabit pietati quod erat
dandum:manibus iuſta perſoluet.Seruabit tamen modum conſtans ipſe ſibi:nõ cadet:nõ
frangetur.Licuit hoc perſpicere in utroq; Affricano:qui mortem fratrum conſtantiſſime
tulerunt.Licuit in Antonio.in Luculo.im Pompeio . Licuit ætate noſtra in Alfonſo rege
clariſſimo.Multos colligit.M.Tullius:colligunt etiam non cõfectos mœrore muliebri &
languido.ſed erectos & deſpicientes tæla impetuſq; fortunæ.Itaq; perferuntur hi caſus a ui
ris non barbaris moderate:etiam a fœminis interdum:non ſolũ quia frequenter accidunt
& euitari nequeũt.Verũ etiá qa laus eſt magna in cõtemnẽdo.& tranquillitas maior:alio-
quin nemo

quin nemo non in ſumma eſſet miſeria & moleſtia. Quis enim conſtare poteſt ſi quouis externo motu quaſi uento excutiatur? Aut quando tandem ceſſabunt cõmutari externa? Nautæ ſimilem eſſe oportet uirum ſapientem: Nam uita noſtra omnis tranſfretatio quædam & curſus eſt. Moles hæc corporea qua deferimur nauis. Vita qua decurrimus: mare opiniones noſtræ uenti ſunt. Fortuna & æſtus quibus agitamur & illidimur: cupiditates quæ ab opinione oriũtur. Anchora qua ſuſtinemur ut quieſcamus: ratio eſt. Themon quo dirigimur: conſilium: uel ſæuiat late pelagus: ſtrideant uſq; quaq; uenti: & undas æſtuſq; permiſceant: ubi ualet anchora: nil periculi eſt: q̃diu themone duce nauigatur: rectus eſt curſus in portum. Qui autem fertur ad caſum & fluctuat: huic neq; portus neq; anchora poteſt eſſe ſalutaris. Ita uel exæſtuet fortuna & perturbationes mille præter oculos errant: ſi ratio ſubſit & conſilium ualeat: tuta eſt uitæ nauigatio. Nec aduerſus procellarum impetus pertimeſcemus quocunq; deuehemur. Facit Homerus Vlyxem impeditis cæra auribus ad Syrenes nauigare: ne blandis & doloſis cantibus illiciatur: eundem etiam uentos ab Aeolo Culleo incluſos accepiſſe: & quæ noſtri reliqua. Mirum eſt ne hæ Syrenes & hi uenti cupiditates inſane afflantes. Nũ attendit uir ſapiens: ſed occludit aures cæra: ne dulci pereat ueneno & fraude muliebri: temere ne putas hominũ appetitus ĩmoderatos: & puellis & uentis a ſapientiſſimo poeta; cõparari. Nã quid puella blanda illicientius: aut inſtabilius & turbatius uento? aut utroq; exitu periculoſius. & tñ uidemus Homerũ quũ Vlyxem expreſſiſſet uirum ſapientem exprimere & cõſtantem uoluiſſe: cui motus inſolentes cohibenti omnia uidet eſſe tranquilla & quieta. Cæteros autem fortunæ æſtu fluctuare: Nam ſi morbi ſi cupiditates quas ſis nunquam expleturus: ſi claritates: ſi mors: ſi exilia: ſi pturbationes aliæ quæ uitæ inſidiantur: & ſunt inumerabiles te ſollicitum habeant: quando eris non ſollicitus. quando non triſtis. conſectuſq; moleſtiis & criminis Cenſet Epicurus eam ob rem deũ nunquam conieneſcere: quando nullius rei cauſa cura teneatur: unde cani oriantur & laxẽtur genæ. Stulte quid Epicurus curam tollit a deo: ſed aliquid ſortaſſe cogitauit: quod non ſtulte ueretur & deum & qui ſint deo proximi omni moleſtius liberos eſſe oportere quod ad ſapientem ſpectat: propinquum ac ſimilem deo nullo metu affectum: nulla erectum ſpe niſi uitæ melioris. Nihil aliud putantem ad ſe pertinere: niſi quod ſe initio auferri non poſſit: cætera caſus & fortunæ iudicantẽ: neq; in ſecundis rebus inani exultantem: geſtientemq; lætitia: neq; in aduerſis labentem & concidentem: qui ultimum uitæ diem neq; affectandum putet: neq; metuendum reiiciendam curam omnem rerum humanarũ ac ſpem omnẽ in deo: in uirtute: in ſeipſo reponendam. In liberos autem & fratres & propinquos naturã ſequatur nõ opinionem: & quod uereor ne duriuſcule dictum uideri poſſit. Aues imitabitũ quæ pullos fouent: q̃diu egere uideantur: mox relinquunt & ne curant quem. Idem fit in cæteris animantibus: ſed brutorũ hoc. Quid in iis qui ad cœlum emigrarunt: quos nos ſtatuis erigimus & templis: ariſq; & thure ueneramur & appellamus ſanctos. Perfruũtur illi quidem ſuprema atq; in menſa uoluptare. Quantas ipſi capiunt nos complecti mente non poſſumus: obtuſi mole corporea deniq; ut ſunt: ita ex omni parte beati reputant: ſed num moueri eos incõmodis propinquorum cenſes aut nuptiis lætari filiorũ aut parentũ funere lugere. Equidem ipſe nõ cenſeo: ſed eſſe liberos puto: & ab omni effectu ſeiugatos rerum mortalium & caducarum: Alioquin ne beati quidem eſſent aut fœlices: Quũ ſit fœlicitas conſtans quædam & firma plenaq; perceptio rerum omnium: quæ ad beatam uitam expectantur: propinquitates aũt & diuitię & affectus oẽs quum nõ ſint firmi & ad oẽm fortunæ flatum agitentur: Non explent animum ſed incendunt potius: ita ſi & beatum experte tuear iam quũ illi hæc aut nõ aſſequerent aut amitterent: deſinerent beati eſſe: & in lætitia illa in menſa & ſempiterna lugẽdi parentes eſſent: Amicoꝝ fortunæ deplorandæ: multa cupiẽda: & dolendũ & lætandũ: oĩaq; ad naturã & ſenſum reuocanda: nec defuncti uitæ laboribus: ſed in altũ educti uiderent. Vnde latior eſſet proſpectus maloꝝ: ſenſuſq; uehementior: quo quid eſſe poſſet abſurdius aut quæ uita non beatior. Ergo uident illi quidem & ſentiũt incõmoda ſuorũ & clades & iniuria: ſed nihil cenſent ad ſe pertinere: quoꝝ ſtatus collectus & firmus nihil deſyderat externũ: nihil alienum curat. Eadẽ eſt ꝓpoſita uia præſtantibus uiris: & magno curſu contendentibus ad ĩmortalitatẽ: ut nihil debeant accipere quo excutiantur: & magnitudine animi inuicti & excelſi & cuncta niſi ſeſe ipſum aũt quod ſupra ſe eſt continentis: ut etiam dum ſunt in uita habitare cum ſuperis & beati eſſe uideantur: uel ruat cœlum: uel aurum gremio naſcatur: nihil a ſe diſcedat: & æquabilis ad omnem caſum & euentum neq; magis triſtis neq; magis lætus quocunq; fuerit in ſtatu colocatus. Iam uides fratris mortem nihil ad te pertinere & nec ipſum quidẽ ſtatrẽ niſi quod ex eiſdẽ parentibus natus ſit: pulſet animũ propinquitate quaſi nõ pediculi: nõ alia multa ex eiſdẽ

parentibus naſci ſoleant:quæ abiicimus & necamus. Valet humanitas uiuentibus:Valeat cognatio & conſuetudo mortuos tanquam nobis diſſimiles & alienos & noſtri nihil indigentes non curemus niſi is eſſe deſinas aduerſa fortuna:qui fueris ſecunda. Neq; enim fas eſt frangi eum duris rebus: quem proſpere nō extulerunt:uirtutum tuarū magnus cumulus & mira omnium conſenſu prædicatio. Nulla tamen præclarior modeſtia & manſuetudie tanta fortuna præditus:ſupaſti hominū inuidiā:ut quanq̄ ampliſſimo in gradu poſitus ſis: Nemo ſit qui tolli te altius nō cupiat:qui tam benignis rebus animi elationem ſuppreſſiſti ut nulli ſis habitus inſolentior:q̄ quum eſſes priuatus:num a natura diſcedes tua:& quē deliciæ fortunæ non mollierunt:minæ exaſperabunt? Sunt quos dura non conterant:mollibus tñ inſoleſcant. His acerrime poſſe reſiſtere magna quidem laus:ſed non ſolida & expreſſa gloria:& qualem cōſequi oportet qui in uirtute cultum:in deo ſpem:in templis illis cœleſtibus ſtudium omne poſuerunt. Hos inquā in uita ipſa abductos:a corporis maſſa rebuſq; terrenis durare oportet ad omnem impetū fortunæ:ut ſiue arriſerit ac ſeſe blanda ultro obtulerit contemnant:ſiue torua atrox q; minetur & feriat:reſiſtant fortiter:nec cedant loco:& ſeſe animi mucrone tueantur. Nam confligtari opinionibus:& ferri quo uulgus diſtrahitur:tam uanum eſt q̄ ipſum uulgus:& ad cumulum malorū addit aliquid ſemper:ut quo plus lugeant hoc ſibi magis exiſtiment eſſe lugendum:& nec unq̄ ſibi modū adhibet ſtulticia cui uis acceſſerit opinionis. Sed iam ad externa ueniamus:Sunt aūt quæ diximus in primis ſalutaria:ii modo uenas adierunt:quæ ut maiora ſunt quā & ebibi facile poſſint: niſi ab iis qui ſtomachum non habeant:ita ebibita ſummam habent uim ad naturam cōfirmandam:nunc fomenta quædam adhibebimus:quæ cutim laſſent:laniantq; duritiā illam qui mos eſt medicorū:primum afferre potiones mox inungere membrū & confricare:ut ſi interna illa non conterant:ualeant externa & quod reliquum eſt morbi exhauriaſ. Andreas frater militiæ iam a puero inſtitutus:ad trigeſimū uſq; peruaſit ætatis annū:laudemq; eſt in re bellica & nomen conſecutus. Inde Pii Pontificis ſecutus arma in eo bello:quod geſtum aduerſus tyrannos qui in Italia & fide regia & eccleſiæ imperio defecerunt in Campaniam ꝓfectus agminis proficiſcitur. Hic ſuperatis Caſinatium anguſtiis dū hoſtē ab impedimentis repellit:ſagitta traiicitur:inde Capuā ab exercitu delatus:poſt aliquot dies oībus chriſtiano more perſolutis:uita exceſſit:idemq; tibi de morte qui de uulnere nuntius ē allatus. Hic multa ſunt quæ dolorem augeant tuū:primum omniū mors ipſa:& mortis genus ætaſq; morientis:deinde ſolitudo tua:qui unico orbatus fratre non habes in quo conquieſcas:tum matris uxoriſq; deſyderiū quæ morienti illa filio:hæc uiro non aſtiterunt:nō redigam te hic etiam ad Stoycos:miſſam faciā illorum durata callo ſapientiā:dolueris hactenus quantum fuit dolendū:ualuit in te ius naturæ & cognitionis:perrexerint lachrymæ uiam ſuam. Deniq; hominē te piiſſimū in tuos:& tenerrimum in fratrem exhibueris. Hæc iam abierūt omnia:ut accuſationi locū nō relinquerint:quū & naturæ ſuccubueris oīa uincenti & reuocari illa quominus ſint facta nō poſſint. Hoc nobis eſt euitandū ut rugas iſtas frontis tuæ tandē laxes:abiiciaſq; uultus mœrorem:nullā ad rem niſi ad miſeriā & lachrymas profuturū. Nam quid eſt per deum immortalem:quod tamdiu tibi cenſeas dolendū an quia fratrem amiſiſti:quaſi non oēs qui fratres habuerunt aut amiſerūt:aut amiſſuri ipſi ſint. Neq; enim Philemi eſſe poſſūt aut Cadmei:fratres ut pari euētu oēs una moriant. Nec eſſe eſt alter alterū:ut ortu ita ſæpe occaſum antecedat. Equidē eſſe puto multa ſtulticiæ genera:ſed nullā hac inter mortales uerſari inſigniorē:qui quum nemini liceat mortē effugere ſemp hanc tanq̄ nouū aliquid inauditūq; exhorreſcimus:querimur:lamentamur:& cui magna eſt inuidia moleſte ferre:quod cæteri ptulerint:quicūq; hanc in lucē exierūt:quod ferent etiā qui naſcent oēs:& quod nomine ꝓfiteamur re ipſa præſtare recuſamus inuitiq; mortales moriamur. Quod ſi neq; militiam miles:neq; nauta nauigationem:ex quibus appellantur:reformidant: Quid nos qui morti addicti idē nomē ſumpſimus:expaueſcimus? aut quid eſt quod illos imitari non ſponte atq; animis pleni nō moriamur? aut quæ natio immunis? quæ gens? quæ imperia? Placet aūt primū de ipſa morte dicere:qua de re nō multa dicenſ:quum ſit a ſummis uiris accuſate diſputatū & copioſe. Nos uero pauca ex multis colligemus:ut ſublato terrore illo graui & horrendo:cætera quoq; facilius auelli poſſint: ut ne ſcintillula quidem remaneat doloris:non ſopita & extincta. Quod ita fiet:ſi oſtendamus nihil eſſe in morte mali. Ardua quidē res:uerum ad tollendum animi dolorem ſalutaris & neceſſaria. Nec tñ ita probatu difficilis:ut probari nequeat. Nam ſi quid eſſet mali:aut uel in ipſa morte eſſet uel ante mortem:uel ubi eſſemus mortui. Primum mors habet ipſa nihil quod malum ſit:imo nihil quod non bonum potius:modo uita honeſta anteceſſerit. Eſt enim mors ſegregatio quædā corporis atq; animi cū amiſſione ſenſus:& abducatiōe uo-

luptatum

luptatum excogitata:& natura tanq̃ ad ſubſidiũ opemq; mortaliũ:ut accurrat tanq̃ quies
ærũnis:curiſq; grauiſſimis & membrorũ laſitudini:Quippe aſſidua eſt elementorum qui
bus cõcreti ſumus cocertatio inter ſeſe dimicantium:ita ut oportuerit quietẽ & modũ adhi
beri.Eam nos pugnam oculis nõ cernimus:ſentimus tamen:Quapropter ut corporis poſt
agitationẽ diuturnã:quies & ſomnus interpit:ſic poſt perpetuã elementorũ conflictationem:
mors quæ nihil eſt aliud q̃ ſopor diuturnus quidam & ceſſatio a laboribus occulte mẽbra
ipſa ſauciantibus.Alterum accedit prœlium animi & corporis inter ſeſe tanq̃ boum iugo
reluctantium:quorũ tanta eſt digladiatio:tantaq; contentio:ut qui ſciat & poſſit moderari
inuenias neminẽ:quum ille imperium ſibi datum putet:Alterum cuſtodiam & carceres erũ
punt nõnunq̃ ueluti eſtro puncti & per deuia doloris uoluptatiſq; feruntur.Atq; alter alte-
rum impedit:trahit:præcipitat ut neq; animus recta perſpicere queat:ſæpius mole corpo-
rea tanq̃ nube & tenebris:neq; corpus cohercitum imperio animi afferri in uoluptates &
flagitia:ad quæ eſt natura ipſa propenſum.Quum aũt diſſoluuntur uterq; uiam ſuã pgens
tranquilliorem adepti ſtatum conquieſcunt maximis moleſtiis liberati.Nec animus labiť
in flagitia & illecebras:nec corpus trahit:affirmant phiſici rerum præſtantiam in eo uideri
conſiſtere:ut quæq; ſint puriora minuſq; permixta:Qua ratione & elementa ſuis in centris
lucidiora eſſe ut ſupremos orbes ſolidiores etiam principem & moderatorũ omniũ deum
puriſſimum & ſimpliciſſimum putant:nec aſciſcere ſibi quicq̃ rerum externarũ.Quũ autẽ
ſeperatio confuſionem illam & tanq̃ eluuionẽ permixtã & turbidã tollat:fit etiã ut ibi cor-
pus emarcuerit:in puriorem quandã naturã partes ipſæ reuertanť:quanq̃ de corpore cura
eſt nulla.Sunt enim membra & ſpolia quædam animorum quæ quocũq; abiiciant:cõſtat
animus nullo affectus detrimento:Itaq; ſiue coniiciantur in ſtagna corpus:ut Peones ſolẽt
ſiue condiatur ut ægyptii:aut a canibus laniatum diſſipeť ut Medi & Hircani faciebãt:ſiue
comburanť qui mos fuit priſcis:neq; dolorem ſentit aliquem:neq; afficiť uoluptate priſti
no ſopito ſenſu & extincto.Qui aut iam euanuit:aut ſi quis fit animum comitatus eius ſe-
quitur ueſtigia & coheret ſemper:eodẽ noſtræ cogitationes:eodem conſilia ferunť:animũ
ipſum ad cœlum uſq; comitantes.Quo autẽ fertur animus eo dẽ ipſi pergimus:Siquidem
animi noſtri ipſi ſumus:corpora uero uehicula quædam:quæ in cœlum uolantes comita-
ri nequeunt grauia & terrenis perfuſa:atq; oppreſſa ponderibus:animi uero quo pacto ſe
habeant exuti corporibus ſi nõ oculis:mente tñ uidemus:certe beatos uita non facit:mors
facit:quibus iam nec morbi nec curæ ſentiuntur:nulla impediti mole liberi repetũt domi-
cilium & patriã:deinde ante mortẽ neſcio quid præcedit formidoloſum & horrendũ.Sed
illud ipſum quid eſt aliud q̃ trepidatio quædã uana & ſtolida:nihil enim ſtolidius q̃ time-
re quod ut ueniat optandũ ſit.Vbi aũt aduenerit optimũ iudicandũ.Sed dolor morbi ue-
hemens & cruciatus & cogitatio & uita prædita.Hæc ſunt quæ metũ incutiũt morientibus
quibus ſi careret mors:nemo nõ ſua ſponte diſcederet e uita quotiens aliqd accideret mo-
leſtiæ quod permulti fecerunt:in quibus nõ tantum ualuit magnitudo doloris aut cupidi-
tas uitæ:ut Cleantes & Chryſippus & Zeno & Empedocles ex græcis:ex noſtris aũt Cato
Merula:Catullus:aliiq; permulti qui oẽs ipſi ſibi manũ intulerunt.Sed quis erit animo tam
infirmo tam nullo robore ut hæc pertimeſcat.Dicõ autẽ de uiris:nã quid uulgus faciat aut
pecora nõ multum laboro:quod ſi dolor tantus eſt ut ferri nequeat:iã tum deſinit eſſe:quũ
amolius ferri nõ põt.Si uero ſit colera tua facilis nihil eſt quamobrẽ exterreamur:ut utrum
nihil habere debeat mors terroris.Deniq; ubi ſumus extincti qui metus reſtat:quæ for-
mido futuri mali:Contendit pulchre Epicurius mortẽ nihil ad nos pertinere Nã nos non
eſſe ubi mors ſit ubi nos ſumus illam nõ eſſe ut ſimul eſſe nõ liceat.Perniotioſus hic ſermo
& in Epycuri officina elaboratus extingui omnia uolentis & deleri morte.Nos aũt etiã ſi
nunquã hoc dixiſſet Epycurus:illud intelligimus ſenſum corporis tolli omnem & interire
funditus animo alias in ſedes emigrante.Eam ob rem ſitim:algorem:æſtum:dolorem:uo
luptatem & quæ ſunt ſimilia nõ ſentiri extinctis niſi quantũuis diuina natura leges exceſ-
ſerit:ut quanq̃ exuri mens noſtra nequeat:exuſtionem tamen ſentiat ſceleribus diluendis
donec expientur:modo tanta nõ ſit ut dilui atq; expiari non poſſent.Qui metus longe ab
eſt ab his qui recte uixerunt:aut ſi id non fecerint tamen ſancte uitam finierunt.Quod An-
dreæ fratri ſcimus eueniſſe:nihil prætermiſſum eſt morienti:quod ad beatã uitã cõſequen
dam ſpectaret.Quod ſi dolor:ſi morbus contemnetur:ſi uita ſancta & laudata anteceſſerit
Si etiam non ſancta:exitu tamen emendata non uideo:quid ita conſternemur perculſi &
exanimati metu & ex ea quam non ſolum expectare oportet ſed ultro accurrere:quod ma
ximi uiri cognouerunt.Contempſerunt mulierculæ confugientes ad comam:ungues:ulu
latum:Nationes quædam feruntur in Aſia ubi natales & puerperia lugentur:celebrantur

interitus & ſunera: exiſtimantes mortem uita eſſe potiorem: quum ſit uita omnis refertiſſima laboribus & curis ut iam inde ab initio uix in lucem educti uagiamus & affligemur tã quã egreſſi ad miſeriam: & fluctuationes perpetua uita duraturas: unde mortẽ exoliniur ſola. Quis non audiuit Thracum lapillos quibus dies ſolebant annotare fœlices candidis: nigris infœlices: qua uero die naſcebantur: nigrum apponebãt ut oſtenderent hominis ortũ infœlicem eſſe. Quod ſi ẽ ut uita ſit infœlix fatendum & illud erit mortem eſſe fœlicẽ: qua uitæ labores extinguntur: collegiſſe quidam feruntur uitæ incõmoda: enumerant caſus uarios fortunæ: morboſq; innumerabiles: horas: dies: annos computant in quibus fieri ſolent cõmutatiões ſubitæ: ut nihil expers ſit metus & periculi. Deniq; genera mille cõmemorant moleſtiarum: quibus in uita circũſepti & oppreſſi labe corporea niſi ſtulti ſimus mori cupiamus Repetunt etiam mortis bona libertatem animi & tranquilitatem ut uacet morbo & uagetur latiſſime: luſtretq; omnia nec perturbationibus exæſtuet: quas antea iluſſus mẽbris capiebat: nec ærea terrena uolutari: nec luteas ĩ colore domos cortilibus paulopoſt demoliendis extructas modicis & anguſtis ĩteruallis penetraliũ. Sed euolare ad locũ illũ ſtellarũ ſplendiſſimum: diſtinctũ nouem orbibus: ornatũq; ſyderibus: nec cũ uulgo & mulierculis uerſari: quarum familiaritate in terris utebatur: ſed cum ipſo principe omnium deo: cũ cœleſtibus illis diuinis: æterniſq; animantibus: aſpicere autẽ nõ unã aut alteram urbẽ quæ tamen in uita aſpici ex omni parte uix põt: ſed terras materia: cœlũ: nationes: regna: gentes intueri: tot etiam ſimulacra rerum infixa cælo quæ nũc caligine obducti nõ uidemus: quæ ſi nunc tam uident̃ pulchra: tam longo interuallo ſuſpicientibus: quanto quum accedemus proprius pulchriora uidebunt̃? quid dicam concentũ illum cœleſtẽ ſuauiſſimũ nunq̃ auditũ auribus noſtris orbium tantaq; tum dulcem ſonũ grauibuſq; acutis cœleſtiũ aures mulcentem atq; complentẽ quaſi ſint cũ his: aut tymphana aut lyra comparanda: aut conuicia iſta quibus hominum aures appellantur contumelia & contemptu laceſſitate. Nam potus atq; cibi quoniam res ſunt ſpurcæ & in fœditatem exeunt: illic nihil indigemus. Sunt enĩ alimenta corporis & ſomẽta libidinum quanq̃ faciunt poetæ Tantaliũ apud inferos ſit & fame laborare auaritiam & cupiditatem deteſtari nõ quia ſit ardor ſitiens extinctis aut eſuries: Verum ut oſtendant eos qui impe ac fœde uixerint teneri priſtina infirmitate & premi curis quæ ad eum cuius uita fuit ſanctior accedere nullo modo poſſunt: ſed omnia peruertit opinio. Gentes ſunt quædam in Italia non procul a Lyri amne quæ quum moriuntur propinqui lauant uino: perunguntq; cadauera. Et panes atq; caſeum congerunt in ora ut in noua expeditione habere cibaria: nec ſine annona & commeatu diſcedere e uitæ campo uideantur. Priſci uero trientem imponebant ore deferendum pro portorio Sunt qui nouas farciant ueſtes quo ſint ornatiores: quo efferuntur: accipiantq; magnificentius: multa ſibi confingit hominum ſtulticia: quæ ſuperuacuum eſt colligere: addunt his rationibus adductum Cadmum illũ Indum quum hæc in Platone legiſſet: præcipitaſſe ſe in pelagus. Et Empedoclem ſe in flammam conieciſſe. Tum Socratem quum fugere potuiſſet: mori maluiſſe. Porro parentem deum optime conſuluiſſe hominum generi ut paratũ eſſet præſidium aduerſus iniurias tyrannorum & impetum fortunæ: ut ſi quando hæc modum excedant aperta ſit & expedita: ſuga liberari cupientibus: quanquam abeſt id longius a fide uera. Fas enim non eſt quenquã in iuſſu dei ex his anguſtiis diſcedere: uimq; ſibi ipſum afferre: quod tamen ſi manu fiat: extern a nobis non a uictoribus uacat culpa: quo plane intelligimus mortem ipſam exitum quendam eſſe & diſceſſum a malis Fuit quidam uir ſapiens qui ita arbitrabatur mortuos uiuis nequaq̃ differre. Auxit opinionem Euripides uetéri ſe affirmans: ne cum uiuere dicamur mortui ſimus. Viuamus autem quum mortui exiſtimemur. Etiam Stoycorum quidã ita ſentiebant uitam hanc noſtram mortem eſſe dicẽdam. Quam uero mortem dicimus eam uitam uideri: Quod ideo uerum putant: quoniã hæc omnia fluxa ſunt & inſtabilia & nunq̃ explorata: ſic fore & quottidie pereunt: occidunt intereunt: nec pars eſt ulla in nobis quæ non ſingulis quibuſq; interuallis immutetur & deſinat iam eſſe quod fuerat: Vnde fit ut non ſolum mors dicenda ſit ea commutatio: ſed aſſidua mors & interitus quottidianus: Vt tanquã Ticius ille Poeticus alligatus in monte Caucaſo paſcere uultures iecore rediuiuo: ita nos ad alendam morte reuiuiſcere uideamur: nec nunquã firmo in ſtatu eſſe niſi cum uita exceſſimus quo mihi recte facere uidentur Aſiatici quos dixi ſoliti funera ſuorũ plauſu celebrare: ut nulla ſit apud eos lætitia profuſior: quod non facerent ſi quid eſſe in morte mali arbitrarentur: ſed putant id quod eſt moleſtias in curſu uitæ grauiſſimas eſſe ſubeundas a quibus nulla re liberari magis poſſint quã morte Sed miſſos faciamus Aſiaticos aut imitemur potius: Quum igitur nihil ſit in uita ſtabile nihil erit: quod non poterat in uita: ſiquidem perire eſt: e priſtino ſtatu ita diſcedere: ut iam

illud non

Illud non ſit ipſum amplius. Mortem autem nulla comitatur: Aut perturbat mutatio. Mi-
grantibus enim uita timendũ nũ eſt eſſe iterũ in morbos redeundũ: aut calamitates pferen
das aut ſuſpiciendas inimicitias: aut iuuentutem relinquendã: labendumq; in ſenectutem
aut inopiam ſubeundam: uiuentibus accidunt hæc eiectamenta procellarum. Mortuis oĩa
tranquilla ſunt & portuoſa: Quamobrem tunc deſinemus moueri: quum moriemur cum ui-
ta extincta ex hoc æſtu fugiemus periculis defuncti rerum humanarum: æthereas ſedes aſſe
cuti in quibus ſita eſt fœlicitas illa beatiſſima & ſempiterna quã in terris non aſpicimus in
cœlo ſcimus eẽ præpoſitam. Hæc affert mors quam horremus & tanquã laruas & lemures
fugimus: formidamus: expaueſcimus ut redire liceat hominum ſtulticiam: qui tanq̃ aues
nondum manſuetæ ad cibum metuunt: feruntur q; attonitæ: cauea tota fugitantes. Ita nos
ſtulti mortales ad tantum munus quum porrigit̃ uõdum edocti expalleſcimus: latitamus:
nullam fugã prætermittimus: ut eo nõ feramur quo omni eſſet cõatu cõtendendũ. Genus
inquis mortis: nõ mortẽ deploro: quod foris in bello ſagitta traiectus ẽ: nõ morbo domi ĩ
cubiculo extinctus: lenire hoc dolorem tuum debet: nõ exaſperare. Primũ propter gloriã
rei publicæ bellicæ: Deinde quia quo celerior mors eſt: hoc minus ſentitur doloris. Multi
patent aditus ad mortem: Nec magni refert quo nam modo: aut quo in loco moriamur.
Viuentibus aliquid poteſt afferre ſolatii domeſticus interitus: nõ quia iocundus ſit deficiẽ-
tem fixis intueri oculis: & manu ſedula tangere: iam non ſentientẽ: ſed qm̃ peregre qui occi
dunt eos putamus multis incõmodis confectos uiuere adhuc potuiſſe niſi fuiſſent deſtitu-
ti & ope medicorum caruiſſent: aut fide ſeruo ꝝ: aut cõmodiori diligentia: quæ res & ſi eſt
moleſtiſſima: tñ ad imanitatem pertinet eorum qui nõ rite aſtiterunt morienti: pleruq; cõ
figimus ipſi negligentiã & ſi nulla fuerit: fuiſſe tñ cõtendamus: unde odia uidemus naſci &
inimicitias ſempiternas: & nõ deſertores tantum illi ſed etiam parricidæ fuiſſe uideantur:
humanitatis & contubernii iure uiolato. Si autem nihil ſciamus defuiſſe ex his quæ præſta
ri potuiſſent: domi fortunam dumtaxat cenſemus accuſandam noſtrã nõ aliorũ negligen
tiã: aut perfidiã ſeruorũ: quibus ſublatis rebus nõ eſt quod timendus ſit militaris interitus:
ſed appetendus potius eſt propter gloriã. Magnifica uero res quod quum ignominia mul
ti reddunt: ad fratrem ſumma cum laude reddidiſſe: multos aut laqueo aut igni aut ſecuri
ſua ſcelera extinxerunt: pleriq; inglorii: obſcuri ĩ lecto morbo aſſumpti ſunt in his laus nul
la: ſumma in illis: & tamen omnibus eſt pereundũ: & reddendũ quod accæperunt. Qui aũt
bello pereunt. ſi modo iuſte arma aut inferantur aut ꝑpulſentur illata: perire glorioſius nõ
poſſent. paritur ſplendor nominis & neſcio quid inſigne & memorabile: quod & morien-
tẽ honeſtet atq; illuſtret: & poſteritati afferat ornamentũ: Effert ſũmis laudibus Demoſthe
nes & Athenienſium cladem: qui pro patria & libertate uitam amiſerunt. Leonide uero exi
tũ & Spartanorũ omnium qui Perſico bello ceciderunt: quæ hiſtoria nõ tollit in cœlũ Nec
uideo in ſũmis laudibus Romanorum quicq̃ fuiſſe. L. Hemelii morte ſpecioſius: aut duo-
rum Scipionum in Hiſpania: aut. M. Marcelli in Brutiis quorum primus effugere quũ poſ
ſet maluit cum gloria perire. Sed Romanos dicimus quos natura ipſa incendit ad gloriæ
cupiditatem. queritur Eneas apud Virgilium Diomedis manu nõ occubuiſſe: etiã Phalerus
quanq̃ uita erat fœda & immani optare ſe ait militari ferro interire: ſed erant hæc uulgi for
taſſe. Quid Socraticus Xenophon uitæ rationem ab eo edoctus qui eſt omnium morta-
lium ſapientiſſimus iudicatus: hic qũ audiſſet Gullum filium apud Mantineam occidiſſe
re diuina quam forte faciebat non intermiſſa: coronam depoſuit. Mox percontatus quo nã
modo eſſet mortuus audiuit in prælio dimicantem: coronam reſumpſit. Quam aperte cla
riſſimus philoſophus oſtendit ſpecioſiſſimam hanc eſſe mortem propter gloriam & ſplen-
dorem militarẽ atq; ideo expetendum: ubi magnitudo animi elucet & excellit: pulchrũq;
mori ſuccurrit ĩ armis: ut ait poeta. Vbi fere nemo nũquam cadit ignauus: fortes plæriq; ſo
diuturni ſoliq; intereũt animo & ætate uiri: Que migratio? qui exitus honeſtior? inter tot
caſus morteſq; uirorum q̃ ubi uirtus impellit. ad moriẽdũ ignauia reuocat: quod ſolis fere
accidit bello pereuntibus. Potuit frater in adulterio deprehendi: potuit inſidiis circũueni-
ri inimicorum: damnari parricidio: inſimulari ſacrilegii: accuſari impietatis & pdiæ potu
it & aliis multis quæ & uitam illi eripuiſſent & affeciſſent te dedecore: In elephanticos &
comiciales morbos: in alios multos potuit incidere: quorũ ea eſt uis interdum ut infæliciſſi
mum ſit non poſſe mori: quid uenena quam acerba ſunt: & certa ad perniciem? Quid nau-
fragia & præcipitia & caſus mille quorũ uis eſt ſubita? ſed neq; ſcire ubi quis intereat qũs:
neq; manibus pompaeq; conſulere: ſitq; inhumato atq; inſepulto pereundum: quod genus
mortis etiã poetæ deteſtantur: qui ſi poſſes fratrem in tot diſcrimina uitæ reuocare inuitus
ad te rediret: plenus gloriæ & ornamentis militaribus quibus contentus emigrauit: ſed eſt

opinio illa mollis & effœminata marceſcere lecto egrotantem:in tabem totum diſſolui an
tequam intereat:macie cōſectum terra & ſqualida:quod quale ſit ex re oſtendi poteſt. Ani-
mantibus morbo aſſumptis abſtinemus & aſpernamur:interemptis ueſcimur. Apud ue-
teres omnia ſua morte extincta funeſta habebantur:eam ob rem flaminiali calceos ferre ex
corio extinctæ languore ſuo pecudis nephas erat. Lugent Tymbri quos morbus confecit.
Qui autem in pugna occubuerunt:læticia proſequūtur:ut etiam Barbari hoc uideant:Id
genus mortis ſiue ad gloriam ſiue ad breuitatem doloris & decus corporis eſſe optimum.
Ferunt ſolitum dicere. C. Cæſarem nullam ſibi mortem fuiſſe optatiorem ꝗ quæ manu fie-
ret & eſſet improuiſa:quæ tñ poteſt carere gloria. Bellicus autē interitus manu fit & eſt im-
prouiſus:& cum ſumma gloria cōiungit:tum metus breuis eſt:dolor nō diuturnus habet
lectus multorum dierum anguſtias:habet ſuſpiria:ſpem ſuſpectam & afflictam deſperatiōe
exitum muliebrē & indecorum:Laxantur genæ:obrigent contracti nerui:recedunt oculi:
membra deformantur:deperit dignitas frontis:ut iam laruæ quædam:nō hominum linia
menta uideantur:ſic inter ſingultus & oſcitationes fœtulentas:ſine laude ſine gloria dece-
ditur. Senſit hoc Thebanus Epaminundas qui grauiter uulneratus in eo bello:quo interiit
ab eo qui eſſet proximus interrogauit an ſcutum ſaluum eſſet:quod quum eſſet intellexiſ-
ſet & uictores ſuos lætus inquit diſcedo e uita:qui ſi aliquid eſſet triſte in hoc genere mor-
tis non potuiſſet non moleſtiſſime ferre interitum:quū iam eo uentum eſſet:ut adhiberi diſ-
ſimulatio nulla poſſet:ſic Pyrrhus Argis:ſic Cyrrhus in Perſa quorum primo proh deum
immortalem quantum decus:quanta gloria fuit in morte:quam fœminea manu caſus ita
in prœlium & uictoriam molienti:ſic reges pereunt acres & bellicoſi & illuſtres:ignaui &
molles & in pulma occidunt:nonnulli ferro tamen cum dedecore & contemptu:ut Sarda
napallus & alii permulti quibus mortem ferro non pugna intulit:horum & uita ignobilis
& mors contumelioſa eſt habita Faciunt Tragici lamentantem Herculem:quod eſſet ſibi
ueneno & igni non ferro & haſta pereundum. Hectorem quod manu Achillis conciderit
idem poetæ cōſolantur. Cui eſt. M. Petronii uirtus incognita? aut illaudatus Sceuola qua
non ætate Fabii trecenti memorantur:aut quando tandem erit obicitus Thraſimenus &
ignobiles Canne:aut Maratho:aut Salamis:aut Theranophyle:aut in Aſia Simuſiſeus:aut
Philippi in Theſſalia:aut loca mille præliorum ſplendore illuſtrata? Quos uero extinxit
morbus quorum ſæpe ingens eſt multitudo & turmatim peremit? quæ laus:quod decus
aut fama pereuntium? quaſi non ita mulieres:non ſenes decrepiti:nō puer infantesq; moriā-
tur? Quoniam eſt magnificum ut uita fœminis molliculis & teneris:ſic in morte uiros du-
ros calloſoſq; præſtare. Mulierum ſint culcitræ & puluini:mulierum lodices:plumæ:peri-
ſtromata:uirum ſoles urant. Herbæ ſolum tentoria excipiant:ut in uita ſic etiam morienti
ſeruum maxima modo iuſta ſit dimicatio:Tulit ætas noſtra clariſſimum regem Alfonſum
cuius multæ atq; ampliſſimæ uirtutes extiterunt. Hic quum Neapolim obſideret ſumma
tamen ui ad ortus fratrem amiſit:ceruice bombarda correpta:atq; eum fratrem quem om-
nium habebat chariſſimum:nemo tamen illum lachrymantem:nemo de fortuna queren-
tem uidit aut audiuit:ipſe milites eſt conſolatus:docens quam fluxa eſſent hæc mortalia:&
quam uarii caſus hominum:quantus etiam ſplendor in morte militari:ubi cum uirtute &
gloria demigratur ex ea uita ī qua quum diutius eſſe nequeas:poſſit tamen cū dedecore in
famiaq; diſcedere. Nec imbecilliorem ſe idem rex præbuit:cum eodem fere tempore alter
frater in Hiſpania dimicans:haſta confoſſus occidiſſet:ſemperq; id habuit in ore præclare
actum cum fratribus:quorum exitus cum laude multa breui cum dolore extitiſſet:ad quē
cū aliquot ex ducibus conſolandum accederent:nihil inquit opus eſt lachrymas abſterge-
re nō lachrymanti. Sciebam bello multos cadere ſolere:maxime ſtrēnuos:iraſci neminem
Fratribus quum eſſet omnino moriendum nō poſſum quod ita mortui ſint non gratulari.
Multa feruntur ab eo rege dicta præclare:multa etiam facta ſapienter. Ita ſordidatum nō ui
dimus in fratrū funeribus:quem tñ in ſorore extīcta lugubrem aſpeximus:quia ille glori-
am nolebat obſcurari luctu:Hic pietati dedit:quod poſtulare humanitas uidebatur. Vide
quantum abeſt ut ipſe tibi cenſeas eſſe dolendum ea morte quam reges appetunt:& eſt ple
na luce ſplendoris & gloriæ:neq; n. inuia laus ſequitur præclare dimicantem ſi in prælio
occidant ꝗ uincentem Nam excitat animi robur:intenditq; ad famā:ſati malignitas ad
mortē impellit ut hoc in arbitrio fortunæ poſitū ſit illud in excelſi & inuicti animi magni-
tudine collocatū. Quid putas apud Athenienſes tanta præmia collocata his quoq; eſſent
parentes extincti bello? alebantur publice:laudes in pompa canebantur:qui mos ad nos
etiam eſt tranſlatus ut oſtenderent res geſtas maiorum patere etiam poſteris memoria ſem
piternam. Fac euaſiſſe fratrem:quid aliud a te quā dedecus reportabit:cuius ſalus ignomi-
nioſa

nioſa fuiſſet futura:mors autem plena glorie. Itaq; maluit uſum tibi ſui eripere relinquens
memoriam:q̃ obſcurus ante oculos uerſari tuos:ne quotiens eſſet aſſerturus:totiens de ei
ignauia cogitates. Erit enim memoria illius apud te ſemper iocunda:quam tu cum ami-
cis:cum propinquis:cũ ceteris hominibus in medium poſſis afferre. Etenim duæ ſunt uiæ
in curſu uitæ pagendo:quanq̃ diuerſo calle eundum tñ in mortalitatis exitum pducentes.
Altera eorũ qui ſtudiis dediti artiũ optimarũ ætatẽ omnẽ in umbra litterarũ & ſtudiorũ
otio conſumpſerunt:eorũ altera militiam ſecuti puluerem ſolem ferrum pati didicerunt.
Vtriq; ſpe quadam adducti nominis & famæ ſempiternæ:Horũ magna eſt fuitq; ſemp de
laude contentio:utrum iter eſſet expeditius & exitus illuſtrior. Nam & res geſtæ niſi me-
moriæ mandenſ:quum eorum excidunt ætate qui geſſerunt:& qui ſcribunt niſi quæ & ui-
ris fortiſſimis geſta ſunt ſcribant magna & illuſtria uix habent:quo baculo ad immortali-
tatem ipſam poſſint peruenire ut ratio quædam permixta uideatur. Tu quidem umbratilẽ
& otioſam ingreſſus uiam:fœlicibus auſpiciis contendis ad ſummum decus & litteris & re
ligione quorum uterq; aditus eſt patentiſſimus. Ille ad gloriam nominis:hic ad fœlicitatẽ
beatæ uitæ. Frater uero difficilius iter arripuit & laborioſius:quod quantum uitæ ratio pre-
miſit:iam perficit. Quid doles igitur aut inuides potius celeriter ad metam conſcendenti?
ſed non erat quantam ſentis animo gloriam conſecutus:expectabas fortaſſis imperia & re-
gna & quæ milicia comperantur:ſed an cenſes minorem eſſe laudem una hora decem paſ-
ſuum milia conficere q̃ duabus uiginti:cucurrit in ſtadio:& quod ei datum erat Campi in
eo nõ eſt ſuperatus. Cæteri quia plus ſpatii habuerunt in curriculo:plus forſitan non tamẽ
maiore cum gloria cucurrerunt. Quid hinc optandum putabas:niſi ut ſtrenuus & inuictus
haberetur. Habitus eſt ſtrenuus ut magis nemo:nec a quoq̃ uictus eſt. Si aũt occubuit:non
eſt quod queri poſſis:qui nunq̃ illum immortalem futurum cõcipieras. An illud nõ cogi-
tas cum bello mori nunq̃ indecorũ pro iuſtis armis interire ſpecioſiſſimum:non eſſe illum
rapinæ ſiccarioꝝ nõ npharia & funeſta latrocinia nõ iferẽdæ ſociis clades ad bellũ impule
runt:non agri finimorumq; cõtentio bellum illud fuit:ut ullo unq̃ arma in Italia honeſtius
illata uideantur pro optimo regem contra rebelliones & pfidiam tyrannorũ pro Patrio re-
gno cõtra peregrinos & Barbaros pro ſanctiſſimo Pontifice contra nepharios & delendos
ex hominum memoria:quos neq; fides tenuit regia & iuſiurandum:neq; paterna beneficia
neq; iuſſa Pontificis:neq; interdicta ſacra tetigerunt. In hos fuit bellum iuſtiſſimũ:honeſtiſ-
ſimum in armis ſigna eccleſiæ:ſigna regia contra impios & pfidos ſecutus eſt contra ſatelli-
tum impetus perfidiſſimos qui ne turca parata iam acie iuaderent noſtri effecerunt:cõatuſq;
q; pil ſanctiſſimos demorati glorioſiſſimam uictoriam ex ipſis prope manibus eripuerunt.
Horum temerariam impietatem dum Andreas frater perſecutor ſagitta traiectus eſt non
ſemper tuta uirtus a periculo eſt. Fauet interdum fortuna temeritati improbrum:Sed quã-
to magis licuit fortunæ aduerſus innocentiam optimorum:tanto cumulatoria illis ſunt
propoſita præmia. Mortuus eſt frater religioni:mortuus Pontifici:mortuus deo eſt:ut ipſe
uerſibus expreſſiſti:nomen:familiam:patriam:ordinem complexus. Ortus Luca fuit urbs:
hæc mihi patria lege. Andreas nomen Piccolomina domus. Cum duce Malfiti turmæ pro-
fectus equeſtri:Occubui eccleſiæ Pontificiq; Pio. ſic quod multo eſt præſtantius non ſo-
lum ſibi & gloriæ:ſed etiam aliis ſumma cum laude eſt mortuus:ut ſi cui mortalium ea eẽt
data optio quo pacto decedere uellet e uita:non dubito fuiſſe hanc unam mortem expeti-
turum:in qua laus ſumma breuiſſimus dolor:ampliſſima præmia & ſuperatum eſt peri-
culum. Illud graue & horrendum quod fere multos ſolet inteſtati moriantur:& ſine om-
ni re diuina:quod fratri non accidit. Nam more noſtro ubi eſt expiatus iniungi ſe iuſſit af-
ferriq; euchariſtiam. Deniq; omnibus perfectis ſacris:pompa honeſtiſſima eſt elatus:quæ
mors laudem quidem bellum:exitum autem mediæ pacis habuit præmia uirtutis:illa a
deo in cœlis & pio tibi in terris reddentur:quorum cauſa dimicauit. Illud autem quod
& mulierculis dicitur antequam fructus uitæ ſumpſiſſet:ereptum eſſe neq; uerum eſt in
fratre:& eſt eneruum & molle:deceſſit trigeſimum natus annum:qua ætate nulla ad mo-
riendum effectanda magis. Nam fructus iuuentutis ſumuntur omnes:& ſenectutis mo-
leſtiæ nullæ attinguntur. Eſt enim limes quidam medius ætatis ad quem qui non accedit
reſtat aliquid ſpatii quo frui cum iocunditate potuiſſet. Qui autem excedit hic labitur in
anguſtias & dolores:& quanto progreditur longius tanto fit corpore quidem imbecillior
& ebitior. Nec minus homines q̃ equi:boues:elephanti & quæ ſpirant omnia quædam ha
bent interualla ætatis ut primis annis quo propinquiora ſint ortui:hoc ſint infirmiora &
ferendis laboribus inualida etiam ad uoluptates uitæ percipiendas:nondum experrectas
ad quas paulatim excitantur donec uentum ſit ad metam:poſtremis autem tarda & lan-

guicia & effeta uiribus prutigine ac macie:morbiſq; mille contabeſcunt Solum quod me-
dium relictum eſt:robuſtum ac potens eſt ad pernicitatem & laborem:quum autem ab in-
fantia gradus quidam iocunditans per annos educti ad hunc uſq; locum augeantur:eodē-
q; conſiſtant:& inde quaſi lapſu quodam precipiti onera & moleſtiæ ſenectutis incipiant.
Fit ut in hoc ipſo quaſi termino annorum:& ætatis poſitum ſit illud temperamentum na-
turæ abſolutum & perfectum.Omnis itaq; uita diuturnior euecta prius ad hunc locū per-
funduntur naturæ bonis quæcunq; ab ea dari poſſunt ampliſſima atq; optima.Quum ue-
ro prætergreditur procliuis iam & præceps data:& ætatis optimæ commodis carere inci-
piet & grauiſſima ac moleſtiſſima ſubibit incommoda:& in portum malorum omium ſe-
nectutis lapſa rapietur.Gens eſt hyperborea uictu aſpera non procul & Ripheis montibus
& mari Caſpio:hi cū ad ſenectutem flectit ætas cingere ſertis ceruices feruntur.Atq; ita læti
& coronati ſeſe præcipitate in pelagus:qui etiam mos fuit extremis Indis:quum aut anno-
rum pondere:aut morbo ingraueſcerent:ultima nō opperiri ſed procul a conſpectu cæte-
rorum in uaſtas abire ſolitudines:mortemq; expectare quorum qui haberentur ſapientio-
res non expectare dum ſoluerentur:ſed ultro ſe in flammam conijcere atq; ita accelerare
quod nunq̃ facerent:niſi tædio effecti ſenectutis:ſed hæc corporis incommoda nataq; au-
cta ab annis.Videamus quid animis afferat ætas diuturna:taceo anilem iracondiam:mo-
roſos & delyros ſenes & amentes:ut nō temere repueraſcere dicantur:plærunq; mendaces
ebrioli garruli ſemper cicadiſq; perſimilles:qualem Græci Titonem fabulantur.Vita autē
& ſcelera creſcunt cum annis:nec ulla eſt ſeges uberior.Etaſq; eſt illa inquitatior quæ plus
ſpacii nacta eſt ad ſordes hauriendas:dies eſt nulla in qua non delinquatur:etiam qui ha-
bentur optimi reſiſtere temporis inſidiis non poſſunt:ut obſeſſis accidit.Ebibimus macu-
las & magis magiſq; fœdamur:quæ depurgari haud poterunt:Horrent cœtus hominum
nonnulli ex noſtris:mortemq; affectant fugiunt in ſiluas & nemora & uaſtas ſolitudines:
ibiq; ſeſe macerant inediā & uigilia:& tamē ſæpe incauti ſuperantur.Quod in hoc medio
bello uoluptatum exiſtimandum eſt ubi libidines ſtruunt in nos aciem:flagitia circūſtre-
punt:opugnant tot tantæq; cupiditates:quibus qui fortius reſiſtunt:timent uehementius.
Nulla fuit gens in qua religioſo ualaret.Etiam Egyptii quanq̃ fœdiſſima:quæ non ita ſen-
tiret infantium animas minore apud inferos plecti cruciatu q̃ puerorum eſſeq; candidiores.
Puerorum autem q̃ adoleſcentium & ſic deinceps ſe habere ut eē dies ſuppliciorum:ac ſor-
dium cauſa uiderentur:quoniam non ſolum ſtudioſus itur in ſcelera:uerum etiam frequē-
tius tanq̃ quottidie ad peccandum inſtruamur annis præceptoribus:Tum nemo fuit nun-
quam uitæ tam illeſæ cuſtoditæ:quem quum morti appropinquaret non peniteret diu ui-
xiſſe:quinq; non cuperet multis ante diſceſſiſſe annis:quum uideret ſuauitatem uitæ etiam
diuturnæ:quanq̃ magnam atq; ante diſceſſiſſe annis:quem uideret ſuauitatem uitæ etiam
diuturnæ:quanq̃ magnam atq; [illegible]in omnibus tamen perbreuem fuiſſe.Calamitates aūt
ex eius diuturnitate & ſupplicia nata eſſe ſempiterna:ut quo plus uixerimus maiores hauſe-
rimus uoluptates:hoc plus periculi in morte timeamus.Ita nec corporibus tuta eſt uita diu-
turna:nec animus quod ſi exempla cætera non ualeant:nec moueat ratio:illud cogites au-
ctorem ſanctiſſimum religionis noſtræ:quum uiuere in longum potuiſſet ea prope ætate
mori maluiſſe qua frater eſt mortuus:ut nullum ſit oraculum quærendum certius de uita fi-
nienda.Video autem & aliud quod te feriat.Erat uncius & in quo repoſita ſpes familie ui-
debatur:Nam tua aliam ingreſſus uiam ſacriſq; initiatus·ſpem omnē poſteritatis abiecisti
Solitudinē itaq; deflæs tuā:& gentis internitionē deploras.Primum ſolitudo eſt nulla:de-
inde etiam ſi ſit nihil eſt in ea mali Q uis enim ſe ſolum cenſeat quem ſerui:quem ſodales:
quem amici comitentur:& quæ maior eſt frequentia congreſſus quæ iocundior:quem
ſtudia litterarum ſuauiſſima non comittentur ſolum:ſed teneant totum atq; amplectātur:
ut ſi uiui deſinit cum mortuis loquare:qua uita nullam uult zeno beatiorem eſſe.Quid di-
cam fortunam tuam cui nemo eſt non familiaris quiq; non ſtudeat fieri coniunctiſſimus ut
etiam ſi cupias in tanta turba atq; cœtu ſolus eſſe non poſſis.quæ ſocietas & ſi non omnis
eſt firma:ſed plæraq; intenta ad prædam:eo tamen ſpectat ſolitudine queri non debeas.Ac-
cedit Pontificis beniuolentia ſumma fide grauiſſimiſq; laboribus comparata:non uult ille
neq; ferre æquo poteſt animo ut te ſolum appelles.Q uippe multum de eius gloria detra-
heretur ſi quos grauiſſimus princeps amat:quos gentilitis donauit:& ſecum dies noctteſ-
q; uerſantur.hi ſe deſtitutos arbitrentur.Sed ea ē fortaſſe moleſtia maior q̃ ſublata ſpes ſit
poſteritatis & ſine certo hæredē tam amplæ quæſitæ opes relinquendæ:nec futuris qui pri-
ſco more nomen tuum & parentum:auorūq; referat.Grauis Hercule iactura ſemper ſecūda
cogitanti:& curſum habenti rerum ante oculos(ut uult poeta)lætari Anchiſen longa ſerie
nepotum

nepotum quos aut nunq̃ ſenſit aut plærunq; iactari calamitatibus ac cædibus ſenſit:& eſſe
in miſeria ut in altero uoluptas ſit nulla:in altero ſumma perturbatio: Quid ad te nepotes
pertinebunt:? Quid pronepotes & turba illa ſecutura & poſteritas omnis etiam ſi ita uis in
immenſum propagata:? quam nec uidebis ipſe nec audies nec intelliges quidem ſegregat⁹
a corpore:auribus atq; oculis carens per quos hæc terrena penetrant ad animum & ita itel
liguntur. Nam rerum diuinarum aditus eſt liberior ad mentem nullo circunſcriptus limi-
te cœlo ſi recte uixeris in terris aut contra ſuppliciis excruciabens ſi prune aut neq; boni ne
que mali quicq̃ ſenties quod nequaq̃ eſt exiſtimandum. Fac te igitur futurum beatum:
Quid tunc opus auxilio nepotum:quid fœlicitati tuæ nec addere quicq̃ potuerunt:nec de
mere:? Nam ſi facere illam meliorem poſſent: poſſent etiam deteriorem:ita quum caſus il-
lorū:quum morbos:cladeſq; cognoſceres:ſummum gaudium:ingens triſticia labefactaret
& deſineres beatus eſſe:quum beatus is ſit cui ſic conſtant omnia ut nihil expetatur & per-
turbari aut diuelli non poſſit. Si autem omnia forent tuis proſpera:accumularētur diuitiæ
creſceret dignitas:ſplendor domeſticus gentis augeretur:etiam in imperia & regna. nihil
tamen poſſent hæc addere quo fieres beatior:nihil afferre quod antea cumulo illi fœlicita
tis defuiſſet. Nam quod perfectum accumulatumq; eſt:huic addi quicq̃ non poteſt:ſi quid
autem poſſit addi non fuerat illud putandum perfectum. Ita neq; gaudebis magis nepotū
cauſa:nec dolere ullo modo poteris tanq̃ ſi nunq̃ eſſent:aut eſſent alieni. Sin uero ipſe ſis in
cruciatibus addictus miſeriæ ſempiternæ. Primum lætitia erit ex his nulla ſi ſint in malis:
ſi uero in bonis inuidia erit illa non parua. riſus tuorum & uoluptates inſanas:exultatio-
neſq; & cantus plauſuſq; uidere in ſupplicio poſitum. Nulla eſt conditio miſerior q̃ quum
in calamitatibus noſtris propinquorum animi afferantur lætitia:& ubi illi ludant:potent:
etiam commeſſentur:Nos mœrore ſiti atq; inedia confecti pereamus:Quæ inuidia tunc eſ
ſet acerbior: quum eorum opes ipſe pepeniſſes: & obſtreperent flagitiis domus quas ipſe
ædificaſſes. Sed fac nullam ſubeſſe inuidiam:quæ poteſt eſſe res tam ſecunda poſteris ut le
uare queat illorum miſeriam: quibus perpetuo ſupplicio damnatis omnia ſunt triſtia &
acerba & perdita. ſint autem illorum neq; mala neq; bona ad te peruēiant. Quid tua refert
quo in ſtatu ſint qui poſt te naſcentur:? trahimur dices charitate propinquorum & eſſe eos
cupimus beatiſſimos etiam ſi nihil ſint nobis allaturi. Fateor ita eſſe & ualere plurimum
naturam & humanitatem. Sed quid ſi eorum nec recordere quidem aut cogites:? uale-
ant aut egrotent: iactentur caſibus aduerſis an fortunentur: uiuant an diſceſſerint e uita.
Hæc ſi non cogites ſi non ages animo perinde erit ac ſi nihil eſſet: Vt ſi nunc in Ethiopia
ex tuis quiſq̃ egrotet:aut in India quem neſcias ad te pertinere: ut fieri ſolet in comœdiis
ubi nouæ affinitates ſæpe exoriuntur: patre aut propinquis peregre profectis: tamen nec
eius aliqua ad te peruenerit noticia:nec ſit unq̃ peruentura. Quid hic tibi poterit doloris
aut lætitiæ:? equidem nihil puto Eadem eſt ratio poſteritatis cuius nulla eſt nobis extin-
ctis futura cognitio. Eodem ſpectat quod de nomine ipſo dicebabatur. Quid ſi his in locis
multi ſint qui tuo uocentur nomine:? qui tua qui maiorum inſignia & titulos referant:? Id
quæſo quid ad te non ſentientem:non magis q̃ ad aui tui tritauum tua fama laudeſq; per-
ueniunt:quem ipſe nunq̃ cognouiſti:nec te cognoſcent:qui ex tua gente exorientur. Vide
quantū abdicamur & cogitatione & ſpe poſteritatis quæ nulla uia ad nos ſit uētura. Lauda
bunt inquies me mei:& facta ac dicta celebrabunt:& iocundum eſt laudari etiam ab abſen
tibus. Verum id quidem ſi compertum erit nobis:ſi nūciatum. Si uero nihil tale fiet tā ad
nos pertinebit:q̃ quod nihil refert:etenim circūferuntur de te abſente multa:ſunt qui uirtu
tes:ſunt qui doctrinam ſingularem:ſunt etiam qui fortunam admirantur & extollātur fa-
cere ſolent etiam aliena cogitantes. Quantum igitur te afficiet ſi quis aut heri te Neapoli
laudauit in conuiuio:? aut accuſauit Romæ:? modo nihil ſis auditurus:diſſimulant ſæpe fi-
liorum caſus:aut parentum ab amicis:ne cauſam afferant doloris:quod tibi etiam accidit
in fratris morte aliquantulum ſuppreſſa a tuis:ne uno mœrore te afficerent: interea ita ui-
uebas: ita efferebaris:ut ſi nihil accidiſſet. Putat quis interiiſſe filium:& cruciatur animo:at
ille inter meretrices cantuſq; debacchatur & diffluit: conſertus uoluptatibus par eſt ratio
laudis & contumeliæ. Eſt in manibus omnium uox illa præclara Diogenis. Quid ad me ſi
fere lanient non ſentientem:? At magnificum eſt & pulchrum propagari in gentem:expan
di in familias:ut quaſi ire agmine in poſteritatem uideamur. Quod etiam arboribus & plā
tis eſt inſitum. ut ſtirpes proferant:alant:educentq; uirgulta tanq̃ ad hæreditatem uitæ. &
ſpem propagationis ſempiternam. Equidem fatetur natura datum:ut omnia ſeſe tueantur
& conentur parere ex ſe fœtus ſimiles:in quibus ubi ipſa erit extincta uiuere & perdurare
uideantur. Sed hoc quoq; q̃ ſit miſerrimum cogitemus. Quota quæq; tam fœlix arbor cu

Ius uirgulta non pleruq; ferro abſcindantur:aut manu uiq; euellantur? quotus quiſq; mor
talium.cuius poſteri ſi modo in longum eant : ferro non laqueo:non ueneno ſint interitu
ri? quos quanto tibi ſatius putares nunq̃ eſſe natos:q̃ ita morituros. Si laudem ex his ſperas
neceſſe eſt & ignominiam pertimeſcas. Mitto fures:ſiccarios:parricidas quos neceſſe eſt ſuc
creſcere tam longa ſerie temporum. Nec me latet abhorrere hanc opinionem a ſententia
multorum qui præſtare cenſeant:uel ad extremam gigni miſeriam & ultimos cruciatus:q̃
non gigni. Sed cur ita ſentiam? non eſt hoc in loco diſſerendum : tantum illud eſt huius
rei ut intelligamus poſteritaté gentis in lõgum protogare. aut nihil ad nos omnino perti-
nere. aut ſi pertineat ſatius eſſe occidere funditus:& tanq̃ amputari:ſpe omni futuræ ſtirpis
detruncata:q̃ ſemper angi curis & perturbari caſibus eorum qui poſt nos ſubnaſcentur: ad
diturii fortaſſe ad miſeriam aliquid:ad fœlicitatem nihil allaturi. Videmus in ſacris inſtitu-
tis q̃ ſit uirginitas grata morientibus:non ſolum in mulieribus:quam uetus religio uoluit
eſſe intactas & immunes a libidine. aut ueſtales albanæ:ſed etiam in uiris:ut galli in Mega
lenſibus quibus non ſolum uoluptas repreſſa libidinis ferebatur. ſed etiam poteſt ea erepta
in noſtris autem quæ uirtus pudiciciæ celebratior. Q uot uiros audimus in religione no-
ſtra probatiſſimos diſceſſiſſe ſine liberis:ſine omni ſtirpe cognatorum:quos tamen nemo eſt
qui neget eſſe beatiſſimos : quod minime putaremus ſi quid ad beatam uitam poſteritas
conferet. Cenſet Theoſraſtus nihil ad parentem liberos pertinere : quanq̃ peripathetici nõ
aſſentiuntur:opinati etiam liberis conſtare fœlicitatem : quod plane uidetur abſurdum : cũ
non minus infœlicem efficere parentem ut paulo ante diximus : q̃ fœlicem poſſint. Nec
uideo cur Ariſtoteles Diogene beatior:aut Socrates Aarchiſelao :& alii qui liberos genue
runt. Omnis hinc naſcitur gemitus in tragœdiis exiguam uoluptatis deguſtatiuncu la m
multa inficiunt doloris uenena:obſtrepunt domi perpetua flagitia: fiũt cædes foris: cõmit
tuntur adulteria:quæ ſi ipſe tanq̃ lemures illi nocturni per tecta : uagus poſſes intueri totũ
te euerterent : & ex omni fœlicitate animi deiicerent præcipitatum in perturbationes an
xias & miſerias plenas ærumnarum:maxime ſi clamare aut ulciſci uolens : nec ferrum nec uo
cem poſſes attollere : quanto fœlicius cum Agenore acturi ſi nullam ſtirpem reliquiſſet.
Cum Oedipi inceſtum nepharium: cum duorum fratrum mutuas cædes illa duo portẽta ha
beret ante oculos:ſi modo ullus eſt ſenſus harum rerum apud inferos : quanto etiam Dar
dano ſi Priami infœlicem exitum:Si ſtuprum Caſſandræ:& exilia cædeſq; aliorum intueatur?
Q uam calamitatem filius parenti intulit libidine accenſus: & licentia paterna Periandro
interfectus filius uitam dolore eripuit Eundem exitum tradunt fuiſſe Chylonis. Ex cau
ſa diuerſa : quippe uictorem in olympia filium oſculatus moritur: ita nec in dolore tuti a
filiis ſumus:nec in lætitia ſecuri. Q uid dicam Arthaſerſem fœlicem profecto regem ſi neq;
habuiſſet fratrem : neq; liberos genuiſſet? Quid Mytridatem Ponticum duo clariſſima
exempla impietatis. Nulla gens eſt:nulla natio in qua ſcelere filiorum parentes non con
ciderint:domeſtici ſplendores non ſint obſcurati : non laſacta nobilitas : non fortunæ diſ
ſipatæ : non euerſa & profligata imperia:nec in noſtra erit manu quales futuri illi ſint : niſi
democritus accurrat medicamento illo perridiculo quo naſci filios faciebat formoſos bo
nos fortunatos ut neq; naturæ neq; fortunæ aut induſtriæ adiumẽtis egeremus. Si autem
neceſſe eſt longo tractatu temporis fore : aliquos ex tuis improbos & flagitioſos : qui la-
queo:qui ſecuri confecti gloriam illam a te tantis uigiliis partam obtenebrabunt. Quanto
utilius eſt ita mori ut hæc non pertimeſcas:tutuſq; ab iniuria poſteritatis : tutus tibi colle-
ctuſq; diſcedas? Graue eſt inquis non habere cui tot opes relinquamus:agros:domos: pe-
cunias:uaſa:ſuppellectilem deniq; omnem:querela eſt hæc anguſti animi & nunq̃ de libe-
ralitate & munificentia cogitantis. Cedo obſecro quamobrem relinqui iſta tuis dices:nem
pe ut fruantur. Equidem ſic opinor:at tu non potes frui ut tecta magnifica edificent. Ac tu
non potes edificare ut in liberalitatem conferantur. An a te ipſo conferri nõ poſſunt? poſ
ſunt uero:& equidem explotarius:nam quid illi facturi ſint non facile eſt diuinare: profor-
mident fortaſſe:abſument:diſſipabunt:& hæredem habere ut eſt apud Theoſraſtum quem
non poſſis exhæredare ſi uelis:durum eſt:deniq; ratio erit nulla tam efficax quæ perſuaderẽ
queat homini ſapienti minus beatum eum eſſe qui prolem non gignat : aut ſit orbatus ge-
nita:quæ res ſi in noſtris ualet liberis:quanto magis ualebit in his qui ſunt fratrum:quibus
ſi careas non erit tibi ipſa in morte ſuſpirandum:quod accidit his quos curæ filiorum miſere
affligunt cum uident in factionibus & inimicicus grauiſſimis eſſe deſerendos:plerumq; in
fantes atq; ſolos & egenos ita ſumma cum triſticia diſcedunt e uita filiorum curis inuolu-
ti & obruti:quod nequaq̃ accidit ſine ſtirpe diſcedentibus. Maxime autẽ uereor ne te per-
turbet æterna mors:& fratrem non in complexu parentis eſſe mortuum:& in luctu propi-
quorum : nõ

quorum:non à te atq; amicis deploratum. Nihil eſt quod dolorem non excitet dolere cu-
pienti. Quid habet moleſtiæ mors peregrina? Si qua eſt nobis acerbitas in interitu propin
quorum ea eſt: dum efflant animam morbo ſuperati: dum fratres æſtuant egroti: & ſen-
ſum queruli mæſtiq; deficiunt: dum clauduntur oculi: & ſint in manibus: & loti ſagulo ac
peplo inuoluuntur: etiam dum efferuntur eliciunt lachrymas: & uocem ſandapalia pom-
pa: quod illa lugubris & funera Hoc qui ſpectat & aſſidet morienti excruciari neceſſe eſt &
affliĉtari animo. At tu ne audiuiſti quidem: fuit enim idem nuntius & mortis & uulneris
ut grauiſſima moleſtia liberatus eſſe uideare. Video ſactiſſimum uirum dum Satyrum fra-
trem deplorat multa colligere: nec contentus uſitata querela uulgi. Quid faciam? cui me
relinquis & deſtituis frater. Acuit noua ſpicula doloris quibus ipſe ſe feriat: gelidum am
plecti fratrem & exanguem ſuſtinere ulnis: & tamen quod manibus teneret perdidiſſe.
Lambere totum halitumq; inflare morienti: tum fraternum amorem: ſingularem conſen-
ſum animorum & concordiam. Deniq; multa pietatis argumenta colligit & incitamenta
lachrymarum dies noctesq; ſomnos: cœnas etiam ueſtigia commemorat. Itaq; non poteſt
cogitare de fratre ſine lachrymis. Nec mirum id quidem materiam ipſe ſibi quærit. & occa
ſionem lachrymandi quæ nunq̃ deeſſe poteſt his qui conſertant manus: ſuſpiciunt & intu-
entur cœlum: ſyderaq; appellant. Quid hac inſania dementius? non ita examinate ac per-
dite luxiſſet fratrem niſi ante oculos iacere mortuum conſpexiſſet. At illi non affui inqui
es patientius deceſſiſſet in fratris gremio: immo uero miſerius ſi te præſentem aſpexiſſet
multoq; dolentius. nam ſi de uulnere tibi ſignificari uetuit: quanto magis uoluit de mor-
te. Ac uero poſt poſt mortem quid afferunt extinctis lachrymæ? quas aut non ſentiunt qui
ſunt mortui: aut ſi ſentiant ægre ferunt: quos in uita dilexerunt eos ſua cauſa laborare & eē
in luctu? Si autem qcquā afferant: eas tu fudiſti abſens. ut & funeri ſatiſfeceris. & dolor mo
rienti fratri non ſit illatus: nec eſt quod te cenſeam accuſandum feciſti humaniter & pie qui
chariſſimi fratris diſceſſum æquo animo ferre & lachrymis temperare nequiuiſti. Sunt illæ
nobis natura datæ ad humanitatem & miſericordiam: ad ſignificandas acerbitates noſtras
& amicorum calamitates ingemiſcendas ac deflenda funera parentum: fratrum: propin-
quorum: quæ omnia certa ſunt humanitatis & naturæ. Eamq; ob rem priſci illi qui rem
diuinam: qui religionem. qui ſacra: ritus: cærimonias iuenerunt: nō ſolū nō uetuere lugeri
extinctos: ſed etiam certa lege ſtatuerunt: ut & parentes liberi & uxores uiros lugerent: qui
mos etiam hoc tempore aliquot habet nationes: ut quæ uirum non fleuerit: capillum non
laniauerit: ueſtem non conſciderit: genas ungue non notauerit: dotis parte mulctetur: non
nunq̃ tota dote ſi omnia cōtempſerint. quod nec poetam latuit in amicorum funeribus eti
am fleri oportere: ut palynuri mortem illachrymauit Aeneas: qui eſt egregie ab eo poeta
ad effingendam religionem inſtitutus: ut quæcunq; faceret: diceret & cogitaret ea omnia
ad rem diuinam & pietatem oſtendendam facta: dicta: cogitata uiderentur. Sic alius aliquā
to poeta melior: ſed iratus & laceſſitus: cum multa eſſet imprecatus inimico quem non no-
minat indeploratum inquit proiiciare caput: quaſi magnam haberent uim lachrymæ ad
mortem liniendam: uel ad honeſtandum funus: uel ad aliam uitam emigrandam. Qua-
propter non accuſo lenitatem tuam cū multorum cōiunctam opinione & a natura non ab-
horrentem: nec ad illorum exempla te reuoco qui clades filiorum porrecta fronte ſiccisque
oculis perſpexerunt: habeant ſibi illi uel ſapientiam quam non intellexerunt: fortaſſe uel ro
bur animi quod aliis in locis præſtare maiore cum laude potuerunt. Verum illud conten-
do nihil ad fratrem pertinere: ſuderis uim lachrymarum an obdurueris animo: quem oculi
ſubſequuntur ducem moderatoremq; uoluptatis & doloris fac te totum fluxiſſe in lachry
mas totum in ſquallorem abiiſſe: quid ad fratrem ea res attulit commodi? quid a re uulita
tis. Nam & illi nō prodeſt: & tam bene operam perdis quā qui altiſſima uoce compellat ni
hil audientem: ubi rauceſtis ipſe ille nō mouetur: nec ulla eſt ſtulticia maior q̃ ubi minimū
pficis: ibi plurimum laborare anaxagoras cū eſſet propinquus morti interrogatus a Lam
pſacenis numquid fieri uellet reſpondiſſe fertur ut pueri quot annis qua die ipſe deceſſiſſet
ludere permitterentur. Digna uox Anaxagora: lachrymæ enim & luctus & mutatio ueſtis
delitiæ ſunt mulierum. etiam Getæ quanq̃ i culti moribus funera cantu proſequunt: Hoſq;
imitantur Aſiatici quos diximus. Clauſiſſem inqs oculos officio functus extremæ pietatis:
inceſſiſſent nouiſſima uerba. Iacula ſunt hæc & tæla tā his qui aſſunt q̃ qui moriuntur. Sed
qd tum tuis ipſe manibus extuliſſes an alienis? tam bene cōponi moriēs alienis poteſt quā
efferri. Nam de uerbis nihil attinet dicere: fuere illo nouiſſima cum abiit in militiam & io-
cundiora & certa magis nō triſtia: nō bleſa & interrupta ſingultibus permixtaq; ſuſpiriis.
Nam quid oſcula? quid amplexus? & ulnarum cæterorūq; membrorū contractatio: & fra-

cta & mollis quaſi non etiam uiuentibus ſint indecora: nec honeſta cenſeantur: ubi tamen
ſubeſt delectatio & perfuſio uoluptatis nonnunq̃ at in dolore neq; magni ſint animi: ſed
lapſi & inconſtantis & triſticiam augẽt amplexanti: nam extinctis minime ſeruiũtur. Quæ
ſi ſunt lugubria & funeri ornando accommodata: ſunt tamen mulierculaꝝ ſe totas in
coma & ueſte & lachrymulis poſitas exiſtimantium: ad uirum nihil affert mutatio ueſtium
& ſquallor promiſſæ barbæ. Nam comam laniare fas non eſt aut barbam uellere. Condu-
cuntur Romanæ quæ mutata ueſte mortuos lugeant: Etiam præficæ quæ comam uend
lent: q̃ lanient potius. Horum uoces audiuntur mæſtæ & lamentabiles: lachrymæ fortaſſe
non fluunt ſemper. Sed an putas hoc genus hominum quicq̃ addere ad eos: qui lugentur
niſi riſum fortaſſe aut bilem excitent: uiuentium ea eſt uanitas: non utilitas morientium: cu
ius rei cauſam ſi requiras nulla poterit afferri non uana & a uulgi nata opiniunculis: ſed au
cta poſtea & producta in ætates. Quæ omnia ſi nimis dura uideantur & humanitatẽ exue
re: uincamur ſi ita uis: & natura iaceat ratio & pareat affectibus: & naturæ ipſius ueſtigia ſe
quantur: ſi modo natura eſt non opinio: excurit illa lachrymas in calamitatibus: ſed eas nõ
diu fluentes ſtatim docuit areſcere ut aperte uideatur perbreuem quẽdam impoſuiſſe mo
dum lachrymandi: equidem demiratus ſum uocem illam tuam plenã mœroris. Excuſanti
enim mihi tarditatem conſolationis meæ illud grauiter reſpondiſti. Nunq̃ mi Campanæ
tam ſero me conſolaberis: quin uulneri ſemper medearis: nunq̃ cicatrici. Proh deum im-
mortalem: quod tãtum uulnus animi ut curari non poſſit: ſi modo tempus adhibeatur. ni
ſi ipſe te deſeras & rationis fomenta aſperneris. Nihil acerbius populo Romano Cannenſi
clade: & perpetuo illo bello calamitoſius: modus tamen lugendi mulieribus adhibitus eſt:
ut non ſolum lachrymis infra uigeſimum diem: ſed omni luctu abſtinerent: quod ſi pullos
& funebres habitus tantulo ſpatio in tã magna clade deponere iuſſæ ſunt mulieres. Quid
tibi cenſeas faciẽdum: cum ne in mulieribus qdẽ æquare ueſtium ſquallorẽ lachrymæ con
ſueuerint: Nec una erat uia priſcis finiẽdi luctus etiam publici: nam & nouæ ædis edifica-
tione: & luſtro cenſorio: & uotis publicis exoluendis finiebatur: qui ad omne ſpectaret.
Priuatus autem cum liberi naſcerent: aut nepotes aut alii propinquiores: eo qui eſſet mor-
tuus: aut patre: aut uiro: aut fratre ab hoſtibus redeuntem: aut cũ honor in familiam ueni-
ret cum deſponderetur puella cum in feſtum conſenſiſſent. Erant igitur cauſæ multæ ſqual
loris deponendi ut plane nollent: luctum eſſe diuturnũ. Sæpe multa præſtari ad diem cum
dignitate poſſunt: quæ tamen egreſſa modeſtiæ fines uidentur turpia: ut laurari: iocari: ride-
re: & quæ ſunt ſimilia. ſi fiant parce & liberaliter poſſunt ferri. Sin ſe iactent intemperanter
& effuſe pro mũdicia mollities: pro urbanitate ſcurrilitas accuſabitur: & inſolentia pro læ-
ticia. Itaq; cauendum ut ait comicus. Ne quid nimis: & natura fert: ut laus omnis poſita ſit
in mediocritate. Voco autem mediocritatem non ut noſtri ſolent: frigiditatem quandam
imbecillem & languidam: ſed quæ pari lance in extrema excurrat quacunq; deferatur. Sic
in luctu communi qui nihil animo mouetur durus uideri: qui conſternatur mollis poſſit.
Quorum media eſt quam graeci uocant: noſtri temperantiam. Ita uides aut nihil
fuiſſe tibi lachrymandum aut modice ſupplorandum fuiſſe: quoq; illud eſt fortius: hoc nõ
tantum habet roboris: ſed quia coniunctum eſt naturæ caret uitio. quicquid exceſſeris illi-
berale erit. qua de re fortaſſe plura diximus q̃ erat neceſſarium. Nam de humatione ſi dole
as: poteris ubicũq; poſita ſint fratris oſſa ſepulchrum erigere & ſi hoc quoq; uaniſſimum ẽ.
Sunt enim ſepulchra diuitiarum teſtimonia ut dixit Anaxagoras: non mortis honeſtamẽ-
ta. Neque enim fœlicior Pompeio Licinus: aut Ninus Alexandro: aut Romulo Manſeolus
quorum fuere monumenta ornatu & ſtructura celeberrima. Vetat lex duodecim tabularũ
fieri ſumptus lamentationeſque funebres: ut neque rogum ſtruere liceat: neque aſcia poli-
re: neque mulieribus genas radere: neque adhibere lugubrem eiulatum. Cætera quoque
funerum celebramenta ueteres ſuſtulerunt: uncturas: compotationes: & plures lectos qui
ſterni conſueuerunt & ſepulchrorum magnificentiam: & cætera quæ a leuitate uulgi nata
ſunt repreſſa a ſapientibus. Sic apud ueteres Athenienſes & Romanos luxuria ſepulchro-
rum imminuta legibus: ut neque teſtorium accederet: nec opera impenſior quam quinque
dierum: nec lapis altior quam qui quatuor uerſus heroicos caperet: quos longos ait Cicero
appellaſſe Ennium. Etiam mulierum celebritas ſummota eſt: & parentalia & tedæ & faces:
cæteraque expiamenta: ſublati ludi & uiſceratio & ferales tybiæ: & ueſpiliones & polincto
res abſoluerunt. Reſtant præficæ quæ pretio conductæ lamententur: ut ſit luctus expediti-
or ubi dolor ſit ſimulatus. Addiderunt etiam poetæ aliquid: laurum humidam & trientem
pro portorio: quæ uſus reiecit: & ſunt uana: ſi gentilitas hæc ſuperuacua exiſtimauit. Quid
nobis qua deſpicientia contemni oporteat præſertim non pro futura? Quid ad fratrem ſi

marmore clauſus non ſit expolitus auro: Quod ſi eſt magnificentia in his rebus ea tota eſt
ad oſtentationem & iactantiam eoꝝ qui fecerunt. mortuis autem nulla ē iactura minor q̃
ſepulchri: undique ſe aperiētibus uiis ad inferos ſiue tegamur urna ſiue in ſepulchro iacea-
mus: nec noſtra refert condamur humi: an cremati urna contegamur: totique in cineres ea
mus. Qua de re uarii fuere errores Peones conicere in ſtagna mortuos ſolebāt: qui mos
fuit etiam Leucadiis. Exordones autem conferre in epulas & propinquos inuitare ſatius
arbitrati eorum condi uiſceribus quam abſumi a uermibus parentum cadauera in ſumma
ſtulticia cauſa non ſtulta. Egyptii condiebant ſuos circumliniebant cæra Perſæ: domiq;
ſeruabant. Medi autem non ante humare ſoliti quam eſſent laniata feris: qui mos non mul
tum diſtat ab Hyrcanis ubi aluntur canes a quibus extincti lanientur. Maſſilieñ. arca du-
plici utebantur: altera qua ſeniorum cadauera efferrent: altera qua liberorum ſine omni
planctu & lamentatione: & funeris pompa conuiuio finiebant. Athenienſes orientem uer-
ſus buſta faciebant nec ulla eſt natio gentium externarum quæ non ſuos colat ritus maio
rum decretis inſtitutos. tum in ſepulchris ipſis cum in reliquo luctu. ſcindunt quidam ue-
ſtem exerto pectore. Alii promittunt barbam. Squalleſcunt alii ſitu & ſordibus: nec ūgues
tondent aut capillum: apud quoſdam mulieres paſſis comis ad ſepulchrum uſq; comitant
funus ubiq; coetu circumſiſtunt eiulatu quanto poſſunt maiore: aliis in locis ueſtibulū quæ
ſunt lugubres non egrediuntur ut plane totum ſit opinionis natæ nonnunquam e uulgo:
cui aſſentiri perinde eſt ac noctu palpitare ad umbram manibuſq; attractare parietem ubi
quid tangas dignoſci niſi ex coniectura non poteſt: ſed aliud eſt ſpiculum plagam tuam
exulcerans locus externus & a patria remotus cum optādum ſit homini in primis illic ubi
lucem hauſerit extingui: & humari cum ſuis. Habet enim neſcio quid occultum ac dulce
patrium ſolum: lareſque domeſtici: ut perſpicere licet multorum teſtamentis qui pere-
gre mortui referri ſe in patriam mandauerunt: & intra maiorum buſta collocari. Quod
& ſi eſt per ridiculum: tanquam ſint oſſa per ſeſe cōplexura conuictu & familiaritate neceſſi
tudinis: tamen detur id affectibus uel ſtulticiæ fortaſſe ut ſimul conquieſcant uel compu-
treſcant potius. hoc totum nihil eſt: uel ſi quid eſt: dolere non potes quod Capuæ ſit ſepul
tus. Neq; enim Luca aut Sena q̃ Capua aut Hetruria q̃ Campania celebratior: non aer: non
coelum clementius. Tum quod dici ſolet undiq; ad inferos tantūdem eſt uiæ: quanquam
ex hoc loco uideri poteſt: breuior ſi poetæ credas. Quippe qui illic Elyſios campos & um-
brarum ſedes eſſe commemoret: quod ad loci beatiſſimam amoenitatem referendum eſt:
omnium enim qui ſub coelo ſunt pulcherrimus eſt ager Campan⁹: ut fateri debeas ad ſum
mam gloriam fratris etiam hoc foelicitatis acceſſiſſe quod Capuæ eſt ſepultus: ut nō ſolum
ex ea re dolendum non ſit uerum etiam ſumme ſit lætandum. Habes conſolationem no-
ſtram ſi a te non recedas & conſtes efficacem: ut nulla ſit doloris cauſa quantum in nobis
fuit non ſublata. Sin autem etiam aliquid deſideat illud cogites medicos eos duntaxat ſo
litos curare qui pareant & ſeſe ipſi iuuent. Nam moroſi quidem & intemperantes ipſi ſe pe
rimunt: etiam illud poteris cogitare ſi non ueſtigia cuncta ſubſtulimus doloris: etiam mo-
dici uulneris diuturnam eſſe cicatricem & pleriq; nō poſſe deleri funditus. Quod ſi neq;
mors ipſa mali quicq̃ habeat: & gen⁹ illud fuit mortis: ut ſumma non careat gloria: neque
locus aut ætas dolorem debeant afferre: neq; ſolitudo ſit ulla aut ſi ſit ea tibi moleſta eē nō
debeat ſi manibus conſultū ſit & rei diuinæ & omnis periculi abraſa ſuſpitio: ſi deniq; cauſa
fuit nulla: quæ te ad dolendum poſſit impellere: neq; reliquū eſt uulneris: niſi tute ipſū exul
ceres: tanq̃ unus e uulgo aut coetu puerorū quos quanto niteris conſolari ſtudioſius: hoc
altius clamant ſtridentq; uehemētius. Exhibe te fratri qualem eū tibi uelles exhiberi: ſi pri
or ipſe deceſſiſſes: cuperes uacare illū moleſtia: cuperes iocundiſſime & de te & cogitare: &
loqui: lætumq; afferre cū amicis & ꝓpinquis ſermonē de uita: de gloria: de rebus geſtis qd
ubi fiet amici rem gratam facturi ad loquēdū te de fratre inuitabūt prouocabūtq; memoria
dulciſſima. Si uero te triſtē intuebūtur & moleſte ferētem fratris diſceſſum: ne unū quidē
faciēt uerbū: ne qd excitent doloris ingrata recordatio ut nō ſolū mortuus ille: ſed etiam
memoria eius apud te extincta eſſe uideat. Fac cū te conuenīāt amici: cū ſodales & ꝓpinq
nihil ſe tibi putēt efficere poſſe iocūdius q̃ ſi de Andrea fratre loquāt. Hoc modo qui apud
cæteros fortaſſe extinctus eſt apud te uiuet memoria diuturna qui ſola recordatio læta cō
ſeruare poterit. Hæc eni efficiet ut & ſæpe & ſine moleſtia de illo recorderis: ſic tu cū ſpōte
tua ſæpe tū aliorū officio nonnunq̃ ad letādū excitabere & frater apud nos & uiuere uide-
bitur: & uerſari iocundiſſime.

FINIS.

Cenſura in Quintiliani Declamationes.

Campanus Cardinali Seneñ S.

ENTVM.xxxvi. Quintiliani declamationes ad te nuper e Germania miſſas Quintiliani eſſe ſic arbitror ut alterius & temporis & ſtudii putem quã un-deuiginti quæ circũferunt illius nomine:alia uis:alia gratia: diuerſus orna-tus utriſq; eſt. At eſt ut ſemel dicã inter finittimas:perq; longa diſtantia : ſed qualis eſſe inter optimã poſſit. In illis qdem uiſus eſt:locos omnes qui perti nere ad rem uiderent peruestigaſſe. In iis dũtaxat neceſſarios & natos ex rebus:quam ob rẽ amplior illic & curioſior & redũdantior lariſſime excurrit. Hic collectus & modicus intra breues quidem:uerum ſuos fines ſe continet. Illic ad omnem occaſionem exit e ſtadio: ut plus occupare ſpatii uideatur. hic nunquam fere curriculo egredietur:ne in aliena nec toto ad ſe pertinentia iure perrumpat. Sarcine in illis plus eſt hic ponderis non minus : tum multum in illis roboris:cæterum diſſipari & per interualla diiectũ:hæc quod habent uirium uno corpore exhibent. Acumine ſententiarum illic ſuperior: rerum quantum: ego ſentio tantumdem hic gratia ſe uincit. Etenim in illis ſemper queri:ſemper ingemere: ſemper la-mentari magno eiulatu : maiore etiam q̃ caſus ferant artificio uidetur. hic parum querelis: multum legibus: multum interpretatione cõtendi : ut nõ tam queri cũ dicas q̃ ſe defẽdere. Affectus in illis multo plurimi:in iis prope nulli ſunt: ut uideatur illic magnam ſpem po-nere in iudicum animis:hic nulli rei niſi cauſæ cõfidere. Copia rerum in illis quãta eſſe poſ-ſet in iis quãta ſufficeret: Illic nihil quod ad rem dici poſſet prætermiſit : hic nihil adiecit: quod non oporteret: hæc rerum diuerſitas eſt quoq; & magnum in uerbis iuncturiſq; diſ-crimẽ: Illic & ĩnouat quædam & Epithera connectit:& tranſlationibus eſt frequẽs & raro ſine peane ſe colligit:& impreſſiões affert:& traiectionibus cõtinuis & ſpatiis ſpacioſiſq; læ-tatur:hic tanq̃ de induſtria hæc omnia uitat : Nam ſimplex & purus & lætus magis nume-ris q̃ compoſitus:nec iambos quidem aſpernatur & ſpondeis ſi clauditur mira diligentia negligit:ceditq; orationem breuibus interuallis:perſpicuitatis ſtudioſior q̃ magnitudinis: uideturq; cupere in illis manifeſta compoſitione laudari:in his hoc uelle ne laudetur:utrũ-q; magni propoſiti & oſtendere ſe compoſitum : & diſſimulare id quod eſt : ne eſſe uidea-tur. Illic ſententiis grauis & denſus:hic minus ineſt libertatis minus quod poſſis excerpe-re:itaq; ſic exiſtimo:In his quæ nuper inuente ſunt ad uerum declamatum in ſcholis eſſe: nam & ſermones ueluti præcepta quædam antecedunt:nec unquam diſceditur longius a cauſa:& ſæpe interiectis ad rem præceptis ipſis interrumpuntur ut uideantur non minus pꝛ-cipientis eſſe:q̃ declamantis. Illas alteras ocii cuiuſdam domeſtici ſecretioriſq; ſtudii fuiſſe: multaq; ſcripta ad ingenium:multa ingeſta: multa incumulata : quædam etiam ad poeti-cas uſq; expreſſa delitias:ꝙ non tam alienis parcere auribus q̃ ingenii ſui uiribus obſequi uellet:nec ulli reddenda eſſet ratio:quantum diceret:omnibus quantum poſſet. Et fortaſſe illis prioribus quantum acceſſit curæ:tantum gratiæ deperit. Nam fieri ſolet ut iocundio-ra ſint quæ delectant ueluti neglecta:q̃ quæ elaborata faſtidiũtur: & gratiora quæ ueniunt a iactura q̃ arte ut fontium gratia:tunc eſt maxima:cum labitur inter lapillos : & curſu pla-cent ſuo atq; ut ita dicam geniali:non ductu deriuantur. & natura fert:ut leniore fuſæ ſta-tuæ q̃ celatæ uideantur:mihi quoq; ſic euenit. ut nunq̃ ſcriberem facilius q̃ cum ſemel iaddo etiam q̃ cum negligẽter:ita quicquid artis eſt aut curæ duriciæ non caret:natura facillima eſt. & quantum emendatur tantum dureſcit a ſtudio. Equidem ſcio me contentionem mi hi cũ multis de iudicio ſimul & ingenio parere. Qui animi Quintiliani ſcripta uiri poſt unũ Ciceronem in eloquentia ſummi ueluti in trutinã expendere. Sed ego ſententiam profe-ro meam:non quid cæteros ſentire oporteat præſcribo:nec ita comparo : ut non liberũ ſit cuiq; aliter de utriſque iudicare. Reperiam ſæpe:plus in illis copiæ argumentorum:ſenten-tiarum acuminis elaborationis eſſe contenderim:has puriores faciliores : latiniores uide-ri. cum dico latiniores magis Romanas dico fluentes non minus natura q̃ arte: candidas quietas non fuſcas non turbulentas ſponte lætas:nõ ſtudio coactas:& ut pluribus me obii ciam tælis ſtilo orationis qui fuit per Ciceronis tempora propinquiores : per cætera illas priores antepono. Nam & magnitudine illic amplior : & ſententiis ſublimior : & uerbis numeroſior multo eſt:& nullum locũ nõ adiit: & acriter inſurgit : & quod in eo aliquãdo deſyderari:enim raro demittitur. Affectus autem quibus niſi fuerit orator armatus: quæ in ferre poſſit uulnera uix habet : omnes uidetur effundere niſi ꝙ eos numeros multo reddit obtuſiores q̃ ſi impetu & celeritate iacerentur. Hæc de meo iudicio dicta coniecturam face re ex ipſo codice licet : primum ꝙ trecentas ſexaginta fuiſſe oſtenditur : quem numerum neſcio an alius q̃ Quintilianus impleuerit. Deinde qm̃ Quintiliano attribuuntur:nec mul to poſt.

to poſt Quintiliani tempora exſcriptum tam uetuſtum Codicem puto:ut errari tam recen
ti memoria uix potuerit. Etiam ꝙ ante Senecam multos quidem declamaſſe:uerum nulli-
us extare declamationes conſtat: tum ꝙ ſubſequuntur in Codice declamationum Senecæ
decem libri:ut dubitari non poſſit:nec Senecæ quidem eſſe: quãquam illud quoq; accedit
ꝙ abeſt Seneca lõgiſſime a tanta puritate. Secūdū has Calſurnii Flacci exceptæ quædā pau
cæ perbreueſq; ſententiæ quem ego inter Declamatores laudatum neſcio an unquā lege-
rim. Argutulus tamen uult uideri:& niſi ꝙ breuior eſt Senecæ perſimilis:poſt hunc finis ex
ceptarum ſubſcribitur litteris maiuſculis: & Anthonii Iuliani neſcio cuius ac mox & ex-
temporaneæ Quintiliani promittuntur:ut facile appareat ſubſecuturas fuiſſe extemporane
us:cogitas iam præceſſiſſe:fuiſſe & alium Quintilianum ſuperiorem hoc non me latet: ſed
difficile eſt nobis iudicare de eo cuius famam noſtri maiores ſuppreſſerunt: poteris tu &
aliorum iudicia quærere ut ſciri poſſit:cum tam præclarum ex te accepimus munus: quid
id ſit quod accepimus. Nam illud quoq; ad liberalitatem ſpectat:non ignorare: quantum
contulerint qui dederint:quantum debeant qui acceperunt. Ego cuiq; aliter ſentienti faci-
le accedam:non ignarus iudicium meum ex iis natum eſſe quæ didici:alienum ex iis quæ
ignorem futurum. Vale.

Cenſura in Orationes Tullii.

Campanus Cardinali Senen̄. S.

ARCVM Tullium Ciceronem cum in omnibus ſuis ſcriptis fuiſſe longe
m eloquentiſſimum:& quod ipſe gloriatur copioſe:ornate:diſtincte dixiſſe ui
deamus:ut tamen adeo & tanto ſint in precio quæ ſcripſit præcipue oratio-
nes effecerūt:in quibus tantum mea ſententia creſcit:tantum exurgit ut in
aliis demittere ſe:parēq; ſui tp̄is ingeniis facere:ex his erigi atq; attolli:& qd̄
de Antheo tradunt poetæ humero tenus ſuper omnes extare uideatur:orationū uero quã-
quā ſunt illuſtriſſimæ:ardentiores:tamen poſſunt uideri quæ non modo ad odium inimi-
ci:ſed etiam ad æmuli contentionem ſunt habitæ. Ita cum cæteræ hoc præſtiterint ut ami-
ci defenderetur. philippice hoc quoq; uidentur conatæ ut uno ſtudio & eiicerent Anthoni
um & Demoſthenem. Vale.

In Victorinum de generatione diuina Cenſura.

Campanus Sixto. iiii Pont. Maximo. S.

VM nonnullas Germaniæ bibliothecas nuper euoluerem:libellum inueni
litteris quidem ſcriptum per uetuſtis:uerum ſitu atque puluere ita conſum-
c ptum. ut iam legi uix niſi magna cum diligentia poſſet. Quem cum Candi-
di ad Victorinum & Victorini ad Candidum eſſe perſpicerem. Alterius
oppugnantis diuinam generationem. alterius defendendis:uiſus eſt: quem
ipſe ſtatim exſcriberem:cum dignitate ac magnitudine rei:tum etiam doctrina atq; aucto-
ritate eorum qui contenderent. Inter exſcribendum uero tantum mihi acumentata ſubti-
litas argumentoꝝ:tanta uis in utroq; eſt uiſa:ut admirari utrūq; poſſem iuditium: niſi ex
maiorum ſententia ferre non poſſum. Et Victorini quidem ea eſt autoritas: ut Hierony-
mus ſuum fuiſſe præceptorem glorietur:& Romæ primum fateatur eloquentiæ locum
tenuiſſe. Candidus uero & ſi in obſcuro antea fuit:ut uix nominetur: tamen & improban-
do acerrimus eſt uiſus: & in exornando grauiſſimus:quanq̄ hoc in libello nihil prope ſibi
uendicat eloquentia: omnia ad altiſſimam philoſophiam: & ad diuinæ ſcientiæ recondi
tiſſima arcana referuntur. Mitto eum nunc ad ſanctitatem tuam: quæ altiſſima rerum di-
uinarum ſcientia quanta in nemine temporum noſtrorū fuit cognoſcere:& ſuprema quæ
inter mortales eſt auctoritate iudicare poterit: non de re ipſa quæ iam pridem cognita &
recepta eſt omnibus. Sed dumtaxat de doctrina atq; ingenio contēdentium: Iam ſanctita
tis tuæ erit uel ſuprimere uictorem erroris ſi quid ſcriptum ſit a Candido:quod minus per
Victorinum confutetur:uel ſi plene diſſoluta atq; eneruata ſint omnia: ueritatis defenſorē
publicare: ne aut occultetur aliquid quod prodeſſe: aut edatur quod nocere mendatio
poſſit. Fœliciſſime Vale.

In Suetonium Cenſura.

Campanus Cardinali Senien̄. S.

EPETII nuper. C. Suetoniū legeram:& hunc etiam puer:uerum quod tūc
uix deguſtatū eſt: nunc pleniſſime hauxi: uiſus eſt ea libertate ſcripſiſſe Cæ
r ſarum: uitas quas uixiſſe illi ferūt: nemini aut demi aut adiicit quicq̄: nihil
ad aſſentationem cuiuſpiam:aut ſtudium ſuum omnia ad itegritatem hiſto
riæ refert. Mores illorum & imperia & priuatoꝝ ſic exprimi: ut non legere
quis Suetonii ſcripta:ſed ii ipſi ſpeculo intueri ſeſe uideantur uitia uirtuteſq; oīno cura & in
uidiam & gratiā aperit:& quæ fortuna foris cuiq; fuerit aut domi: habitus eſt duriuſculus

dum nec lumina quidē negligit:& ſunt aridiora pleraq; & minutiora q̄ quæ nitere poſſint aut capere eloquentiæ corpus :ſed tñ eſt in genere ipſo ſcribēdi multū ponderis :eruditio uero tanta ut ſeueritate orationis graui & caſtigata : quā huic āte ponam ueterū ſcriptoꝝ non uideam :habebis cum hunc leges unde ſumere exempla in omni fortuna poſſis : & intelligere quantum principum humanæ res conſtant : uitiis labuntur. Vale.

In uitas Plutarchi Cenſura. Campanus eidem. S.

c

OLLEGI nup diſperſas Latinoꝝ Græcorūq; principū uitas a Plutarcho ſcriptas græce a diuerſis inde īterpretibus Latinas factas: ut aſſiduis tuis ſtudiis quibus noctes ac dies impedis:hāc quoq; additā materiā habeas:honeſtiſſimi atq; glorioſiſſimi laboris opus & uarietate hiſtoriaꝝ & magnitudine rerū nō minus utile q̄ iocundū:ubi & ſi fuit Plutarch⁹ aliquāto ꝓpenſior in ſuos:tñ ita prudēter atq; moderate græcos hoīes latinis hoībus comparauit : ut utrorūq; res geſtas tanq̄ in trutina expendēs:illoꝝ illuſtrauerit laudes .Noſtroꝝ nō obliturauerit : ſtudiūq; illud ſuū ita uiſus eſt tēperaſſe:ut:græci debeant ei plurimū:& noſtri queri nō poſſint : Tū cōmunē etiam hiſtoriam ita reſerſit magnis illuſtribuſq; ſententiis : ut non magis oſtendere in his uitis quæ clariſſimi principes geſſerint : quam inſtituere quid nos facere oporteat uideatur exemplorum & uarietatis plene ſunt omnes : utinam ea eſſent gratia tranſlatæ omnes qua ſunt ſcriptæ: quanq̄ magna pars fœlicitate ingenii eorum qui tranſtulerint : nitorem retinent ſuum & latinum acceperunt : paucæ quædam rudiores nactæ manus : traductæ ſunt duriuſcule ·ſed quibus gratia defuit interpretis rerum dignitas nihil eſt imminutitas tu uero noſti illam dii Pii auunculi tui ſententiam:nullam eſſe iſtorum contemnendam ·etiā quæ ſcripta imperitiſſime modo ſit uera:quippe magis fides rerum ex hiſtoria q̄ uerborū copia deſideratur.Cumulatior & abſolutior ſi præſtetur utrunq; .ſed deſiderate naturæ benignitatem conceſſum eſt omnibus.hābere perpauci potuerunt.Nec tu uerborum eloquētiam attendas latinam in græco auctore.ſed copiam rerum diuerſitatemq; requiras. Auſū hoc dicere tantum eſſe in loco uno cognitionis rerum antiquarum.quantum in cæteris & græcis & latinis in quorum ſcripta extent uniuerſis.Pauciſſimos prætermiſit eorum q ·gloriam uirtute atq; armis pepererunt.Q ua in re gloriari noſtris licet.Siciliam.Macædoniā. Grætiam.Aphricam.Aſiam omnem.cum una Romana ciuitate collocatas.minime tamē ad comparationem ſuffeciſſe.Fuerit Plutarchus ut eſſe debuit ad græcos iclinatior.extulerit ſuos.& ex paruis magna.ex mediocribus maxima dicendo fecerit.tamen cum illorum prope neminem qui nominari poſſint prætererient:noſtrorum complures non attingit.P. Cincinatum Papirium Curſorem:& qui ſub eo militauit priorem Fabium:Atilium regulum Clandium Neronem:tot Scipiones:Metellos:Sempronios:Flāminios alios ex priscis multos nō alia de cauſa ꝑtermiſſos arbitror:niſi quoniam quos his græcorum comparare poſſet nō inueniebat :expreſſit Galbam atq; Ottonē Cæſarum minimos :& neſcio an ſatis dignos qui inter Cæſares numerentur Auguſti :Veſpaſiani :Titi: Neruæ:& ut taceam cæteros: Traiani ſui quo cū coniunctiſſime uixit :quod nemo in comparationē ueniebat : mētionē fecit nullā:Q uorum quātus fuerit ſplendor geſtarum rerum:Plutarchus nō ignorauit: ſed ea fuit magnitudo Romani nominis:ut danda ſit uenia reliquo terrarum orbi: ſi totus ut propagatione finiū:ita Ciuiū gloria uni urbi eē par nō potuit nos uero Plutarcho haud multo minus debemus quā ipſi græci genere conciliatus illis quicquid præſtiterit officio uiſus eſt præſtitiſſe .Liberalitate etiam noſtris. Vale.

CENSVRA IN LIVIVM. Campanus Cardinali Papieñ S.

t

RES.T.Liuii decades:tot enim ſuperſūt librarioꝝ inſcicia magna ex parte depràuatas iuſſu tuo recepi emēdādas:operoſam quidē rem & plenam laboris .ſed utilitatis ut arbitror nō minus q̄ iuit difficultati habiturā. Vnde tantum abeſt quo mihi aliquid uendicē gloriæ ut plane tractum in religionē me cenſeam qui tantæ rerum maieſtati tantæq; magnitudini iniecerim manus quippe cum diuinam Liuii hiſtoriam tanq̄ numen aliquod attractare nefas ſit genus ē in eo ſcribendi proprium & ſuū & id ipſi ſplēdidum ac magnificū & tanq̄ ad ſpectaculum quoddam magnitudinis ſublime & eleuatū & per omnes circumductū amplitudinis gyros ita ut eruditorum oculos late extendere tollereq; in altum poſſit : imperitis caliginem afferat.Inde librarioꝝ coorti errores dum aut quod ipſi non capiāt nimiū eſſe: aut q̄ non cernunt obſcurum aut quod inuerſum eſt ſtudio auctoris: deprauatū putant .Et de librariis emendatores facti ubi plus adhiberi iudicii ubi minus intelligunt.Hoꝝ ego deprauationes quas tanta diuturnitate tēporis tantaq; barbarie neceſſe fuit eſſe q̄ plurimas multis fretus exemplaribus corrigere aggreſſus feci quod tu iuſſiſti etiam feci q̄ potui diligenter: ut huic

ut huic nouæ miræq; induſtriæ impreſſo℞ ipſe quoq; pro uirili auxiliarer. Idem facturus in
cæteris quo non mó nó careant libris ueterum noſtri homines aut emi multo oporteat ſed
& magna futura ſit copia & æque peuperi atq; diuiti comparari exiguo poſſint. Nec ijdem
enim impreſſorum futuri errores qui fuerunt ex ſcriptorum. ii uno exemplari eoq; proſpe
cto atq; emendato quot uolunt codices una opera unoq; tenore conficient: illi dum ſingu-
lus quiſq; arbitrio abutitur ſuo nunquam ita inter ſe conueniunt ut ubi paulo ſit protracti-
or oratio aut amplicatior nó diuerſe corrumpant. Legi poterit iam a noſtris Liuii hiſtoria
ſi qualem ipſi reddidimus talem & impreſſores cæterique effinxerint: quod ad me attinuit
nulq̃ curioſius: interpres aut diuinator: nihil præter meum laborem & diligentiam attuli.
quæ utinam tanta fuerit ut librariorum tollẽdis erroribus ſatiſfecerit. Certe in hoc fuit ma
xima ut Liuii maieſtatem affectatione ingenii nuſquam minuerim: locorum nomina dum
taxat ut tutiſſima ꝙ diuerſe poſita ſunt a multis fallere me fortaſſe & ea per pauca potuerũt
cætera ut ſpero non feſellere. Adiecta ſunt omnium librorum epitomata: eoꝵ etiam qui nó
extant ut priſcarum rerum noticiam habeamus ex his aliquam ſimul ut quantam in Liuio
fecerimus iacturam intelligamus. Vtcũq; futurum ſit mihi ſatis fuerit tuis iuſſis paruiſſe: cu-
ius & beneficiis & auctoritati omnia debeo. Vale.

Campanus Anthonio Morero ſalutem.

TINAM quod nuper in Liuio Papieñ. noſtri iuſſu conatus ſum facere: ut
eſſet q̃ emendatiſſimus idẽ nunc hortatu tuo & in Quintiliano licuiſſet: quo
u rum diuerſo in genere eadẽ prope utilitas: certe par dignitas eſt. Sed illum
ſeries ipſa tempo℞ continuata & ueluti per manus tradita nobis ac nexus
quidã inter ſeſe re℞ ſic alligat ut teneri facile poſſit. Hunc uarietate præce-
ptorum per omnes euagatum eloquẽtiæ campos & tanquã ad plura intẽtũ atq; ideo lubri
cum difficile ſic ꝓndas ut totus habeatur ob hoc ipſum obſcurior qm̃ ita per campos decur
ritur tamẽ oẽs intrare quãuis recõditas latebras & in intima quæq; penetrare artis archana
uideatur. De quo ſi iudiciũ poſcas meũ illud uere uideor mihi poſſe afferre deeſſe eloquen
tiæ quicqd a Quintiliano non diſcas & ibi artem deſiuere dicendi ubi ultimum eius fuit ꝓ
ceptum: quo quid mó dici oporteret ut fortaſſe nó temere contẽdiſſe quidã uideantur hũc
aut parem Ciceroni: aut ſi hoc magnitudo illa diuini cœleſtiſq; ingenii non patiatur haud
multo inferiorem fuiſſe. Verum iudicare maioribus de rebus tam cuiq; liberum eſt quã te-
merarium: & ut ingerere te in quæ neſcias arrogantis eſt: ita & tacere quæ neſcias timidi.
Magnus quidem mea ſententia Cicero. Magnus Quintilianus. Sed ẽ & in magnis quoq;
ſemper aliquid eminens. Eſt & in quo ſuperentur: nec cuiquam ita tota natura ſe præbuit
ut non aliquid ſibi uelit retentum quod largiri & alteri poſſit: ut raro inuenias celeritatem
in eo eſſe eximiam cui inſit & robur. Et arborum aliæ creſcunt ſublimis: aliæ latius effundũ
tur. Paruis utrũq; conceſſum eſt. Cumulata mihi quidem uidetur in utroq; eloquentiæ ma
gnitudo: ſed aliter hic in præcipiendo ſummus eſt habitus. Ille in dicendo longe eminen-
tiſſimus iudicatus. Quintilianus quibus armis pugnãdum ſit docuit. M Tullius & oſtẽdit
quomodo uincamus: & ipſe ſemper cum uictoris contendit. Illius ſtudia multum laudis in
umbra conſecuta ſunt huius in foro multa plurimum gloriæ peperere. Et regnaſſe in con-
cionibus atq; ſubſelliis fertur Quintilianus in ſcolis & claſſibus floruiſſe Cicero pugnaci-
or ipſe multo Quintilianus inſtruendis aliis aliquanto fortaſſe diligentior. Tũ i ipſo quoq;
dicendi genere multum eſt interualli. Magnificus & plenus Cicero: hic ſumptuoſus & lo-
cuples. Ille amplus ſublimis redundans: hic grauis acer elaboratus alter natura ornatior: al-
ter ſtudio æque expolitus. Quintilianus ſententiis premit & pondere Cicero: & his ipſis &
uiribus & ſublimitate & amplitudine & maieſtate conuellit ut uideri poſſint illi æque mul
ta ſpicula in manibus e. ſe huic plus tælorum: & ille tentare pungereque ſæpius. Hic altius
uulnerare atque conficere. Tum citra uim illam ſumptus in manibus Quintilianus acu-
mine capit lectorem. Sumptus Cicero grauia & candore delectat. Deniq; tanta uicinitas eſt
quanta uideri inter eum poteſt qui primus ſit omniũ in curſu & eum qui niſi hic antecede-
ret ipſe iam præueniſſet. Eſt & in tranſlationibus ac ſimilitudinibus diuerſitas. In quibus ui
ſus eſt Cicero & adhibuiſſe modum: temperaſſeque ingenio & aliquanto fuiſſe diſtinctior
hic neſcio an uſq; ad uicium nimius. Non tamen ita conculcandus ut & ſplendorem non
afferat. Quippe & ipſe ita diſtinguit ueluti eſt gloria ꝙ nihil aut hic præcepit faciẽ ñ quod
ille antea nó præſtitiſſet: aut ille præſtitit quod hic poſtea non præceperit. Tanto Quinti-
lianus inferior quanto eſt ex arte dicere q̃ ſcribere de arte præſtantius: Sed eo fortaſſe dili-
gentior quo inſtituendis rebus plus uigiliarum ars poſtulat q̃ natura faciendis. Tum am-
pliſſimus ingeniorum laudator Cicero: iudex equiſſimus Quintilianus. Itaque mira ſe hic

moderatione arbitrum inter græcos noſtroſque conſtituit:mira illorum laude noſtrorum
æmulatione iudicium peragit.Et ueluti in medio ad gratiam poſitus multa concedit om-
nibus:nemini detrahit quicq̄:ut non minus ſciſſe eum recte iudicare exiſtimes q̄ uoluiſſe.
Et hunc ubi noueris omnium & ſtudia & ingenia noueris.Proinde de Quintiliano ſic ha
be poſt unam beatiſſimam & unicam fœlicitatem.M.Tullii quæ faſtigii loco ſuſpicienda
eſt omnibus & tanq̄ adoranda,hunc unum eſſe quem præcipuum habere poſſis in eloquen
tia ducem:quem ſi aſſequeris quicquid tibi deerit ad cumulum conſumationis id a natura
deſiderabis non ab arte depoſces. Vale.

Coram Pio abſceſſuri ad Venetos adoleſcentis Colūnenſis Oratio.

ATRVVS meus Cardinalis beatiſſime pater tanq̄ diligens & cōpoſitus pa
terfamilias cum uideret nos nepotes ſuos eius ſenectuti ſuccreuiſſe inſtituit
p alios literis:alios militiæ:alios rebus urbanis & domeſticis erudiri ut quē locū
maiorum induſtria & gētis noſtræ fortuna pepeperiſſet eum nos honeſte tue
remur:& cæteri quidē ſuā quiſq; uiam aggreſſi ſunt.Me uero ad illuſtrē Ve
netorum dominū mittendū decreuerat ut bonas artes ſeu militiæ ſeu domi eo in loco per
ciperem ubi ſumme haberentur.Nunc uero eo mortuo parendum eius uoluntati uiſum ē:
id autem non ſine conſenſu & benedictione ſanctitatis tuæ putaui faciendum.Veni ad pe-
des clæmentiſſimos tuæ ſanctitatis ut his deoſculatis abire liceat:& ut me illi ac meos om-
nes humillime commendarem.

Oratio ad Senatum Venetum.

I per acerbam & luctuoſam domus meæ ſortem licuiſſet illuſtriſſime Prin-
ceps optimateſque clariſſimi multo & mihi iocundior & uobis gratior ad
ſ uentus meus huc fuiſſet uiuo patruo meo Cardinali qui tantis hac in urbe
ornamentis tanta in ſe ſuoſq; omnes beneficentia exceptus eximiam quan
dam & incredibilem charitatem conceperat nec quicquam cupiebat ardē-
tius quam huc me ad uos mittere:non pro magno quodam munere:ſed
quo ſaltem aliqua ex parte ſuo erga hanc illuſtriſſimam urbem atque imperium deſiderio
pro tot acceptis beneficiis ſatiſſaceret:ſed fato meo his ipſis diebus quibus comparare me
ad iter iuſſerat in eum incidit morbum:quo eſt mortuus . Non tamen putauerunt paren-
tes & propinqui cæteri hac in re quam patruus & uiuens inſtituerat & in morte tacito quo
dam teſtamento mandaſſe uiſus eſt eius uoluntatem non abſoluere:& maxime cum ſplen-
dor eſſet muneris noſtri erga ſe omnes ut in uno patruo meo ſuſcipiendo & familia hone-
ſtanda in uniuerſum Columnenſium domum ſplenduerit:quippe quos tantis & tam am-
pliſſimis beneficiis proſecuti eſtis:quorum illuſtraſtis domum familiā omnem nouo mo-
re in ciuitatem atq; optimatium locum aſciuiſſes.Quid enim aut maius quiſq̄ a uobis pete
re aut uos cuiq̄ conferre præclarius potuiſſeris q̄ in ciuitatem idest in communem fortunā
recepiſſe & domos:lares:ædes:tēpla:iura uectigalia urbem totā ipſū deniq; imperiū orbis
terrarum potentiſſimum feciſſe commune:ut tantum uni familiæ noſtræ momento tēpo-
ris dediſſe uideamini quantum uos maioreſq; ueſtri oēs per tot ætates maximis laboribus
ac periculis comparare ſplendoris:opum:imperii potuerunt:ut plane intelligat ad hoc am
pliſſimum beneficium nihil præter ueſtrā beneficentiā acceſſiſſe:quo maius eſt uinculū cō-
ſtitutum ut niſi nos poſteriq; noſtriq; oēs uitā caput corpus atq; animā ꝓ hac urbe atq; īpe-
rio putemus obiiciendam:ingratiſſimi ſimus & uos quā familiā tantis muneribus ſpōte ue
ſtra accumulaſtis eā a uobis alienā exiſtimare nullo modo debeatis.Sed cum cæteri fratres
mei partim iniciati ſacris:partim ætate ībecilli ſint nonnulli ad militiā profecti.Ego miſſus
ſum qui quāq̄ ſum unus meoꝝ:omniū tamē ſpeciē fero:oēs miſſi ſunt cū ipſe ſum miſſus.
Par cauſa eſt illis quæ mihi pari beneficio effecti ſunt.Tangant uos quæſo principes Vene
ti recens memoria patrui mei qui amore:ſtudio charitate uos ſingulos nomēq; ueſtrū præ
cæteris mortalibus cōplectebatur.Accipite in me uno uniuerſam Colūnenſiū domū quan
do pro uniuerſa unus datus ſum:nec ætas uos moueat mea de induſtria ad hoc ipſum dele
cta eſt cum ſint affectus parētū & ꝓpinquoꝝ in hanc ætatem uehemētiores & memoria po
teſt eſſe diuturnior quæ cum ipſis creſcens annis in poſteritatem extendatur. Ego autē im-
mortalem deum precor ut quemadmodum florentiſſima hac urbe ciues noſtri facti ſum⁹
optimatibus coaptati.Ita perpetua huius imperii propagatiōe conſeneſcere liceat:& ſi op⁹
ſit in eo augendo & conſeruando immori.

ORATIO ASCENSVS DOMINI.

Compoſuit Campus .1. Habuit alius:
Integra non eſt Ne de me querere

Campani

Campani in ſua:ſuo℞ in aliena hoc effecit negligētia:intercidit:abiit:naufragiū fecit.

VLTA ſunt.P.B.huius ſanctiſſimi diei miſteria quo ſaluator noſter tanquā uictis & calcatis hoſtibus parto glorioſiſſimo triumpho:ſubacta terra uictor ac triūphans conſcendit ad cœlū:nec temere ſolemnitates aliæ aliis de rebus inſtitutæ:hæc hodierna de pompa & magnificentia ſaluatoris & lætitia omniū cœlo℞ eſt adinuēta.Quo in loco primū cōſiderabimus quā ob rem eſt hæc ſuſcepta lætitia:deinde qualis conſcenſus in cœlū:poſtremo quæ uictoriæ monumēta in terris relicta.Et primo quidē ſic aggrediemur.Cū ſublimis atq; omnipotēs deus filiū ſuū primogenitū ad redēptionē generis humani genuiſſet:eūq; hac una de cauſa miſiſſet in terras:& in utero matris uirginis collocaſſet:omnibus illū modis armauit qbus uincere mūdi principem:hominē captiuū liberare:comprimere ſathanā & eius ſallacias cohibere poſſet & præcauere:nec unq̄ lætitia tanta deo potuit accedere quātus tūc dolor accidit cū primum homo deceptus eſt:quia unde oritur beneficium cum gaudio:inde idignitas ſuccedit maleficii cū mæſtitia.Gauiſus eſt ſumme deus cū hominē procreauit in gratia.Sūme indoluit cū deceptus eſt fraude per dæmonē:ſed nō habet nec unq̄ habuit finem clæmētia dei Miſit prophetas:quod opera fieret redemptio hominis.Miſit patriarchas & reges qui ſanctimonia uellēt ſimul & potentia id facere ualerent.Poſtremo filiū ſuū unigenitū miſit in quo ſibi bene cōplacuit.Et quē omnia factu℞ & paſſu℞ homis cauſa nō dubitabat.Charus enim erat illi homo:tum quia ex eodem eſſet patre procreatus:tū propter inidiā paternæ gloriæ:a patris hoſte deceptus eſſet.Fecit itaq; oia deus ut hominē liberaret.Sed remedium aliud nullū dari potuit efficatius:q̄ ſ.p hominis carne filii uita exponeret.qui homis ſimilitudinē expreſſiſſet in carne.Itaq; uenit in terras:in utero uirginis concluſus:ad tēplū præſentatus:iā tū quid ſibi,pponeret ſupplicii audiuit:cū oſtēſus eſt ei gladius minaciter illud obiectū:hic tuā ipſam animam ptrāſibit:quēadmodū poſtea ptrāſiuit.Pugnauit cū Herode cū puer ad moriēdū pquiſitus pugnauit in tēplo cū negociatores eiecit:pugnauit cū gētibus:cū ſalſas eorum ſuperſtitiones cōſutauit:pugnauit cū hebreis cū ad paſſionē attractus:proditus eſt:captus eſt:ligatus eſt:fuſtigatus eſt:crucifixus flagellatus totus eſt:pſoſſus latere eſt.Pugnauit cū dæmone cū tentatus eſt.Quod prœliū cōmitti potuit atrocius quā chriſtus pro te ſuſcepit:quod diuerſius:quod cū pluribus cōmiſſū eſt.Quantū laborū:quantum ignominiarū ſubiuit:cū & laborādo ſudarit:& cōtemptu cōſputus.ridiculus factus ſit p hæc facinora:p hos labores:cū in terris cū aduerſario in defenſionē noſtrā dimicaſſet:nō antea ceſſauit q̄ patri in liberādo genere humano ſatiſfeciſſet:atq; ita quaſi confecto bello ſubacto orbe terrarū conſcendit ad cœlum.Contēplari hic poſſumus quæ letitia patris ex reditu filii:quod gaudiū cœlorū ex magnificentia reuertentis cum uictoria ducis ex bello quæ exhulatio angelorū:cū uiderent fratres ſuos:hoc eſt homies dei filios a crudeliſſimo hoſte liberatos:poſitis per orbem uexilis.Idolis cōtractis dæmoniorū:omnia feciſſe quorū cauſa fuerat dimiſſus in terras:cū iubilo ad patrem:cum magnificentia ad cœlos:cum ſono tubæ ad patriam cum lætitia tranſcendit ad angelos:atq; lætitiæ hæc fuit cauſa:hunc q cōſenſus hic ſaluatoris noſtri uolatus an commigratio an reuerſio conſiderandum illud conſtat imprimis Ieſum Chriſtum redemptorem noſtrum totum:natura & uirtute nulla parte.nulla potentia in minutū rediiſſe ad cœlū.Illud etiam conſtat ſæpe alias & montes ad oraculum conſcendiſſe:& in excelſis extitiſſe & transfiguratum diſcipulis apparuiſſe.Hoc quia uera dei facies uideri niſi in montibus haud facile poterat.Vera fœlicitas & magnificentia niſi in cœlis eſſe nō poterat.Sed hæc altitudo quanta fuerit humana mēs aſſequi cogitatione aut non poteſt:aut ſolam per gratiam poteſt.Quid eſt qui non intelligat tantum fuiſſe deſcenſum ad inferos:quantus poſtea fuit conſcenſus ad cœlos:ut ſi uel ſpacium conſideres immenſum uideatur:uel ſi celeritatem ineſtimabilis exiſtimetur.Triduo deſcendiſſe ad centrum terræ:ad infimum Tartarium penetraſſe:pugnaſſe ibi cum ſathana:inde detractis e lymbo patribus rediiſſe ad ſuperos:& ad cœlum tecta deuolaſſe.Non fuit hoc ſimile curſibus aut celeritatibus noſtris:poſſumus & nos cum chriſto conſcendere ſi uolumus.Sed cogitatione diuturna:opera inceſſabili:exercitatione perpetua.Quis aſcendit in cœlum niſi qui ſeſe abdicauit totū a ſpe & cogitatiōe terrena:qui nullo grauatus onere peccatorum nulla labe infectus aut madidus.Alas animæ in pennis habeat deargētatis.Qui curſus ſeu mauis uolatus in cœlum:uel in hoc ad redemptionem noſtram fuit neceſſarius:ut uidelicet quemadmodum primus angelus magna celeritate cœlo præcipitatus eſt:& uenit in terram:ubi ſuum poſuit principatum damnationis:ut hominem contaminaret:cōtaminatum deciperet:deceptum perderet.

non eſt completa.

.:. NVMINI SVO .:.

SALVTARIS VRBANE CRVCIS ANTISTIMAX.B.CAR.AMPLISS.
.I. PRO .I. MERITIS .I.
MICHAEL. FERNVS. MEDIOLANEN.

IAM pridem pater Reuerendiſſime flos ille linguæ latinæ & dicendi ratio:& quicqd nobis uiuida uetuſtas charis poſteris annixa fuerat demãdare obmutuiſſe & hominum ſeu nimia ſimplicitate:ut q phaleris orationis bonum recte loquendi uſum religioſiuſcule contemnebant:ſeu barbaroꝝ iniuria qui cum imperio Latii ſermonis cãdorem confundere depugnarunt:concidiſſe uidebatur. Cum ad nos tã quã alterius orbis homines deniq; reſpexit oĩpotens. Et tantam miſeratus pius & miſericors dñs iacturam nouũ cõdere ſeculũ. Romanumq; imperiũ:& litteraꝝ ſplẽdorẽ excitare:& in priſtinũ faſtigiũ:lumen:auctoritatẽq; reponere ſtatuit. Primo in pulcherrimũ totius orbis hominũ diuorũq; domicilũ terrarum principem Romã e Gallis Pontifices deuocauit. Inde præclara uirorum ingenia: altera imperii chriſtiani lumina:ueterem quæ litterarũ ſitum ſqualloréq; excuterent de ſummo cœli cardine:quaſi paſſa in Italiam totã manu:paruo tempoꝝ ragionũq; interuallo diſpertit. Vt nõ tam nõ ſuperari nos ab antiquis cognoſceremus:q̃ quõ poſteri nobis poſſent æquari deſperarent. Alios ergo rei latinæ latiæq; ſupellectili curandæ ꝑfecit:ut Vallam. Tortellium Domitium. Varrinũ. Sypontinũ:& unum poſtremũ Neſtorem Dionyſium uirum religione ſpectatum. Quoꝝ fuit in inquirendis & Grãmaticæ & pudicæ elocutionis ꝓceptis:& interpretandis poetaꝝ abſtruſis ſenſibus diligentia tanta:quanta ne maior quidẽ ab ipſis rei latinæ auctoribus impenſa. Alios concinandis poematibus addixit:ut Philelſum. Boninum. Tyfernatem. Carmelitam:& alteꝝ poſtremũ Platũ Platinũ uiꝝ gracili in corpore: ingenio ampliſſimũ. Quoꝝ tantus ſplendor in carmine fuit:ut ipſum incinuiſſe in Italiam. Apollinẽ ſublimi de uertice Parnaſi:credendũ ſi fabulis:uideatur. Alios hiſtoriæ & fidei rerum maximaꝝ ubiq; geſtaꝝ poſteris demandandæ incũbere dedit:ut Symonetæ. Aretino Blondo. Platynæ:Georgio merulæ. Qui tanta in recenſendis principũ noſtrorum ſæculorum geſtis maieſtate:& orationis cultu tanto cuncta expreſſerunt:ut nemo ipſorum lectione non capiatur. Alios in philoſophia:& ſalibus ex ipſo diſciplinaꝝ penu:ſalebroſiſq; exoluendis & explicãdis fabulis:quaꝝ cæcitate profundi poetarum ſenſus turpi ignoratione latebant excubare uoluit. ut Petrarchã. Poggiũ Bocchatium. Quoꝝ ſi monumentis paulo exuſcitatius intendas ſpiculis oĩa plena & eruditione inuenias. Alii tanq̃ in metallũ & lapicidinarium ergaſtũ damnati tranſferẽdis græcis:& atticaꝝ traditionũ in hanc noſtrã rempublicam litterariã importationi inſudarunt:ut Lapus:Donatus Aciarolus. Marſilius. Politianus & ex his quos cõmemorauimus cõplures. Quoꝝ tranſlationes quantũ lucis nobis attulerunt ignorat certe nemo. Vnũ deniq; Pium in terris principẽ ſũmũ eſſe uoluit:qui in cuncta dominaretur:& ſupra humanum captũ ingenii fœlicitate in cunctis ꝑſtaret. Pium inquam unũ pontificem. II. Maximũ unicũ Romanæ linguæ ſplendorẽ. In quo reꝝ omnium ſcientia ſũma traditionũ latinaꝝ caſtitas ſumma:ſumma obſeruantia. cũ ſummo totius orbis ĩperio:quod utroq; illuxit in Cæſare longe lateq; promicarent. Tum uelut certus fatorum ſic depoſceret ordo:ut qua quiſq; princeps uirtute clariſſimus inſignitur ea præditiſſimos uiros tunc quoq; aſtra progignent. Ne Pio alter Cicero deeſſet Campanus eluxit. Vit & hic quidem Arpinas obſcuris ortus Cauellis emicuit. Cuius fortuna uiuenti minor. Ingenium certe par:in morte calamitas prope ſimillima fuit. At in quo fortuna hebetior fuit:non illius conſilii improbitas:aut liuentiora merita prohibuere. ipſa mors Pii tam inſperata intercepit. abſtulit:deraſit:omnia. Scripſit Cicero in philoſophia multa Multa ad forenſia contulit negotia. Multa ſcripſit Campanus. & in philoſophia:& quæ non minori gloria:maiore dignitate:& ſanctiori conatu intra ſacroſancta ueſtra recitauit ſubſellia. Et ubi plus intumuit Cicero:unde ampliorem conſecutus famam:in eo dicendi genere ætates reliquas ab ipſo Cicerone. Idem Campanus ſuperauit:ſpem æquationis cæteris eripuit. Nam eum omnia præclara ſint ſplendide & luculenter a Cicerone ſcripta:in orationibus tamen tantũ exurgit:attolliturq; ſublimis & arduus:ut ipſe ſibi impar ſeipſo maior efferri uideatur. In cæteris frugali eloquentia contentus limatus emunctus. in iſtis redundas ſonorus & magnificus. Campanus limpido de fonte tanq̃ per calculos lucidos flueas:cõpoſitus:integer:renidenti ſtilo:uenaq; excuſſa:quãcunq; aggreſſus eſt materiam:eandẽ diuina eloquentia ſua ſalibus & tinulo curſu illuſtrauit. Cum uero aut de diis immortalibus aut de diſciplinis. de ritibus chriſtianis:deniq; panægyricum aliquid commolitus de laudibus

hominum

hominum eorumq; aut uiuo℞ aut functo℞ pro ſuggeſto dicendũ: tam grandis & auguſtus naturalis: & proprius ſeditus eſt: ut ipſum prope eundem nõ agnoſcas. Nihil illi acceritum Turgidius nihil: nihil iactantius: ad ambitionem elaboratum. Nihil populare & plauſibile. Exemplis diues. Inuentione admirabilis. Amplificationibus acer & collectus: in repetitionibus non nimius & ſemper uarius. Vtilis & ad efficieñ potens: ubiq; perſpicuus ſentẽtia℞ grauitate refertus: ubertate locorum uetuſta & optabili quantus ab illo ipſo Cicerone alius non auditus & illo quoq; uberior & acutior ſæpe iudicatus. Orãtem nemo unq̃ audiuit quem ſonantia illa ualido latere & antiq̃ nõ rapuerint uerba. Stabat ſolio ĩmotus ſtupidus oratorum maximus hic cum pro ſacris diceret orator facundiſſimus nunq̃ interituræ memoriæ Pius. Stabant quiq; doctiſſimi uiri: ut cũ hic diceret ne minimũ quidem hiantiorẽ halitũ poſſes audire: & plane faterentur omnes gemina altera mundo lumina illuxiſſe quorum alterum in litteris & imperio principatũ teneret: altero maius in litteris quicq̃ natura producere non poſſet. Verum quid ego hæc tandem. Horſum certe omnia. Macte uirtute pater Reuerendiſſime ſpectant ut intelligas Campanum oratorum omnium quos priora ſecula audierint: aut poſteriora ferent maximũ extitiſſe: omnibus numeris abſolutiſſimũ. Et me pro uirili bonis oratoribus qui hui⁹ ueſtigia ingredientur non mediocriter ad bonã frugem capeſcendam hac monumentorum illius editione cõſuluiſſe. Ex quibus uotas Numini tuo pridem orationes iam tandem tibi exhibeo. In quo cũ ad cæteros quoq; deos certa ſit hoſtiarum obſeruatio: nihil unq̃ omni uita rectius a me factum eẽ cerno: dum Tutellæ tuæ diſertiſſimũ oratorem ſubiicio: qui ipſe maximus grauiſſimuſq; noſtræ ætatis orator haberet: & quem audii ego: inter patres totiens maximis de rebus ampliſſima cũ laude concionantem: ut quod referunt cæteri in Campano ipſe in te ſæpe fateri poſſim demiratũ eſſe Addam uero illud: q; in te plus ſacra℞ rerum cognitionis: & inter theologos omniũ conſenſione habeꝬ princeps: atq; ipſe quidem ſummus Qua re ita facũdiam a natura tibi ingenitam: arte & ſtudio ad ultimã terſiciende ductam ſacris ſentẽtiis quaſi floſculis & lectiſſima gẽma decoras refarciſq; ut æmulentur boni: inuideant mali aſſequantur nulli. Tua in me pater ampliſſime tanta ſpe quadam, & uirtutis expectatione effulſit beniuolentia: tuaq; in me tã maxima extiterę & quoquo polliceris die beneficia: ut exiguitatem oblati muneris: utpote exile quoddã papyri atrati inuolucrum, cum cogitem: totus obtutu tuo confundar & mei uix compos conſiſtam. Mox cũ Campanũ qui intus mirãdũ ſonat dimetior, mihi redditus e ueſtigio reficiar, q: ille ingentem ſe exhibebit & redimet uilitatem papyri præclara illius eloquentia, gratiamq; ſibi undiq; per ſe comparabit. Tum moſſa Diis pauperes ſæpe conſtat litaſſe, his ſunt ſuperis minima, grato quæ exhibet animo egẽs inops: æque ac maxima, acceptiſſima. Tu maxima ex paruis, qui pat diis, tam dare q̃ potes efficere Hoc hylariori fronte has orationes excipies, quo & magis illa Campani præſtantiſſima ſit uirtus ꝑ me rita. Et ego litterario hoc munere, quod ex Acherõtis manibus, & medio prope lætheiĩ gurgitis hauſtu ad ſuperos uindicaui: nihil tibi & cæteris mortalibus maius: ſi non auro & gemmis, ſtili candore, & orationis elegantia, meaq; & in te, & in doctos homines fide, & obſeruantia, certe afferre potui. Vale & ex commendato cõmẽdatiſſimum tuum Michaelem ſeruulum tuum clitellarem habe.

.·. EIDEM .·.

Ecce beata dies tanto mihi parta labore:
Campanus nitidum protulit ecce caput.
Iam tandem ſuperos & clara cacumina mundi:
Deſerta repetit gloria celſa ſtyge
Quæ fuerant olim tanto celebrata nitore:
Cedent Campano ſcripta minora tuo.
Se tibi uel functus deuouit Maxime Patrum:
Qui tuus in uita quippe futurus erat.
Iudice te populos penetrabit tutus & urbes:
Conferri poterit uix puto iam Cicero.

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI: INITIO STVDII MCCCCLV PERVSIAE ORATIO

Onſiderandi mihi pauloante:& ad hunc digniſſimum ornatiſſimũq;
locum mentem atq; animum referenti: non parum temeritatis ſub/
eundum atq; impudentiæ uidebatur. Vt qui neq; auctoritate aliqua
neq; ingenio:dicendiq; arte ualuiſſem:apud hanc celeberrimam do
ctiſſimorum hominum frequẽtiam. Orationem de ſcientiarum lau
dibus eſſem habiturus. Nihil enim tam magnificum afferri poſſe co
gitabam:tamq; luculentum:atq; expolitum:quod non exile: obſcu-
rum:ac ſordidum apud tantos homines uideretur. Plurimoſque hic
eſſe cognoſcebam:qui ſummo præditi ingenio:& copioſius hoc præſtare potuiſſent:& or-
natius. Quod niſi fuiſſet ueſtræ mihi uoluntati obtemperandum: libenter equidem hodi-
ernum hoc dicendi munus in quemuis alium reieciſſem:partim auctoritate præſentiaq; ue
ſtra: partim rerum de quibus dicturi ſumus magnitudine & uarietate perterritus. Quis eni
tam frequens uſus:conſuetudoque dicendi. Quæ tanta uis eſt copia orationis. Quod tan-
tum flumen eloquentiæ:tam uehemens & concitatus impetus ingenii:ut unius ſolum ar-
tis:nedum omnium ſcientiarum laudes plene poſſit:accumulateque complecti. Quæ tam
firma: conſtans:perpetuaq; memoria:ut non pondere tantarum:tamq; altiſſimarum rerum
obruatur. Verum hoc mihi uideo eſſe lætandum:quod ad dicendum non hortatur ſolum
ſed omni depoſito temeritatis:impudentiæque timore:uehementer impellit:me apud eos
homines de laudibus ſcientiarum uerba eſſe facturum:qui ut ſunt doctiſſimi ipſi quidem at
que omnium magnarum rerum ſcientia longe refertiſſimi:ita nullis ſibi de rebus q̃ de ſciẽtiarum
laudibus oratio poſſet eſſet iocundior. Spero equidem uos nõ dignitatem amplitudinẽq;
ueſtram q̃ mei exiguitatẽ ingenii contemplaturos. Quibus de rebus futura noſtra ſit ora-
tio uidetis. Nemo erit ex uobis qui in commendandis bonis artibus non ſentiat fuiſſe ſe in
his q̃ ampliſſime commendatum. Nam quum aut nos præclariſſima legũ ſtudia:aut philo
ſophiam:aut artes reliquas extollemus:quis eſt ueſtrum qui non ſe magnopere cenſeat ex-
tolli. In his ſplendor gloriaq; ueſtra:in his honor ac dignitas continetur. Sed quum multi
ex hoc ornatiſſimo ad dicendum loco:& graues:& diſerti uiri:non auctoritate ſolum: ſed
etiam ingenio diſciplinaque præſtantes:orationem habere conſueuerunt:tum ſæpe alias:
tum maxime hac die ad laudes uberrimoſque ſcientiarum fructus accõmodatam:qui ſiue
gratia ſuæ artis:ſiue quoniam ita fortaſſe ſentiebant:fit enim fere ſemper ut quibus ſtudiis
ſumus dediti:ea nos exteris omnibus anteponenda eſſe cenſeamus. Profeſſionem quiſque
ſuam maximis atque ampliſſimis laudibus proſecuti in eam ornandam amplificandam:il-
luſtrandam:omnem uim:omnemq; ingenii magnitudinem contulerunt:cæteras autẽ aut
præteriere ſilentio:aut minus magnifice q̃ oportebat commẽdare uoluerunt. inuidiamq;
ex laudibus conflauerunt. Id nos ita totis uiribus fugiemus:ut in hoc officio laudandi of-
fendamus neminem. Tantum enim laudabimus ſingulas:quantum & uos iure cenſebitis
fuiſſe laudandas:& temporis etiam ratio permittet. Primum enim inuentorem cuiuſque ar
tis aperiemus Mox qui uiri in unaquaque facultate claruerunt oſtendemus. Poſtremo &
utilitatem ſingularum quanta maxima fieri poterit breuitate complectemur:ita ut neq; ob-
ſcuritas confuſionem afferre poſſit:neq; nimia longitudo moleſtiam. Atq; ea ex arte initiũ
capiemus dicendi:quæ uiam atq; aditus ad omnia diuinarum:humanarumque rerum ſtu-
dia patefecit. GRAMMATICAM dico parentem artium reliquarum. Verum quum mul-
tarum gentium:nationumq; non linguam unam:ſed uariam atq; diuiſam eſſe uideamus:
non eandem omnibus inuentionem fuiſſe cenſeatis:ſed aliis in locis aliam originem: ali-
udque initium extitiſſe Nam a Syris quorum Imperium antiquiſſimum longe: lateq; pa
tebat:litteras primus præbuit Rhodomantus. Aegyptiis uero & Caldeis:qui omniũ ſe uo
lunt eſſe uetuſtiſſimos. A nubis:qui apud eos colebatur: excogitauit. Rem tamen propter
ſummã ac pœne immenſam uetuſtatem:haud parum ambiguam. Nam & memoriæ prodi-
tum eſt. Memnonem quendam annis aliquot ante Foroneum antiquiſſimum Græciæ Re
gem:primas Aegyptiis litteras tradidiſſe. Græcarum inuentores Tirios fuiſſe tradunt. Hi
ſexdecim dumtaxat inuenerunt:quibus Palamidem per belli Troiani tempora quattuor
adiunxiſſe ferunt:totidemque poſt illum Symonidem medicum addidiſſe. Quam ob rem
Græci ſexdecim primum longo poſt tempore quattuor & uiginti litteras habuerunt. Ad

Latinos

Latinos uero ut omnium gentium:nationumq; poſtremos:ita in omnibus liberalium ar-
tium ſtudiis:longe florentiſſimos. Beroſus & Tricodemus primas ex pelaſgis litteras attu-
lerunt. quanquam multi in Carmentem Euandri Archadici matrem initium latinæ linguæ
putent eſſe referendum:præſtantiſſimamq; illam & diuinam mulierem præſagam rerum fu-
turarum:primas Latinis litteras aperuiſſe:numerum haud ſane parem cum Græcis. Quibus
ferunt Cæſarem Grammatica in arte doctiſſimum:unam addere uoluiſſe in Colicæ digam
mæ locum:qua nos carebamus:ſed eam ſeruata lege antiquitatis a poſteris fuiſſe neglectã.
Claudium quoque Cæſarem nouam figuram in x. Græcæ locum excogitaſſe: nomenque
dediſſe Antiſima:ſed hæc quoque præualente uetuſtate ad noſtra nequaquam potuit tem-
pora peruenire. Quæ ſi fuiſſent a poſteris ſeruata diligenter:parem profecto cum Græcis lit
terarum numerum teneremus. Plurimum in Grammatica floruere apud Græcos Areſtar-
chus. Apollodorus. Herodianus. Apollonius. Platonem quoque tradunt a deo gramma-
ticæ fuiſſe ſtudioſũ:ut oium qui ante ipſum ea de arte ſcripſere præter uni⁹ Democriti ſcri-
pta dictaque refelleret. Ex latinis quam plurimos legimus doctos ſane uiros extitiſſe. M.
Varronem. Pallemonem. Caprum. Didimum Probum. Cenſorinum. Gallum qui de ac-
centibus ad Virgilium ſcripſit. Donatum. Seruium cognomento Grammaticum:& eo po-
ſteriorem Priſcianum noſtra etiam ætate duos. Varinum Veronenſem: & Vallam Roma-
num:utrunque in ea facultate & dicendi etiam arte præſtantiſſimum. Qui & plura ſcripſe
re quam exteri:& accuratius. Reliquos autem ut barbare locutos: memoratu dignos eſſe
non puto:ſed ut ineptos atque illatinos ſilentio ſtatui prætereundos. Affert autem grãma
tica fructus & utilitatem ita maximã:ut aditum uel ſola præbeat ad artes apertiſſimũ:quo ſi
careamus cæci per omnes ſcientias aberrabimus:nullam unquã optimarum pulcherrima-
rumque rerum cognitionem conſecuturi. Hactenus de Grammatica: nunc ad Dialeticam
tranſeamus. SATIS quidem conſtare arbitror Zenonem Stoicorum principem Logicæ
fuiſſe repertorem:quam poſtea Plato omnium primus appellauit Dialeticam: feruntq; Tu
rium Elinomachum ante omnes de præloquiis prædicamentiſque ſcripſiſſe. Cironem ue-
ro acutum atq; acerrimum Dyaleticum:contortum atque inuolutum differendi genus intu-
liſſe. Archeſilaus is qui mediã inuexit Achademiam:primus in utranq; partem differere cõ
ſtituit. Quod genus diſputandi Gorgias Leontinus adeo mirifice complexus eſt:ut profi-
teri auſus ſit quacunque de re quæ ſibi obiiceretur:omnibus ſeſe reſpõſurum. Quod quum
aliquando præſtitiſſet:primus omnium auream ſibi ſtatuam in Apollinis templo colloca-
uit: Qua in re proditum eſt præter cæteros poluiſſe Criſippum eum qui primus ſcholam
in litto ſub aperto cœlo conſtituit:ut conſtet dicere ſolitos Athenienſes: aut nullam apud
deos immortales Dialeticam:aut ſolam inuenire Criſippeam Carneadis quoque uis fuit in
diſputando longe uehementiſſima. Diogenes qui. M. Anthonii Oratoris ætate Romam
uenit legatus Athenienſium: acerrimum ſe Dyaleticum profitebatur. Omnibus tamen
Ariſtoteles antecelluit:multis in locis Tarentinum imitatus Architam:uirum ſua tempe-
ſtate:neſcio an potius Græcæ præſtantiſſimum: & Platonis imprimis familiarem. Multi
præterea clariſſimi Dyaletici:ſed breuitatis gratia prætereundi. Nam & Latinis ad quos ſe-
ro hæc diſciplina peruenit:ſi qui fuere paulo acutiores:omnes fortaſſe præter Varronem uo
bis ſunt quam notiſſimi. Neque ſumus ignari hanc unam eſſe artem ad ueri falſique cogni
tionem uehementer accommodatam:& ad diſputandum:probandum:refellendum: con-
futandum ualere plurimum. Iter enim aperit ad omnem philoſophiam expeditiſſimum.
Qua in re grauiter ut ſolent Stoici neminem ignarum atque expertem Dialeticæ:futurum
unquam cenſent in oratione ſapientem. Hinc Parmenidem. Meliſſum. Anaxagoram atq;
alios uetuſtiſſimos philoſophiæ ſtudia ſectatos erraſſe tradit Ariſtoteles: ſolaque Dialeti-
cæ ignoratione præcipitatos:nunc ſtulte moueri terram: nunc abſurde multos mundos:
nunc ſuperſtitioſius compoſitum ex lapidibus cœlum opinatos. Qui ſi tenuiſſent Dialeti
cam nunq̃ in tam ſtultos:tamque manifeſtos errores incidiſſent adeo ad ueritatem inueſti-
gandam Dyaletica mirum nos immodum dirigere:& quaſi digito oſtendere conſueuit.
NVNC ad Rhethoricam accedamus. Sed eam nos tractabimus bipartito. Primum pro-
pter propinquitatem & cognationem Poeticam. Mox Oratoriam prouinciã ingrediemur
Fructus uero utriuſq; coniuncte abſoluemus. Poetarum primi Orpheus. Caliopes:& Linus
Apollinis filius perhibẽtur. Quorũ quum nihil extet. Homerus omnium eſt antiquiſſimus
cuius nunc ſcripta pro uetuſtiſſimis habentur. Verſum Heroicum Flaccus ab Homero ſcri-
bit inuentum:alii probant ante bellum Troianum Phithio oraculo fuiſſe repertum. Iam-
bicum uero contra Licambum ſocerum inuenit Archilocus. Saphici. Achaici. Lyrici aliiq;
uerſus a ſuis plerunque uel modis:uel pedibus:uel etiam inuentoribus appellari. Tragœ-

diam uero & Satyram primũ omnium tradũt inueniſſe Platonem. Latinis uero Liuiũ poe
tam primam dediſſe ſabulam. Comediaq; Ennium. Satyrarum Lucillum fuiſſe repertorẽ.
Clariſſimi poetæ apud Græcos Homerus: quẽ in deſcribendis bellis atq; erroribus Virgili
us eſt imitatus. Maxime Theocritus Syracuſanus: quem idem eſt in paſtoribus canẽdis in
ſecutus. Præterea Heſiodus cuius agriculturam emulatur. Arathus a quo ſigna tempeſtatũ:
& Piſander a quo Troiæ euerſionem accæpit. Apollonius. Nautica. Pindarus. Epicarmus:
Diphilus: cuius Plautus totam pœne cæpit Aſinariam: Saphos Sapphos. Leſbia quam fe
runt Solonis Athenienſis tempore floruiſſe. Eſchilus Sophocles Anaxandera quo & Terẽ
tius & Aphricanus tráſtulere permulta. Euripides Ariſtophanes: aliiq; quamplurimi ex no
ſtris. Ennius Neuius. Cecilius. Pacuuius. Affranius. Plautus. Terẽtius: cuius comœdias plu
rimi ſuperiori aſcribunt Aphricano. Lucretius. Accius. Virgilius. Ouidius. Flaccus. Iuuena
lis. Statius. Syllius Italicus Catullus. Tibullus. Propertius. Martialis: aliiq; permulti. SED
nunc de Rhethorica ipſa dicendum. Hanc quidem a Thireſia & Corace Siculis inuentam
arbitrantur. Alii multo uetuſtiorem fuiſſe tradunt: & per Homeri etiam tempora uiguiſſe.
Phenicemq; illam Homericum: non ſolum pugnandi: ſed etiam dicendi arte Achillem in
ſtituiſſe. Ariſtoteles cui non minorem fidem cenſeo adhibendam ab Empedo. de Gorgiæ
Leontini præceptore tradit fuiſſe compertam ſolutam orationem. Pherecides Syrus hiſto
riam. Cadmus Mileſius primus omnium fertur inuexiſſe. Eam partem Rhethoricæ quæ ad
memoriam ſpectat Chius Symonides dicitur protuliſſe: quum apud Scopam quẽdam for
tunatum hominem in Theſſalia cœnaſſet: iudicialem orationem primum pro ſe ægiſſe fe
runt. Ariſtotelem a Demophilo Athenienſe impietatis accuſatum. Dialogos uero ante om
nes ſcripſiſſe Platonem. Summi Oratores apud Græcos fuere quamplurimi. Demoſthenes
Athenienſium ut Diogenes dicere ſolebat: Arator Lyſias omnium ſubtiliſſimus: rurſus om
nium acutiſſimus Hipericles ſonoros. Eſchines & qui ſuauitate omnibus antecelluit Iſocra
tes: præterea Thucitides: & hiſtoriæ pater Herodotus. Demetrius. Phalerius. Plutarchus.
Xenophon Muſa Attica propter dicendi ſuauitatem appellatus. Ephorus Thepompus. Thi
meus. Caliſthines Ariſtotelis cognatus ab Alexandro cuius hiſtoriam ſcripſerat interfect'.
Stilicon quoq; Megarenſis ad quem orantem audiendum totam fuerunt Græciam Mega
ram conceſſiſſe. Egeſias quoq; quo uitæ humanæ miſeriam deplorantum: multi ſibi mortẽ
conſciuerunt: omneſq; ſeipſos interfeciſſent: niſi Ptolomeus tanto cognito periculo: ſcho
las claudere iuſſiſſet. Ex noſtris uetuſtiſſimos fuiſſe conſtat. Caſſium Ennium. L. Piſonem.
Fabium pictorem. M. Catonem ſuperiorem. L. Siſeniá. Galbam. Lelium. Carbonẽ Aphri
canum. Trogum Pompeium. Criſpum Saluſtium. Q. Curtium. C. Iulium Cæſarem orato
rem. Q. Catulum: qui primus Popiliam matrem funebri oratione laudauit. Qui honor
apud Romanos nulli antea mulieri contigerat. Iulium Cæſarem Dictatorem. Titum Liui
um Romanæ hiſtoriæ parentem. Lutium Craſſum. Seruium Sulpitium. Q. Hortenſium.
M. Anthonium. Cornelium nepotem. Aſinium Pollionem. M. Catonem iuniorem. Cor
nelium Tacitum Quintilianum duos Plinios: & imprimis uberrimum eloquentiæ fontẽ
M. Tullium Ciceronem. Tot fructus: tanta utilitas: tot deniq; emolumenta ſunt oratoribus
& etiam poetis: ut ſoli ſint qui diis ſint immortalibus comparandi Quid enim dii poſſũt
hominibus conferre præclarius immortalitate: eadem quoq; cenſuerunt Oratores. Quid
Reges appetunt. quid Imperatores. Quam ob rem tot bella domi: militiæ: terra: mariq; mo
liuntur: niſi ut magnitudine gloriæ cæteris mortalibus antecellant: & ſui memoriam faci
ant apud poſteros ſempiternam. Id ſoli præſtant. Sed de his alio loco dicemus uberius.
NVNC de Mathematicis: Archimetrica. Geometria. Muſica: atq; Aſtrologia dicendum ui
detur. Archimetricam primus omnium Pythagoras in artem diſciplinamq; redegit.
Hinc Pythagorei illi: qui totam fere Italiam occupauere: per numerum iurabant quaterna
rium. q nihil apud eos uidetur eſſe perfectius. Quippe quatuor elementa. Aerem. Ignem.
Aquam. Terram. quatuor anni tempora: uer: æſtatem: hyemem: autumnum. Quatuor qua
litates rerum omnium: quæ fuiſſent a natura productæ: calidam: ſiccam: frigidam: humidá
Quatuor cœli plagas: orientem: meridiem: ſeptentrionem: & occidẽtem. Et præterea mul
ta quæ breuitatis gratia ſtatui prætereunda. Quam ob rem opinatum ferunt. Pythagoram
omnia diuina humanaq; certa numerorum conſtare ratione. GEOMETRIAM a Me
ri tradunt inchoatam: ſed eam poſtea quæſitam diligentius perfeciſſe Pythagoram & linia
menta: formas: interualla: magnitudineſq; notaſſe. Qui quum Trianguli uirtutem percepiſ
ſet ſacrificauit Hecatomben quod genus ſacrificii multis uariiſq; ex rebus conficiebatur.
Archimenidem quoq; Syracuſanum fuiſſe ſatis in ea facultate præclarum. Anaximandrũ
Mileſium. Mileſii Thaletis auditorem ante omnes inueniſſe Gnomonem: primumq; Lace
dæmoniis

dæmoniis Horologium ſumma omnium cum admiratione conſeciſſe. Parmenidem uero
Elcatem primum terram dixiſſe rotundam: globoſam. & tanq̃ centrũ in media totius mũ-
di machina collocatam: idq; in Geometria ratione percepiſſe his qui Geometriæ fuere ſtu-
dioſi. Euclides cuius nunc opera extant: omnibus antecelluit. Quæ duæ artes: etſi præcla-
re per ſe ſatis: atq; adeo neceſſariæ. ut nihil ſine his: aut uendere: aut emere: aut diuidere: au-
deniq; percipere ualeamus. tamen ad Muſicam & Aſtrologiam longe coniunctiſſimæ. ut
ſine iſtis illæ conſtare atq; intelligi nullo modo poſſint. MVSICAM: de qua nunc dicer-
mus: Plato triplicem eſſe diffiniuit: quarum manu primam: altera cantu: tertia utroq; conſta-
ret. Eius ergo inuentorem tradunt fuiſſe Pythagoram uirum non modo tantarum rerum
inuentione clarum. ſed iucundi etiam integritate ſanctiſſimum. Hic primus fertur ex ma-
leorum ictibus uocum diuerſarum numeros: modos: inflexioneſq; conſiderans. Muſicã de-
inde artem: diuina quadam induſtria conſeciſſe. Cytharam tradunt inueniſſe Orpheum: q
ſi Poetis credimus: non ſolum homines rudes atq; agreſtes: ſed leones etiam ac tygres & i-
feros manes lyræ ſuauitate demulſit. Fiſtulam quidem Pan Archadicus primus inflauit.
Geminas uero tybias Marſia Phrygius: quem poetæ ab Apolline inuerſa cythara ſuperatũ
excoriatumq; cecinerunt. Orion etiam Corynthus mirificus eſt habitus Cytharœdus. ut
Delphinem ad opem ſibi ferendam cantus ſuauitate prouocauerit. Quæ uero de Amphio-
ne atq; Apolline dicuntur: quibus lyra canentibus lapides certatim in muros ſeſe atq; mœ-
nia componebant: poetis ſtatui relinquenda. Plurimum Muſica delectatum ferunt Socra-
tem: ab eoq; Phedronem diſcipulum non ſolum philoſophari: ſed etiam cytharam pulſa-
re didiciſſe. Epaminundam quoq; Thebanum uirum totius Græciæ militari ſcientia præ-
ſtantiſſimum: ſatis ceciniſſe præclare. Achillem etiam a Chyrone Cẽtauro didiciſſe. Ariſto-
phanum quoq; Tarentinum: quoniam cæteris in ea arte præſtare uideretur. Muſicum ap-
pellauerunt. Symonides etiam Chius fuiſſe traditur canendi: pulſandiq; arte præſtantiſſi-
mus. Illud tamen ſatis conſtat. Muſicam maxime apud ueteres in honore habitam. & neq;
conuiuia: neq; ludos: neq; funebria ſine tybiarum cantu fieri cõſueſſe. Rem præterea ad ani-
mi atq; aurium: delectatione mirifice accõmodatam. Nulla enim ex re maiorem ſolent ho-
mines capere uoluptatem propter inſitam in animis noſtris diuinis & ſempiternis cœleſtis
harmoniæ recordationem. Inde nouem muſas: totidem cœli orbibus putant appellatas: q
tanto impetu & concitatione rapiuntur: ut ſonum efficiant incredibili uarietate ſuauiſſimũ
atq; diuinum: & auribus noſtris auditum nunq̃. Tanta uis eſt in muſica: tanta ſuauitas. ut
Alexinæ fontem Cytharæ ſono permoueri. & quaſi ad tripudium excitari: auctores & mul-
ti & grauiſſimi fateantur. NVNC de aſtrologia dicendum. Cicero noſter auctor ẽ Aſſy-
rios propter planiciem magnitudinemq; Regionis: quã incolebant: quum cœlum ea om-
ni parte patens atq; apertum intuerentur: primos omnium cœpiſſe ſyderum ſtellarũq; ac
cœli conuerſionem motus & traiectionem obſeruare. Chaldeos uero diuturna contẽpla-
tione obſeruationeq; ſtellarum ſcientiam atq; artem effeciſſe. Cæteri uero omnes Aſtrolo-
giam in Athlantem Iapeti Libiæq; filium referentes illi eius inuentionem attribuerũt: quẽ
poſtea in quendam Lybiæ montem ſiue ſepultum: ſiue a Perſeo Iouis filio depulſum: ſiue
aſcendere conſuetum ad motus traiectioneſq; ſtellarum contemplandas Poetæ tradũt in
montem illum editiſſimum: cœloq; finitimum fuiſſe conuerſum. Aegyptii uero ante om-
nes quartam Lunam obſeruantes: futuros uentos: tempeſtateſq; inde prænotarunt. Curſus
uero Lunæ atq; erraticas eius uias primum tradunt Endimionem percepiſſe: trigintaq; an-
nos in conſiderandis eius motibus & reuolutione conſumpſiſſe. Datũq; inde fabulæ locũ
Endimionem a Luna triginta annis in quodam Ioniæ monte continuo ſopore inter am-
plexus oſculaq; detentum: Minorem Vrſam Thaletem Mileſium: eundẽq; æquinoctiũ per-
cepiſſe: & totius cœli ſecreta rimatum. Solis comperuiſſe magnitudinem: cuius ſeptingen-
teſimam partem Lunari globo dicebat eſſe comparandam. Eundẽq; primum Solis Lunæ-
q; eclypſes innumerabilibus pœnæ ſæculis prædixiſſe. Arietem: taurum: geminorum: alia-
q; ſigna inueniſſe Cleoſtratum. Heſperum uero eundẽq; Luciferum primum oium deprehen-
diſſe Pythagoram. Cleobolus: qui ex ſeptem Græciæ ſapientibus habebatur: annum per
originem diſtinguens. Pater eſt inquit duodecim habens filios: quorũ ſingulis filiæ trigin-
ta ſunt: altera parte nigræ: altera candidæ. imortales ſunt & moriuntur omnes. Patrẽ annũ
filios menſes intelligebat: filias uero nigras candidaſue dies nocteſq; deſignabat: q etſi om-
nes occidunt: continuo tñ Solis ambitu renaſcuntur. Præſtantes in Aſtrologia fuere Tales
Mileſius: qui primus inter Græciæ ſapientes eſt habitus. Democritus. Plato: & zodiaci pri-
mus inuentor Anaximander. Pythagoras: Beroſus: cui Athenienſes propter diuinationẽ:
præſcitionemq; rerum futurarum ſtatuam aurata lingua in publico gymnaſio collocarũt:

Iparcus qui nomĩa ſtellis omnibus imponens:ſyderum ſtellarumq; numerum explicauit
Præterea Ariſtoteles & omnium Aſtrologorũ optimus atq; acutiſſimus Ptholomeus.Ro-
manorum quoq; multi non expertes huius artis atq; ignari memorantur.Numa Pompili-
us:quem multi Pythagoreum propter ſingularem eius ſapientiam parunt.Quã q̃ nec Ro-
mulum ignoraſſe uim naturamq; ſtellarum.L.Tarentinus refert:qui cum Vrbis Romæ fũ
damenta iacere uoluiſſet auſpicationem putauit incipiendam Calendis Maiis:hora paulo
citra tertiã:Ioue Piſces Lunã Librã:Sole Taurũ:cæteris uero planetis Scorpionem habitã-
tibus.Q uæ omnia fœliciſſimam futuram ciuitatem:atq; omnium potentiſſimam porten
debant.Sulpitius quoq; Gallus bello Macedonico:quod contra Perſeum Philippi filium
geſſere Romani:primum q̃ exercitus confligerent præſentis eclypſis rationem explicauit:
litteriſq; deinde mandauit.C.Iulius Cæſar poſt diebus intercalaribus interiectis:annum
ad Solis curſum reuolutionemq; redegit.Vt huius præſtantiſſimæ diuinæq; artis excellẽ-
tiam & magnitudinem prætereamus:qua ſyderum cœli:ſtellarum motus:conuerſiones:in
teruallaq; metientes:quaſi aditum ſibi in cœlum homines parauerunt.Incredibile tamen
dictũ eſt:quantam conferre rebus omnibus.& propenecessaria eſſe uideatur:ſtare:ſedere:
ambulare:ædificare:quæcunq; deniq; incipiuntur:agunturq; a nobis:a quodã motu:ſyde-
rum natura:influxuq; dependent.Et præclare refert Ptholomeus ſapientem Aſtrologum
multa mala quæ futura ſunt inhibere:euitareq; poſſe:bona uero ſi qua ueniant:multo face-
re meliora.ut ſi qui Luna Leonem habitante:nouam ſibi ueſtem induant:eſſe illis eadem
omnino ueſte moriendum.Q uãq̃ Auguſtinus ſanctiſſimus ille uir:quidẽ atq; doctiſſimus
ſed fortaſſis ad fidem religionẽq; propenſior:negat quicq̃ uel boni uel mali aſtrorum neceſ
ſitate contingere. IAM ad ſaluberrimam Medicinæ ſcientiam accedamus:Medicinæ in-
uentorem alii Apollinem:alii Solem Cœli filium:alii Arabum Gabillonium. Plurimi ue-
ro tradunt Aeſculapium Epidauriũ.ſed eum herbarum duntaxat:uulnerum & plagarũ fuiſ
ſe curatorem adeo quidem mirificũ:atq; illa in arte probatũ.ut:reſtituo pœne a morte Hyp
polito:pro deo tota quidem Græcia coleretur.Tradunt præterea templum illi longe cele-
berrimum dedicatum:atq; in eius limine tyriacam litteris inciſam:qua uſum magnum fe-
runt Anthiocum.Inſulani quoq; Cohon eius fuiſſe nomini conſecratum . Romani quoq;
templum Aeſculapio in Tyberis inſula ſtatuerunt:ꝙ ab undis fluctibuſq; ſemper abluere-
tur:quoniam ægroti potiſſimum aqua ſuſtentarentur.Atq; in eius tẽpli tutela poſuere Dra
conem:animal ſupra q̃ dici poteſt uigilantiſſimum:Qua re ad reſtituendam ualitudinem:
nihil eſſe põt accõmodatius.Baculũ aſperum atq; nodoſum eius manibus impoſuerunt:ad
dubiam atq; ambiguam Medicinæ artis difficultatem oſtendendam.Laurea exinde coro
narunt.ꝙ eius arboris remedia plurima circũferantur.& eſt Apollini conſecrata Gallinãq;
etiam dedicarunt:ꝙ eius caro ad ſuſtentandas in ægrotis uires:habitudinẽq; reſtaurandã
ualere plurimum.Poſt uero fulminatum Aeſculapium:ueritãq; a Ioue medicinam:ad Ar-
xerſis uſq; tempora:qui bellum Peloponneſſibus intulit Medicus inuentus eſt nullus.Quã
ob rem Medicina quingentis fere annis.tot.n.intercurrerunt:non ſine magno mortalium
detrimento delituit.Tum demũ ferunt Ipocratatem Choum diu iam ſopitam excitaſſe.pri
mũq; de Medicina:non multa quidem.ſed ea tamen acuta:diuitiaq; ſcripſiſſe.Medicorum
omniũ nobilitate:ingenio:ſcientiaq; clariſſimũ.Q ui quũ uenientem ab Hylliriis:peſtem
ꝓdixiſſet:miſiſſetq; diſcipulos per omnes Græciæ Ciuitates remedia conſerenda.Græci tan
to accepto beneficio Herculis illi honores.ſũmo omniũ conſenſu decreuere . Clari medi
ci apud Græcos.Hypocras.Democritus.qui medicamentũ confeciſſe dicitur:quo rite auiũ
uoces intelligeremus.atq; aliud.quo boni.pulchri. fortunatiq; liberi gignerentur . Eracli-
des Tarentinus.Aſclepides Anthonii Oratoris familiaris:qui uini primus induxit abſtinẽ
tiam & confricationem ægrotis inſtituit.Criſippus etiam:q̃q̃ eſt inſigni garrulitate notatꝰ
Dyaſcorides.& olim acutiſſimus Galienus.& poſtremo Auicenna:qui multorum iudicio
præſtet cæteris.Ex Romanis Caſſius Fœlix.Arũrius.& imprimis Cornelius Celſus. & me
dendi & dicendi non ignarus Q uanti ſit habenda mortalibus Medicina ignorat nemo.
Nihil peſtilens & contagioſum.nullũ morborũ extat genus cui non ſint a Medicis excogi
tata remedia ſaluberrima.Aquas.herbas.ſuccos.lapides radices.flores.gẽmas quæcunq;
deniq; ſunt in natura rerũ:ad hoĩs ualitudinẽ contulerũt.Hinc ambulare claudos.loq bal
butientes.& ſtultos atq; inſanos reſipiſcere uidemus aliquando.Q uã ob rẽ non iniuria ſã
ctum diuinũq; genus Medicoꝝ a poetis eſt appellatũ.Dii.n.hoĩes natura neſcio an dicam
imbecilles produxere:productos medici arte cura.uigilantiaq; tuentur.Dii nobis dedere
uitã eã Medici uel ſæpe conſeruant.uel multo efficiunt longiorem Doleo equidem uehe
menter ampliſſimas huius artis laudes accumulate explicare non poſſe.

NVNC aũt de philoſophia dicendũ uidet̄:quo ĩ loco miſſos faciem⁹ Druidas. Magos. &
Cymnoſophiſtas. q̃ ſibi oẽs philoſophiæ initiũ uendicare uoluerũt. Philoſophiã uetuſtiſſi
mi illi rerũ oium humanarũ atq̃ diuinarũ modũ rationẽq̃ perſcrutati. triplicẽ eẽ ſtatuerũt.
Moralẽ. Naturalẽ. & diuinã. quã Theologiã appellant. De Morali mox. nunc de Naturali
atq̃ Diuina. quo breuior facta ſit oratio. ſimul ſtatui differendũ. quarũ altera hominũ. cæte
rarũq̃ rerũ a natura ꝓductarũ cauſas exituſq̃ cõſiderat. altera ĩ ſola deorũ ĩmortaliũ contem
platione uerſatur. Muſcus Eumolphi Athenienſis filius primus ſcripſiſſe dicit̄ de Diis. quẽ
Sybilla apud Virgiliũ optimũ appellans uatẽ. de Anchiſæ pro habitatiõe ꝑcontata Phere
cides uero Sirus primus de origine: ſtatu: & natura deorũ. Qui quum hauſtum ex puteo bi
biſſet aquam futurũ dixit poſt diem tertiũ terræmotũ. Nauim quoq̃ placido mari nauigã
tem paulo poſt eẽ mergendã. Epimenidẽ uero Gnoſium eum qui ſeptẽ ex quinquaginta
annis continuo ſopore dormiuit: primũ tradunt expiaſſe domos & delubra deorum ac tẽ
pla fabricaſſe: ſcripſiſſeq̃ de ſacrificiis & religiõe Crotenſiũ. Almeon Crotoniates primus
fertur rerum naturam litteris explicaſſe. Plato ante oẽs in Philoſophia nominaſſe elemen
tum. Anaxagoras Calſomenius mentem iniecisſe materiæ: quã Virgilius accuratiſſimus ue
rus Philoſophorũ imitator magnũ corpus appellauit cœlum. terram. aerem. mariaq̃ com
plectens. Scintillam ignis ex ſilice primus dicitur Cillcis filius excudiſſe Pirocles. Ventorũ
rõnem Eolus. Hellenis filius apud Vulganias inſulas deprehendit. a Poetis uentorũ deus ꝓ
pter hanc ut arbitror cauſam appellatus. Omnes quos antea memorauimus atq̃ alii ꝑmul
ti Philoſophiæ ſtudia ſectati ſunt: in Diuina tamen Plato. in Naturali Ariſtoteles cæterorũ
inuenta ſuperarunt. Philoſophiæ laudes hoc in loco attingere multo ſum difficillimum
arbitratus. Maiores enim ſunt q̃ ampliſſimis poſſint explicari uoluminibus: nedum breui
orationis parte perſtringi. Quid. n. poteſt in oĩ uita eſſe præclarius q̃ Deos a quibus ſum⁹
geniti. & rerum naturam in qua noſipſi ſumus contẽplari. quum ſolos eos Peripatetici bea
tos eſſe cenſeant. qui contemplatione dediti. rerum ſupernarũ. deorum hominumq̃ natu
ram. atq̃ originem perſcrutantur. Reliquum eſt ut iam aliam Philoſophiæ partẽ abſolua
mus. MORALEM quidem philoſophiam initium & nomen habuiſſe ferunt a Pythagora
qui quum a Cleonide Phiaſiorũ Tyranno quidnam eẽt interrogaretur. Reſpondit ſe eſſe
philoſophum: id eſt non ſapientem quidem. ſed ſapientiæ tamen amatorẽ. Hic deĩde apud
Crotoniates. Eraclienſes. & Metapontinos. uiginti continuos annos. primus de bene uiuẽ
di rõne diſſeruit Quãq̃ multi hoc putent Socrati attribuẽdum. quẽ primũ inuexiſſe Ethi
cen. cæteraq̃ philoſophandi genera contempſiſſe. Quæ nihil ad bene beateq̃ uiuẽdum ui
deantur accõmodata. Miſſas hoc in loco faciemus omnes Ethicæ ſectas. Achademicã. Ci
reneycam. Eliacam. Megaricam. Cinicam. Eretricam. Peripatheticam. Stoicam. miſſamq̃
faciemus Iconomicam: & temporis habita ratione: tum ne longius feramur dicendo Poli
ticam dũtaxat abſoluemus: quæ & priuata ſæpe & publica complectens gubernacula tota
in cuſtodienda. gubernanda. atq̃ amplificãda Ciuitate uerſatur Equidem memoria teneo
dicere Platonem his in libris quos de Rep. ſcripſit. eam Remp. & Ciuitatem. in optimo &
fœliciſſimo ſtatu uideri conſtitutam: quæ q̃a ſapientibus regeretur uiris: hos uero ſi placet
adiiciamus etiam a nobilibus: quæ opinio multorum eſt firmata cõſenſu. Quo in loco ue
hementer equidem optime atq̃ iuſtiſſime Gubernator. & tibi. & huic præſtantiſſimæ Ciui
tati congratulator. Tanta in te uirtus: tam incredibilis & prope diuina ſapientia: tam inau
dita ſolertia rerum agendarum: tanta denique fides atq̃ conſtantia. ut ſolus dignus fuiſſe ui
deare: qui ad hanc maximam glorioſiſſimamq̃. Ciuitatem regẽdam accederes in dubia at
q̃ ancipiti tempeſtate. Quippe quum extinctum ſuperiorem Pontificem: uixq̃ alio ſuffe
cto quum maxime undiq̃ motus in Italia expectarentur: armaq̃ prope eſſent: quotidieq̃
magis huic Vrbi appropinquarent: quæ etſi periculi nihil: multum tamen ſuſpitionis im
portabant. In omnium enim ore uerſabatur maximos atq̃ turbulentiſſimos in hac Ciuita
te futuros tumultus. Exemplo qui huic Vrbi antea præſidebat abire iuſſus. Tu unus delect⁹
es: & huic a Summo Pontifice pro tua incredibili ſapientia fide. conſtantia delegatus: qui
ſi quæ eſſent tempeſtates ſedares. & ciuitatem ab omni tumultu: ſeditioneq̃ defenderes: q
quantum illico præſtiteris. aliorum iudicio relinquo. Admirandam profecto non modo
in tanta iuuentute. ſed in quauis maturiſſima ætate ſapientiam: Quid dicam ſummã nobi
litatem: quum non ſolum Duces ac principes fratres: propinquoſq̃ habeas. ſed etiam Re
ges ipſos attingas. Sed hæc alias differentur latius. Nunc redeo ad Politicam. Principio ci
uitates non erant: per campos: per ſyluas: per montes paſſim homines ſine ueſte: ſine legib⁹
ſub aperto cœlo uagabantur: nondum erant domus excogitatæ. frondibus ac pellibus a
pluuia: niue: grandine tegebantur. Siquando uehementior uis tẽpeſtatis ingruiſſet: in ſpe

Iuncas atq; in antra confugientes:ibi ſimul cum feris.in luſtris:atq; in cauernis habitabant
neq; uini uſum nouerant:neq; frumenti.Pomis agreſtibus:que ſua ſponte tuliſſet tellus ue
ſcebantur.Primus itaq; ædificiũ ex luto cõfeciſſe Toxius Cœli filius perhibetur:nidos imi-
tatus hyrundinum:atq; inde ædificandi ſimilitudinem quandam aucupatus.Quapropter
luteæ domus extera ædificiorum genera uetuſtate antecedunt. Poſt hunc Eurialus & Iper
bius fratres latericias domos coctilibus muris erexerunt.Lapidicinas autem Cadmus Age
noris filius primus apud Thebanam comperit Ciuitatem.Corebus Athenienſis urceos in-
ſtituit & figulinam:cuius rotam primus excogitauit Anacarſis. Vrbem mœnibus ac turri-
bus cingere primus Thraſon inſtituit.Domos uero & Ciuitates clauibus obſerare Theo-
dorus Samius.Boues aratro iungere ac ſeminare Buſyris Neptuni & Libyæ filius.Vites in
uini uſum excolere Eumolphus Athenienſis frumentum molere & conficere. Ceres apud
Sycenos edocuit.Linum ad ueſtes texendas Araneam Coluphoniam.Lanam uero Palla-
dem in uſum hominum conuertiſſe ferunt.Multa eſſent in hunc modum differẽda uerum
alio noſtra tendit oratio.Politicæ partes dixerunt eſſe duas ex quibus Reſp. conſtaret & ci
uitates:Ius Ciuile & ſcientiam Militarem:quæ quum primum erunt abſoluta a nobis pau-
caq; ad huius Vrbis commendationem adiecerimus:finem faciemus dicendi. LEGES
primum explicabimus rem mehercule pro ipſius magnitudine atq; excellentia uberiore di
cendi fonte exhauriendam:Neq; me latet plurimos in Trimeſgiſtum atq; i Foroneum Re-
genuLegum Ciuilium inuentionem initiaq; referre.Sed tamẽ compertum eſt illarum ori
ginem diis potius fuiſſe immortalibus conſecratam:Cereremq; primam leges dediſſe ho-
minibus eamq;ob rem Legiferam a poetis ac doctiſſimis ſapientiſſimiſq; uiris appellatam
Digna ſane res quæ diuinitati aſcriberetur Quippe quæ dea fruges nobis:alimentaq; de
diſſet:Leges quoq; dare uoluit ſine quibus aut conſtare aut ſaltem honeſte conſtare nõ poſ
ſet:ut uitam corpuſq; non ſolum ſuſtentaremus cibo:ſed legum etiam defenſiõe tueremur
Athenienſibus autem Solon:qui & ipſe unus ex ſeptem ſapientibus habebatur:nouas dein
de leges inſtituit:Primam:ut qui parentes ſuos non alerẽt:patrimoniumue diſſiparent:ulli
perpetuo obſcuri:atq; ignobiles haberentur. Alteram qui ocium ſectarentur & inertiæ de-
diti eſſent:atq; deſidiæ:eos iure ab omnibus tanq̃ nocentiſſimos accuſari poſſe. De premiis
eorum qui in Olympia atq; in Iſchyma uiciſſent: tertiam promulgauit. Et qui in prelio
mortui pro patria cecidiſſent: eorum filios publice nutriendos i erudiendoſq; præcepit.
Item curatorem una cum matre pupillorum nequaq̃ habitare. Eum præterea curatorem eſ
ſe non poſſe i ad quem eſſet hæreditas pupillorum morte peruentura. Cæterum annula-
rium eius annuli quem uendidiſſet ſigillum apud ſe non retinere. Quæ abs te aliquo in lo
co poſita non eſſent:ea inde tollere non auſis.Poſtremo ſtatuit ebrium & temulentum pri
cipem non pecuniis mulctandum eſſe:ſed duriſſima atque ignominioſiſſima morte puni-
endum. Licurgus quoq; ſuis Lacedæmoniis Leges condidit:quarum prima populum ad
obſequium Principum.atque Optimatum.Principes atq; Optimates ad iuſticiam horta-
batur:Alteri temperantiam omnibus in rebus ſuadebat & parſimoniam:auri atq; argenti
penitus ſubmouebat:ut nihil a quoq̃ emeretur: ſed inter ſeſe commutarent omnia.Quod
etiam per belli Troiani tempora fieri ſolitum ſcribit Homerus.Item iuuenibus non ampli
us una ueſte toto anni tempore permittendum.pueros inopes atq; egenos non in Vrbe fo
uendos eſſe:ſed in agros ad uſum rei ruſticæ deducendos i ut ab ineunte ætate laboribus
aſſuefacti paratiores ad paupertatem atque inopiam tolerandam: per reliquum tempus
efficerentur. Virgines non dote maritandas:ut non ducerentur pecuniis:ſed uirtutis gra-
tia expectarentur.Poſtremo ſtatuit maximum quenq; honorem non diuitiis i aut poten-
tiæ:ſed ſoli ætati eſſe tribuendum atq; alia multa quæ nos conſulto duximus prætereunda
Initium uero Legum Romanorum atq; originem nobis multo q̃ mihi notiorem eſſe non
ambigo:pulſis uidelicet Tarquiniis ſuperiorum. Regum Leges abrogatas omnes i nouas
deinde promulgatas:latam legem manumiſſionis Vinditium Bruti ſeruum:q coniuratio
nem pateſeciſſet:primum apud Romanos fuiſſe manumiſſum & etiam Ciuitate donatum:
ab eoq; Prætoriam uindictam appellatam. Miſſos deinde Appium Claudium atq; alios
ad Leges ab Athenienſibus capiendas. Quo in loco Accurſium ueſtrum ualde equidem
demiror optimum uirum illum quidem: ſed in inquirendis rerum antiquarum hiſtoriis
perparum: ut mihi quidem uidetur exercitatum qui iuris Romani originem interpretatus:
rem affert ueritati atq; hiſtoriæ minime conſentaneam:ſtultum quendam:neſcio quid de
noſtra Religione blacterantem dignos feciſſe Romanos legibus:quum plane conſtet mul
tis ante Chriſtianam Religionem ſæculis Romanos leges ab Athenienſibus tranſtuliſſe
Eas deinde duabus ſuperadditis: Leges duodecim tabularum appellatas i pro roſtris ante
oculos

oculos omnium in foro atq; in Curia poſuere. Pontifices deinde Maximos Legum: & cuſtodes: & ſi opus eſſet interpretes ſtatuerunt. Hinc ſciētia Ciuilis. Hinc iura Romana & ſanctiſſimæ leges emanarunt. Hinc Sceuola. Manilius. Labeo. Papirianus. Pompeius. Sextus Lelius: atq; alii ſapientiſſimi uiri Iuris ac Legum inſtituta condiderunt. Nam ius quidem Pontificium a Numa Pompilio Romanorum Rege ſanctiſſimo atq; optimo uiro proceſſit: niſi altius repetentes Tagetem illum in Hetruria extera natum auctorem Pontificii cenſeamus: quod ad noſtrum attinet: nemo eſt ueſtrum qui ei⁹ originem ignoret atq; proceſſum. Sed ego ſatis demirari non poſſum: qui humana: diuinaq; confundentes Leges: dicant in ſapientum inuentione nequaq̃ eſſe reponendas: ſed ab Imperatoribus & Pontificibus: non ratione conſtitutas aliqua: ſed ſolo Imperio uoluntateq; cōfectas: facile ad nutum Regum ac Principū permutari poſſe. O capita ridicula & ceruices illepidas: Nam ut Pythagoram prætereamus: a quo Metapontini leges accæpere: ut Eudoxum. Protagoram: Ariſtotelem que prætereamus: quorum primus Guindes dedit leges alius Turiis condidit: tertius ſuis Stragiritibus promulgauit. Vt deniq; exteros prætereamus: quis hoc præterire poſſit magnos illos & diuinos homines quos uehementer admirata Græcia ſeptem ſapientes appellant omnes Plutarcho teſte legum fuiſſe conditores. Qui obſecro Leges condidere: nonne Philoſophi? At quales Philoſophi? ii qui ſoli appellabantur ſapientes: qui deorum immortalium oraculis ſapientiſſimi iudicabantur atq; optimi: qui per populos & Ciuitates tā q̃ dii alteri colebantur. Quis præterea Leges unq̃ ac iura permutauit? An ſi medicamētum ueneno inficiatur: mutatam non peruerſam dicemus micinam. Eninuero peruerti poſſunt Leges: p̄mutari nō poſſūt. Totæ ſūt in æq̄tate & moderatiōe: totæ in prudētia: totæ deniq; ī philoſophia & in profundiſſima ſapientia conſtitutæ: totæ ad genus humanū regendū: gubernandum: defendendum excogitatæ: totæ ad uitam bene beateq; agendum adinuentæ. Poſſunt Imperatores Leges peruertere: ſed ſuum una cum legibus Imperium peruertetur. Quam ob rem? quia nullum Imperium: nulla Reſp. ſine legibus poteſt eſſe diuturna. Arma enim imperia parant: Leges parta conſeruant. Sicut ſine armis Regna acquiri non poſſunt: ita: nequeunt eadem ſine legibus cuſtodiri. Quæ porro uita iocunda? Quæ honeſta: ac ſecuræ rationes ſine legibus? Vtiliſſimum eſt ad merces tranſportandas nauigare maria: Id leges præſtant: quæ pyrrhatas duriſſimis undiq; ſuppliciis perſequuntur. Optimum eſt & neceſſarium profectiones: commeatus: itineraq; conficere: Id leges efficiūt: quæ latrones arcent & graſſatores & inſidiarum pericula longe lateq; repellunt. Iucundiſſimum eſt libere in Ciuitate uerſari. Leges ſummam obtinent libertatem: neq; enim ſublata libertate leges neq; rurſus ſublatis legibus poteſt eſſe libertas. Nullis uim: nullis iniuriam: nullis impetum fieri patiuntur. Vnumquemq; in ſuo gradu: ſuaq; dignitate tuentur. Sunt enim leges muri & fundamenta Ciuitatum: in quibus bonos q̃ tutiſſime detinent: malos arcent: & iis appropinquare non ſinunt. In his ſalus bonorum: in his conſilia Ciuitatis: in his pacis præſidia continentur. Nihil boni uiti atq; honeſti eſſe poſſet: ſi iura contemnerentur & leges: Quod ſtamus: q̄ incedimus: q̄ dormimus: q̄ dēiq; ſecure uitam agimus: id totum eſt iuris ac legum defenſioni tribuendum. quæ niſi flagrantiſſimas hominum libidines atq; auariciam cohiberent: non mulieres pudicas: non agros: non domos: non uitam tutam haberemus. Virgines e parentum amplexibus eriperentur: p̄ uias: per uicos: per plateas homines percuterentur: expoliarentur: crudeliſſime interficerentur. Furum: latronū: ſiccariorum parricidarum plena eſſent omnia: bonis uiris aut nullus eſſet locus in Ciuitate: aut turpiſſimis ſemper afficerentur iniuriis. Leges ſunt quæ uos a tantis periculis: tantaq; atrocitate: ignominiaq; tuentur: & quæ in ſummo nos ocio. atq; in ſumma tranquillitate cuſtodiunt. fortunas nobis unicuiq; ſuas conſeruant. honorem conſeruant. dignitatē cōſeruāt. uitam corpuſq; & aīam cōſeruāt. Quid p̄terea aliud cēſemus eſſe Philoſophū. niſi uirtutē ac uitia diligēti rōne diſcutere? Id præcipue legum eſto p̄us. quæ uirtutē nō quærūt ſolū. ſed exornāt p̄mius. Nō ſolum caſtigāt uitia. ſed ulciſcunt̄ ſuppliciis. At ſi qua eſt alia Philoſophia. quod equidē eſſe nō arbitror. illa hortat̄ ad uirtutem. leges īpellunt. Illa uitia monet eſſe fugienda. leges deteſtantur & fugiunt. O igitur uitæ cuſtodes leges. uel ueriſſimā Philoſophiā. uel omni philoſophico iure optimo anteponendas. Quantam præterea utilitatem aſferat ſcientia Ciuilis. quantum honorem: gloriam: auctoritatē: diuitias accumulat ingentiſſimas. Vndiq; ad Iuriſconſultos confluunt pecuniæ: domos ædificant marmoreas: ortos ac porticus dealbant. ianuas: feneſtras: trabes: laquearia: totaq; tecta deaurantur ignem aquaſic omnem leges extinguunt paupertatem: neminem inopem atq; egenum eſſe patiuntur. Quid dicam honores ampliſſimos? Solæ ſunt quæ dignitates maximas conſequuntur: Solæ quibus Ciuitatum committunt̄ gubernacula: Solæ quæ apud Reges: Ponti

fices.Imperatores in altiſſimo rerum dignitatumq; faſtigio collocantur. His officia parant-
tur & Magiſtratus.His contentiones & lites.cauſæq; delegantur.His & rerum iura permit-
tuntur & hominum.Solis enim qui Ciuilem ſcientiam ſunt adepti poteſtas eſt in hominũ
capita animaduertendi.Soli tanq̃ dii errores:flagitiaq; corripientes:rebus conſulunt huma
nis:ad uitam dirigunt:hortantur ad uirtutes:ad iuſticiam impellunt & cogunt. Eſt enim.
ut apud Ciceronem ait Craſſus:domus iureconſulti totius oraculum Ciuitatis ab illo tanq̃
ab Apolline reſponſa:uitæq; conſilia poſtulantur.Illi aurea muneta tanq̃ Delphico Apolli
ni offeruntur.Illius Ianuam frequens ſemper turba frequentat. Et qui dubii atque incerti
ad eum accedunt:accæpta tanq̃ a deo reſponſa firmi atque certiſſimi reuertuntur.Quas ob
res iureconſulti & Sacerdotes.& Pontifices appellati:& humanarum diuinarumq; rerum
interpræres:duces uitæ:diuitiarum dignitatumq; poſſeſſores: Deorum immortalium uicẽ
in terris agere iudicantur.Quibus finitima eſt res Militaris:de qua nunc dicemus. MILI
TARIS ſcientiæ ſcriptores plurimi referuntur:Primum tamen de equitatu tradunt ſcripſiſ
ſe Ceronem:Pyrrhum deinde Epirotam: idemq; paulo ante illum feciſſe Zenofontem.
Zenocratem etiam Calcedonium triginta de re Militari uolumina confeciſſe. Ex Roma-
nis Iulium Cæſarem Auguſtum:Plinium:Iulium Fontinum & Vegetium:omnes fere rem
bellicam paulo diligentius atque accuratius proſecuti:in Naualem: Terreſtemq; diuiſere.
Longa naui primum tradunt Iaſonem.Theſſalum nauigaſſe i Colchon Laumedontis tem
pore profectum.Inde Argonautas appellatos.Eius uero nauis rudentes & temonem feciſſe
Tiphim:triremem Enthrei:Quadriremem ædificarunt Corynthi.Nauim onerariam: pau-
loq; ſubductiorem Ippius Tyrius excogitauit. Cymbam uero: ſyderumq; obſeruationem
in nauigando Phœnices:quanquam ſyderum inuentionem plurimi in Thaletem mileſi-
um rettulerunt.Anchoram quidem bidentem Anacarſis Scytha inter Græcorum ſapien-
tes annumeratus.Vela Icarus.Antennam uero Dedalus Ipegnus.Primos omnium Minos
Rex Cretenſium contra Niſum & Megarenſes nauali dicitur prœlio decertaſſe:Ex Roma-
nis dicitur ante omnes.C. Duellium naualem de Carthaginenſibus uictoriam reportaſſe.
Quam ob rem maximi ſibi honores a Senatu decreti Nunc ad meliorem militiam trãſea
mus.Fama tenet Belorophontem primum comperiſſe ut equis homines ueherentur. Pri-
mi autem qui equeſtri bello decertarent fuere Theſſali:quos imperitum uulgus altera par-
te homines:altera equos exiſtimans.Centauros appellauit:ſiue propter numerum:ſiue pro
pter uirtutem celeritatemq; currendi. Armaturam primi Curetes. neſcio an contra Cali-
donios fabricauere.Quanq̃ ferunt Lacedæmonios bellicoſiſſimos: & ipſos homines gale
am:haſtam:gladium inueniſſe. Scutum quidem a Calcho. Athamantis filio. Iaculum ue
ro ab Etholo:qui Etholiæ nomen dedit: compertum eſt.Securim Piſeus. Fundam & bali
ſtam Aeneas Troianus:Arcum & ſagittas Scyta Iouis fili⁹ inuẽit.Fræna uero ſtrataq; equo
rum a Pelechtronio fuere reperta.Inſtruere exercitum:ordinare acies:ſigna ac teſſeras mi-
litibus dare: uigilias in caſtris facere Palamedes per belli Troiani tempora dicitur compe
riſſe quanquam Annibal ille qui eſt apud. T. Liuium a Pyrrho hæc omnia malmalebat
inuenta. Speculari uero & explorare:ac inſidias ſtruere Synon:qui Troiam Græcis aperuit
Belli autem indutias Licaon Archadicus cum Moloſſis primus & iſtituit:& uiolauit. Quẽ
iccirco poetæ tradunt in lupum fuiſſe mutatum:qui commiſſas ſibi oues ut eſt i prouerbio
deuorare conſueuit. Fœdera uero Theſeus Athenienſis cum Centauris percuſſiſſe primus
dicitur:Claros atq; illuſtres in re militari poſſem memorare q̃ plurimos Alexandrum Ma
cedonem.Pyrrhum Epirotum.Annibalem Carthaginenſem.Epaminundam Thebanum
Ageſilaum Lacedemonum.Agathoclem Siculum.M Furium Camilium:duos Scipiões.
Iulium Cæſarem.Magnum Pompeium:& qui cum eo bellum geſſit.Sertorium: alioſque
permultos quos & ænumerare longiſſimum eſſet:& huic tempori minime conſentaneum.
Quantum ſplendoris atq; gloriæ afferat ars & ſcientia militaris latet neminem. Hinc mi
lites:hinc duces:hinc principes exoriũtur: hinc magna regna:maximaque imperia compa
rantur Romanam Rempu.complectemur.Eam ars militaris dominam orbis fecit eſſe ret
rarum Alexandrum magnum conſyderemus:hic uirtute bellica. Græciam. Aſiam Indi-
am:terras:mariaq; ſubægit.Equidem ſi cunctos memorare uellem:qui ſcientia freti milita-
ri ad ampliſſimam dignitatem gloriamq; peruaſere:nunq̃ oratiõis meæ finem atq; exitum
inuenirem.Et quicquid ubiq; eſt Regni:gloriæ: dignitatis: imperii: id totum eſt militari
uirtute comparatum.Duæ ſunt enim artes Imperatoriæ.altera in armis & uirtute bellica ſi
ta eſt altera in legibus & Ciuili ſcientia conſtituta:quibus ſi careant Imperatores:maieſta-
tem ſuam atq; imperium tueri & conſeruare non poſſunt. Armis belli pericula repelluntur
Legibus pacis ornamenta retinentur.Ad Imperatorem pertinet fines ſui Regni propagare:
id conficit

Id conficit ſollertia militaris. Ad eundem ſpectat Regnum ſummá cum æquitate atq; iuſt
cia gubernare:id præſtat ſcientia Ciuilis uirtus militum. Bellum a Ciuitate propulſit: mo
deratio legum pacem in Ciuitate conſeruat Duabus his artibus Reges exornantur & Ciui
tates:quæ ſi ullo unq̃ in loco floruerunt:ſi ullas unq̃ Vrbes & Reſp. decorarunt:ea profecto
eſt huius præſtantiſſimæ Ciuitatis ueſtræ gloria uiri Peruſini. Ea magnitudo rerum a uo
bis pace belloq; geſtarum:ut nulla hoc tempore toto terrarum orbe poſſit cum iſta compa
rari:nulla cum Peruſia neq; legibus:naq; bellica uirtute conferri. Attendite quæſo laudes
ueſtras uiri Peruſini: non adulatione aliqua: ſed ſingulari maiorum ueſtrorum & ue
ſtra uirtute conflatas. Vos Bartholos:quorum opera tanq̃ ſol quidem ſplendidiſſimus ſci
entiam Ciuilem illuminat effeciſtis. Vos Boldos. Angelos:atq; alios complures:quorum
nunc undiq; ſcripta leguntur:genuiſtis. qui nunc quoq; mortui non parum huic Vrbi affe
runt ornamenti. Vos tanq̃ legum ſacraria immo fontes uberrimi per uniuerſum orbem ter
rarum iura Ciuilia:aureas leges:Imperatorias artes effunditis. Conſyderentur reliqua Ita
liæ Gymnaſia & cum Peruſinis ſtudiis conferantur:quid in illis niſi Bartholi:Baldi: atque
aliorum Ciuium ueſtrorum leguntur inuenta. Vos propria & maiorum ueſtrorum docu
menta tenetis: illi ſectantur aliena. Quid dicam de re militari: de magnitudine animi:
de fide:de conſtantia. Maiora ſunt hæc quæ breui poſſint explicari oratione:dicam tamen:
immo percurram libere quod ſentio. Poſt diſceſſum Cæſarum ab Italia:ſcientia belli gerē
di omnis in Italia defecerat:Non ordo in exercitu:non modus in acie tenebatur: induſtria
militari ſublata temere atque inconſulte milites in prœlia ferebantur. Et ex abrupto ſolo/
que impetu confligentes:non minus accipiebant periculi q̃ inferebant: Ciuitates neq; op
pugnare ſatis nouerant neq; defendere. Quibus de rebus factum eſt:ut nulli poſt Cæſarem
in Italia famam fuerint ſcientia: belli gerundi: ad ueſtra uſq; tempora conſecuti. Primus
quantum ego accæpi Brachius Peruſinus omnium qui unq̃ bella geſſerunt præſtantiſſi
mus: ſcientiam inſtaurauit militarem: exercitum atque aciem reformauit: & quibus mo
dis:quibuſq; artibus & oppugnarentur Ciuitates: & defenderentur induxit:bellumq; ipſo
pro Alfonſo Rege geſſit atrociſſimum:magnumq; inde ſibi atq; huic Vrbi nomen: decus:
gloriam comparauit. Quot inde Dii imortales fortiſſimi milites. Quot bellicoſiſſimi Du
ces exorti:quos niſi ſcirem uobis multo q̃ mihi eſſe notiores oēs:non equidem ſilentio præ
terirem. Illud tamē præterire nullo modo poſſum. Quod eſt a nobis frequenter uſurpatū:
plus ex hac Ciuitate militum:q̃ ex his hoīum:Plus ex hac Ducum:q̃ ex aliis militū exorri:
undiq; ueſtra arma:ueſtri milites:Duceſq; ueſtri incredibili cum laude uagant. Vndiq; ge
ſtarum gerendarūq; rerū magnitudine celebrantur:Nihil magnificum atq; præclarum agi
tur in Italia. Nihil deniq; magnū & glorioſum:quod nō Peruſinorum Ducum ductu:auſpi
cioq; geratur. Qui ſunt qui Regnum Neapolitanum tutati ſunt? Peruſini. Qui ſunt qui ſu
periorem illum Mediolanenſium Ducem ab oi ui atq; impetu defendentes eius exercitum
copias:inſigniaq; ducebantur? Peruſini. Qui ſunt qui hoc tempore aſperrima pro Vene
tis bella geſſere? Peruſini. Atque immo adeo ſoli Peruſini. Et qui ſunt quorum nunc arma
in Hetruria formidantur? Qui ſunt qui his diebus totius Italiæ potētiæ ſumma cum glo
ria reſtiterunt? Qui ſunt qui omnium gentium fortiſſimi:ſtrenuiſſimi:bellicoſiſſimi repu
tantur? O natos ad gloriam uiros. O Vrbem domini:militiæq; præclaram. O Ciuitatem
cum multum pace:tum maxime bello glorioſam. & omni laude:monumentiſq; celebran
dam. Quod ſi hæc me tempora paulo liberius loqui paterentur:ueſtros uobis qui nunc ui
uunt & Cæſares oſtenderem. & Scipiones. Sed tempori obſequendum eſt. Quæ præterea
fides. Quæ ſingulis:inauditaq; conſtantia. Quem obſecro comperietis uel ex tot præſtan
tiſſimis:fortiſſimiſq; Ducibus uiolatorem fidei:uel ex tot etiam innumerabilibus militibꝰ
fuiſſe proditorem? Inſita eſt uobis hæc Virtus uiri Peruſini. & iam uetuſtate ipſa confirma
tatur ad fidē:ad fortitudinē:ad gloriam oēs nati eſſe uideamini. Repetātur huius initia Ci
uitatis. Repetantur & proceſſus:nihil unquam fidelius per omnia inuenietur:nihil integri
us:nihil hac ueſtra Ciuitate conſtantius:nihil poſtq̃ Achei:qui ex Græcia uenere. Peruſiam
condiderunt:nihil unquam neq; factum:neque dictum dici poteſt:niſi ſumma & fidei: &
conſtantiæ admiratione digniſſimum. Maiores enim ueſtri nunquā auaritia atq; dolo. ſed
gloria ſemper atq; uirtute contenderunt: fidem rebus omnibus antepoſuerunt. ut clariſſi
mis ſint litterarum celebrari monumentis. Quo etiam enim tempore Italia:Duce Anniba
le:Punicis armis infeſtabatur. Romanis primum apud Ticinum:mox apud hunc ueſtrum
lacum Thraſimenum:& poſtremo apud Cannas maximis atque acerbiſſimis cladibus affe
ctis: cum quadringenti & ſeptuaginta Peruſini: qui Cannenſem calamitatem euaſerant:
Caſilinum Campaniæ oppidum ſponte ſeſe contuliſſent defendēdi oppidi gratia:& in Ro

manorum fide continendi:pauloq; poſt diu atq; acriter obſeſſi:re frumentaria carerent : &
fame grauiſſima premerentur:tantum tradunt Peruſinorum fuiſſe conſtantiam.ut diebus
aliquot ſolis nucibus:quæ per flumen Vulturnum euoluebantur:ſuſtentati:lacertas deide
ac mures ducentis denariis emptas:pelles a ſcutis ereptas:frænorumq; lora comederint: ra-
paſq; per mœnia diſſeminarent ad futuram prius herbam in tantis difficultatibus expectā-
dam:q̄ in hoſtium deditionem:poteſtatemq; uenientis a Romanorum fide deficerent.O fi
dem incredibilem.O inauditam:inuſitatamq; conſtantiam. Eodem bello quum reliquæ
Italiæ Ciuitates partim ſecutæ fortunam : partim ingēti metu perterritæ:fere omnes a Ro
manis ad Annibalem rupto fœdere defeciſſent.Peruſini ſemper in fide:atque in officio per
manſere:materiamq; ad nauis ædificandas præbuere:quibus Scipio:qui poſtea Aphrican⁹
eſt dictus:in Hiſpaniam:Aphricamq; traiecit:pauloq; poſt ſubægit Carthaginem . ut uere
mihi uidear eſſe dicturus Peruſinorum fidem Carthaginis:totiuſq; Aphricæ uictoriam pe-
periſſe Romanis.Quid dicam in bello Ciuili:quum.M.Antonium eos contra Octauium:
qui poſtea Auguſtus eſt appellatus:bella molientem:maiores ueſtri in hanc munitiſſimam
præſtantiſſimamq; Vrbem recepiſſent:obſeſſi ab Auguſto:nullis cōmoti præcibus:nulla de
niq; iniecta formidine perterriti:Antonium unquam tradere uoluere. Quam ob rem Vr-
bem longo poſt tempore fame:ferroq; expugnatam:magnaq; parte ſui dirutam:Auguſtus
adepto Imperio propter admirabilem Peruſinorum conſtantium : mœnibus præcingi : ac
muros fieri munitiſſimos præcepit.Portis uero ex quadratis lapidibus erectis:nomē ſuum
fecit incidi:& quæ pauloante Peruſia dicebatur:Auguſtam deinde iuſſit Peruſiam appella
ri.Ouere Auguſtam Peruſiam:& tanto ſummi Imperatoris nomine:munereq; digniſſimā
Quis eſt qui inficiari poſſit hanc Ciuitatem Imperatoris legum:armorumq; ſtudiis exor-
natam:omnibus eſſe Italiæ Ciuitatibus:quantum ad gloriam attinet anteponēdam:Quid
dicam quæ noſtris etiam temporibus acta ſunt . Exorto in omni Italia bello quum Alfon-
ſus Regum omnium:qui unq̄ fuerint:terra mariq; potentiſſimus:forte bellum Florentinis
intuliſſet:Ciuitatemq; hanc ueſtram:cum ſuis:tum etiam Venetorum legationibus ſollici-
taret:ut a Florētinorū ſocietate deſciſcētes iter & cōmeatus Regiis copiis præberetis nullis
ampliſſimis propoſitis muneribus:nulloq; metu commoti eſtis: Percuſſa cum Florentinis
fœdera: in præcipua eorum aduerſitate ſeruaſtis : hoſtes ſuos quoad fieri potuit : non ſine
magno ueſtro periculo & detrimento repuliſtis:odium atq; exaſperationem potentiſſimi
& Regis & populi præ fide atq; officio contempſiſtis : ut conſtet Regem ipſum tantam fi-
dem admiratum ad cœlum uos laudibus extuliſſe.In Caſalino Annibalem:in Ciuili bello
Auguſtum:noſtra uero tēpeſtate Alfonſum uos atq; fidem ueſtrā admirari coegiſtis.Adeo
præclara eſt uirtus ueſtra : adeoque diuina : ut uel hoſtibus ipſis admirationi fueritis non
mediocri:neq; ſolum ab amicis ac ſociis:ſed ab hoſtibus atq; alienis laudes fueritis ampliſ-
ſimas conſecuti.Magna ſunt iſta uiri Peruſini. atq; adeo magna ut maiora quidem eſſe nō
poſſunt:uerum non multo futura uobis ornamento:niſi quod erat reliquum orationis no-
ſtræ eloquentiæ illuſtrata ſplendore . litteris memoriæq; mandentur . Tantæ enim ſunt
laudes & geſta Ciuitatum.Principum.Imperatorum:quantum ſummorum ingeniis extol
luntur oratorum . SED ego pace ueſtra loquor : ſatis nequeo demirari uos homines glo-
rioſiſſimos:& laudis & dignos & cupidos:ea negligere ſtudia:ne dicam contemnere : quæ
ſola & laudes & gloriam afferant immortalem:hominumq; memoriam faciant apud po-
ſteros ſempiternam. Nullam enim gentem eſſe puto tam immanem atq; barbaram : tanq;
ab omni prorſus humanitatis ſtudio deſtitutam:quæ nō laudis deſyderio tangatur & glo-
riæ.Multi celſas turres erexerunt : domoſq; altiſſimas condiderunt . Multi ſtatuas ſibi atq;
imagines in templis atq; in ſepulchris collocantes nomen ſuum litteris inciderunt . Quæ
omnia etſi umbram quandam gloriæ præ ſe ferre uideantur : non tamen multum poſſunt
eſſe diuturna.At Eloquentiæ uis æterna eſt : non nomen ſolum.ſed laudes : genus:mores
facta:dictaq; oſtentat . Concidunt turres : domus atq; atria ſæpe diripiuntur : ſepulchra ue-
tuſtate conficiuntur:quos Eloquentia ſemel extulerit neq; ferro dirui poſſunt:neq; tempo-
re labefactari.& quo plus accipiunt uetuſtatis:eo maiora laudum præconia conſequuntur.
Quid eſſent Romani niſi fuiſſet Eloquentia? Quid Camilli? Quid Cæſares? Quid Scipio-
nes? Quid Alexandri . Quid deniq; tot maximi glorioſiſſimique uiri : qui nunc mortui
Eloquentiæ uiribus uiuunt : mortui ſua nobis loquuntur & laudes : in ſepulchris conditi
per populos:per ciuitates:perq; omnium ora uerſantur.At uos uiri Peruſini memoriam ue
ſtram & maiorum ueſtrorum in obliuionem ire permittitis:neq; ueſtræ:neq; illorum con-
ſulitis poſteritati.Quid & nunc Aui Attauiq; ueſtri hoc in templo:in his urnis & ſuis ſepul
chris

chris executes iſtis in uos uocibus uterentur:atq; ita dicerent. Quid facitis o ſuauiſſimi ne-
potes:nos tempora noſtra magnitudine rerum geſtarũ illuminauimus atq; illuſtrauimus:
uos obſcurari patimini atq; obtenebrari memoria noſtram. Nos magnam nobis maximã-
q; huic Vrbi gloriam comparauimus:uos deperire atq; extingui laudes noſtras Eloquen-
tiæ in curia ſuſtinetis. Nos nomen noſtrum ad cœlum tollere conati ſumus:quouſq; uos
illud in adito atq; in oculto preſſum atq; ignotum iacere patiemini. Sepulcha quæ nobis
mortuis condidiſtis ex maxima ſui parte conciderunt:quibus titulis nomen noſtrum lapi-
dibus exculpſiſtis:eos tempus abſumpſit:uetuſtas oblitterauit:nos una cum noſtris titulis
interimus. Vos Camillos:Scipiones:Cæſares:qui multis nos ſæculis anteceſſerunt:quiq;
ad uos nihil attinebant legitis:extollitis:celebratis: At nos qui heri uiuebamus:ueſtriq; ſu-
mus progenitores:& præclara etiam geſſimus in uita noſtra:uobis ſumus incogniti. O nos
miſeros:illi uiuunt:nos iacemus extincti: O nos calamitoſos:illi ſemper uobiſcum in luce
uerſabuntur:nos in obſcuriſſimas caligines atq; in ſempiterna ſilentia demergemur:nec ul
la unquam amplius erit de nobis futura memoria. Si ita uos fuiſſent e ſuis ſepulchris allo-
cuti:lachrymas profecto uobis excuſſiſſent. Q uid enim poteſt eſſe miſerabilius & calami-
toſius quam ſi qui heri:pridieue in ampliſſimis uiuebant cõſtituti dignitatibus. Extemplo
ita penitus moriamur:ut nulla nunquam amplius de eis futura mentio uideatur. Trahite p
Deos ab his tenebris maiores ueſtros. Colite ea ſtudia quæ nos atq; illos efficiant immor-
tales. Credite mihi Ciuitatem hanc & Ciues ueſtros magnitudine rerum omnibus eſſe Ita-
liæ & Ciuitatibus & gentibus anteponendam. Sed niſi Eloquentiæ uires accedant uix unã
ætatem tantam gloriam eſſe duraturam:nullamq; futuram de uobis apud poſteros mẽtio-
nem. Non eſt igitur uiri Peruſini:non eſt cur hæc præclara & prope diuina Eloquentiæ ſtu
dia contemnatis. Quod ſi tantum ſunt laudes hominum quantum dicendi arte cõmenda-
tur:ſi tantum ſplendor & gloria Militaris quantum facultate decoratur Oratoria:ſi tantum
populi:Principes:Ciuitates:natiões:quantũ eloquentiæ ſtudio celebrantur:quid eſt quod
dubitetis omnibus rebus anteponere eloquentiam? Hæc ſtudia humanitatis appellantur.
Q uam ob rem? quia ſine his dici atq; eſſe non poſſumus homines. Hæc nobiles dicuntur
artes & liberales. Quam ob rem? quoniam hæc qui aſpernantur neſcio an ignobiles dicen
di ſunt & prope illiberales. Hæc quoq; artes uocantur peregrinæ. Quam ob rem? quoniam
nomen & laudes noſtras peregre diſſeminantes longe lateq; diffundunt:neq; in anguſtiis
premi atq; angi patiuntur. Hæc eloquentiæ ſtudia nuncupantur. Quam ob rem? quia qui
ſunt his ſtudiis celebrati:de his nunquam poſteri continebunt:ſed eorum geſta:mores:fa-
cta:dictaq; loquentur:nunquam ſilebuntur illorum laudes: Sed in omnium crebra locutio
ne uerſabuntur: Q uod ſi uos uiri Peruſini filios ueſtros liberos:nobiles atq; homines ge-
nuiſtis: Cur eos artibus nobilibus? cur ſtudiis fraudatis humanitatis: Si ampliſſimã gloriã
ueſtram:maiorumq; ueſtrorum peregre diſcendi cupitis: Cur artes contemnimus peregri-
nas? Animis polletis:gloria rerum geſtarum & ſplendore militari polletis. Cur igitur iſta-
rum rerum conſeruatrice eloquentia non polletis? Complectamini per deos immortales;
Complectamini ea ſtudia quæ uobis laudem uitamq; diuturnam:& ciuitati & ueſtræ glo
riam afferent immortalem: Atq; hæc ueſtra militaria: Ciuiliaq; ſtudia multo facient clario
ra: Equidem non ambigo uos pro ueſtra ingenii atq; animi magnitudine nõ minus in elo
quentia:quam in bellicis Ciuilibuſq; ſtudiis. Q uæ ſine eloquentia manca ſunt:& diminu
ta omnia longe præſtantiſſimos euaſuros. Sed iam ad uos conuertar iuuenes eruditiſſimi
qui tot pulcherrimas artes:diuinaq; hæc legum:aliarumq; rerum ſtudia ſectamini: Beatos
equidem uos futuros eſſe cenſeo:& ampliſſimum quẽq; uirũ æquaturos: Si ſcientiæ qua-
lem decet operam impeditis:omnibus enim rebus eſt anteponẽda ſcientia: Totis nobis ui
ribus incumbendũ eſt:ut eam cõſequamur quæ nos & diuinos efficiat:aut quod æque ma
gnũ eſt diuinitati ꝓpinquos: Cũq; omnes ex corpore conſtemus:& animo reiicienda ſunt
quæ ſũt corporis:& tanq̃ cõmunia nobis cũ beſtiis cõtemnenda: Forma:robur:diuitiæ flu
xa ſunt & ſubiecta fortunæ:maximaq; interdũ pericula ſolent importare poſſidentibus: Vir
tus animi quæ eſt ſcientia æterna eſt:cõmunis nobis cũ diis immortalibus:& nec eripi nec
ſubripi poteſt. Semper auxilio nobis eſt atq; præſidio:uitam noſtrã per flãmas:per ſaxa:per
undas:per omnia demq; rerũ diſcrimina atq; pericula comitatur:prope eſt ſemper maximũ
afferens uel in rebus aduerſis refugiũ uel in proſperis ornamentum. proinde colligite uos
iam ſatis temporis ocio datum eſt:hic dies ut ait ille: Aliam uitam affert:alios mores poſtu
lat: Surgite:agite:& ſtudiis pulcherrimis rerum maximaꝝ totis uiribus incumbite: Qui da
tis operam grãmaticæ parate uobis aditum ad alias artes honeſtiſſimas:ueri falſiq; cogni-

tionem inueſtigare:quo nihil eſſe poteſt libero homini dignius.Studia colite humanitatis:omnis uitæ decus & delectamentum.Q ui philoſopiam:qui mathematicas:qui medicinam complexi eſtis.Erigite animum cœli ſtellarum:hominum deorumq; naturam contemplamini.Q uid hoc poteſt in omni uita eſſe iocúdius.Qui ſtudetis legibus parate uos ad maximos honores:ad ampliſſimas dignitates:gloriam atq; honoré rebus omnibus anteponite:ueſtra ſunt officia:ueſtri magiſtratus:ueſtra ciuitatum:gentiumq; gubernacula. Si modo ita uos inſtituetis:ut digni futuri ſitis quibus honores conferantur & dignitates & magiſtratus gubernaculaq; cômittantur.Parate inquam uobis æternam poſſeſſioné:nó ferro nó flámis:nó rapinis:non deniq; tempeſtatibus ullis obnoxiam:ſed liberam tutá atq; perpetuam.Ponite uobis ante oculos parentes:ſororeſq; ueſtras:ad uos ſemper incredibili cum deſyderio ſuſpirant:ueſtri uos amici atq; affines loquuntur ſemper.Studiaq; ueſtra in cœlum tollút.Veſtræ uobis ciuitates honores parant incredibiles.Dolent mundi & laudibus ueſtris erumpuntur.Proinde date operam ut ita redeatis:quemadmodum paréntibus uoluptati:amicis atq; affinibus honori & utilitati Ciuitatibus ueſtris maximo futuri ſitis ornamento:Eorum omnium expectationi quam de uobis ſuſceperunt ſatiſfacite.Quod ſi facietis inuidos:atq; detractores ueſtros doloris atq; inuidiæ gladio iugulabitis.Reportate uobis ex hoc celeberrimo ſtudio:glorioſiſſimaq; ciuitate præcioſiſſimú ſcientiæ theſaurum:quem non præcio mercari:nec pecuniis emere poteritis:ſed ſolo ſtudio:labore:uigilantia comparare.Atq; ita uobis perſuadete.Si indocti atq; imperiti reuertimini:omnibus deriſui:ludibrio:contemptuiq; futuros.Sin eruditi atq; ſublimes euaſeritis:fore per omnia uitæ tempota glorioſiſſimos.Semper in diuinis:in honoribus:atq; in ampliſſimis dignitatum gradibus collocandos:Deos obſecro immortales uos omnes:ac ueſtra ſtudia beneprosſpereq; fortunent.

IOANNIS ANTONII CAMPANI ORATIO CINERICIA

c

VM Inter tot ritus:cærimoniaſq; chriſtianas.P.ſancte dies hic maxime pertinens ſit ad rationem uitæ inſpiciendæ:cognoſcendamq; imbecillitaté mortalium exiſtimaui ego:quod cæteri grauiſſimis in rebus ſolent facere:& altiſſimis quæſtionibus de deo:de myſteriis arcanis:de cultu obſeruantiaq; ſacrorum:ad mihi de ortu & curſu hominis in hoc infimo curriculo & trito atq; aperto dicendi campo eſſe faciendum.Non quod ſperem minora hæc:ſatis a me præſtari poſſe:ſed quoniam maiora illa aggredi nó auſus ſum:quippe rerum diuinarum exitus uidemus in terris:Cauſæ ſupra lunam & ſolem occultantur.Sic Helias uultum pallio opperuit in hoſtio ſpeluncæ ne mens nimis alta cogitaret.In illis accuſari potuiſſet temeritas:ſi tanto ponderi non ſuffeciſſem:hic uenia dignus uideri potero:ſi ſpes perficiendi ad ea me traxent:quæ & patebát oculis:& niſi uel mediocres deeſſent uires:fieri poſſe uidebátur.Labi enim & errare grauiſſimis in rebus noſtra ſponte ſuſceptis audaciæ eſt:in minimis uero atq; leuiſſimis infirmitatis: quarum altera animaduerſione & ſupplicio digna eſt:altera defenſione atq; auxilio:ut quátum cætera nequeunti mihi excuſationis prebeant:tantum modeſtia conatus mei laudis afferre debeat cupienti.Q uanq̃ non audeo ſum clemens ut nó intelligam in hac rerú planicie multa mihi eſſe ꝓpoſita & ea maxima quæq; atq; ampliſſima.Dico hoc in templo totius orbis terrarum celeberrimo:& quod mihi fœlix fauſtumq; ſit.Dico núc primú:ubi etiam qui ſæpe dixerunt:non poſſunt ſplendore loci tam illuſtriſſimi non permoueri Dico in cóſeſſu ſummorum principú:qui & ipſi ad húc ordiné dignitatis probitate:doctrina:eloquétia delecti ſunt.Ita nihil niſi exquiſitum atq; eximiú:uel taciti uident expoſcere.Dico apud eum pontificem qui ut taceam tantá ſupremi faſtigii maieſtaté nó modo diſertulos noſtri temporis:ſed oés multaq; ætatú oratores:longiſſimo poſt ſe reliquit interuallo:ut etiá qui uberrimi fuerint & uocaliſſimi:ſi ei fuerint cóparati:ſicciſſimi ac rauciſſimi fuiſſe uideant. Ita fit ut ſi ubiuis alibi terrarum habenda fuiſſet oratio:potuiſſem me unius aut alterius hominis iudicio accômodare.Hic uero quocúq; me uertam:clariſſima undiq; obſident ingenia:quorum aures & capaciſſimæ ſunt:ut nunq̃ impleant:& omniú principú:gentiú:nationum totius deniq; orbis terrarum oratoribus patuerunt.Sed hoc me retractat:quod quia de re futura eſt oratio:ea ita eſt inſita omnium membris:ut non uerendum ſit quo minus

quiſq; facilem

quiſq; facilem mihi acceptumq; ſe præbeat in cauſa communi.Res igitur noſtra:noſtrum
hoc feſtum:noſtra ſolemnitas eſt. Cæteri en in dies feſti celebrandi illi quidem & pie ſan-
ɗte illæſeq; habendi.Sed hic hodiernus tanto plus poſtulat diligentiæ:quanto nobis eſt
propior. Colimus ortum ſaluatoris:aliena cauſa facimus:ueneramur natales ſanɗorum:
& hoc quoq; cauſa facimus aliena.hunc uero diem dum colimus:non alienas colimus cæ-
rimonias.Sed uniuſcuiuſq; noſtrum:ſed totius humani generis commemorationem quan
dam celebramus.Quid enim eſt aliud momenro homo quia puluis es & in puluerem re-
uerteris.niſi ſtatus & naturæ ſuæ admonieri unumquemq; noſtrum? Quo monitu quid me
lius? quid chriſtiano generi ſalutarius inſtitutum.Quod ſi tanrotempore laudatur illa Tha
letis Milleſii ſententia:cognoſcete te ipſum:quam omnis ætas in cœlum tulit aureis expreſ
ſam litteris & pro foribus clariſſimo in templo collocatam.Q uanto eſt hæc noſtra hodier
na preclarior.quanto ſumma laude dignior iudicanda.admonet illa ut cognoſcamus nos
ipſos:hæc quid ſumus oſtendit.Illa quærit:hæc profert:exhibetq; quod quæritur.Illa quid
iubeat ignorat:hæc non ſolum quid ſimus aperit:Sed inde profecti:quorſum eamus.in me
dium affert:ut cum demum ſtabilita ſit nobis uitæ ratio:cum exitus noſter in hanc lucem
rediuſq; patuerint:& ſciri queat quo in loco collocari oporteat ſpes cogitatiõeſq; noſtras:
ut firmi:tuti:ſtabiles eſſe ualeamus.quod niſi hominis fine cognitio fieri non poteſt:ut qui
portum ignorat:huic nulla res finiet errorem:niſi naufragio finiatur.Dico autem finem &
interioris hominis qui eſt animus:& externi quod corpus dicitur:Vtrumq; enim his uer-
bis expreſſit apoſtolus:licet noſter homo qui foris eſt moriatur tamen is qui intus eſt de
die in diem renouatur.Nos autem ubi commode fieri poterit quo breuior futura ſit ora-
tio:ſimul de utroq; differemus:priuſq; ortũ hominis:deinde uitæ curſum aperiemus.Mul
ti queſierũt originem hominis:nec genus fuit ulla tam ignara rerum:& uiɗu Barbara que
nõ huius rei cognoſcendæ ſtudio traheretur.Deplorarunt alii uitæ noſtræ breuitatẽ:& cur
ita fieret acri perſcrutati ſtudio:lucem oculis noſtris clariſſimam reliquerunt.Nos autem
quoniam res aliqua ex parte confirmet teſtibus:eos afferemus ſolos:qui neq; abhorreant
longe a fide ueram:neq; parum ipſi per ſe nomine & doɗrina ualuerunt.Egyptii quorũ ma-
gna fuit auɗoritas:& ferũtur antiquiſſimi:primiq; auſi ſunt perquirere atq; inueſtigare cœ-
leſtia:hominem affirmãt terrenum eſſe animal & lymo natum:Itaq; cætera animantia ſuã
quæq; ſortita regionem:alia uolare:natare alia (natura ipſa) didiciſſe ſolum hominem ex-
tra terram incedere nullo modo poſſe:niſi arte adiutum.Eam ad rem quotiens eſſet Aegy-
ptiis res diuina faciẽda:ulnam herbam paſtulatem hominis decerptam manu:templis affe
rebant:quod ea quoq; limo nata eſſet:& quadam nobis coniungi affinitate uideretur.Por
ro terrenis corporibus ignem aiunt e cœlo iniectum eſſe:qui tamen dederit:a que initium
mouendi & ſentiendi.nec eſſe eum ignem qualem uidemus in terris:ſed diuinum & cœ-
leſtẽ:partim a Sole qui ſenſus alius incenderit:partim a deo unde profecta eſt mens noſtra
pulcherrima:& regina omnium quæ in terris gignuntur animantium:eundem eſſe animũ
hominis infuſum membris præditum ratione & memoria:quantum in ipſo eſt immortali
& ſempiterna illa quidem:ſed affici interdum obliuione & hebetan:terrena maſſa obſitum
atq; incluſum:& hunc quidem conſtare & immortalem eſſe:corpus autem dilabi & redire
ad internicionem.Accedunt Aegyptiis ſitu finitimi Ethyopes:qui inter patrias laudes hãc
ſolent afferre præcipuam:quod ſe primos ominum:e terra natos eſſe gloriantur:quod pro
pter uicinitatem orientis Solis uolunt eueniſſe.Accedunt Pragniani atq; Eſſenii qui omni
terreni corporis reieɗa cura:totos animorum cœleſtium ſtudiis ſeſe dediderunt.Accedũt
prophetæ.Theologi:fideiſq; ſanɗiſſima:Horum eſt ſententia deum immortalem initio re-
rum cum hoc cœlum quod undiq; patens intuemur creaſſet:illuſtraſſetq; ſyderibus:homi-
nem e terræ limo confeciſſe.Conficiendi cauſas fuiſſe duas:Alteram ut infinita eius atq; im
menſa ſua beneficentia expandi latius poſſet:propagariq; in hominem.Alteram ut ſedes
illæ cœleſtes complerentur hominum cœtu:ut quemadmodum angeli cœlo nati ſuperbia
præcipites exciderant in terram:ſic homines nati in terra ad cœlum humilitate ſublimes
euolarent.Eumq; hominem appellaſſe Adam:quod Hebraica lingua terra natum interpre
tatur.Erexiſſeq; eius uultum ad cœlum:ideoq; a Græcis   id eſt ſurſum ſpeɗantem:
appellatumq; ſolus ex omni genere animantium cœlum:ſtellaſq; ſuſpiciat.Suam deinde
diuinam impreſſiſſe imaginem:& æthereo afflaſſe ſpiritu:qui eſt in nobis imortalis & ſem-
piternus.Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ:& ſpirauit in faciem eius
ſpiraculum uitæ & faɗus eſt homo in animã uiuentem.Sed quum iuſſis ille Principis Dei
gula ipulſus nõ obtẽperaſſet:& morte mulɗatus eſt:& id ipſum quod uiueret ad laborem
perpetuũ ſudorẽq; damnatus:iratuſq; dominus ait:In ſudore uultus tui ueſcens pane tuo.

donec ſederis in terram unde ſumptus es:quia puluis es & in puluerem reuerteris. Sed afferamus etiam alienos teſtes:agamuſq; repetundarum:& ſi quid quod ad rem pertineat poetæ dixerint extorqueamus:tanq̃ a prædonibus:ut firmius ſit in cauſa quod etiam aduerſarii noſtri fateantur. Hi fingunt Prometheum neſcio quem ingenio fuiſſe acerrimo eum cõfeciſſe ſtatuam quandam terream:in hãc qua nunc ſumus formam:quam quum uidiſſet Mineruа admiratam ingenii magnitudinem:artificem collaudaſſe:obtuliſſeq; ſi quid uellet e cœlo ad eius ſtatuæ ornamentum:ſe collaturam. nec recuſaſſe quidem Prometheum:reſpõdiſſe autem:niſi cœlum omne circunſpiceret quid eligere poſſet non habere. Sublatum itaq; in cœlum a Minerua quum oculis cuncta luſtraſſet:nihil uidiſſe luce pulchrius:atq; ita ſerula quã manu deferebat clam cœleſti flamine admota:ignem eſſe ſuffuratum. Delapſum poſt deinde in terram ignem ipſum terrenæ inſpiraſſe ſtatuæ eamq; extemplo eſſe animatam:& quæ antea non mouebatur cœleſti contactam face:moueri ſtatim ſentireq; cœpiſſe & euaſiſſe in uiuum hominem. Superos autem hinc furto ſubitatos homini maciem:ac febrem intuliſſe:uetuiſſeq; diu uiuere:ut eo diſſoluto ignis furto ſurreptus rediret ad cœlum:ſtatua caderet in terram. Mira uanitas fabularum. Sed quæ ſi introſpiciantur uideri poſſint non uanæ:quod ſi petere a poetis liceret ut paululum diſcederent a nugis:remq; nobis nudam aperirent:quid dicturos aliud exiſtimamus:niſi Prometheum opificem eſſe rerum omnium deum:Mineruam non Palladem Iouis natam cerebro:ut nugari ſolent:ſed dei ſapiẽtiam eius mente inſitam atq; infixam:cuius ductu omnia fiunt:reguntur:gubernantur. Tum ſtatuam corpus eſſe terrenum:Ignem clam cœlo ſurreptum animum eſſe noſtrum:e dei ſede profectum in corpus. Quod ſi negabis mihi afferam te ipſum. P. Sancte qui id pereleganter expreſſiſti uerſibus:Nõ eſt animis mortalis origo:Spiritus ex alta cuilibet arce datur. Illinc Iapetides ignem ducente Minerua Traxerat:ex illa uiuimus uſq; face. Inde ſunt qui ductos arbitrentur duos heraclitos. Ponticum atq; Phyſicum:quorum alter animũ noſtrum ſcintillam:alter lucem appellauit. Mulctatus itaq; eſt homo morte ut corpus & ſtatua id eſt puluis:cadat in terram ſuam:& ſpiritus redeat ad deum:qui dedit illũ. Quid hoc maniſeſtus? Quid apertius in eam:quam quod ipſi non inficientur aduerſarii? Quid ueræ fidei cõuenientius:quam deum figulo eſſe comparatum? Pater noſter es tu inquit Iſayas:nos uero lutum. Tu fictor noſter:nos opera manuum tuarum. Sic Hyeremias inquit:Filii Syon inclyti & amicti auro:quomodo reputati ſunt in uaſa textea opus manũ figuli. Quid quæris iam? Quid expectas amplius? At hi:enim dicet aliquis:fide & opinione ducti ſunt:ut ita faterentur. Inſpiciamus etiam Philoſophos:& quid diligentiſſimi conquiſitores rerum ſenſerunt uideamus. Nam & ſunt inueſtigatores naturæ acerrimi:& nihil dare ſolent niſi uicti ratione. Horum unus Parmenides:ut a uetuſtiſſimis ordinamur:rerum omnium quæ gignuntur ſublime orbe:patrem Solem dixit matrem terram. Cui aſſenſi priſci gentiles:ſedebant humi ſaturnalibus:terram tangebant:laudibus extollebant:matrem appellebant:ſeruos conuiuiis intermiſcebant:quod omnes ex ea nati:eadem alamur:ſuſtentamur:ſepeliamur in eadem:uita functi redeamus. Graue iugum inquit Eccleſiaſtes:ortum eſt ſuper filiis Adam a die exitus de utero matris eorum:uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Quod idem Deucalioni ex oraculo relatum eſt:magnam parentem terram eſſe Non multum aduerſatur Parmenidi Democritus:Sed Leucippum ſecutus:conſtare hominem cenſet leuibus illis rotondiſque corpuſculis:quæ Solis radiis aſpiciuntur euntia ac redeuntia:& promiſcue iter ſeſe ſine fine occurrentia ac uolitantia. Quæ quia minutiſſima ſũt ut diuidi in partes nequeant:Athomi appellantur. Eſſe quidem athomos a ſole conglobari & condenſari etiam ex terra:& quem in locum concurrant corpus efficere:nec unquam ceſſare & eſſe ſempiternos. Porro quicquid inde congeſtum eſt in terram ipſam laxari oportere:ut plane & ipſe affirmare uideatur Democritus:hominem e terra concretum:in terram diſſolui. At uero ætate eum antecedens Anaxagoras:non quidem ex athomis gigni homines cenſet:ſed tamen ex tenuiſſimis minutiſſimique corpuſculis concalefactis terræ & ex concurſu:& tanquam ceruo partium minutiſſimarum in quas diſcuſſa corpora reuertantur. Mentem uero extra rem eſſe & infundi diuinitus. Sic Zenoni:ſic Cleanti principium gignendi e terra eſſe placet. Sic Mileſeio Archelao qui primus eſt Phyſicus appellatus. Sed nimis antiqua reuoluimus. Quid qui recenſiores memoria:maiore conſenſu claruerunt:& Peripathetici nominantur? Hi triplici inter ſeſe conflixere acie:Nam fuere qui Auicenna duce contenderent terram ſolidam atque integram:tanquam nunc manu acceptam:& ea forma qua uidetur accedere ad hominis maſſam componendam:qualitatibus duntaxat paululum repreſſis atque imminutis. Fuere item qui hoc non ex toto faterentur. ſed Auerroim ſecuti dicerent coire quidem terram ipſam ad eam globum:ſed &

ipſam &

ipſam & quæ eius eſſent qualitates retundi ac reprimi:fieriq; languidiores:ut neq; tam ter-
ra eſſet quæ terra in hominem uerteretur:neq; tam arida ſiccitas. Sed utranq; opinionem
refellunt noſtri temporis Philoſophi:qui leguntur & ſunt in manibus Quibus autem refel
lant modis:quia minus ad rem pertinet:tranſeamus. Dicunt nõ conſtare tam ſolidis rebus
hominis compaginem:ſed elementa propter impetus aſſiduos oppugnationeſq; cõtrarias
tabeſcere & corrumpi ipſa quidem:naſci autem inde tertiam quandam ſubſtantiatam præ-
ditam illis ipſis qualitatibus confectis & debilitatis:indeq; hominem gigni. Nec ingredi
elementa ipſa quidem eam congeriem hominis conglobandi:ſed uim iniicere & ſimilitu-
dinem includere. Ex qua ſimilitudinem ſentiri in nobis calorem:frigus:humorem:ſiccita
tem:& ea tandiu corporibus noſtris depugnare & concertare:donec extinguamur:redea-
muſq; in matrem omnium quam expreſſius Cræci ꝙ in ſpecies nondum exeat
noſtri confuſius materiam primam appellarunt. Sed ne ſemper immoremur teſtibus:tantũ
Platonicos audiamus. Nam hi & Pythagoram ſecuti:& Aegyptiorum complexi Philoſo-
phiam:maxime omnium claruerũt:& ſicut qui exiſtimant platonem:ſi per tempora licuiſ-
ſet aduentum Saluatoris & quæcunq; ſũt legis noſtræ fuiſſe crediturum:adeo dicuntur ab
eo permulta Chriſtiana & ſancta. Sed repetunt alte Platonici Architectum rerum omnium
& diuinarum & humanarum deum:quum cœlum hoc conuexum atque amplum:quo un
diq; tanquam tecto quodam circuntegimur:tam clarum:tam apertum:tanta præditum lu
ce:tot tantiſq; illuſtratum ſyderibus:confeciſſet nitorem aſtris:ſplendorem:ſtellis:orbibus
pulchritudinem impreſſiſſet:deinde hanc terram tam uaſte lateq; iacentem orienti atque
occidenti adæquaſſet Soli. tot montibus:pratis:campis:collibus uariatam:atque diſtinctã:
circũfuſam mari magno:quod Athalanticum:quod Oceanum appellamus. Irrigatam ſta
gnis:fontibus:fluminibus:expoſitam:ad omnes fructus pariendos:ad animalia quæq; gi-
gnenda:alenda:ſuſtentanda:refertam auro:gemmis:tot tantiſq; pulchris & mirificis rebus
ſub ſeſe latitantibus: Hanc quum ita extendiſſet parens rerum omnium deus:quendam
huius infimæ plagæ uicarium Imperatorem excogitaſſe:qui ſecum tanquam Imperium
partiretur:cœlumq; ipſum habuiſſe ſibi:terrã homini dediſſe incolendam:eum Imperato-
rem appellaſſe:ut Mathematicis placet:Microcoſmon:id eſt minorem quendam mundũ:
quoniam maiorem:cuius inſtar homo factus eſt:deus ipſe incoleret. Effinxiſſe illum par-
tim ſimilem ſibi:partim diſſimilem. Corpus e terrena & mortali dediſſe materia:animum
e cœlo immortalem. Corpus nihil ad ſe pertinere & eſſe commune cum brutis:animum
ſui ſimillimum eſſe uoluiſſe. Corpus uehiculum eſſe:ſeu carcerem potius aut ſpolia:animũ
aurigam & interiorem quendam opificem mouentem hunc terræ globum:quo ſumus cir
cunſepti tanquam ueſte quadam. Corpus tardum:atq; ebes:neq; moueri atq; attolli:niſi
motu uiolento:animum leuem atq; expeditum:erigi ſemper atq; eleuari & uno momen
to temporis cœlum:terras:maria incredibili celeritate percurrere: Cæterum corpus ut uiliſ-
ſimum eſſe:ſic quicquid ei inſit præter mentem diuinam finitum eſſe & deſinere oportere:
animum ut in terris natum non eſſe:ſed per ſeptem orbes elapſum e cœlo:ita quicquid
in terris gignitur non modo uincere dignitate atq; antecellere:ſed regere:imperare:mo-
derari. Hunc autem hominis nexum:ex tam diuerſis rebus iunctum:& colligatum hanc ob
rem feciſſe eundem deum:ut eſſet medium quoddam animal inter mortalem diuinamq;
naturam. Medium quidem non tanquam circunſpectum limite:ſeiugatumque ab illis:ſed
confectum utraque natura:quod & colere:& tueri hæc terrena poſſet:& ſuſpicere:contem
plari:adorareque cœleſtia: Tũ ut animus ipſe lucidus atque æternus corpori dominaretur
mortali & fœdo:ut fere ſolent qui nobiliores ſunt his qui minus ſunt nobilis imperitare:
etiam ut hæc terrena ordine quodam & ſerie procederent animi ductu:ueluti ſtatera dei
certo curſu ſydera & dies nocteſque procedunt. Corpus igitur ideo uile abiectumque fe-
ciſſe:ut ſerui functum officio pareret animi iuſſis:nec ſeſe extolleret atque inſoleſceret. ere-
xiſſeque eius uultum in cœlum:ut cogitaret illo ſibi eſſe redeundum:animantibus autem
cæteris cadendum in terram:ad quam natura ipſa incuruantur. Vtque ſyderum conſpica-
tus nitorem non fluxis:non mortalibus & caducis inhiaret rebus:qui tam lucidas:tam cla
ras:tam æternas intueretur. Oportere eum cogitare ſi nunc tantus aboritur ſplendor:tam
longo interiecto ſpacio ſuſpicientibus:quanto maior quum proprius erit uentum aborieſ.
eaq; in alto atq; aperto eſſe uoluiſſe:ut & præpoſita forent ſemper ante oculos tanq̃ præmia
quædam his qui recte uiuerent:& tangi aut audiri:niſi animo & mente non poſſent. Adie
ciſſe ſordes & labores & feciſſe omnia moleſta in terris:quo forent poſtea quæ ſunt in cœ-
lo futura gratiora. Nam uoluptatulas iſtas terrenis infuſas rebus:prægustatiunculas quaſ-
dã dediſſe fœlicitatis æternæ:quam in cœlo ampliſſimam ſumemus:eaq; toti perfũdemur

atq; irrigabimur:Ideo animum noſtrum nullis opibus:nullis diuitiis:nulla rerum terre-
narum aut imperii acceſſione contentum eſſe:& quo plura aſſequatur:hoc plura appete
re donec ad patrios redeat lares:& obiectum æquabile deum:quem ut erit aſſecutus:tum
demum adeptus omnia:nihil amplius appetiturum:qui quam dĩu eſt in terris:ſi corpori
præter uim ſuam pareat:eiq; ſeſe dedat atq; deuinciat:turpiſſimis obſecutus ille cebris alie-
nari a deo quem nunquam cogitet denigrari totum atque ſordeſcere:&.quum diſceden-
dum eſt a membris magno cum cruciatu auelli:& tanquam abrumpi a ſocietate corporea:
cui imerſerat ſeſe totum:Sic deinde permorari in terris obrepere humi & circa ea loca quæ
in uita coluit iactari & uolutari ſordidum neglectumq; & tanquam perfuſis ac madefactis
alis erigere ſeſe:redireq; ad priſtinum domicilium & ad orbem illum ſtellarum candidiſſi-
mum alte euolare non poſſe.Sin uero dominetur & imperet fretus libertate ſua æterna:&
ſe dum eſt in terris quantum poteſt abſtrahat a corpore diuinam magnitudinem contem-
plando uenerandoq; effici deo gratiſſimum:quadamq; cum illo conciliari beniuolentia
familiari atque domeſtica:& quum abeundum eſt ex eo globo terreno iam ſæpe antea ſe-
iugatum ab illo ad cœlum penetrando:uiamq; ſibi ad ea templa faciendo leui motu ſua
ſpõte elabi.Tum uero ipſum corporis cuſtodia liberatum & tanquam perfunctum Magi-
ſtratu ſublimi uia migrare ad cœlum præmia recti geſti imperii accæpturum:ſpolia autem
eius ſquallеſcere ſitu & in terra unde fuerant accæpta remanere:ne quid impedimenti affe
rant aut ponderis in tam altum locum euaſuro.Addunt etiam Platonici ut animum uide-
ri:tangi:adiri non poſſe:ſic deum neminem eſſe qui uel tangere poſſit uel intueri.immen-
ſum animum non poſſe mẽſurari:deum eſſe liberum.Animum a nemine cogi poſſe atque
compelli:Deum ſolo nutu orbem totum concutere.Animum nutu ſolo corpus totum agi
tare.Deum mundum hunc totum mente gerere.Animum omnia cogitatione complecti.
Hæc illa eſt imago nobis impreſſa diuinitus.Nunquid oculi carnei deo ſunt:& ut uidet ho
mo ipſe uidet.Profecto non Hæc illa eſt lux qua nihil in cœlo pulchrius uidit Promœthe-
us.Hic ille in terris eſt homo quem de die in diem renouari dixit Apoſtolus.Corpus & lu-
tum & cœnum & uas texteum quidem de terra factum:reuertetur in terram:in quam præ
ceps ruit:nec ſua ſe ope poteſt excitare:non magis quam lignum & ſaxum hoc:tamen uili-
us:quod illa conſtant diutius:hoc ſtatim emarceſſit.illa formam tuentur ſuam:hoc abiit in
puluerem.Illa quid fuerint dignoſcuntur:hoc ubi fuerit diſſipatum dignoſci non poteſt
Cuius ego ſi fœditatem uellem commemorare ut gignitur flagitio:ſcreſcit illecebris:extin
guitur cruciatu.Si uoracitatem atque eluuionem ut omnia ingluriat:deuoret:exhauriat.
Si ingratitudinem ſingularem:ut & ueſtes & quicquid ei exhibuas aut non reddat.aut fœ-
datum ſpurcatumq; reddat.Hæc inquam ſi proſequi uellem oratione immenſa quædam
mihi dicendi tæla:glomuſq; ſuccreſceret:quæ tamen uno exemplo ſatis licet intelligere.
Cogitate quantum ei heſterna illa lautiſſima cæna contuliſtis:& quid hodie rediturum ſit
nobis:nihil dico amplius.Vt recte mihi feciſſe uideantur Peones & leucadii & Hyrcani &
Medi:quorum ille quum morerentur parentes coniiciebant in ſtagna corpora:hi canibus
& uulturibus obiectabant.Sed quid opus exemplis aut teſtibus:quum nemo fuerit unquã
paulo diligentius in rebus naturæ uerſatus:a quo non hæc fuerit probata ſententia:Cor-
pus e terra factum rediturum in terram.Conſule Aegyptios:Caldeos:Ethyopes:fatebun-
tur.Adi Prophetas:Pragmanos:Eſſennios:ita dicent.Interroga Poetas & Phyſicos:non au
debunt negare.Percontare Platonem:aſſentietur.Quære Peripatheticos:omnes non ad
uerſabuntur:Temerarium eſt quod illi uniuerſi tanto conſenſu affirmauerunt nos nõ pro-
bare:quod omnes qui ante nos fuere perpeſſi ſunt:nos non timere.Ne aſſentiamur Philo-
ſophis reiiciamus Poetas.Num Prophetas ſanctiſſimos qui deum a facie ad faciem allo-
quebantur?Num Aegyptios uetuſtiſſimos contemnemus?& quod illi puluerem dixerũt:
nos puluerem negabimus?Sed quid opus eſt cõtentione quaſi neceſſe ſit afferre coniecto-
res:aut aruſpices:rem ipſam intuamur.Adi ſepulchra maiorum:quid inuenies.Puluerem.
Adi urnas parentum:quid inuenies.Puluerem.Adi ſarcophagos priuatorum:tumulos
Principum:buſta Regum:monumenta Imperatorum:cimiteria Pontificum:& hic quid
inuenies.Profecto puluerem.Adi quod proximum eſt hunc Campum ſanctum:ubi tot ia
cent hominum congeſta milia:hic quoq; puluerem inuenies.Quem in locum ſoleo ego
nonnunquam diuertere:idemq; audio feciſſe Democritum:ut ſæpe defunctorum ſepul-
chris ſolus inerraret:Hæreo illo in campo medio:ſuſpendo gradum:figo oculos in ali-
quod ex illa tanta oſſium congerie:compono labrum:complico manus triſtis & collipen
dulas:deinde mecum:en illæ tibiæ quantum peragrauerunt terrarum:illæ manus quan
tum corripuerunt:oſſa illa capitalia quantos ædificauerunt cogitationum montes:En mi-
ſeri quo

ſeri quo reciderunt. Diſcedens inde ex eo loco attonitus & totus extra me. ut quenq; ha-
beo obuiunt: ut quenq; uideo tranſeuntē: intendo in eius uultus oculos: quod nunc quoq;
facio: dum & meum hoc moueo caput & noſtras ceruices inſpitio: cogito quam poſthac ſi-
mus omnes in illa nuda oſſa recaſuri. Miſera ſors mortalium: ſi quod illi iam ſunt te futu-
rum non putes: ſtultum eſt: ſi putes miſerabile. ſi contemnas periculoſum. Nam niſi homi-
nem te eſſe memineris: niſi caſurum exiſtimes in puluerem: quid aliud eſſe poſſis non inue-
nies. & idipſum quod es eſſe te dediſcas. Hic ortus: hæc origo noſtra eſt quam deus quam
homines: quam eccleſia: qua diuina atque humana teſtimonia: reſponſa: oracula compro-
barunt Partim e cœlo delapſi ſumus: partim e terra concreti. Animi deum parentem habe-
mus: corporis matrem terram. Nunc ad uitæ curſum tranſeamus. Sed quorſum commina-
tio hæc hodierna tam acerba meminiſſe oportere natos e terra homines in terram redire
niſi ut intelligamus nihil ſpei ponendum in corpore: nihil in diuitiis: nihil in omnibus
quæ ſunt e terra: quoniam in terram ipſam unde profecta ſunt conuertentur: nec in noſtra
diu eſſe poterunt poteſtate. Cur non poterūt dicet aliquis? quoniam parati ſunt qui ſuo iu
re auferent a nobis. Quoniam iſti ſunt: Diuitias & quæ appellamus bona aut fortunæ com
mutatio in uita eripiet: aut omnino diſceſſus in morte. Diues enim quum dormierit nihil
feret ſecum. aperiet oculos ſuos & nihil inueniet. Quid igitur diuitiæ iſtæ? nihil ad nos per
tinebunt. Pertinebūt enimuero ſi recte utemur: quoniam modo? quia diuitiæ tanquam uia
ticum quoddam antecedere nos ad cœlum poſſunt. ſi in beneficam largitionem: ſi in hone
ſtam liberalitatem: ſi in pias & ſanctas elemoſynas conſerantur. Subſequi: aut uix: aut nul-
lo modo poſſunt: Quid corpus? Corpus natura eripiet & ætas longa. interdum & ferrum
& uenenum & caſus mille. Quid tum? Nihil niſi ut deſpicias quod habes in te non duratu
rum: ſoueas quod perpetuo futurum eſt tuum. Corpus iſtud quod impleri ſemper uult: ex-
pleri nunquam poteſt. & ſordidum eſt ut non debeat ornari: & fragile ut expleri non poſſit
& quo plus indulgeas: hoc tecum agat petulantius citiuſq; deſtituat. Itaq; ut in conducta
domo non eſt ædificandum: quam paulo poſt alieni iuris factam non potes habitare: & qc
quid impenderis operæ depereat: ita nihil in corpore ſundandum eſt: quod a te paulo poſt
excidet & perditum eſt quicquid ei ſtudii contuliſti: niſi quod domum in multos annos
potes conducere ut auferri nequeat corpus nemo eſt qui ibi poſſit locare. Nulla ius militū:
nulla dignitas tanta Imperii: quæ homini poſſit uel unam dieculam polliceri In lubrico
ambulamus: & pedem figere poteſt nemo. Soliq; ex omnibus animantibus quum manus
habemus: terram manibus non attingimus: ut intelligamus tranſeundum eſſe nobis terrā:
poſſidendam. decurrendam: non amplectandam: Et uitam hanc noſtram curſum eſſe & pe
regrinationem quandam: qua decurrere & tranſire liceat: conſiſtere & permorari non lice-
at: Interrogatus Iacob a Pharaone: quot eſſent dies annorum eius: Dies īquit peregrinatio-
nis meæ centum uiginti anni. Peregrinationis inquit: ut plane nos quidem non habitato-
res: atque incolæ mundi huius: ſed peregrini: ſed aduenæ: ſed hoſpites eſſe uideamur. Ex-
terni enim ſumus & dies noſtri tanquam umbra tranſierunt: ut recte uideatur. Pyndarus il-
le Thebanus hominem umbræ: ſomno comparaſſe. Nam quid aut ſomno uanius: aut inſta
bilius umbra? aut utroq; fugacius? Domus noſtra & cubiculum mors eſt illo currimus: illic
pernoctandum eſt omnibus qui ſub hoc diei tecto deambulauerunt. Etiam deus ipſe quū
hominem induiſſet: mori uoluit: non quia non poſſet uiuere: qui potuit reuiuiſcere: ſed ut
exemplo eſſet nobis nullam ſpem ponendam homini in uita: quum uideret etiam Deum
ipſum qua parte hominē gereret ſtatuiſſe uita diſcedere. Quid putamus maiores noſtros
ſolis ſibi uſurpaſſe mortalium nomen: quod cæteris erat commune animantibus: profecto
non ꝙ illa quoq; non moriantur: moriuntur enim omnia: ſed quoniam nihil eſſe uidebāt
quod tam uariatam crebra: tam multiplici morte caperetur. Cæteris animantibus natura
uiuacior eſt: Pauciores morbi pulli & catuli quum naſcuntur fere omnes in ætatem euadūt
grandiorem: modo non deſitut alimenta: nec ferro aut ui intercipiantur: quid in nobis ue-
niant pueriles morbi & ſæpe interminant: ueniūt ſeniles & interimunt ueniunt muliebres
& ipſi interimunt: Nam ſingulari quadam: neſcio an dicam malignitate naturæ ſolo in ho
mine & in ſexu & ætate diſtinguuntur morbi: qui ſi paulo ſis cunctatior: nec ita ſtatim par-
cas: ueniunt mortis caduceatores ad conflictum illum crudeliſſimum inducendum. Qui
nam iſti? canicies: caluicium: caſus dentium: caligo oculorum: ſurditas aurium: tremor: an
curuatioq; membrorum: qui omnes & nuntii ſunt mortis: & ſolis accidunt hominibus.
Tū ad uitæ callem unus & aſcenſus: arctis & anguſtus & menſium ad dierum circunſcri-
ptus numero. Ad mortis præcipitium procliua ſunt & infinita itinera. omni tempore. om-
ni loco lubrica. aperta. patentiſſima. ut nullum ſit membrum in nobis. & ne articulus qui-

dem:per quem ingredi ueluti per ianuam mors nō poſſit quem libeat. Taceo tantam morborum multitudinem:quantam mille medicorum uolumina nunquam ſatis poſſunt explicare. Taceo bella:uenena:cruciatus:ruinas:alia diſcrimina quæ mari:quæ terra:quæ a latronibus:quæ a ſiccariis inferuntur. Mitto qui mœrore animi occubuerunt:ut Priander Corynthus:ut Menippus Cinicus:ille filio a Corcireis interfecto:hic pecunia inſidiis amiſſa. Taceo quos ingens lætitia riſuſq; confecit:ut Sophoclem & Dionyſium:uictoriam conſecutos:ut Chilonem Lacedæmonium filium in Olympia uictorem complexum atq; oſculo immortuū:ut Philonienem quem tradunt a ſello ficcus commedente riſu eſſe emortuū. Adeo neque in dolore tuti ſumus miſeri mortales:neque in lætitia ſecuri. Prætereo qui opinione adducti ſibiipſi manum intulerunt:ut Criſippus:ut Cleantes:ut Cato:ut Zeno:ut Empedocles:ut Brotęas:aliiq; permulti. Prætereo qui mediis perfuſi atque illaqueati ſunt uoluptatibus:ut Hermon Archadicus:ut Nicodemus Attalanus. & Cornelius Gallus:qui omnes in ipſa uenere:in ipſo ardore & conſtrictu libidinis extincti ſunt. Tranſeo quos ſubiti & inſperati caſus euerterunt:ut Macelonem:eiuſque uxorem:qui prima nuptiarum nocte ambo fulmine icti perierunt. Quod idem accidit. M. Herennio Decurioni ſereno die. Tranſeo etiam quos leuiſſimæ cauſæ ſuſtulerunt:ut Glaucum dum mel comederet:ut. L. Tiritium dum mulſum biberet:ut Appium Samperium dum ouum ſorberet. Quod ſi excutere omnes liceret antiquitatis rugas & uaria genera mortis intueri quæ hominibus de improuiſo atque inſperato acciderunt:tota die:tota nocte uigilaremus:tremeremuſq; attoniti:& perculſi metu triſti atq; horrendo:quum ne unus quidem paſſus aut momentum ſit in quo non ſit nobis de mortis aduentu metuendum. Vndique hami latent mortis:undiq; laquei:retia:pedicæ. decipulæ intenduntur:ut ſi cogites quot adoleſcens ſodales habuiſti:aut uir amicos:aut ſenex collegas:mireris ex tanta multitudine te unum aut cum pauciſſimis eſſe ſuperſtitem. Ita fit ut quum ſimus caſibus:morbis:periculis expoſiti:frequentiorq; ſit in nobis cauſa pereundi:uindicemus nobis mortalium nomen quod cæteris erat cōmune animantibus:quod herbis quod plantis:quod rebus omnibus quæ mari terraq; gignūtur:nec magis a militando miles dicendus eſt ꝗ̄ mortales a moriendo:niſi quod raro eunt inconſulte ad militiam milites:nos mortales plærumq; imus imparati ad mortem & illi ſemel aut iterum uicti inſtaurare aciem poſſunt:nos ubi ſemel ſumus mortui:uitam amplius reparare non poſſumus. Quanquam illi non ſemper militant:non ſemper haſtam agitant aut enſem:nos autem morte afficimur tota die & æſtimati ſumus ſicut oues occiſiōis. Mortalitatem dorſo:mortalitatē ceruice deferimus:quam etiam ſi cupias excutere atq; abiicere nullo modo poſſis. Hæret ſemper iminetq; ceruici:& ſiue dormis impellit ad mortem:ſiue uigiles impellit ad mortem:ſiue ſedeas impellit ad mortem:ſiue quicquid agis:quocūq; in loco ſis:ſemper manu illa uiolentia impellit ad mortem. Et nec unum permittens referre gradum:ſed premens ſemper & tanquam dorſo urgens quicquid iam ægiſti itineris occupauit ne poſſis redire:ut ſi uelis reſpicere quo in loco pedem poſueris:uno ictu oculi in longum delatus proculq; inde longiſſimo interiecto ſpacio arreptus eſſe uideare tanq̄ iā a uēto aut procella:ſic a mortalitate ipſa celeritate incredibili prætereuectus:ut recte diffiniſſe uideatur ſapiens ille:qui interrogatus quidam eſſet homo:reſpondit eſſe uiatorē aſſidue trāſeuntē:qui magno ſudore:crebro anhelitu:citato gradu:nulla interpoſita quiete curſu quāto poſſet maiore ad mortem die:ad mortem nocte contenderet. Sic & Pythagoras uitam hanc noſtram celeritati dixit eſſe ſimillimam:minimur enim a ſyderibus & in illo concitatiſſimo curſu Solis atque Lunæ carpimur:rōdemur:detrahimur. Nec ulla redit dies nec hora quidem:quæ non aliquid auferat a nobis uitæ. Sed clandeſtina eſt natura noſtra:occulta labitur & tacita ſuffuratur:ſilentioq; agit quicquid agit. nec aliquid ab ea agi uideri poteſt antequam actum eſt Dum ipſe loquor:Dum uos cogitatis uitæ ſubductum eſt aliquid & tanquam a tinea ſine ſono:ſine ſtrepitu:clam latenterq; conſumimur. Qui ſi ſic occultum uitæ ſubterfugientis diſceſſum poſſemus intueri oculis:aſſidue labi:fluere mori cerneremur. Occulte creſcimus:nec ante creſcere nos ſentimus:quam quum creuimus ſic & morimur quidem ſemper:ſed illud quoq; non antea percipiemus quam quum iacebimus mortui. Et quod multo uidetur inſidioſius:ut eſt a Bione dictum:clauſis oculis imus ad mortē ut eam miſeri nō uideamus. Nam uitæ lux quā diu eſt ſemper eſt in oculis mortis aduentus. Nec tunc quidem percipitur:quū prope eſt & uita deficit ſemper & labitur. Mors quottidie uires ſumit maiores & proprius accedit. Quod ſi nihil aliud eſt maiori quam ut Phyſici diffiniunt:e priſtino ſtatu ita diſcedere:ut iam non ſit ipſum amplius:ſintq; ſubter Lunæ regionem omnia fluxa:caduca:inſtabilia:& nunquam explorata:ſic fore:ne pars ſit ulla in nobis quæ non ſingulis quibuſcunq; interuallis minuatur:& deſinit eſſe quod fuerat:nō

ſolum

ſolum mors dicenda erit eá commutatio:ſed aſſidua mors & interritus quottidianus. Fui-
mus infantes:nec iam ſumus.mortua eſt infantia noſtra. Fuimus pueri atque adoleſcentes
nec ſumus amplius:& pueritia & adoleſcentia noſtra periere. Fuimus iuuenes robuſti for-
moſi:& eſſe deſiimus:& iuuentus & robur & forma interiere.Quo fit ut omnes qui hic adſu
mus magna ex parte noſtri ipſa cum ætate mortui eſſe uideamur:quod reliquū eſt & ipſum
eſt in innere.Qui ſi aliquam redeas in urbē unde paulo plus abſueris:aut nō inuenias quos
pueros reliquiſti:aut canicie & rugis interpellatos non poſſis agnoſcere : tanquam Epyme
nides ille Cretēſis:quem tradunt quū in ſpeluncha in qua diuerterat ſeptē & quadraginta
dormiuiſſet ãnos reuerſum domū:diu a nemine eſſe agnitū:homies:uias:domos:arbores
omnia uidiſſe imutata:quod ꝓpter rerum inæqualitatem neceſſe eſt euenire. Elemēns ipis
unda aucti educatiq; ſumue acri inter ſeſe bello concertantibus:ad mutuam ſibi cladē infe
rendam.Et phyſici negant dare ponderis inæqualitatem rebus gignendis: nec unquam pa
ri ui:aut menſura elementa ipſa confluere ad corpora terrena ædificanda. Itaq; perpetuum
eſt ex diuerſitate bellum ut dirimi quoad uiuimus naturæ lege non poſſit. Duriſſimaq; eſt
dimicatio ut explicari nequeat:& occulta ut uitari poſſit. Aduerſan:ut frigida calidis : ſic
cis humida repugnant:quorum unum quum eſt ſuperatum ac extinctum:actum eſt de no
bis monendum extemplo eſt:compagine uitæ diſſoluta.Quæ res (culis aſpici quum ne-
queant:facile decipiunt:uanis nominibus uiuos nos appellantes:quorum maxima pars ex-
tincta eſt.Reliqua eſt in curſu ut extinguatur. Etenim ſi ſpacium illud uitæ quod uixi-
mus iam non eſt & præteriit:& quod ſumus uicturi nundum eſt.& eſt incertum : quod au
tem inſtat & eſt præſens:illud ita eſt breue & momentaneum:ut neque circunſcribi termi
nis:neque conſiſtere philoſophi poſſe arbitrentur. Ita ut repente ſugiat & deſinat præ
ſens eſſe. Minimum igitur uidetur eſſe quod uiuimus. Videntur autem mors & uita æta
tem inter ſeſe noſtram omnem diuiſiſſe.Iniqua mehercule diuiſio. Si quod actum eſt ui
tæ mors habet:& quod reliquum eſt paulo poſt habebit : tanquam quod a tergo eſt mor-
tui ſumus. Quod autem eſt a fronte mox ſtatim moriamur. Vt ſit hominis uita ſuper ter
ram tanquam ſcintilla quædam decurrens in tenebris : quæ quum ipſa tãtum luceat:quic-
quid ante ſe aſpiciat aut poſt ſe relinquat obſcurum ſit : & nocte occupatum : & ubi ad me
tam uenerit:ipſa quoq; extinguitur. Sic uita noſtra miſera & calamitoſa :quod ſuum eſt
uno momento temporis retinere non poteſt:mors & ſuum & alienum poteſt. Tum ſpa
cium uitæ & ad ultimum centum anni:ultra eum aggerem mortis ſunt. Regna : mortis
ſtationes : & quo niuenti accedere fas eſt nemini : quod autem citra eſt campi & uita dici-
tur . illud quoq; mortis paret arbitrio : ut quotiens uelit ſuo quenq; iure poſſit depellere.
Sic ubi in uitam ſumus egreſſi:ſtatim in mortis incipimus eſſe ditione:quum autem ſum⁹
mortui:nullam in nobis obtinet uita amplius poteſtatē.Sic res ſeſe habet. Adi homo mon
tes:tranſi flumina:conſcende pelagus:luſtra Vrbes:peragra & gyra orbem totum : alligat⁹
es ad palū tanquam uictima:inſtar cathena innexa ceruici.& effugere nullo modo potes.
Et Socrates naturæ legem eē dixit ut quicquid prodeat in lucem uitæ:in mortis tenebras
regrediatur.Statue (inquit Dauid) legiſlatorem ut ſciant gentes: quoniam homines ſunt.
Quid eſt aliud homines eſſe?aut quam legem putamus aliam:niſi mortis legem ? Vt eni
æſtatem autumnus:ſic ſenectutem mors certiſſima lege ſubſequitur:niſi quod æſtas & au-
tumnus & ſenectus non niſi ſtatuto tempore ſolent uenire:mors ſingula quaq; die expectã
da eſt. Quæ ſi ſera ueniat & ſit q̄ eſſe poſſit hominis uita longiſſima:tamen breuiſſimum eſt
ſpacium.& omni uolatu concitatius .Cui non ſunt exauditæ Xerxis lachrymæ apud Hel
leſpontum quum uideret & ex tanta multitudine militum neminem uel uni ætati ſuperui
cturum.Sed inſulæ ſunt quædam in mari Athlantico:quæ fœlicitate ſoli appellantur for-
tunatæ: ubi diutius uiuunt incolæ:nec niſi longo uitæ tædio affecti moriunt.ſed moriunt
tamen. Sunt etiam apud ultimos Ethyopes:qui & diuturnitate uitæ:Macrobii nominãtur
Hi duplo nos uiuendi ſpacio antecedunt. Proh rem admirandam : duplo nos antecedunt
uiuendi ſpacio? Quid tum? Conuerſo ad parietem Ezechiæ & oranti additi ſunt ad uitam
anni quindecim. Quid tum? Quid ſi Neſtorem:ſi Pandoram:ſi Matuſalem æquaremus ?
Veniendum eſt quo ulterius progredi non poſſis. Nec cuiq; prodetit diu uixiſſe : niſi recte
uixerit. Qui autem praue hoc uitæ ſpaciolum tranſegerit:terrenæ fecis ſordib⁹:illecebriſ-
que contaminatus:obrutus uoluptatibus:demerſus flagitiis : quanto hinc melius ubi pri-
mum hauſerat lucem:quanto fœlicius:occidiſſet. Tum quantūcunq; ſit hominis uita futu-
ra diuturna:ſemper mediis arrumpimur cogitationibus : medio in curſu rerum conatuq;
deficimus:& tanquam tæla uix modo incepta ſucciſi:ſemitam per quam non reuertemur
ambulamus:ut in tota illa Ezechialis uerſari uideamur in qua ibant ſpiritus & non reuer-

tebantur quum ambularent. Et Pythagoræ ſimbolum eſt peregre proficiſcenti non eſſe re
deundũ:id eſt ei qui ſemel mortuꝰ ſit nõ eſſe amplius in uitæ campos remigrandũ. Quod
ueterum gentilium conclamatio & uerba nouiſſima & cupreſſus ante ianuam teſtabãtur.
Quæ omnia ad nature ordinẽ reuocanda ſũt:nõ ad fidei ueritatẽ referẽda. Homo inquit
Iob ubi mortuus ẽ atq; conſumptus:ubi quæſo eſt donec atterat cœlũ nõ euigilabit neq;
exurget de ſõno ſuo. Sed ĩplerit ora poetæ grãdi ſono uerboꝝ:& quã ĩpi nec hñt:nec ubi
poſita ſit ſciũt:cæteris immortalitatẽ pollicent. Quid aĩs poeta? Quænam iſta eſt immor
talitas inter laurus hederaſq; decantata? conficta inter nugas & fabulas? Aut quam quæ
ſo allatura utilitatem? Erit inquiũt nominis fama ſempiterna: quorum res geſtæ per nos
celebrentur. Equidem neſcio q̃ ſempiterna. Sed proh deum immortalem: iſtam ne tu ui
tam putas? Iſtam ne appellas immortalem? quaſi nõ ſolum nugæ & filacteria multorum
Poetarum:ſed etiam nomina ipſa non interierint ex hominum memoria deleta? Quaſi nõ
Titonis cicadæ:non ranæ Lyciorum: non Myrmidonum formicæ poetarum ſint uerſu
celebratæ: non Sardanapallus: aut Nero. O dementiam ſingularem: ſi qui uita mortui
uixerunt his mortuis uitam policeantur Poetæ non ſolum diuturnam: ſed quod ſtultius
eſt atque audacius etiam ſempiternam. Neq; enim uulgi rumuſculis metiri uitam oportet
quæ magnitudine beneſactorum in deum: in homines: in religionem eſt metienda terris
inuenienda cœlo. Nam illic certa æterna ſtabilia ſunt omnia:hic nihil cõſtans:nihil explo
ratum:nihil uel etiam diuturnum. Tantumq; abeſt ut quiſq; ſe hominem poſſit putare im
mortalem:ut etiam Ciuitates intereant:occidant nationes:Regna atque Imperia labefactẽ
tur. Vrbes multæ a priſcis rerum ſcriptoribus commemorantur:fuit Ilium & ingens gloria
Dardanidum:at nunc ſeges eſt ubi Troia fuit. Celebrata ſupra modum eſt Babylonia:nũc
ueſtigia extant nulla: uſquequaq; ſpinæ: uepres: palinuri increuerunt. Quid aut armis
illuſtrius. Carthagine: aut inſtitutis inſignius. Lacedæmone: aut. Athenis littera
rum ſtudiis glorioſius: aut officinis expreſſius. Coryntho: aut Memphi pyramidibus:
coloſſis. Obelyſcis magnificentius? at nunc ne reliquiæ quidem murorum aſpiciuntur.
Sic Argi:ſic Thebæ perierunt. Sed remota hæc: luſtra quæſo hoc Tyrrhenum littus:
ubi Herculaneum:ubi Pompeii: ubi Cumæ & Sibylla illa cui non ſolum uani: ſed etiam
prodigi Poetæ annos faciunt ad harenæ numerum menſuratos: Vbi Bayæ delitiæ uete
rum Romanorum? Vbi eodem tractu Liternum. & eadẽ regione Minturnæ atq; Formiæ
Vbi Circes ſpurca domicilia:quæ quum ipſa uel paucos annos uiuere non potuerit. Viyxi
dicitur immortalitatem obtuliſſe. Vbi Luna prima inter Hetruriæ urbes: aliæq; uetuſtiſſi
mæ:& tamen hanc ſolam percurrimꝰ maritimam oram. Quid ſi Hernicos:ſi Meſſapios: ſi
Salentinos:quorum etiam nomina uidemus eſſe mutata Quid ſi reliquam Italiam tecũ
tanquam manu circũirem? quas tibi. Vrbium perituras digyto oſtenderem. Quantas op
pidorum ſtrages commemorarem. Ingredere hanc tanti nominis Vrbem:qua nullam un
quam Sol aſpexit Imperio maiorem. Repete priſcorum monumenta ultima:profer in cam
pum antiquitatem omnem:rimare ſtatuas:columnas:arcus:ædificia paſſim undiq; diſiecta
atq; iacentia:quid inuenies ex his ipſis quæ iacent & ſunt uetuſtiſſima quid inquam inue
nies:qoud putare poſſis ad Cæſaris uſq; ætatẽ perueniſſe. Quicquid ſpectas:quicquid oculis
luſtras paucorum annorum opus ſunt:cætera dies aſſumpſit:tempus deleuit:uetuſtas oblit
terauit:cunctaq; ex oculis noſtris antiquitate ſubducta receſſerũt. Quid imperia:q̃ ipſa quo
q; non poſſunt eſſe diuturna. Aſſyriinam hi fuere uetuſtiſſimi:quum. M cccc. l. regnaſſent
annos euanuerunt. Medi ſubactis bello Aſſyriis:parte Aſiæ occupata poſt ducentos annos
quibus tenuere imperium euanuerunt. Perſæ debellatis Medis tota potiti Aſia quum par
tem Europæ ſubiugaſſent poſt totidem & ipſi annos euanuerunt. Athenienſes libera Ciui
tate aggreſſi maritimam oram:intra pontum Euſinum & Pamphiliam pelagus: quum uix
duo de ſeptuaginta ſtetiſſent annis a Lacedæmoniis repulſi euanuerunt Lacedæmonii Pe
loponneſſo tota:reliquaq; Græcia occupata:imperio ad Macedoniam uſque propagato:
poſt triginta annos a Thebanis reiecti euanuerunt. Thebani poſt exutam Tyrannidem ali
quanto diuturnius potiti rerum a Macedonibus uicti:deleti:extincti:euanuerunt. Macedo
nes maiore parte orbis redacta in poteſtatem:poſt triginta & ipſi annos in ſeſe cõuerſi eua
nuerunt. Alexander uano cognomẽto Magnus:quum domuiſſet Illyricos:Triballos:Boe
tiam:Thraciam:Dachas:Spartanos:Theſſalos:Achaiam: Peloponneſſum omnem: quum
Ioniam:Lydiam:Cariam:Liciam:Ciliciam:Paphlagoniam:Cappadociam: quum Pheny
cem:Pamphyliam:Syriam maiorem:minoremq; Armeniam:quum Perſidem:Mediã. Par
thienem:Bactrianos:Sogdianos:Tauros:Aegyptios:Hircanos:Mardos:Sagas: Indos: tot
nationes:Imperia:Regna ſubægiſſet: montes:flumina:maria ſuperaſſet:loca aſpera:inuia:

inacceſſa

Inacceſſa penetraſſet & alios ſi qui uſq̃ eſſent mundos affectaſſet:ſiluit terra in cõſpectu eius
cecidit in lectum & uidit ꝙ moreretur. & quæ uno mundo contentæ non erant cogitano-
nes exiguo in loco una omnes hora perierunt. Mitto tyrios:mitto carthaginenſes:mitto ſi-
cionis. floruit Lydia:ẽ extincta. floruit Creta:ẽ extīcta Floruit reliqua Græcia:nũc quo ĩ ſta
tu ſit nemo eſt qui ignoret. Quid hoc noſtrũ Imperium? cuius fines utriuſq; & orientis &
occidentis Solis limitem contingebãt:ut taceam Gothos barbaros:qui ſæpe hoc latium in
uaſerũt. Duc quæſo mẽtem per gradus ætatũ: quot Põtifices in his quæ hic uidemus atriis
conſederunt. Ante Pontifices fuere Imperatores:ante Imperatores Conſules:Reges Roma
niq; Albaniq;. Etiã Latini Regibus uetuſtiores fuere: Aborigines Aboriginibus priores:
Archades Archadibꝰ ſupiores:Oenotrii Oenotriis remotiores:Indigetæ Indigetis. Quoꝝ
ultima extat memoria:antiqores fuere Morgetæ:quos cœtus. Quæ ſodalitia:quãtum ho
minum fuiſſe cenſes in his quos hoc in curſu ætatum memoraui:Profecto quot ſi uiuerent:
nec orbis caperet nec terra ſuſtineret. Qui ſi quandam hic depictam tabulam intueremur:ĩ
qua totius orbis deſcriptus ambitus per omnem ſeriem ætatum:urbes:uillas:domos:expli
caret: ſi mille eſſent mundi: completos omnes ac refectos hominũ aggeribus uideremus:
quos uniuerſos tanquam Datan & Abiron aut Amphiaraum terra deuorauit:abſorpſit:de
glutiuit: Vbi igiẽ qui hos campos:hæc prædia:hos agros per tot ætates arauerũt? Ad terrã
Vbi qui luſtra:qui legiones: qui exercitus:qui bella confecerunt? Ad terram. Vbi qui orbẽ
totum per omnem curſum temporum:qui aditus:qui uias: qui inceſſus: qui itinera fuerũt:
redierunt:decurrerunt? Ad terram. Vbi qui artes excoluerũt:domos habitarunt:maria na-
uigarunt:fora:templa:delubra:gymnaſia frequẽtarũt? Ad terram. Vbi cũ ſuis domibus Vr-
bes cum ſuis ætatibus uineta:olіueta:cerealia? Ad terram:ad terram: ad terram omnia ad
terram. terra:terra:terra inquit Iſaias. Voluuntur tempora motu aſſiduo:fluũt ætates:labũ-
tur anni:nario præterit:nano aduenit. non hora:non momentũ poteſt conſiſtere. & tãquã
unda impellit undam:ab alteraq; ĩpellitur:ſic dies extrudit diem:nox noctem:gens gẽtem
inculcat. Ita uidere mihi uideor ex edito quodam excelſoq; loco abire cum populis Reges
pauperes diuitibus:mulieres uiris: pueros ſenibus intermixtos labi lõgo agmine: pallido
uultu:clauſis oculis ire cateruatim: nocte obſcura propare & currere ad uiã uniuerſæ carnis
Videre mihi uideor inter mortẽ & naturam pugnam atrociſſimam: bellumq; inexpiabile
eſſe ſuſceptum:naturam gignere hominum turmas:mortem accinctam falce illa truculen-
ta & horrida:per maria:per terras inſectari:præmere:urgere. Naturam fouere & compleſti
gremio:mortem eripere atque extorquere. Naturam quotquot gignit inuoluere delitiis:
leuare paulatim e terra & tanq̃ ducere in aciem:Mortem magno impetu adoriri: inuolare
hiatu nigro:ſternere:elidere:obtrũcare & in terrã ipſam redire cõpellere:uermibus Duces
in eſcam:uermibus Principes:uermibus Reges:uermibus omne genus hominũ obiectare:
agere ante ſe prædam gentium:ætatum:nationum:fugereq; omnes ante oculos & tanquã
e ponte quorum denſo agmine celeri fuga tranſeuntes præcipitare ſeſe in locũ atrum atq;
obſcurum: unde nũquam amplius aſpici poſſe uideãtur. Quos ſi quæris ubi ſint:habet gre-
mium magnæ parentis: habet tergum & mors: habet obliuio & ſilentium naturæ ordine
ſempiternum. Et nos quoq; Pr̃e Maxime quum ſtatuent ſuperi ueniemus ad illos:ad quos
nũc quoq; citato gradu properamus: currimus ad mortem:tacitiq; ſeneſcimꝰ annis. Habes
ipſe ſub pedibus & quicquid ꝑ tinus homines fuere:nec primis quidem impune parati ſunt
qui hanc eadem nobis facient iniuriam: & corpora noſtra tanto habita & nutrita ſtudio
præment:conterent:conculcabunt. O conſilia noſtra inania. O cogitationes hominum
cæcas & uentoſas. Intereunt Vrbes:nos non formidamus mortem. Occidunt nationes
& imperia:nos de occaſu & interitu non cogitamus. Secula & ætates uidemus eſſe cadu-
cas:nos homũculi tanquam ſemper uicturi debacchamur. Miſeret nos uicinorum quum
moriuntur: noſipſos qui quottidie ad mortem accedimus non miſereamur. Tam [illegible]
manſuri ſumus in terris ſpacio:& tamen omnem operam terrenis in rebus omnem [illegible]
tiam atque ſtudium collocamus. Miſerum genus hominum quantis in tenebris [illegible]
quanta in caligine & cæcitate uerſamur? Aedificamus domos: quas alius inha[illegible]
non cognoſcimus: fortaſſe quem odimus. Spem ponimus in liberis & nepo[illegible]
quo magis doleamus ante nos occident: ut mortuus eſt Thare ante patrem [illegible]
ſecuri non ſimus una omnes poſt nos ætate morientur. fortaſſe ferro laqueo [illegible]
gros & prædia comparamus quæ in alium atq; alium poſſeſſorem tranſ[illegible]
oculis: uanitates manibus: uanitates gremio geſtamus. Qui ſi paulo p[illegible]
tatis: nec eſſem unus e plæbe infima: clamarem: alta uoce: atq; ea [illegible]
ram agricola: inquam paulo poſt conuertere: amplectare diues ope[illegible]

bili ſtudio quæſitas :cōgere auꝝ :exaggera argentum:accumul a pecunias rape : iuuola : ex
orbe diuitias:exhauri pauperum fortūas:quid ægiſti tandem: quid habes quod poſſis tan-
quam manibus & dentibus prenſum & ſtrictum tenere : atq; defendere ne tibi eripiatur &
ſit futurum tuum. Nudus e terra uenisti :nudus reuertere in terram:atque utinam nudus:ut
non mille flagitiorum ac ſcelerum maculis inuolutus atque contectus. Quid inquam ha-
bes quod tecum poſſis ferre? Num cratheres & tapetes tuos:quaſi non omnia ſint relinquē
da morienti: Aut dic mihi: Quem unquam uidiſti hominem quicquam ſecum potuiſſe de-
ferre:quem nunc ampla tecta non capiunt? Vbi quæſo ſpaciaberemum in auratis illis myr-
miliatiſq; penetralibus:in quæ tuas omnes delitias conieciſti? quaſi non ſit tibi exigua lati-
tandum foſſa? Aut da mihi quem morientem breuis totum urna non texerit : qui nunquā
incedis:ſolus nunquam audes ianua efferre pedem:niſi ſtipatus hominum cateruis. Qui
obſecro te comitabuntur:non enim loquor de uermibus: Nō aut denſa militum agmina:
aut longi ordines togatorū:quaſi non ſis ſolus in ſepulchri anguſtiis deſerēdus? Aut oſtē-
de mihi quem morientem ſodales non relinquerint? Amici non demiſerint? Cliētuli:ne-
potes : liberi non deſtituerint? Animal cœnoſum & reptile inuolutum tot pellibus: tantis
alienis rebus:ut hiſtrio:non homo eſſe uidearis:ubi ſpem: ubi animum collocaſti? Flāma
ſtuppea & uapor ad modicum apparens:ubi collocaſti animum:ubi poſuiſti ſpem? Cenſes
opes iſtas tuas quas ex omni gente:& ex omni lucro fraude:ſcelere:rapinis:nunquam ſine
aliena calamitate:detrimento:iniuria comparaſti? Quas fraudulentus ſociis:amicis īſidio
ſus:hoſtibus uiolentus:pyrata mari:prædo campis:latro itineribus ſiccarius Vrbibus con
geſſiſti:poſſe te ullo modo fato.morte interita liberare? Cenſes terrena iſta bona ad corpo
ris quæſita delitias.ad religionis deſpectum habita:ad uirtutis neglectum contemptum :
exilium comparata poſſe te ullo modu ſalute deo:cœlo immortalitate : donare? Cenſes
eandem ſpem in mundo quam in deo.eandem in terrenis quam in cœleſtibus:eandem in
hac mortali & caduca patria:quam in illa cœleſti & ſempiterna eſſe reponendam? An nō
uides Reges cecidiſſe:domos cecidiſſe:urbes cecidiſſe: diuitias:regna . Imperia cecidiſſe.
Sunt ne hæc faleræ oratorum aut iactantia dicendi:non res ipſa loquitur. Quod ſi natura
iubet:ſi probat ratio.ſi exitus oſtendit.ſi populari muri.lapides defecerunt.tu te unum ex-
tra cōmunem ſortem ponendum.tu te perduraturum.te unum immortalem futurum exi
ſtimabis? Cogita homo.& iterum atque iterum cogita ſi dentes exciderūt.aut paulo poſt
excident. Si caligant oculi.aut mox caligabunt. Si mancus uiribus. Si forma abſoletus. Si
cano & caluo capite ſpectare curuus incipis in terram tuam. Cogita inquam quid hæc ſibi
uelint:meditare nouiſſima tua homo. Equidem ſi unicuiuis hominum ſoli eſſet morien
dum:cæteris autem uita fruendum immortali.non tamen uiderem quid ita negligerem.
quid mihi ſoli poſſet accidere. Hærerem.timerem.dubitarem.inſtruerem meme.ut ſi unū
ex omnibus fata poſtularent non eſſem imparatus : quum autem hæc eadem ſit omnibus
ſtatuta lex.nec quiſquam omnino poſſit effugere quid facimus. Quid arrepti a morte p
capillos tanquam in media pace iacemus.dormimus.oſcitamus. & uitam quærimus ubi
non eſt uita.& expleri uolumus ubi expleri non poſſumus. ubi poſſumus non quærimus
expleri. Quid uidimus in terris unquam quod ſtabile ſumus experti. Quid ſtabile quod
iocundum. Quid iocundum quod non ſuſpectum. Quid concupimus unquam quod ade-
pti ſtatim non faſtidierimus. Cur ita fieri cenſes niſi quia terrena hæc incendere nos & in
flammare cupiditatibus poſſunt:explere & ſaturare non poſſunt. Erigenda mens alte eſt.
Tollendi ad cœlum oculi ſi uitam:ſi ſaturitatem affectamus. Viderunt hoc ſanctiſſimi Chri
ſtiani:qui cœli aſſequendi gratia duriſſimis ſe laboribus:cruciatibus:ſuppliciis obiecerunt
Vidit hoc Anaxagoras qui interrogatus cur ſibi patriæ cura non eēt. Mihi inqt patriæ qui-
dē cura eſt ſūma:cœlum digito oſtēdens. Vidit hoc Socrates:quū Tritoni ſuo dixit : nihil
ſe ſui in terris eē relictuꝝ.ſed totū euolatuꝝ ad cœlū. Quid ſi gentiles illi expertes fidei:igna
ri Religionis hoc cognouerūt:quid cenſeamus nobis in tanta reꝝ diuinarū luce & ſplen-
dore eſſe faciendū? Si illi pro nuda uirtute:pro inani ſpe terrena hæc præ illis cœleſtibꝰ con
tempſerunt:nos in tanta præmiorū:in tanta gloriæ expectatione poſiti:non contemnemꝰ.
Sequere naturam tuam ducem homo:ſequere naturam tuam. Erexit te deus in ſublimem
ad cœlū:quæ te ratio perpulit:ut pronus incurueris ad terrā. Ille tibi ſtellas.ſydera. Lunam.
Solē:tantum nitorem aſtrorum:tot ſimulachra reꝝ infixa cœlo ſuperne oſtendit.ut tu quū
illa tā pulchra uideres:ſe q ea cōdidiſſet multo pulchriorem exiſtimares. Tu a terrenis ocu-
los tollere : Tu te erigere: Tu ſurſum ad factorem tuum pauliſper ſpectare nō potes. Ille tibi
tantam uarietatem rerum nocturnis ac diurnis illuſtratam flammis poſuit ante oculos : ut
ea tu captus pulchritudine : alte ad ſe conuertere. Tu hærens tellure infixus humi: prona &
curua

curua in terram imitatus : pecora:hortos:campos:lapillos :gemmas intueris Magnam ho
mo largitori deo facimus iniuriá:ſi quod ab illo nobis datum eſt munus :ͥid nos aliam in
partem accipimus ꝗ̄ eſt datum . Dedit ille nobis rationem ingenii præſtantiſſimam : qua
nos certa incertis:pulchra ſordidis:æterna mortalibus anteponeremus . Cur igiť nos ſtul-
ti:cœci:inſani uſq; adeo abutimur ratione. Nam quæ alia eſt inſania:ſi hæc non eſt momē-
tanea:perpetuis:compertis.ambigua fœda nitidis antepōimus .Ille tibi corporis ſeruitium
animi imperium dedit . Tu dominum ſeruo parere. ſeruum domino imperare compellis.
Foues corpus quod a terra accæpiſti. receptaculum ſordidum. ſentinam flagitiorum. ſemi
narium uolupatum. Animum cœleſtem ſacrarium uirtutum . domicilium conſiliorum.
Dei imaginem:Dei ſedem non ſoues ?Obiecit deus corpus ſuum fuſtibus. ludibrio flagel
lis.ut te ſēpiterno illo atque crudeliſſimo ſupplicio liberaret. Tu terreni corporis breui cu-
ra te ipſum ꝑpetuo perire non curas? Tāta tua erat calamitas .ut Deum a cœlo ad terras at-
que ad crucem miſericordia deuocarit.ut tibi opem ferret. Nunc tua tanta eſt negligentia
ut tibi ipſi dum es in terris non auxilieris. Quid potuit facere dominus uineæ ſuæ & non fe
cit. Venit in terras ut tibi reditum pateſaceret ad cœlum. Subiuit mortem in cruce.ut quos
inimicus Dei ligni euerterat deliciis. eos Dei filius ligni ſupplicio releuaret . Deſcendit ad
inferos.ut non eſſet tibi amplius ad inferos deſcendendum. Potus eſt ſelle & aceto:ut om-
nem a te repelleret amaritudinem atq; acerbitatem . Fecit inquam ille quod potuit . Non
poteſt dexteram ad te porigere:niſi ipſe te erigas: Nec poteſt reuocare ad cœlum:niſi ita te
compares humilitate:ut dignus futurus ſis qui ad cœlum poſſis aſcendere. Non uult iactā-
ter & ſuperbe hominem efferri in terris: qui angelos cœlo ſuperbia præcipitauerit. Nec fa-
ſtu & elatione eligit amicos:qui & ſe agnum fecerit humilitatis & matrem ancyllari humi-
litate delegerit. Fecit & e terra ut non liceret ſuperbire. Fecit mortalem ut non poſſes. Fecit
ſui ſimilem ut non conueniret:qui uenit ad ſaluandos manſuetos. Noli igitur neque Prin-
ceps in Principatu tuo:neque eloquens in eloquentia tua gloriari:ſed in ſolo domino glo
riare:quia cæteris in rebus gloriā ut quærere non debes:ita inuenire non potes. Refer hoc
tempore animum domino Deo tuo : quem ille præcipuum ſibi in hoc terreno imperio re-
ſeruauit:& ne amitteret hoc tempore ad mortem crucemq; deſcendit . Si peregrinus es ui-
de & circunſpice quo pacto redire poſſis ad patriam: Si hoſpes mundi:cogita domum:con
gere ſuppelectilem ad domum : Stultum eſt ædificare hoc in diuerſorio unde paulo poſt
depellendus ſis:in illa cœleſti domo unde depelli non poſſis non ædificare Multo ſtultius
inuigilare in his quæ aliis ſis relicturus:quæ uero tecum portaturus ſis in his nō elaborare.
Qui ſi nullum: uidemus locum in terris tam inaceſſum:nullam arcem tam munitam:nul-
la arma atque conſilia quæ tueri nos a morte poſſint atque defendere . Si omnem hāc que
ſub Luna eſt regionem eſſe mortalem.& caducā :nihilq; in ea omnino poſſe conſtare:alio
in loco iaciendum eſt nobis fundamentum ſolidum & firmum : quod nūlla queat uis la-
befactare:ubi nos ipſos:ubi rationes:conſilia:deniq; uitam omnem poſſimus ſtabilire Fun-
damentum ante aliud nemo poſſunt ponere:ꝗ̄ quod poſitum eſt:qui ē dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus:cuius nomen ſit benedictum in ſæcula ſæculorum. Amen.

IOANNIS ANTHONII : CAMPANI : EPISCOPI : INTERAMNIENSIS DE : SPIRITVSANCTO ORATIO :.

c VM ſtatuiſſem : pater Sancte id quod erat huius temporis : & ho
dierna expoſcere ſolennia uideantur : quæ de ſpiritusancto a ſum
mis uiris:probatiſſimiſq; auctoribus conquiſita ſunt atq; adinuen
ta in medium afferre : feci quod fere his accidit qui nunꝗ̄ antea ſo
lin nauigare : aliquem in locum traiecturi ad littus primum acceſ
ſerūt ut ſe naui ac uento permitterent. ſed ubi tantam .& tam late
patentem altiſſimi pelagi uaſtitatem ſunt conſpicati : non auſi na
uim conſcendere : pedem rettulerunt :terreſti itinere profecturi:
quo per medias undas traiicere dubitarunt . Quum enim de Spi-
ritusancto : de quo futura eſt oratio : tot tantaq; extarent : quæ ſiue ad illius infinitam ma-
gnitudine:ſiue ad proceſſionem : ſiue ad emanationem:ſiue ad ea quæ uocant attributa ꝑ-
tinerent : fieri mea ſententia non poterat : quin ſi hæc aggrederer:ſimul & de omni trinita-
te diceretur. Quæ res non uiſa modo uiribus meis impar : ſed quæ uel conſummatiſſimæ

doctrinæ uiros: & in ſcientia diuina longe exercitatiſſimos deterreret: quum res ſit nulla i
qua. & peccari grauius: & periculoſius poſſit errari. Quid enim explicatu difficilius: q̄ his de
rebus dicere: de quibus tot tantaq; ſummorum hominum contentiores agitatæ: tot habiti
conuentus: tot Concilia Pontificum: Regum: populorum: celebrata ſunt. Aggredi quod
nequeas præſtare ſtulticia eſt: conari uero in quo uel maxime defecerit uires ſumma teme-
ritas. Rettuli ergo pedem: & quo per tantam rerum altiſſimarum profunditatem nõ auſus
ſum ire: plano atq; expedito itinere contendens ita de Spiritu ſancto putaui differendum:
ut quæ alta atq; obſcura uideātur reliquēs: aperta explorataq; cõplectar. Quæ etſi ipſa quo
q; ſunt ampliſſima: tamen quum nihil ſit alienius ab oratione hodierna: q̄ deſperare ſpero
eum qui hodierno die tantam uim dicendi dedit apoſtolis apud externas gentes: & barba
ros locuturis: mihi quoq; qui de ſe dicturus ſum in conſpectu ueſtro ſantiſſimo non deſu
turum. Tria ſunt de quibus ſumus dicturi. Primum aduentus. Spiritusſanti cauſam afferе
mus. Deinde quibus potiſſimum modis uenire ſoleat aperiemus. Poſtremo: quoniam ni
hil eſt aliud. Spiritusſanctus q̄ amor diuinus: de amore ipſo diſſeremus. Cauſam quidem
ſic aggrediemur. Saluator noſter remigraturus in cœlum: ne diſcipuli: quos ad aperiendā
ueritatem. & nomen ſuum ſantiſſimum prædicandum relinquebat in terris: ſine duce. &
præceptore deſtituti eſſe uiderentur: pollicitus eſt miſſurum ſe illis e cœlo. Spiritum ſãctū:
ut quæ opus eſſent edoceret: cuius ope freti contemnerent minas: cruciatus perferrent: om
nibus in rebus conſtantes eſſent. Quinquageſimo deinde poſtq̄ ſurrexit die quæ ipſe ſuo
ore prophetarumq; teſtimonio erat pollicitus: & diſcipuli expectabant adimpleuit. Claro
die hora iam tertia: quum unum in locum conueniſſent omnes: auditus eſt ſonus e cœna
culo cognitus. Spiritus: uiſus ignis: accæpta lux domini: intellecta maieſtas. Quum tot tā
taq; ſint religionis. Chriſtianæ teſtimonia clariſſima: Illud ſemper maiores noſtri maximū
atq; certiſſimum putauerunt: quoniam nihil eſt ſignatum aut promiſſū in lege ueteri quod
in noſtra non fuerit expreſſum aut abſolutum: nec quicq̄ abſolutum aut expreſſū in noſtra:
quod in illa non ſignatum extiterit aut promiſſum. Moyſes egreſſus. Aegyptum quum a-
gnum ſacrificii immolaſſet. Phaſen: tranſitum. Latine dicimus: Hebreorum ritu celebrauit.
Quod fugientes. Pharaonem cedentibus aquis. Aegyptum pelagus incolumes pertranſiſ
ſent: quinquageſimo deinde die poſt hoſtiam mactatum in Syna monte legem: teſtamen
tiq; tabulas accæpit. & in fumo nubeq; accæpit. Eos deīde dies Hebrei quot annis q; ſerui
tute liberati legem qua in uita domini ambularent accæpiſſent: ſummo honore: maximaq;
pompa celebrarunt: dixeruntq; immolationis tempus. Phaſen: id eſt tranſitum quem dixi
mus. Accæptæ autem legis anno dierum. Penthecoſten: id eſt quinquies decies appella-
runt: ſtatueruntq; nouas cærimonias panem noualem ex primis frugibus offerri in templū
Aes alienum populo remitti: & immunitatem omnibus concedi decreuerunt. Atq; in lege
ueteri hæc fuit umbra. Videamus nunc quod extiterit corpus in noſtra: Agnus imolatus.
Chriſtus eſt: qui in expiationem populi electorum ligatus eſt: ad aram ductus eſt: in cruce
mactatus eſt. Phaſe noſtrum. Chriſti fuit paſcha: id eſt tranſitus noſtræ mortis ad uitam: p
niciei ad ſalutem: damnatiōis ad gratiam. Quinquageſimo poſtq̄ Chriſtus ſurrexit die ue
nit. Spiritusſanctus legem daturus: primum Habraæ promiſſam igne ſignatam: a Moyſe
poſtremo: tandem a Chriſto ipſo completam: Nec uenit in nube: quum iam gratia mūdaſ
ſet pluuiæ. nec in fumo: quum iam ueri ſplēdoris claritas illuxiſſet. nec panem attulit noua
lem: quum iam panis uiuus deſcendiſſet e cœlo. nõ ex noua & campeſtri demeſſus ſegete:
ſed ex nouorum præceptorum fermento cõcoctus. remiſſa nõ pecunia a creditoribus: quā
uis enim id poſſet: ſed peccatorum obligatio diſſoluta: quæ ſolius. Principis dei eſt poſſe
diſſoluere. nec uni apparuit Moyſi legem daturus in mõte: ſed omnibus ſe infudit apoſto-
lis in cœnaculo: in loco celebri non deſerto: in cœtu hominū non in ſolitudine. Venit igi
tur Spiritusſanctus: quoniam promiſſus a Chriſto apoſtolis: a Prophetis omni carni: ſuper
omnem enim uenit carnem quum ſuper omnes uenit apoſtolos. qui quum ſint duodecim
totidem tribuum capita eſſe uideantur quæ genus humanum: quantum eſt complectantur
totum. Venit claro die: quoniam diſſipatis priſcorum tenebris: lucem nobis ueritatis clariſ
ſimam attuliſſet. Hoc enim inter Spiritum ſāctum. & phytones illos ueterum nocturnos in
tereſt: q; illi in tenebris ueniebāt: Spiritusſāctus in luce. Illi noctu: Spiritusſanctus interdiu.
Illi ambagibus conuoluebant Spiritusſanctus omnes depellit ambages. Illi quos adibant
reddebāt attonitos & furore extra mētē rapiebāt Spūſſāctus. & q̄ lætiſſimos facit: & mētes
ratione: cõſilio: atq; omni uirtutis genere corroborat. Venit hora iam tertia: ut qui tertia ho
ra decepti fueramus ab hoſte: per parentem primum in paradiſo: tertia hora reſtituti atq; il-
luminati eſſemus a Spiritusſācto: per apoſtolos in cœnaculo. Venit etiam hora tertia: q; ea
hora maiorum

hora maiorum inſtituto patronis cauſidicisq; pateret : quum cauſæ forenſes agerentur. Et
Spiritumſanctum Paraclyton dixerunt Græci: noſtri Patronum . & defenſorẽ inuenerũt.
Itaq; hora Patrocinii ad apoſtolorum qui ſui erant clientes patrocinium defenſionẽq; de
ſcendit. Veni in flamma:quoniam fuerat in fumo præſignatus.Fuerat fumus in Moyſe:fa
ctus eſt ignis in Chriſto.Fumus uẽturum ignem indicauit: flamma ignem iam ueniſſe de
clarauit.Hic cumulus:hæc ſũma orientis fuit fidei:ut cæteris in rebus apparatus:hic nuptiæ
factæ eſſe uideãtur.Religio Chriſtiana quæ in Chriſti natali cœperat : cœpta creuerat:cre
ta atq; aucta hodie teſtamento perfecta eſt:fundata:ſtabilitaq; omnia : apoſtolorum animi
ardẽtiſſima erga dominum ſuccenſi charitate.& illuminati:& ad acerbiſſima quæq; ſubeũ
da parari facti ſunt. Quid enim proderat crucifixum eſſe Chriſtum.& mortuum reuixiſſe
niſi fuiſſent qui ita factum eẽ teſtarentur? Teſtari autem quo pacto fuiſſent auſi :quibus tot
cruciatus. & ſupplicia proponebantur :niſi fuiſſent diuinitus confirmati? Iudas Chriſtum
prodiderat:negauerat Petrus:cæteri diffugerant : Thomas addubitauerat : pertimuerũt in
nauicula uenientem.& loquentem non agnouerant:Erant hæc fidei debilia fundamenta:
nutabant baſes:& leui perculſæ metu quatiebantur . Quid facturi fuiſſent in equuleo:tor
mentiſq; aliis atrociſſimisqui etiam nemine torquente defecerunt :aut quo pacto credituri
fuiſſent cæteri : quum uel ipſi aſſertores ac diſcipuli dubitaſſent . Quare opus fuit præ
ſidiis ualidioribus:quibus minas contemnarent:cruciatus perferrent: per ignem aquamq;
tranſirent:nomen domini ubiq; teſtarentur:magnifice extolerent :intrepide prædicarẽt.&
quos uerbis non poſſent miraculis permouerent . Quam ob rem uenit Spiritusſanctus pro
mulgaturus legem ſpiritalem : latur⁹ præſidium his qui eſſent cum tot uariarum gentium
falſis atq; impiis ſuperſtitionibus pugnaturi:confirmaturus animos ſuorum athletarũ:qui
bus ſciebãt ferrum:ignem:cædes:& crudeliſſima quæq; ab impiorum manibus eſſe ſubeũ
da:datur⁹ ſuis buccinatorib⁹ linguã eruditam:flãmeam:ardẽtẽ: ut cæteros eadem qua ipſi
ardebant charitate ſuccenderent.Illuſtraturus ita ſuorum corda ut neq; cõſilio uinci a quo
ꝙ poſſent:neq; ſcientia ſuperari.Iam cur uenerit Spiritusſãctus uidimus : nunc quibus mo
dis uenire ſoleat:aperiamus. Modos quidem multos ſed tres præcipuos fuiſſe cõſtat affla
tum :nuntiationem:accenſionem.Afflatum halitu fieri conſueſſe:ut quum apoſtoli a Chri
ſto:cæteri uicarii manu ab apoſtolis afflarẽtur quo genere ſaluator ante ꝙ migraſſet ad cœ
lum apoſtolorum uultus inhalauit:ut eſſent qui cœleſtem nacti poteſtatem.& auctoritate
freti dominica:hominum poſſent peccata dimittere:ſacra conficere: ritus immutare :initia
tiones facere:fidem ſtabilire:religionis ſtatum ordinare. Deinde eſt nuntiatio.Hæc & ſã
ctior fuit cæteris.& maioribus in rebus adhiberi ſolita ut in columba mitteretur . Quæ res
& ipſa a Noe ſignata:a Chriſto expreſſa eſt.Quippe & ille columba nuntiante:a quib⁹ libe
ratus eſt.Et his aquis eadem ſupra ceruicem ſedente baptizatus eſt . Omnium animãtium
quæ cœlo ſpacientur. & fœcundiſſima eſt columba. & ſimpliciſſima.Nam & ſingulis pro
pe incubat menſibus.& ſine fraude:ſine ſtudiis foris candida : intus candidior : ſola ex ani
mantibus carere felle. & bile exiſtimatur.Quam ob rem uiſum eſt cõſentaneum ut quos
hoſtis noſter ſub ſerpentes auerterat caliditate : eoſdem Spiritusſanctus ſub columbæ ſim
plicitate ſubleuaret. Mitis eſt:amica eſt:nobiſcum habitat.& noſtro lætatur aſpectu. Cõtra
ſerpens ſqualidus:ſpinoſus:luridus:totus ſelleus.& uirulentus:nobis uitæq; noſtræ inſidia
tur:fugit a conſpectu.& per latebras obreptans:quocunq; ſerpit uomit:ſpargitq; uenenum
& mortem noſtram quam olim animæ intulerat : nunc etiam corpori ut inferat dentibus
habet abſconditam.fitq; natura ſentiente affectus ut ſerpentis occurſu improuiſo expaue
facti tanꝙ ab hoſte.& animi & corporis capitali exterreamur. columbæ aduentu geſtiam⁹
nobiſcum taciti . Veteres augures quorum auſpicia nunꝙ priſci homines contempſerunt.
occurſu ſerpentis qui callum interturbet inſidias nobis fieri.& cædem propinqui: aut peri
culum aliquod impendere maximum crediderunt. Columbæ aduolatum qui ſupra uerti
cem fiat:gratiam:opem: beniuolentiamq; promitere . Idem etiam ſomniorum interpretes
putauerunt ſerpentem in ſomnis maledicos:detractores:ſuſurrones:& id genus hominum
portendere : columbam omnia quieta : amica : benigna polliceri . An putamus conie
ctores quorum ars diu retenta eſt a priſcis temere ita indicaſſe? Sentit inquam natura: ſẽtit
odium:ſentit amiciciam.uidet unde accæperit mortem: uidet unde uitam recuperauerit.
& in naturam tranſiit quicquid in Ada conceptum eſt.Eripuit nobis uitam ſerpens quum
illi eripuit : īfecit ac uiolauit.naturam omnem cum Adam in quo omnis erat collecta na
tura uiolauit.Columba pacem ac ſalutem nuntiauit humano generi: quum Noe in archa
nunciauit ubi totum humanum genus continebatur.Etiam priſci illi qui noſtram hanc lu
cem non aſpexerunt deorum inuoluti opiniunculis columbam rerum maximarum inte

nũtiam putauerunt:traditumq; eſt Mutinẽſi bello litteras .D.Bruti collo alligatas ad Ro.
Conſ.detuliſſe.Poetæ uero non ſemper ſtulti.& pacis nuntiam. & amori ſacram cecinerũt.
Vnde putamus aliunde q̃ a Noe poetas uſurpaſſe:ut pacis conciliatricem.& amori dedica-
tã appellarent columbam:niſi quoniã oliuæ ramum quæ arbor pacẽ habet ad archam reſe
rẽs:pluuiã iam ceſſaſſe:aquas reſediſſe:dominũ pacatũ eſſe nunciauit? His de cauſis factũ eſt
ut Spiritusſanctus qui totus eſt amor fœcunditas in fœcunditatis aue reſideret . Poſtrema
eſt accenſio quũ uenit in igni:qualis hæc fuit hodierna:duabus de cauſis comparata. Alte
ra ut apoſtoli quanta maxima poſſent charitatis flãma accenderentur:qui eſſent.& ipſi ali-
os accenſuri.Altera ut q̃dam nos ſimilitudinẽ Spiritusſancti. & ueluti cognationẽ q̃tã ca-
pere mente poſſumus:ex rẽ prope ſimili caperemus.Qua enim re oſtendi potuit expreſſius
magnitudo caritatis:quæ tota feruet:ebulit:ardet beniuolentia:q̃ ſi per ignem. & flãmam
eſſet oſtenſa.Tu uero quiſquis es:ita ſenti:nullum æſtum aut incendiũ:nullam uel ardentiſ
ſimã fornacẽ tantos iniicere uapore:rebus quæ incenduntur:q̃tum Spiritusſanctus charita
tis iniicit ſtudiũ atq; ardorẽ his quorũ mentes uel ſemel uoluit attingere.at eo plus iniicit:
quoniã ignis.& flãma aliquando tandem extinguuntur.Spiritusſãctus ubi ſemel illuxit:ſẽ
per plus ſumit uirium.& magis exardeſcit. Et q̃tum comparari poſſũt creata æternis:eadẽ
eſt Spiritusſancti atq; ignis ſimillimaq; natura:ardet hic:ardet ille.illuſtrat unus:illuſtrat al
ter.hic ſordes:ille peccata depurgat.ſolus ignis ex rebus omnibus quas ſupior natura ſub-
ter cœli religionẽ collocauit:ſemp ſurſum enim fẽ ad alta ſurgit:ad cœlũ cõtendit.Solus eſt
Spũſſanctus qui mortaliũ mentes ad ſupnã & cœleſtẽ ſedem erigat:eleuet.exuſcitet. Ignis
nunq̃ cõputreſcit.Spũſſanctus nullã capit labẽ:qua inficiatur:cõicatus ignis nihil ĩminuit:
cõicatus Spũſſanctus ſemp augetur.Atq; hic ſolus eſt ignis cuius lux ſine caligine ẽ : flãma
ſine fumo:rogus ſine cinere:ſcintilla ſine rubigine.Ardet non adurit:inflãmat ardore:non
conſumit incendio Hic ille eſt ignis Heliæ qui ſurrexit quaſi ignis.& uerbum eius ardebat
quaſi facula.Hæc illa flãma qua cœleſtes aĩantes:dum ſummo principi concinũt atq; aſſi-
ſtunt:erga illum ardere & conflare non ceſſant.Vnde quos Hebrei ſeraphicos noſtri inflã-
matos atq; accenſos appellarunt.Hic ille Aegyptiorum ignis:qui Spũm omnia conficien-
tem & cõmiſcentem atq; illuſtrantem igneum eſſe & flãmam conſtare uoluerunt.Hæc illa
poetarum furta qui ignem clam cœlo ſurreptum:ac pectoribus iniectum humanis mẽtem
infudiſſe:inhalaſſe animam & uitam inſpiraſſe confinxerunt.ita ut quum nihil eſſet in ter-
ris præclarius ac lucidius igni.nec celerius quicq̃ ageret uehementiuſq; accenderet :uiſum
eſt exiſtimaſſe deũ nulla re conueniẽtius ĩfundi Spũmſſanctum apoſtolis potuiſſe : q̃ igni:
qui non ſolum ad capiendũ charitatẽ eſſet accõmodatius. ſed quod magis uolebat ẽt ad
cõicandum.Quare non in robore corporis:quo decertaret:aut pedum celeritate:quo fuge
rent:datus eſt illis Spũſſãctus.ſed in lingua qua cõmunicarent :cætera membra noſtra qui-
bus audiuimus. uidimus. ſentimus nuncii ſunt.& feneſtræ rerum externarum:quæ inde in-
telliguntur:Sola lingua ad communicanda conſilia cogitationeſq; noſtras adinuenta:non
quod fiat aut dicatur a cæteris aperit nobis. ſed aliis potius quod ipſi ſentiamus oſtẽdit:cor
dis atque animi nũcia.Lingua eſt ianua mẽtis:teſtis memoriæ:miniſtra rõnis:dux humani
cõmertii.Ita quũ eſſent pandenda archana dei:aperienda myſteria:oſtẽdenda uia dñi:datus
eſt apoſtolis Spiritusſanctus in lingua:ut hæc gentes poſſent edocere cũ lingua Nec una
data eſt lingua:quum non eſſet natio una ſuadenda:uarietatem linguarum quæ uidebatur
uarietas nationum apud quas erant dicturi faciebanut quorum ſonus in omnem eſſet exi
turus plagam:remotiſſima quaq; intelligi. & precipi poſſet in terra : qui omni eſſet in terra
audiendus . Et quum non ſatis eſſet carneæ quæ loquerentur : additæ ſunt igneæ quæ ſuc
cenderent.Opus erat ſermone ardenti:uerbis flammigerantibus:quæ adirent mentem:pe
netrarent animi intima:accenderent atq; inflammarent præcordia. An ſatis erat adhibere
mediocritatem dicendi:his qui uellent ſuadere deum hominem factum? Conceptum ſine
congreſſu:natum ex uirgine:mortuum reſurrexiſſe:aſcendiſſe in cœlum cum corpore: redi
turum in terras cum corpore.& reſurrecturum mortalium facta diiudicaturum : qui uellẽt
euellere atq; extirpare ueterum opinionem: plantare nouam fidem : delere ritus maiorum:
afferre nouos:extiguere præcepta patrum:inuehere ſua? An in quam erant hæc quæ huma
nam expoſcerunt linguam:hac noſtra mediocritate dicendi contenta ? Proh deum ĩmor
talem quæ flumina uocis:quæ uerborum tonitrua & tempeſtates eẽ oportuit:quæ orbe to
to hominum pectora ferirent:quaterent:raperent:inflammarent. Ardebant qui audiebãt:
ardebant qui loquebantur. Eſtq; paucorum annorum ſpacio religio Chriſtiana tanta pro
pagata:quantam utinam utinam nunc teneremus. An erat hic aliud q̃ lingua quæ fulmina-
batq̃ Spiritus quo rapiebãtur:q̃ diuinitas quæ hominum pectora diuellebat? Venit itaq; ĩ

flamma

flamma Spūſſanctus ut Dei amore hominum animos conflámaret. Lingua igné amoris
accæperút apoſtoli. ut amoris igné lingua in cæteros coniectarent. Incenſi ferebant ſuppli
cia quoniá amabant. Incenſi appetebant mortes quoniam deú amore monebamur. Quare
ad amoré ipſum tranſeamus. Amoré diuinú cauſam atq; initiú rerú oīum nó modo noſtri
Aegyptiorúq; theologi arbitrati ſút. ſed plærīq; ét ueterú pħoꝝ putauerúteúq; per omné
infuſum mundú cœlú aeré. terras. mariaq; cóplexú: hoiem ad ſuá gloriá cæteraq; quæ aut
oculi poſſunt uidere. aut mêtes cócipe ad hois ipſius utilitaté procreaſſe. Eſſe aút Amorem
ſupremi pricipis dei liberalé. ac beneficá uoluntaté. qua ſeipſum primú filiúq; cóplectit. de
inde in hoiem: poſtremo in oia extenſani & propagatá. In anguſto res agitur. uerbú uerbo
reddendú eſt. Pater ſeipſum intelligens gignit filiú in quo ſibi bene cóplacuit. Hi dum ſe
ſe mutuo cóplectuntur ꝑcedit amor. Et quia ſe infinite bonos itelligunt: infinite ſe amant.
Amoris. n. initiú bonitas eſt. Hunc Amoré alii Spūmſanctum. alii charitatem. alii domú.
plærīq; amorem appellarunt. nobis amorem placuit nuncupare. Is ex duorum patris ac filii
connexu. ut uidetis procedit. nec ita procedit. ut illi antecedant. hic ſubſequatur par ætas
eſt omnium. non ꝙ aliquando eſſe cœperunt qui fuerunt ſemper. ſed quoniam nobis ue-
nit in mentem ut ſic uiciſſitudinem illam diuinitatis interpretemur. Appellamus patrem:
non quia filii gratia uxori operam dederit. Appellamus filium: non ꝙ editus ſit in lucem
puerperio. Dicimus Spiritumſanctum procedentem ab utroq; non ab illo tanquá auo: ab
hoc tanq̄ patre uenientem: ſimilitudinem rerum aucupamur non res ipſas attingimus. ut
gigni eum dicamus qui quum ſemper gignat nunquá cœpit aut deſinit gigni: procedens
amorem cenſeamus: qui quum ſemper procedat: nunq̄ cœpit deſinetq; procedere: nó men
ſurantur temporibus qui tempora condiderunt & fuerunt ante tpa. Ita qui gignit ab omni
æternitate genuit: qui eſt genitus ante oēm æternitatem eſt genitus. qui procedit nihilo fu
it poſterior q̄ hii pſi unde procedit. Quas tu mihi nectis ambages dicet aliquis? Procedere
amorem dicis. age quæſo. a quo procedet? Num ab eo qui non prius fuerat? Ridiculum é
non ante fuiſſe qui gigneretur q̄ eſſe qui gigneretur: nec ante fuiſſe a quo procederetur q̄ eſſe
qui procederet. Cæcutientes & lippi ſunt fateor mortalium oculi. non facile poſſum' hæc
introſpicere qui caligamus. ſed proſpicimus tamen. neq; enim eſt aliud is qui gignit q̄ qui
gignitur q̄ qui procedit. Eadem res eſt. ſi modo res dici poteſt qui ſupra omnem eſt rem &
rebus omnibus dedit ut eſſent. ſolem. radios. lucem unum ſolem eſſe dicimus. Sol radios.
radii & ſol lucem pepererunt. nec ſol ante radios. nec radii lucem oriuntur. unum quum
aſpexeris. omnes aſpexeris. & tamen non eſt hæc lux quá aſpicis in terris. & rimis penetrat
in templum corpus illud ſcintilloſum quod intueris in cœlo. Sonus in uocem: uox in uer-
ba perrumpit. nec potes inficiari id totum eſſe ſonum. Aqua e fonte in flumé: in riuulos de
ducta. ubiq; aqua eſt. non ubiq; fons. non ubiq; flumen aut riuulus. quanq̄ nó omnino poſ
ſunt comparari creata æternis. quia hæc poſſunt deficere & ceſſare: æterna non poſſunt.
Quum igitur duabus illis diuinis cœleſtibuſq; perſonis procedat hæc tertia de qua nunc
agitur ad amorem appellamus exiſtimare oportet hunc amorem æternú eſſe ſempiternúq;
futurú. eúq; eſſe ut ante dicebamus. diuiná uoluntatem qua ſe innectit. immiſcet atq; inſe-
rit rebus oíbus & conciliatur quantú in ſe eſt æquæ oíbus: quáq̄ nó æque oés complectunt
Collocauit ille oés in cœlo angelos. ſed nó oés in cœlo angeli permanſerút. Inuitauit oés
ad nuptias. ſed nec omnes apparatú attulimus nuptiarú. Caret inuidia ſuperni Principis be
neficia: nec cuiq̄ claudit manum: liberalitas cœli exhibet ſe: porrigit ſe. expandit: datq; ſeſe
omnibus qui uelint accipere. nec appetitu capitur externo. aut oculorum illectamētis. aut
interiore impulſu ſenſuum reliquorum. non ſpe: quum nullus egeat rei: non metu: quum
timeat neminé. non cupiditate. quú nihil affectet: bonitate ſua fótana atq; largiſſima amat
ut ſint in quos ſuam poſſit beneficentiá charitatéq; cóferre. Ipſe enim accumulatiſſime bo-
nus: ea nos parte complectitur: qua ſimilitudine exprimimus bonitatis. Parit enim amoré
ſimilitudo ipſa: ex qua etiá inter homines cœtus ſocietateſq; naſcunt. Quod ſi amare alteꝝ
uideatur magis q̄ alterum: non iccirco fit qm̄ in queq̄ ſit ipſe propenſior. ſed qm̄ alter ſe pa
rationem exhibuit ad amorem capiēdum. Amat impios & nefarios: amat flagitiis & ſce
leribus obſites. ſed hi ipſi qui ſunt impii. nefarii. flagitioſi illius amorem reiecerunt: benefi
ciumq; ſui Principis repudiauerunt. Amat inq̄ ille uniuerſa: quoniam amore uniuerſa crea
uit. nec poteſt non amare qui totus eſt amor: nec non flagrare incendio charitatis: qui ni-
hil aliud uoluit eſſe q̄ charitas. Nihil agit ille temere: nec quicquá eduxit in lucé quod non
ſciret ſibi gloriam: homini utilitaté allaturú. Dilexit ergo quæ creauit: qm̄ ea creauit quæ
ſciret eſſe diligenda Atq; hic diuinus eſt amor infuſus rebus oíbus & per omné porrectus
mundum deorum omnium: ut Poetæ aiunt: longe maximus atq; pulcherrimus. Vtiná ſen.

tiretis Poetæ quæ dicitis:qui amorem non ſolum deum maximum.ſed duce Ionico Anacreonte deorum omniũ domitorem appellatis:ueta quum efferatis fabulis inuoluimini: etiam magnam Venerem:non illa Cypriani inſamem ſed quæ cœlo nata eſt: ꝙ ad omnia ueniat Venerem appellatam:non menuimini Qua in ſententia ſcimus & alios multos .& imprimis teſtem noſtrum firmiſſimum.M.Tulhum extitiſſe. Quis eſt qui nagare auſit diuinum amorem uenire ad omnia condire omnia:perficere omnia? Hic igitur omniũ deorum uictor atq; edomitor:qui deum maximum uicit atq; edomuit:nec Iouem ſub iugo ut illi fabulantur.ſed Chriſtum ſub cruce miſit in triumphum. Quis obſecro te deum ipſum compulit.ut mundũ hunc tantũ & tam pulcherrimũ:tam diſtinctũ cœlum ſtellis:aerem uolucribus.maria piſcib⁹.terras animantibus:ad noſtrũ ſpectaculũ atq; uitã exornaret? Amor Quis eundẽ coegit deũ.ut hominẽ diuinũ & cœleſte animal:ætherea præditũ mente:dominũ rerũ terrenarũ omniũ:participẽ cœleſtiũ:ad ſimilitudinẽ ſuã crearet:creatum in loco diuitiarũ collocaret? Amor. Quis eundẽ hominẽ errore ſuo paradiſo depulſum.morte dãnatũ.ſanguine filii.occidione unigeniti.ſupplicio crucis ſtatuit eſſe redimendum? Amor. Quis deũ ipſum cuius habenis reguntur omnia.qui cœlũ ac terras habet in poteſtate.quẽ mille ſi eſſent mundi capere non poſſent.utero uirginis.in clauſtro carnis.in carcere corporis coarctauit? Amor. Quis ut uno complectar uerbo deũ ipſum cœpit . captum ligauit . ligatũ confodit.attriuit.flagellauit? Amor. Amor igitur deũ maximũ ſuperauit.occidit miſit ſub iugũ:de illo triũphauit:nec quiſq; eſt hocipſo præſtantior.cedunt omnia . repugnat nihil.& qui hunc contẽpſerunt aut negarunt eſſe deũ ita mulctati ſunt male . ut coacti deũ eſſe faterentur. Senſit hoc Arrius:qui quũ contenderet hunc ſanctiſſimũ amorem nequaq̃ eſſe deũ.ſed eſſe creatũ & initiũ habuiſſe:in Niceno. Ariminenſi . Laodicenſi Conciliis repudiatus:non ſolũ hominũ iudiciis oppreſſus.ſed diuina etiã ſententia condẽnatus: quũ laxare uentrem in ſeceſſu pergeret:ruptis ẽxtẽplo uiſceribus in loco ſe & opinione ſua digno:uitã eiectauit. Senſit Liberius Pontifex.qui tum ſanctiſſimo Hylario retecto:quum eadem quæ Arrius aſſereret.& hunc ſanctiſſimũ amorẽ deũ eſſe denegaret . & ipſe in ſeceſſu idẽtidem uiſceribus ruptis:non modo in errore.ſed ẽt in fœtore Arrii extinctus eſt. Senſit Macedonius:qui quum inficiaretur amorẽ ipſum:quicq̃ cũ patre aut filio habere cõmune: ſecluſumq; ab illis & ab omni diuinitate ſeiugatũ : Conſtantinopoli aſſentiente Damaſo: iubente Theodoſio dãnatus:mox ultricibus furiis exagitatus eſt. Senſit Eleutherius q quũ barbarũ quendam baptizaturus amorẽ ipſum puerſæ nominaſſet.& aqua diſparuit & ipſe confectus eſt. Senſit Olympus Apher:qui quũ neſcio quã fœditatem in hunc ſanctiſſimũ dei amorẽ euomiſſet:iaculo ignito e cœlo cadente ambuſtus eſt. Senſit Lemigildus Vſigotorũ rex:qui quum Hermigildũ filium ueta ſentientem occidiſſet: ꝙ eum in Arrianam ſectam nõ poſſet adducere. ut diuinum amorẽ aſpernaretur & filius miraculis claruit. & ipſe diuinit⁹:excruciat⁹ nõ ãtea potuit qeſcere:q̃ quũ tota Vſigotorũ gẽte reiectis Arrianis hũc ſãctiſſimũ Amorẽ ueneratus:colendũ:obſeruandũ:pro Deo habẽdũ eſſe iudicauit. Sẽſerũt Albigenſes:qui quũ & ipſi opinionũ tabe labefactarentur turpiſſimaq; impingerent : trib⁹ Conciliis damnati:congreſſu hoĩum prohibiti:tandẽ bello ad internionẽ deleti ſunt. Senſerũt Vulcenus & Margarita uxor Nonarieñ.qui quũ in libidinẽ prolapſi:nouam hæreſim cõflauiſſent:qua dicerent ſtupra:incæſtus:& omnifariã libidines in charitate eſſe faciendas & huic ſanctiſſimo amori cõuenire:ita afflicti ſunt ut Dulcenus nihil dulce deguſtans . & q eũ ſequebanẽ eiecti patriis laribus:in alpibus occiſi ad unũ interierũt.Non patitur contẽni ſe ab hoĩe qui hoĩem ut a cæteris aĩantibus obſeruaretur effecit.Nec mendacia de ſe cõfingi qui lux eſt clariſſima ueritatis.Nec quicq̃ uult eſſe in quo grauius. perfidius . ſceleratius peccari a mortalibus poſſit:q̃ ſi in ſe peccetur:pro quibus tot tantaq; effecit: nec unq̃ ceſſat efficere.Natus cœlo ad hæc terrena penetrauit immerſitq; ſeſe ac conſeruauit pectorib⁹ noſtris primum.deinde per omnia euagatus.quantum capere quæq; potuerunt animãtia cætera:ad curam propagationis hominem ẽt ad nexum uitæ & concordiam ſocietatis excitauit iniecitq; primum amorem genialẽ non arte quæſitum:aut traditum a præceptore. ſed ebibitum natura:ut tanq̃ hæreditariũ habeamus:quo nos ſubincitati ſuſpicimus cœlum. & factorem noſtrum intuemur. Alter alterum diligimus:etiã ĩcognitum.unde nomen nobis uendicamus.ut homines diceremur:non ab humo ut parum eruditi quidam arbitrantur:quæ mater eſt potius animantiũ reliquorũ:quæ ad illam prona incuruantur.ſed ab humanitate ipſa:quæ tota in amore:in beniuolentia:in charitate uerſatur.Ita quum inſint nobis ſemina diuini amoris:natura ipſa impellimur ad lachrymas:ad miſericordiã : ad opem ferendam:ẽt incognitis.quæ propria ſunt hoĩs.iniecta atq; infuſa diuinitus. Addidit deinde amorẽ propagatiõis per omnem diffuſum naturam.ut cupiãt quæq; pullulare creſcere.

augeri

augeri:propagari:qui cuſtodes eſt ingenii & conſeruator omniũ rerũ quæ creãtur. Poſtre
mũ inſeritur amorẽ ſociabilẽ:qui & ipſe ab illo ſuperiore defluxit.etenim cõcordia & con
nexu natus in cœlo:cõcordia & connexu gaudet in terris:ubi illius ſementẽ radicẽq; geſta
mus.Nec quicq̃ eſt nobis largita natura præſtantius.& magis ad tuendã atq; ornandã ui
tã neceſſariũ:q̃ amorẽ beniuolentiæ.Quod quale ſit hoc uno uelim accipias exẽplo. Ami
cum peregre profectũ ex improuiſo redeuntem ſi aſpicias:totus ſubito exhylaraſcis:rident
oculi:accedit frons:ſupercilia cõblandiuntur:tripudiant pedes:geſtiunt præcordia: medul
læ oẽs lætitia occulta titillantur.Qui inimicũ ſi aſpicias?Cadit humanitas:refugiunt ocu
li:contrahitur frons:ſupcilia corrugantur:horrent uiſcera:tremũt pedes:animus totus ictu
deſcit:ut coniicere facile poſſis datũ tibi diuinitus amorẽ quo lætus agas:quo uitã tuearis.
Hic ſocietates peperit:coniugauit:affinitates uinciuit atq; innexuit amicicias : oppida cõdi
dit urbes ædificauit:ordines dignitateſq; conſtituit:peperit Regna:Imperia propagauit:pa
cem:concordiam:fœdera conciliauit.Hũc ſi tollas:pietatem tollas:grãm tollas: pacẽ:uitã:
atq; omnia tollas.Sublato amore in finitimos bellũ eſt:in parentes impietas : in amicos in
gratitudo:in uitã mors:in mundũ omnẽ ruina.Fac tibi inquit dominus ad Noe : Archam
de lignis læuigatis:maſiunculas in archa facies & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus
Quid obſecro te aliud archa q̃ mundus:quæ ligna læuigata niſi mortaliũ pacati & concor
des animi?Quid manſiunculæ niſi Ciuitates?Quid tandẽ bitumen:quo intriſecus atq; ex
triſecus archa tota linireturmiſi amor iterior ad parentem domini: & teipſum ad mũdi ſo
cietates:quo populi a procellis & tempeſtatibus iniuriatum : bellorum:& rapinarum mu
niuntur exterius:iterius a fraude atq; inſidiis inimici defenduntur:quo ſublato fatiſcũt rui
næ:cõmiſſuræ aperiũtur:laxantur latera:& nauis ipſa quæ uita eſt noſtra.& mũdus omnis
malorũ unda madeſcit:cõpletur. demergitur.eo circũlito:conſtant oĩa & tuto nauigam⁹.
Hunc qui contẽnit.& illũ ſuperiorẽ unde ꝓpagatus eſt contẽnit.Quod ſi tantã uim habe
at amoris quẽ humanũ dicimus:quãto maiorẽ putandũ eſt illũ diuinũ & cœleſtẽ habuiſ
ſe:qui non cõicatione,ut in nobis.ſed totus quãtus eẽt apoſtoloꝝ pectoribus immerſus:ar
chana pandit:linguã erudiuit:robur animi confirmauit:ut eẽnt qui tantũ ſuppliciorũ uel
lent perferre:quantũ efferatiſſima impioꝝ crudelitas poſſet excogitare.nec aliquod illi re
perite ſcirẽt tormẽtoꝝ genus tã acerbũ quod iſti non cõſtantiſſime:patiẽtiſſime:addo etiã
libẽtiſſime ſuſtinerẽt.nec ſuſtinerẽt modo.ſed appeterẽt.nec appeterent ſolum . ſed ultro
incurrerent atq; ſubirẽt.Hic ẽ amor q fecit omnia:quo nati:educati:redempti ſumus : quo
uiuimus ſuſtentamur:in quo qui ſperat nunq̃ perit:qui deſperat nunq̃ euadit :quem in exi
tu Orationis ita libet affari.Sanctiſſime Dei Amor:Amor inqt Dei ſãctiſſime:quas tibi aga
mus morales grauas:tu nos quanti:quanti ſumus effeciſti oẽs:quicquid habemus rerũ &
natura produxit aut productura ſit tu contuliſti nobis:feciſti cœlum:quo nos ornares feci
ſti terram:qua nutrires.omnia quæ gignuntur & creſcunt:non ut tu ægeres. ſed ad noſtrã
uilitatem produxiſti.Finxiſti nos ad tuam imaginem:& teipſum incluſiſti pectoribus no
ſtris.quũ uitæ ſpiraculum inſpiraſti.Conflaſti uitam noſtram:conciliaſti nos nobis:conſi
lium:rationem pietatem.præbuiſti.extendiſti propagationem·gentes in filium æternita
tis:animas noſtras in funiculum tuæ hæreditatis alligaſti. dilexiſti omnia quæ ſunt:nec qc
q̃ odiſti eoꝝ quæ feciſti deceptos ab hoſte ut redimeres:& tunc eximiam charitatem oſten
deres filio Dei proprio non peperciſti.ueniſti ad nos hodie & ad dirigẽdos pedes noſtros
in uiam pacis : uitæ ſemitam hodierna flãma demonſtraſti & ad inſtitutionem noſtræ ſalu
tis e piſcatore ianitorem cœli:e numulario ſcriptorem euãgelii:e recalcitratore acerbo de
fenſorem acerrimum effeciſti.dediſti robur quo pro te omnia paterentur : dediſti ſcientiã
qua te omnis gentes confiterentur. Tu es ergo ſpũs domini qui repleſti orbem terrarum
quem feciſti:fac ut te quæramus:qui nunq̃ quæri te pateris quin inueniaris. Refluat amor
noſter ad fontem tuum unde defluxit. Amemus te a quo tantum ſumus amati.Quæramus
tuam amiciciam a quo & maxima accæpimus & maiora parati ſumus accipere.Cuſtodi na
uiculam tranſfretationis noſtræ quam ſemper præcipua cura direxiſti.Cõſtipa rimulas pe
riculoꝝ noſtrorũ.ut Duce te hic tuti nauigemus & in altera uita appellamus ad portum.

IOANNIS ANTHOII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIENSIS DE CIRCVNCISIONE ORATIO

c

Vm eſſent multa diuinitus.P.S.generi hominum collata benefi-
cia:Parenſq; noſter Deus ad inſpirandam primum uitam noſtrā:
inde ad conſecrandam:poſtremo quum eſſet perdita ad redimen
dam ſeſe totum exhibuiſſet:ſtatuere priſci illi qui Religionem
hanc noſtram ſanctiſſimam fundauerunt:ne parum grati:parum-
q; pii eſſe uiderentur:cum alia permulta ad ornandum atq; augen
dum ritum Chriſtianum:tum imprimis hodiernam hanc Circun
ciſionis cærimoniam:de qua dicturi ſumus:neſcio an maximam
omnium & cultu digniſſimam iudicandam:& qua nulla prior ad
ſtatum futuræ uitæ & ſalutem generis humani fœlicitatemq; contulerit.ut quæ & Moſay
cæ legi finem cœpit imponere.& fidei noſtræ:nomine Chriſtiano:ſaluti hominis præbuit
initium.ut iure ſibi uideatur hunc primum noui anni diemq;:atq; has ipſas temporis pri-
mitias uendicaſſe:quæ uiſa eſt nobis primo contuliſſe beneficium.Hæc dies finis præteriti
anni:initium futuri eſt.Circuncisio Chriſti exitus fuit Moſaicæ legis:eadem principium ex
titit Chriſtianæ.Et ut in ueteri lege inſtituta eſt omnium prima:ita in lege noua prima eſt
omnium conſummata:uulnuſq; illud acceptum in pueri carne quæ non peccarat:circun
ciſionem noſtræ ſuſtulit carnis quæ peccarat.Et quum hodie Chriſto inditum eſt nomen
tum primum Chriſtianæ Religionis uexilla prodierūt. Vidimus natalem Saluatoris:gau
dium angelorum intelleximus:concurſum paſtorum:admirationem omnium audiuim'
Magna quidem hæc omnia.& ſumma quæq; celebratione digniſſima extiterunt.ſed tamē
nihil adhuc attulerant nobis præſidii. Nec ſatis erat nobis natum eſſe Chriſtum:niſi ſan-
guinem illum diuinum:in quo repoſita erat ſalus noſtra:iam tum cœpiſſet effundere. Ad-
huc eramus in uinculis:tenebamur lege ueteri.& hiſdem quibus antea nexibus ligabamur
Hodierna die aperire nobis ianuam cœpit & aditum ad uitam pateſacere.Quum primum
circunciſus eſt puer:tum primum arma redemptionis noſtræ in ſanguine illo infantili ap-
paruerunt:& datum nobis eſt pignus futuræ dimicationis noſtra cauſa ſubeundæ. Sed de
Circunciſione dicturi primum ortum eius:cauſamq; aperiemus. Deinde cur eam Chriſtus
in ſe ceperit.Poſtremo cur in ſe receptam in nobis prohibuerit differemus.Hæc ubi erunt
collecta finem faciemus dicendi.Breuis oratio materia cognitu digniſſima erit. Circunci-
ſio ſeptingentis annis ante datam Moyſi legem:electumq; Aaron conſtituta eſſe perhibe-
tur.Auctor eius iuſſu domini fuiſſe Abraham Quare eam noſtri ueteres non a lege tradi-
tam.ſed a patribus acceptam eſſe uoluere. Quum enim Abraham ob eximiam fidem &
præcipuum obſeruantiam Deo ſeſe gratiſſimum feciſſet:eſſetq; in caput gentium conſti-
tutus promiſſa eſt ei propagatio generis ſempiternam:promiſſum Regnum hebreorum:
promiſſus redēptor generis humani ex eius progenie profecturus:quem ipſe poſteriq; eius
expectarent.Iuſſus eſt filius tangere femur patris & in eo cœleſtis dei nomen appellare:quo
futura in eius ſtirpe diuinitatis cognatio cum humanitate protendebatur Iuſſus Abraham
ſuſcipere cœlum:numerare ſtellas:paremq; illis gentis ſuæ multitudinem expectare:in qua
futurus unus eſſet is:quem auctorem ſalutis omnium Sibyllæ. oracula. prophetæ ceciniſ-
ſent.Sed ne fallere ea res poſteritatem poſſet.& in alienam gentem expectatio tranſire. na-
ſciq; de ſaluatore contentio:pepigit dominus pactum cum Abraham:imprimiq; ſignacu-
lum iuſſit præputiis Hebreorum:& eorum qui eius eſſent fidem habituri. Dixitq;:hoc eſt
pactum meum uobiſcum.Circuncidetis ex uobis omne maſculinum:dimittetis illud ſep-
tem diebus matri ſuæ:octaua die reddetis mihi.Idq; ſemper poſtea ſeruatum eſt.ut octaua
quaq; die Hebreorum mares circunciderentur.Siue quoniam ante eum diem animalia ne
q; ad ſacerdotem offerri:neq; ad ſacrificium & uictimam mactari conſueuerant. Siue quo-
niam ſeptimo iam peracto die quo deus ab opere conquieſſet ſuo octauo relinqui mortali
bus initiumq; humani operis ordiri uidebatur. Siue quoniam numerus hic dierum cæri-
moniis rerum diuinarum eſſe aptiſſimus putaretur. Vnde faſtorum octauas hoc ipſo clau-
di numero & celebrari uoluerunt.Siue quoniam octo eſſent orbes illi ſuperiores mobiles
per quos elapſas mortalium animas:infuſaſq; corporibus & membris ſociatis arbitraren-
tur. Quod & Pythagorei & Platonici putauerunt.Siue quoniam octauam præſignarent
ætatem:in qua reſurgendū erit nobis omnibus & futura uita pro meritis cuiuſq; firmiſſimo

& ſempiterno

& ſempiterno in ſtatu collocanda. Mulieres autem incircunciſas manſiſſe conſtat: cum ꝙ
ad gignendam prolem neq; uim neq; formam uitæ inicere eas arbitrarentur. ſed materi-
am duntaxat corpori ſuppeditare exiſtimarent. Circunciſione autem mors animæ non cor
poris internicio tollebatur. Tum ꝙ quum uir ipſe auctor extitiſſet peccati: qui præcipienti
deo non obtemperaſſet: peccatum illud a patre maſculo non a matre fœmina contractum
in ſexu qui peccaſſet puniendum eſſe ſtatuerunt. Siue quoniam mulieres & Hebrei & om-
nes fere nationes in parentum fratrum uirorum poteſtate poſitas eſſe uoluerunt. ut ſignari
nequaquã oportuerit: quæ alienum ſecutæ latus: alieno deditæ imperio nunq̃ eſſent a parẽ
tibus: fratribus: uiris: cognatis abſceſſuræ. ut confundi in his: aut errare nullo modo poſſẽt
Itaq; ſignati Hebrei ne externis gentibus miſcerentur: hoc inſigne & diſcrimen habuerunt
quo poſſent internoſci nec in eo falli quem ore domini: teſtimoniis prophetarum expecta
rent. Altera fuit ratio: ut errata parentis primi emendarentur. & ut ille parentem deum nõ
paruiſſet ad iram exaſperauerat: ſic Abraham mitigaret ad ueniam dum pareret. & labem
peccati uenialis quod iam inde ab ortu culpa parentis ipſius infetamus & originale appel-
lamus circunciſione delerent: quod antea in fide illa confuſa atq; informi decimis: primi-
tiis: ſacrificiiſq; delebant. Viſa eſt enim circunciſio ad rem accõmodatior. ut peccatum ori-
ginis ea parte expiarent: qua eſſent orti. Nec defuere qui iudicio freti ſuo contenderent pec
catum illud libidine eſſe conflatum. & eam ob rem qua parte irripiſſet in hominem: eadẽ
fuiſſe diluendum. ut peccatum naturæ atq; originis membro quoq; originis & naturæ am
putaretur. & ut ſolum ex peccatis omnibus aliena opera contractum eſſet: neſcientibus qui
dem nobis: ita ſolum aliena manu ſine omni noſtro conſenſu abiiceretur. Tum quoq; ut
remiſſius libidine conflictarentur Hebrei ſi in libidinis membro continentiæ deferrent ca-
ſtitatiſq; memoriam. & ſi quando incitarentur ad eam uoluptatem intemperantius: ereptã
ſibi decreto legis obtruncatamq; facultatem cogitarent. Cenſet etiam phyſici hanc ipſam
corporis partem maxime omnium quæ ſenſu moueantur. & ſentire doloris acerbitatem &
titillationem percipere ſupremæ uoluptatis ut reprimi eam æſtuationem reſtringiq; opor
tuerit. Quidam hoc totum ad uim naturæ ordinemq; retulerunt: arbitrati omnibus in re-
bus aliquid excreſcere ſordidum & lutulentum: quod tolli: recidiq; conueniat: atq; ea cau-
ſa fruges purgari: herbas purgari: arborem purgari: ferrum: terram: aquam: omniaq; purga-
ri. Et quicquid eſt ſuperuacuum in rebus in artibus. in litteris tanq̃ circũcidi. Quod ſi mo-
dum non excedat ubertatem ſi excedat luxuriem dicunt appellandum. Inde ſermenta in ui
tibus: putamenta in arboribus: rubiginem in ferro: ſitum in terra: eiectamenta in mari: pur-
gamenta in omnibus fieri conſueſſe. ut ſuum quæq; nacta temperamentum æqualitate cõ
ſiſtant: elatione remandantur. Atq; ideo Gallos illos Phrygios miniſtros Cybeles: quam
terram dixerunt ueteres: exectis fuiſſe genitalibus. ut intelligerent omnibus in omnibus in
rebus quæ terra gignerentur aliquid increſcere quod eſſet amputandum. Qua de cauſa ue
tuſtiſſimos Phryges caſtorem animal Berecynthiæ matri dedicaſſe: quam & ipſam terram
appellarunt: ꝙ perrumpere ſibi genitalia ipſa in periculo morſuq; perſtringere feratur.
Qua ſimilitudine exemplo naturæ Hebreos & ipſos quoq; leui iactura: maximum diſcri-
men euitaturos: circunciſionem etiam humanis corporibus ſtatuiſſe. & in eo potiſſimum
membro. quod maxime ad luxuriem illam excreſcentem: quam dixi: pertineret. Alii ali-
am cauſam attulerunt multo ueriorem. Nam quum eſſent myſteria illa ueterum ad præſi-
gnandum Chriſti legem adinuenta. & circunciſio præputii apud Hebreos: circunciſionem
cordis apud Chriſtianos futuram præſignaret: uiſum eſt conuenire ut quam partem cor-
poris & pudor occultiſſimam & natura infundendæ uitæ aptiſſimam eſſe uoluiſſet: ea cor-
dis ſignificationem præſeferret: quod & domicilium eſt uitæ abditum: remotumq; ab ocu
lis uideri non poteſt. Quum enim Hebreos præputii carnem incidere iubebat deus. Chri-
ſtianos cordis incentiuam iubebat extinguere: nec tamen ut apud illos pellicula abſcinde
retur uiliſſimi membri: quod ad ſe nihil attineret: ſq̃ ut apud nos ſordes præcioſiſſimi cor-
dis abiicerentur: quod ſuum eſt templum: ſuum habitaculum in terris. Poſtremo quum
eſſent nationes aliæ contaminatæ & obrutæ flagitiis: inuolutæ atq; immerſæ uoluptati-
bus: propenſæ & præcipites daiæ omnes ad fœlicitatem & libidinem: hanc expectarent:
hanc ſectarentur: huic ſpurciſſima templa ædificarent: non aliunde uiſum eſt commodi-
us ſecerni poſſe a cæteris Hebreorum gentem: quam ſi quid tanto ſtudio uenerarentur &
colerent illi: id Hebrei pari diligentia deteſtarentur & fugerent: eſſentq; genus electum in
regnum & ſacerdotium domino. Etenim Hebrei cingebantur magna ex parte Aegypto:
Caldeis erãt finitimi: cõtingebant Arabes: ab Aſſyriis non multũ recedebant: quorum om
niũ uita ꝓfligata & ꝑdita habebatur & hortorũ deo: ut eſt apud Prophetã in hortis ſacrifi-

cabant. Traduntque rerum ſcriptores non fuiſſe fas Aegyptiis: nec ullo modo licuiſſe an-
te fieri ſacerdotes: quam Priapi ſacris initiarentur: quæ uanitas orta Helleſponto. Aſiam ſe
re totam: Europáq; peruaſit ubiq; in templis Venus: Cupido: Baccanalia: Priapalia conſtre-
pebant. Quæ igitur ſocietas uitæ. Quæ communio conſuetudinis eum horum ſpurciſſima
turpitudine eſſe potuit Hebreis. Hebrei deum ſanctiſſimum ac puriſſimū: illi ſordiſſimi mē
bri ſimulachrum adorabant. Hebrei panem propoſitionis: illi pudenda Oſyridis comple-
ctebantur. Hebrei ſtupta & inceſtus abhorrebant: illi Panes & Satyros ꝙ libidine eſſent in-
cita & procaci honorabant. Hebrei fœda & immunda non recipiebāt templis: illi hirco fœ-
tentiſſimo ꝙ ſalax eſſet & luxuria flagraret: dedicabant templa. Deniq; illa orgia quæ appel
labant ſacta turpiſſimi membri ſimulachra celebrabant: Hebrei ipſum turpitudinis mem-
brum ferro reſecabant. Quod igitur diſcrimen. Qui limes dari potuit expreſſior: ꝗ ſi ubi
ſpurciſſimæ gentes ſtudium atq; animum poſuiſſent: hic Hebrei genus ſanctum: genus ele
ctum: Regale ſacerdotium: ſummum ſcelus: ſummam turpitudinem ſtatuiſſent. Vetuit de-
us oues ſcabie obſitas offerri ſacerdoti: uetuit lepram ingredi ſacrarium: uetuit animal ſpur
cum & immundum templis admoueri: filium ſuum unigenitum ſuum: conſubſtantialem
ſuum ex fœdiſſimis naſci gentibus non uetuiſſet: & qui omnem hunc mundum ratione in
credibili moderatur atque regit in mittendo filio negligentior: aut in eligenda filii matre
inconſyderatior eſſe potuiſſet. Impoſuit igitur ſignaculum genti electe: unde ſtatuerat re-
demptorem naſci electorem imprimi notam iuſſit Hebreorum præputiis: unde is uenturus
erat qui ſine præputii opera conceptus, illecebris nullis eſſet contaminandus in carne. Sed
iam unde orta eſt Circuncisio & quam ob rem adinuenta percurrimus. Abraham Dei iuſ-
ſu inſtituit ut peccatum originis: originis membro expiaretur: ut reſtincto libidinis fomite
fortius reſiſterent: continentiuſq; uiuerent Hebrei: ut dei filius ex certa gente: non ex confu
ſa multitudine naſceretur: & auos attauos haberet pudiciſſimos: qui matrem eēt uirginem
habiturus: iam uideamus quam ob rem Circuncisionē Christus accæperit quam nobis erat
inhibiturus. Circuncidi uoluit Dei filius primum: ut inde ſe profectum oſtenderet: eaq; na
tum gente qua expectabatur & neque promiſſa parentis Dei qui eū ſtirpe Abrahæ erat pol-
licitus: neque uaticinium Prophetarum: qui ex ea progenie uenturum prædixerant: fruſtra
rentur. Neue etiam reiicere ſe iure poſſent Hebrei: nec credere eum eſſe quem expectarent:
ſi gentis ſignaculum non attuliſſet. Etenim ſi eum non receperunt Iudei ſuum ortum tribu
bus: ſuis Prophetis prænunciatum: eorum diſtinctum ſignaculo: in eorum patria conceptū
& natum: quo pacto externum & alienigenam habitum: non cognitum: non ſignatum fu-
iſſent recepturi. Quo circa ut Hebreorum ſe gentilem eſſe demonſtraret: ut maiorum ſequi
ueſtigia: ut mores ritus traditiones: ſeruare uideretur: etiam ut nos quoq; eius exemplo ma
iorum inſtitutis pareremus circuncidi uoluit qui circuncisione non eguit & ſpargere ſan-
guinem pro piaculo qui nunquam piaculum admiſit. Etiam eſt circuncisus: quoniam eum
qui nouam eſſet promulgaturus legem: maximam ſibi atque firmiſſimam comparare de ſe
opinionem oportebāt. Non enim facile quis perſuadere poteſt populo nouas leges: qui ue
teres repudiauerit: & annorum ætatumq; conſenſu approbatas cuſtoditaſque contempſe-
rit. Ita prope neceſſarium uidebatur: ueſtigiis maiorum ſic inniti: ſic tenere & ſeruare uete-
rum præcepta & antiquarum legum parere inſtitutis: ita ſeſe per omnia factis: dictis: exem-
plis: præſtare: ut dignus haberi poſſit: qui aut ueterem commutaret legem aut nouam pro-
mulgaret. Quam rem niſi præſtitiſſet ita dixiſſent Hebrei: Tu qui nos deſpicis qui maiorū
decreta contemnis qui ſacroſanctam Moyſi legem aſpernaris nouam nobis promulgabis
legem? Profecto non facies. Parebimus nos tibi qui ritus noſtros reiecisti: qui ſignaculum
non habes: qui præputium non execuiſti. Profecto non parebimus: non obſequemur. Alia
gente natum te oſtendis: qui generi noſtro: noſtris inſtitutis infenſus es. Hoc inquam dixiſ
ſent Hebrei: & prope iuſtam pertinaciæ cauſam attuliſſent. Ergo ut obſeruatorem ſe oſten-
dens antiquæ legis auctoritatem ad nouam condendam compararet: Circuncisiōem quā
nobis erat ꝑmiſſurus ipſe ſuſcepit. Tū etiā idō eſt circūcisus ut quoniā deū in hoīe: hoiem in
deo geſturus eſſet: ſalſam illoꝝ & pueꝛſam labefactaret opinionē: q nō hoīem illū ex carne
cōceptū: natūq; ex carne: ſed ſimulachrū quoddā hominis inane & fantaſticum putauerūt:
qualē Appellē fuiſſe cōſtat: & q eū ſecuti ſunt: qualem idem prius ſentientem Manicheum:
qualem Appollinarem Leodicēſem antiſtitem: iam hinc milleſimo & octuageſimo Dama
ſo papa ea de cauſa damnatum. Qualē etiam Valentinum Alexandrinum qui Chriſtum
non in terris natum eſſe: ſed e cœlo corpus attuliſſe auſus eſt profiteri. Quales etiam Che-
ryntum atq; Hebionē: qui grauiſſimū & ipſi in errorē delapſi Chriſtum in carne ueniſſe ho
minemq; uerum extitiſſe negauerunt: & a Iohanne diſcipulo & fratre dñi: quāꝗ confutati:

non tamen emendati eſſe perhibentur. Quare proditum eſt Iohannem ipſum cum Cherynto quem diximus lauare noluiſſe: ut etiam Baſilium & qui illi hæſerunt refelleret: qui inficiati ſunt pati Chriſtum in præputio: tranſfigi in cruce potuiſſe. Omnem igitur ſaluator noſter ſuſpitionem ut abraderet cultro præputium expoſuit: uulnus accæpit: ſanguinem effudit: hominem ſe eſſe confeſſus eſt: & pati poſſe declarauit. noluit oculis noſtris relinquere tenebras quos filios effecerat lucis. uoluit nos in ſplendiſſimo ſole ueritatis: non in obſcura opinionum caligine & cæcitate uerſari. ſine nodo: ſine ambage omnia poſuit nobis ante oculos plana: aperta: manifeſta: ne poſſemus errare Quam ob rem? ut impleret legem ueterem qui nouam eſſet inchoaturus: ut reſponſa confirmaret Prophetarum: ut uerum in deo ſe hominem gerere dolorem cruciatumque ſentire demonſtraret: fecit dominus quæ cogitauerat: & compleuit in corpore ſuo ſermonem circunciſiōis quam præceperat a diebus antiquis. Sed cur dicet aliquis quum circunciſus ſit Chriſtus: nos qui eius uiuimus exēplo nō ſumus circunciſi: Nam qui Chriſtus fecerat idem par erat facere Chriſtianos. Præputium incidit is qui ad noſtram inſtitutionem fecit omnia: Quæ cauſa fuit nobis ut repudiaremus? Vetuit autem nos circuncidi: quoniam eo iam uentum erat ut circuncidi amplius nō oporteret. Nam quum eſſent myſteria illa ueterum umbra quædam & ſigna & figuræ noſtræ legis quam Chriſtus erat laturus: adueniente illo legemq; ferente myſteria ceſſarunt: euanueruntq; omnia: non ſublata ſed completa: non neglecta aut contempta ſed perfecta & conſummata: & umbra in Chriſti corpore: ſigna in ſignato Chriſto: figuræ in Chriſto figurato conquieuerunt. Fruſtra quærimus umbram ubi corpus habemus: & ubi res quæſitas inuenimus nequicquam rerum īdicia ſcrutamur. & quum hominis uultum aſpicias imaginem & picturam intueri. Illi prædixerāt futurum: nos tenemus in manibus. Illi indicauerūt: nos oculis ipſis noſtris aſpicimus. Illi ſperauerunt: nos ſumus aſſecuti: habemus: complectimur: fruimur. Suſtulit igitur Circunciſionem: quia compleuit: eripuit ſpem: dedit fructum. Non eſt paſſus cruciatu illo & acerbitate doloris nos nudos fieri a culpa quibus ipſe lenitatē baptiſmi non modo ad diluendam culpam: ſed etiam quod multo eſt maximum ad gratiam conſequendam præparauerat: Quanto enim Circunciſio uictimis illis antiquis & patrum ſacrificiis ad expiationem potior eſt exiſtimata: tanto baptiſmus Circunciſione ipſa habitus eſt fœlicitate: copia: uirtute præſtantior: cum: quoniam nō octaua duntaxat die: ſed momento: ſed hora: ſed menſe: ſed anno: ſed noctes atq; dies: ſed omni tempore poteſt exhiberi: nec mares ſolum aut infantes: ſed omnem ſexum ætatemque complectitur: & quum Circunciſio aut non plenam pareret apud deum gratiam: aut ut quidam putauerunt mancam & exiguam pareret: Baptiſmus perfectiſſimā abſolutiſſimamq; largitur. & in illa ſaluari tūc nullo modo poteramus: in hoc niſi præcipitemus noſmetipſos nō ſalui eſſe nō poſſumus. Tum circunciſio corpus duntaxat attingebat: Baptiſmus penetrat in mentem: figitur in animaſtatum perficit: deo conciliat: Trinitati configurat. Hæc illa eſt unda quam Ezechielis ore promittens dominus: Effundam inquit ſuper uos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus iniquitatibus ueſtris. Hic ille eſt fons patētiſſimus ad quem ore Prophetarum acciti ſumus: ut bibamus qui ſitimus. Hoc illud eſt flumen aquoſum Iſaiæ: cuius inundatione omnia quæcunque perfudiſſet uiuebant: mandabantur: ſanabantur. O immenſam benignitatem ſaluatoris noſtri. O clæmentiam infinitam: non efferata a nobis ſacrificia: nō cruentas hoſtias: non ſanguinolentas uictimas poſtulauit: Num iuſſi nos ſumus quum uellemus expiari hominem uiuum interficere ut Rhodii Salaminæq; faciebant: Nū occidere primum deinde diſcerpere membratim ut feciſſe dicuntur Choi? Num amiciſſimum hominem aut Principis filium iugulare: & circum aram ducere: qui mos fuit Phœnicibus. Num pueros ad templa ſtrangulare ut Curetes: Num item puerum cæſum atq; immolatum ſub altari ſepelire: ut Arabes conſueuerunt. Num puellam uirginem mactare: ut Laodicenſes & Calcidicenſes. Num hoſpites & peregrinos interimere: ut Getæ & Sarmatæ: ut Scythæ: ut Aricini factitarunt. Profecto non: nihil tale poſtulauit redemptor noſter: mundauit nos lenitate aquæ: non ſanguinis effuſione cruentauit: etiam leuem pelliculam: ne quid pateremur durius: uetuit abſcindi. Vetuit nos cultrum admittere in ſanguinem noſtrum quem ipſe pro nobis omnibus admiſiſſet in ſuum: & qui nulla labe peccati: nullis ſordibus eſſet infectus: pro nobis qui infecti eramus & ſordidati uoluit expiari: non eſt paſſus ea nos amplius teneri lege: quam ipſe qui extra legem erat: noſtra cauſa ſubiiſſet. Noluit amplius cruore noſtro dilui peccata noſtra quæ ipſe ſanguine ſuo & diluiſſet in præputio: & diluturus eſſet in cruce: culpæ noſtræ grauiſſimæ ſe qui infinitus eſſet atq; immēſus obiectans: precium omne quod nos ueteri legi debebamus ipſe perſoluit: factus ſimilis pellicano: ſuo nos exuſcitauit ſanguine: attritus propter ſcelera noſtra: iniquitates noſtras ipſe portauit.

IOANNIS ANTONII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIENSIS IN FESTO SANCTI STEPHANI ORATIO.

I eadem eſt Pater Sancte in cœlo:quæ in terris:apud deum quæ apud homines:de meritis ſanctorum quæ de mortaliũ præmiis ratio: ut potiorem dignitatis locũ aſſequat is qui & plura & ampliora in rem Pricipis ſui geſſerit:atq; honoratior in gradu ſtatuatur q magnitudine ſactorum ac uirtutũ ſplendore ſit habitus illuſtriot & cumulatior:nulli neque mirum:neque temere uideri factum poteſt glorioſiſſimum Stephanũ Principem martyrũ:Leuitã dñi: Militem Chriſti primariũ : ut cæteris omnibus exẽplo prior extitit & profeſſiõe conſtantior:& tempore propinquior:& imitatione cõiunctior domino:ita priorẽ ſibi poſt domini natalẽ coniũctioreq; locũ uẽdicaſſe:& ei hæſiſſe præ cæteris:quẽ præ cæteris ſecutus:imitatus:cõplexus eſt. Nec fuit quiſquã ex tanta multitudine ſanctoꝶ cuius aut uita ſanctiot fuerit:aut oratio utilior:aut atteſtatio fortior:aut grã maior:aut gloria exploratior:aut exitus mirabiliot q̃ Stephani. Quippe q ita uixit ut oium conſenſu curæ præficeret mulierũ:ita orauit ut Paulũ atrociſſimũ inimicũ Chriſti propugnaciſſimũ effecerit Chriſtianũ:ita teſtatus eſt Chriſtũ:ut uel inter ſupplicũ aſſeruerit ita aſſeruit ut mori pro eo primus nequaq̃ recuſauerit. ita demũ eſt mortuus:ut nulli neq; præmia maiora tributa:neq; miracula plura conceſſa eſſe referantur. Ita quũ hodierna die Stephani ſolennia celebramus:unũ de maximis & fauſtiſſimis & Chriſtiano generi utiliſſimis feſtũ celebramus. Sed de aliis fortaſſe alias:nunc eius præſtãtia tribus dũtaxat rebus oſtẽdemus. Primũ de eximia in deũ ac proximũ charitate. Deinde de gratiæ accumulatiõe. Poſtremo de præmiorũ magnitudine dicemus. Iis enim rebus ſic excelluit:ut neſciam an ulli cõparari quid certũ eſt anteponi potuiſſe uideat:ac de charitate primum. Eſt enim Charitas diſtincta quædam:ordinataq; dilectio:qua prio deũ ſua:deinde homĩes dei ipſius cã cõplectimur:in qua lex omnis præceptaq; conſiſtũt:ac fidei religiõis ſalutis fũdamenta iacta ſunt omnia:extra quẽ nihil afferri põt:quo principi deo nobiſq; ipſis conciliemur:cui deniq; omnia bona:omnes affectus honeſtatis:humanitatis:gratiæ: beniuolentiæ:inſitos eſſe uoluerunt. Videamus nũc qualem hic ſe exhibuerit Stephanus:& primũ de ea quã erga parentem. Deũ præſtitent & pietatẽ ut arbitror licet appellare diſſeramus: Nihil eſt enim aliud pietas(loquor autem de precipua)q̃ animi erga deum eximia quædã affecta ꝑpenſio:qua illum ita colimus atq; ita anteponimus cæteris ut eius cauſa nullum diſcrimen:etiam uitæ:nullũ ſupplicium aut tormẽtum ſubire dubitemus:& omnia efficiamus q̃ aut grata putemus eſſe:aut fieri iubeant. Hæc qui præſtitent omne officiũ pietatis charitatiſq; præſtiterit. Age nũc quid in Stephano:quãta uis affectus:quantus ardor in deum. Vix dũ auditum erat in terris Chriſti nomen quũ Stephanus ſtatim factus eſt Chriſtianus:ſpretis ac reiectis Hebreoꝶ ritibus & tanq; morticiniis repudiatis:initiatus domino factus Leuita ſecutus eſt Chriſtum clamantem atq; inuitantẽ. Qui uult uenire poſt me tollat crucẽ ſuã & ſequat me imitetur me:calicem quẽ ego bibiturus ſum bibat:ideſt comparet ſe ad omnem cruciatũ preferendũ:& mortem quã laturus ſum ego pro uniuerſis ferre:ipſe pro meo nomine nõ perhorreſcat:Excepit hanc uocẽ primus Stephanus accurrit ſubito:ſtatim in cãpũ fidei arrepto deinde uexillo prodiit primus in aciem inſtitutus:quæ ab apoſtolis in militiam domini:in domini militia anteceſſit Apoſtolos:magiſtros pugnæ:diſcipulus celeritate in pugna ſuperauit:& a quibus ductus eſt ad fidẽ eoſipſos morte ſua atq; ſanguine armatiores fecit ad fidem primus oium inuaſus eſt:quoniam ipſe ad inimicoꝶ impetum ſe obiecit primũ:Nam & Innocentes quanquã ſe pro Chriſto neq; ſpõte:neq; ꝓ Chriſti fide occubuerũt. Et Iohannes Baptiſta ꝙ mulierem icrepaſſet occiſus eſt:non ꝙ Chriſti fidem prædicaſſet interemptus. Ac Stephanus plus cæteris auſus præcipuũ ſe exhibuit Chriſtiani nominis aſſertorem in protectiune de Chriſto primus præbuit teſtimonium unde illi cognomẽtum eſt inclitũ. Quippe ſi Ionicam attendas linguam:nihil aliud martyr quã teſtis:nihil ꝓtomartyr aliud quã teſtis primus. Quare primũ ſibi obtinuit locum in cauſa Chriſti qui primus teſtimonium uoluit perbibere pro Chriſto:& tũc peribuit maxime quum cruciaretur acerrime:prohibebant iudei ne Stephanus Ieſu nomini ingereret populo: Stephanus præcipue tunc Ieſum uidere ſe aiebat quum prohibebant:quũ impetebant:quũ lapidabant: quũ occidebant. & hoc cõſtantius teſtabatur quo feriebat atrocius. Lapides torrentes dulces illi extiterunt:& eam ob rem conſtanter ferebat mortem:quoniã precioſam in cõſpectu domini ſanctoꝶ mortem itelligebat:ac quam mortem duriſſimam:contumelioſiſſimã:ignominioſiſſimãq; nec non atrociſſimis ac facinoroſiſſimis ſceleribus puniendis adinuentam.

Itaq;

Itaq; audiuimus & paucos & non niſi immaniſſima cauſa lapidatos : ut timorem illum ꝙ
odio inſectari diceretur uniuerſum humanum genus:ut apud Abderitas pro ueteri more
ſingulis annis unum aliquem qui eſſet omnium peſſimus ac ſceleratiſſimus iudicatus:ut in
Macedonia Regum proditores:quod ultimum auſi ſcelus lædere maieſtatem : euerteteq;
Regnum conarentur. Itaq; iſ pro odio humani generis. pro ſummo ſcelere:pro læſa maie
ſtate lapidibus obruebantur. Stephanus pro ſumma ſanctimonia . pro incredibili charita
te in omnes. pro defendenda ſummi Regis dignitate eſt lapidatus . Nec minor huius in
homines charitas fuit ꝗ pietas in deum.ut quum illud ſeruaſſet . Diliges dominum deum
tuum ex tota mente:& ex tota anima tua. & alterum domini de charitate præceptum non
contemneret . Diligite inimicos ueſtros : & orate pro perſequentibus & calumniantibus
uos:qua in re ſi obtemperauerit: ut ex omni numero eorum qui pro Chriſti fide occubue-
runt:hoc in Stephano & præcipuum extiterit : & ſingulare : ꝙ pro inimicis ſuis : pro lapi-
datoribus ſuis : pro occiſoribus ſuis orauerit:ut quantum illic in martyrii laude excelluit
quoniam fuit primus:tantum hic adeptus ſit gloriæ : quoniam fuit ſolus . Inſtabant pro fi-
de manus:circunſiſtebant glorioſum athletam domini:& quo diutius uitam excruciando
traherent : non ferro appetebant iugulum : non concremabant igni : non aliqua ſubita ui
mortis conficiebant:ſed obdurata inmanitate:ſingula quæq; membra:ſingulis ictibus in-
terimere adorti:quot lapides iniecerunt : tot mortes inferre uidebant ac fortiſſimus Chri-
ſti olympio non immemor quod ei dominus præcepiſſet : & quod de ſeipſo paucis ante
menſibus præbuiſſet:exemplum:Inter medios lapidantium ictus deiicit ſe humi:flectit ge-
nua:manus ad cœlum tollit:prǽcās ueniam:Ne ſtatuas inquit domine illis hoc peccatum.
Hanc uibrauit haſtam:hunc præſtrinxit gladium:quo ſe defenderet . hæc illi arma ad uin-
dictam extiterunt:ut non mortem effugere:non lapides deuitare:ſed ueniam precari nite-
retur his qui lapidabāt. O immenſam. O infinitam charitatem : accingebant ſe illi ad Ste-
phanum ſaxis impetendum. Stephanus ſeſe ad orandum pro illis apparabat . Illi ſe humi
conclinabant ad lapides colligēdos:Stephanus humi ſe deiiciebat ad illorum conatus im
pios deprecandos. Illi brachia cum ſaxis in impetum extendebant. Stephanus brachia cum
precibus ad cœlum contendebat. Differebantur illi cordibus & dentes ac latera ſtringebāt
ut fortius hunc uulnerarent . Stephanus & cor & latera & dentes exacuebat ut efficacius il-
lorum ſalutem exoraret. Quantum illorum uultus minaces & efferati ad ſanctum domini
prodendum: tantum illius uultus manſueti atq; terrenti ad illorum peccatum delendum
impetebatur:precabatur ueniam. lapidabatur:precabatur ueniam. contemnebatur : uulne-
rabatur:occidebatur a Iudeis:& tamen pro Iudeis ueniam precabatur. Membra reliqua ſan
guinem e uulneribus effluebant : oculi eius lachrymas pro uulneratoribus conſtillabant:
ſollicitus alienæ ſalutis:oblitus uideri poterat ſuæ : attentiuſq; illorum periculo metuens :
ꝗ de ſuo cogitans. Stabat rectis pedibus:quum ſpiritum ſuum commendabat domino : &
de ſeipſo loquebatur:flectebat genua quum orabat pro iudeis & ueniam precabatur . At-
tende homo qui nemini parcis:qui nunꝗ dediſcere potes iniurias:niſi quum uindicaſti:ſci-
to nullum cum deo habere commercium te poſſe ſi cum charitate non habes. Hactenus de
Charitate:nunc ad Gratiam tranſeamus:Quum ſummi ac probatiſſimi in ſacris litteris ui-
ri gratiam diuinæ dilectionis effectum diffinierint:quoniam i eo ſita eſt omnis:ut qui plu-
rimum diligit:poſſit quoq; apud eum plurimum a quo diligitur:neceſſe ē glorioſiſſimum
Stephanum qui omni pietate atq; obſeruantia proſecutus deum uerum : rebus omnibus :
etiam uitæ antepoſuit:inimicis pepercit:pro lapidatoribus orauit:præcepta ad unguem ſer
uauit omnia:& ipſum quoq; plurimum dilectum a domino:longe plurimum gratiæ apud
illum comparaſti. Turpis fuit ſemper apud homines ingratitudo & deteſtabilius:inimicaq;
humanitati. Apud quoſdam ultimo ſupplicio animaduerti ſolita:ut apud Perſas:qui ingra
tos omnes palo affigi duriſſimaq; interimi morte ſtatuerunt:& legum ſanctiones ſola igra
titudine reſcindi:largitionem uoluere . Quod ſi ita eſt apud homines comparatum : quo-
rum uita omnis plena contentionibus:odio:inuidia:diffidiis:perturbationibus: aliis mille
a gratia & beniuolentia prorſus alienis : quid apud deum eſt exiſtimandum : qui totus eſt
amor:totus eſt gratia:qui quum nihil egeat noſtri:conferre tamen nobis beneficia nec ceſ-
ſauit unꝗ:nec ceſſat:ut nec mortem quidem ſubterfugeret . Quod ſi hæc illorum cauſa fe-
cit·qui·tamen aut non cognouerunt : aut contempſerunt cognitum : quod in eos qui ſeſe
totos illi dederunt factum quanta proſequi gratia putandum eſt . Quorum unus ac præci-
puus Stephanus ut ante alios obſecutus eſt domino atq; complexus : ita ante alios par eſt
gratiſſimum apud illum:acceptiſſimumq; fuiſſe . ut non temere ſic receptum illū plenum
fuiſſe gratiæ & fortitudinis qui pietatis erga deum:charitatis erga homines pleniſſimus ex

titiſſet. Habuerunt & alii complures gratiam domini qui multa aut fecerunt. aut perpeſſi
ſunt. Et Paulo dictum eſt. Sufficit tibi gratia mea. Sed hi gratiam habuere. Stephanus gra-
tiæ plenitudinem adeptus eſt. quæ & ſufficit ipſi. & eam refudit in cæteros. Quod ſi inter-
rogare Paulum liceret: quis tibi dedit o Paule: ut quum eſſes inimiciſſimus Chriſti. quum
eius miniſtros ita inſectareris: tamen gratiam apud illum tandem adeptus ſis: quis eſt qui
dubitet reſponſurum illum. Gratia Stephani qua erat plenus refuſa eſt in me tanq̃ pleniſſi
mo exundans flumine ſterilem agrum irrigaſſet: & tantos fructus parere effecit: & ut ex per
ſecutore fierem defenſor ex ſummo detractore prædicator ſummus: ex inimico propugna
tor acerrimus quum ſedebam: quum tenebam falſorum teſtium ueſtes: eoſq; in Stephani
pernicie ſubornabam: quum irritabam ſocios: quum ſuggerebam lapides: quum Chriſtia-
nos undiq; ad cruciatum conquirebam: orauit ille pro me perdito: illius preces ad cœlum
penetrauerunt: & ex odioſiſſimo gratiſſimus factus domino quicquid ægi: q̃tus: q̃tus ſum:
Stephani gratia totus ſum. Quid ſi rurſus ab Apoſtolis martyribuſq; omnibus fas eſſet pe-
tere: quis illis tantam tribuit acerbiſſimis cruciatibus ac mortibus perferendis conſtanti-
am? An & hos quoq; dicturos aliud exiſtimamus q̃ Stephani ſe exemplo: Stephani inci-
tamento. Stephani teſtimonio eſſe permotos: qui & mori primus pro Chriſto in eorum
oculis uoluiſſet. & eſſe illum in cœlis atq; gloria triſtatus eſſet. ut quantũ prophetæ omnes
& Ioannes baptiſta contulerit ad Chriſti aduentũ ꝑdicendũ atq; oſtendendũ in terris: tãtũ
Stephanus uiſus ſit cõtuliſſe ad illius maieſtatẽ atq; gloriã cõprobandã in cœlis. Itaq; tãtũ
fuit in eo gratiæ diuinæ quæ tam primũ dimiſſa cœlo iq̃ tempus redẽptionis ueniſſe Ste-
phanũ cõpleuit: ut in apoſtolos: in martyres: in ſanctos oẽs: in electos oẽs uiſus ſit uendiſſet
Stephanũ cõpleuit. aut in apoſtolos. in martyres: in ſanctos oẽs. in electos oẽs uiſus ſit re-
fudiſſe. Nec ullũ fuit genus gratiæ q̃ dei defuerit. Refertiſſimus ea: quã Iſuſã appellam⁹: quæ
tunc eſt quũ excedit uires noſtras: exuperatq; noſtram. & eſt iniecta diuinitus. Refertiſſim⁹
ea quã poſitã totã in ſuadẽdi diſuadẽdiq; facultate diffuſam noiamus Qualẽ in labiis ſuis
diffuſam ait propheta. Qualem in oi ſermone adhibendam præcipit apoſtolus. Refertiſſi-
mus ea quæ ab emanatione ſortita nomen propagataq; in omnes: effuſas nuncupatur: cu-
ius & Petrus admonuit. Vnuſquiſq; ut accæpit gratiam in alterutrum adminiſtrantes. Re-
fertiſſimus ea quam cooperantem dicimus: quum mens ſimul mouet ipſa ſe atque excitat:
ſimul mouetur aliunde atque excitatur: erigit ſeſe atque erigitur: accipit diuinitus auxiliũ
& ipſa ſibi auxiliatur. Refertiſſimus: ne diutius immorer: ois generis gratiaq; grana. Quũ
diſputaret ſumme atque inauditæ ſapientiæ: cui reſiſti a Cyrenienſibus. Alexandrinis. Aſia
ticis aliis. & a ſynagoga omni nõ poterat. Gratia quũ oraret incredibilis efficaciæ: qua gla-
dium illum Pauli exertum in Chriſtianos in Iudeorum perniciem conuertit: retorſit: per-
ſtrinxit. Gratia quum accuſaretur manifeſtæ innocentiæ: qua quum eſſet fretus: uultum ei⁹
mirifico ſplẽdentem candore: tanquam angeli uultũ accuſatores intuebãtur. Gratia quum
lapidaretur miræ fortitudinis: miræq; conſtantiæ: quod neq; perturbatus eſt: neq; ab im-
menſa illa ſua diſceſſit charitate: neq; lapidatoribus ſuccenſuit: ut non ſolum daret ipſe ue-
niam: ſed ignoſci etiam a domino: nec cædem ſuam illis ad peccatum imputari poſtularet.
Gratia in uita: quum tanta ei continentia tribuatur: quantum de Matronis audiuiſtis. Gra-
tia in morte: quod & cœlos apertos & Ieſum ſtantem in cœlis: ſeq; adhortantem & confir-
mantem aſpexiſſet. Gratia poſt mortem: quod infinitis editis miraculis: de quibus integra
extant uolumina: & mortuos ſeptem ſuſcitauerit & opem omnibus ad ſe refugientibus ſa-
luternq; præſtiterit. Gratia in terris quas primus martyrici ſanguinis reſperſit florae: unde
tanti poſtea fructus excreuerunt. Gratia in cœlis quod ante illud tempus clauſos exiſtima-
tos primus nobis apertos eſſe nuntiauit. Itaq; non parua præditus gratia ſed maximis: non
una ſed omnibus: non leuiter afflatus ſed pleniſſime confertus exaggeratione quãtam ſan
ctorum aſſecutus eſt nemo: ut nihil in eo aliud uideretur eſſe q̃ gratia. Pleni enim quique
ſunt nihil poſſunt capere aliud eius: q̃ quo pleni ſunt. Quocirca iure merito: quod uni glo
rioſiſſimæ Virgini matri tributum eſt: plenus gratiæ dictus eſt Stephanus: quod nullo in
loco aut tempore: nullum genus ei defuerit gratiæ. Sed iam de premiis uideamus. Quum
ita deo accæptus eſſet Stephanus: quid illi dicet aliquis collatum eſt dignum tanta gratia?
quibus affectus præmiis: ut ſe ille Deo gratum intelligeret? Parum conferre gratia conſue-
uit: niſi aut ſperentur præmia: aut adhibeantur. Et niſi profuturus aliquando ſis ei qui dile-
xerit te: exiguum & inutile eſt dilexiſſe Ego uero taceam gratias tãtas & tam accumulatas
quas pauloante memoraui: illud æſtimo: quicquid experi poſſit in uita: fortũas omnes: bo
na omnia: ornamenta omnia: parum habitura eſſe momenti aut laudis: ſi uel uniuerſa ſoli
fœlicitati comparentur. Quod ſi eſt ut omnia exuperet & uincat ipſa fœlicitas: ſitq; ea poſi
te ſuns

ta in cognitione:atq; amplexione ſupremi Principis Dei:in quo bona congeſta & cumulata ſunt omnia:facile poſſumus intelligere quantos fructus perceperit Stephanus:qui hanc ultimam fœlicitatem:atq; maximam:prius & uberius & exploratius aſſecutus eſt ꝗ̃ nulli aſſequi mortalium potuerunt. Qui ſi uiuens atq; adhuc agens in terris cœlos uidit apertos:ſi Ieſum ſtantem a dextris dei:ſi deum ipſum:ſi gloriam:ſi uirtutem diuinam:quid non uidit. quid ei defuit quominus omni fœlicitate perfrueretur in terris: qua uix alii perfrui potuerunt in cœlis. Nec ſola fuit ea uiſio quæ tota eſt corporis quum quid oculis aſpicimus. aut quid conſtat in imaginibus reconditis mandatiſq; memoriæ:quarum utrãq; habere etiam bruta potuerunt. Nam uident illa cœlum ut nos uidemus:ſuſpiciunt ſtellas. & nos ſuſpicimus:iiſdem oculis quibus nos. eademq; proſpectant & remotiora interdum multo longinquioraq; proſpectantq; maior ſit oculorum acies in plurimis. Rerum imagines æque: aut paulo minus:nonnulla etiam expreſſius concipiunt ꝗ̃ nos retinentq; conceptas. Nam & præſepia noctu repetunt & ad nidos ac cubicula recto curſu aut uolatu reuertunturq; inſita habeant earum rerum & locorum ſimulachra: & deprehenſa ſenſibus quantum cuiuſq; fert natura recondantur. Alia eſt uiſio quæ tota eſt hominis & rationis:quum imagines rerum deprehenſarum ſenſibus retentas memoria diſcutimus & diiudicamus:& alias eſſe res alias rerum imagines umbraſq; decernimus. Iudicium enim adhibes rebus quarum commemineris:rationeq; perpendere ſolius eſt hominis ualentis ingenio:conſilio: prudentia. Sed neque animantes cæteri ſupra cœlum poſſunt penetrare obtuitu oculorum:neque homines attingere niſi quantum fide & coniectura proſequuntur. Ac de Stephano nemini dubium ẽ per omnes deductum orbes ui oculorum ad ſublimia penetraſſe oculis ipſis erectis in cœlum: ſublatiſq; a mente. Quippe tanta uis mentis in tanta gratia: tam apertis cœlis: quum nihil obiiceretur impedienti: facile potuit ad faſtigia ſuprema conuolare: oculoſq; ſecum ferre ſanctiſſimi uiri nihil aliud ꝗ̃ de Deo & cœlo cogitantis. Itaq; uidit in corpore quod uidere uix beati potuerunt in mente. Vidit ĩ uita quod uidere fas eſt nemini:niſi poſt uitam. Quod ſi aperti ſunt cœli & Zachieli non procul a flumine Tobar ad ſpectaculum apti ſunt illi:non ad ingreſſum patefacti. Nam eos ingredi ante Chriſtum reſurgẽtem potuit nemo. Quum autem primus Stephanus ſecutus ſit Chriſtum:neceſſe eſt omnium qui ſecuti ſunt primus ingreſſus ſit cœlum. Vidiſſe ſe ait Iohannes frater domini apertum hoſtium in cœlo:ſed hoſtium ait uidiſſe:non omnes ut Stephanus:non totos patefactos. Et Paulus raptus eſt ad cœlum tertium:ſed ad tertium raptus eſt non ad ſupremum delatus: non ad ultimum. Stephanus omnes:etiam ſi (quod Baſilidiani putauerunt) triceñti ſexagintaquinque fuiſſe cœli:ſi plures:ſi infiniti:omnes uidit apertos. Nec cœlos uidit ſolum: ſed Ieſum quoq; triũphantẽ in cœlis. Et quũ adiri:aut ſcindi:aut ſecari:aut terebrari illi nullo mõ poſſint:adiit:ſcidit:ſecuit:terebruit in terra poſitus:per cribrum ſyderum:ſtellarum archana penetrauit:in tenebris uidit lucem:in imperfecto perfectum:in caduco æternum:inter homines deum:& ut uno dicam uerbo:ante peruenit ad cœlum ꝗ̃ aſcendit: ante complexus eſt Chriſtum ꝗ̃ applicuit. Quam ob rem:tanq̃ his qui olympia uicerunt ad ſtadium:aut militiæ:uel poſilierunt in nauim:uel conſcenderunt murum: primi corona donari ex auro aut myrtho aut lauro conſueuerunt:quod perennis ea uidetur futura gloria. Sic glorioſiſſimo Stephano ꝙ primus currens ad metam:primuſq; in acie dimicans. Saluatoris palmam uictoriæ comparaſſet: & cœli mœnia inſiliſſet primus: manu domini corona collata eſt corona uitæ:corona gloriæ: corona pulchritudinis de lapide præcioſo: unde & nomen ſibi uiſus eſt peperiſſe. Stephanon enim coronam uocant Græci:Stephanum dicunt noſtri Vnde & maiores:quanq̃ pauloante inuerterunt: eum qui ludis Cyrcenſibus uiciſſet: atq; eam ob rem corona:populi conſenſu:donaretur. Stephanionem appellarunt. Sic inter ſanctos omnes hic unus coronatus eſt:cum magnitudine:quia nemo fortius. tum ordine:quia nemo prius deſcendit in campum:uicit in acie: perrupit in cœlum: & meritis ſanctos omnes tum ueteris:tum nouæ legis aut æquauit:aut quod hodierno die illorum uenia dictum uelim anteceſſit. Fuere ex ueteribus multi in primitias domino:& ex Patribus primus Abel occiſus eſt:ex ſacerdotibus Abamalec:ex Prophetis Zacharias:ex Principibus militiæ Machabeus:ſed hi omnes ante legem:in figura ipſius legis pro umbra Chriſti occiſi ſunt. Stephanus in ipſa lege:pro ipſo Chriſto peremptus eſt. Tulerunt ſupplicia martyres:& Stephanus tulit. Fuderunt ſanguinem apoſtoli:& Stephanus fudit. Prædicauerunt:& Stephanus prædicauit. Oſtendit Ioannes Baptiſta Chriſtum in terris:Stephanus:quod utilius fuit nobis:oſtendit in cœlis. Plena gratia Maria:Stephanus & gratia plenus & fortitudine. Illa ſupra naturam concepit uirgo:quod concipi a uirgine & mortalium non poteſt:hic ſupra naturam uidit in carne & mortalis:quod uideri in carne & a mortali non poteſt. Deniq; illi

omnes miracula fecerunt:hic non modo miracula . ſed etiam ſigna : nec modo ſigna ſed etiam prodigia fecit. Prodigia enim q̄ procul aliquid indicent atq; in longiſſimum tempus portendant dici uoluerunt. Cur ita in Stephano:niſi quando quicquid ægiſſet in normam atq; exemplum eſſet futurum poſteris:& momentum Chriſtianæ religionis æternitatem duraturum. Vnde & Stephanum Hebraica lingua normam noſtri interpretantur. Sed cur prodigia? quorſum tam mirandum:tam ſtupendum nomen : per quod priſci non niſi inſueta:inaudita procul a natura in grauiſſimam & ueridicam attonitam ſignificationem dici uoluerunt? quid inq̄ hoc in ſtephano:niſi quoniam omnia non modo noua : mira:inſueta:ſed incredibilia horroris:ſtuporiſq; plena faciebat. Itaq; omnia in eo ſumma:omnia excellentia:omnia ſuprema:ſolus martyrum dictus princeps:ſolus inuentus qui orauerit pro inimicis:ſolus cœlos uiuens aſpexit:apertos omnes:ſolus gratiæ & fortitudinis dictus plenus: ſolus a corona nominatus . ſolus quod multo eſt maius atq; præſtantius curſum omnem expreſſit ſaluatoris Chriſtus in Iudea natus. Stephanus in Iudea Chriſtus Hieroſolymæ occiſus. Stephanus Hieroſolymæ Chriſtus p̄ blaſphemia calumniatus. Stephanus pro blaſphemia criminatus. Chriſtus falſis teſtimoniis circũuentus de templo euertendo. Stephanus duobus falſis teſtibus oppreſſus de lege Moyſi peruertenda . Chriſtum populus crucifigendum. Stephanum populus lapidibus obruendum poſtulauit . Chriſtus in curſu multitudinis Hieroſolymæ extra portam crucifixus. Stephan' impetu multitudinis. Hieroſolymæ extra portam lapidatus. Chriſtus pro crucifigentibus orauit: Stephanus pro lapidantibus precatus eſt. Chriſtus primus ſine peccato natus uenit in terras: Stephanus primus ex peccato natus eſt ſecutus in cœlum . Chriſtus primus aperuit . Stephanus primus apertos demonſtrauit . Chriſtus primo genitus mortuorum . Stephanus primo Chriſtianorum . Chriſtus primus dator gratiæ. Stephanus primus acceptor. Ad hunc ergo refugiamus:huic ſupplicemus:ab hoc gratiam apud dominum ſi qua opus eſt poſtulemus: qui & apud Deum poteſt longe plurimum:& orare non ſolum pro iis qui fuerunt ueneratiſed etiam pro his qui occiderunt conſueuit. Quod ſi eius preces perſecutoribus profuerũt : quãto magis putandum eſt: profuturas ueneratoribus. Si precatus eſt ueniam lapidantibus Hebreis quanto efficacius precabitur ſupplicantibus Chriſtianis. Hunc inquam maxime poſt dominum imploremus:colamus:ueneremur:qui ſtatim poſt dominum ſecutus eius lateri hæret in cœlis:cuius Natiuitati eſt adiunctus in terris :·

IOANNIS ANTHONII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIENSIS IN FESTO SANCTI THOMAE DE AQVINO ORATIO:·

o

Mnium primum oro ego atq; obteſtor digniſſimi Antiſtites . ut hodiernum hoc munus dicendi : & hanc mihi delatam Sanctiſſimi Thomæ cõmendationem:neque ultro petitam eſſe a me : neq; ſponte mea ſuſceptam arbitremini. Sciebam equidem nullũ ſplendorem Orationis:aut uerborum lucem eſſe tantam:quæ laudes ſãctorum diuinas atque immenſas uel minima ex parte poſſet attingere. Clariora ſunt Dei opera q̄ quæ mortalis ingenii facibus poſſint illuſtrari. Sed illa me hoc potiſſimum contenderunt:quorum ego neque reiiciendas preces:neque auctoritatem contemnẽdam exiſtimaui In tanta enim & tam honeſta poſtulatione durus illis:ingratus Deo potuiſſem uideri:ſi hoc exiguum quod eſt mihi ingenii denegaſſem. An ego mediocre hoc & prope extemporaneum ſtudium huic glorioſiſſimo ſancto non præſtitiſſem:qui ad eruditionem noſtram ad humanarum ac diuinarum rerum cognitionem exhibendam:nobis ad inſtituendam hanc uitam in qua ſumus. & illam alteram ad quã tendimus aperiendam:omnes labores ſuos. uigilias. lucubrationeſq; conſumpſit:cuius opera & diligentia factum eſt:ut ſiue hoc in loco:ſiue alibi terrarum de altiſſima quaq; re & recte ſentire & copioſe differere poſſimus. Ego uero ita ſentio:ſi cui exhibenda ſit a me gratia uel doctrinæ quam nunquã habui ſemper experiri. uel huius exercitatiũculæ meæ:quam ſum nunquã aſpernatus : neminem eſſe in quem honeſtius poſſint hæc omnia glorioſiuſq; conferri:q̄ ſi in ſanctiſſimi Thomæ ueriſſimam cõmendationem:non adumbratam laudem conferantur. Qua in re non plus poſtulatur a me ſtudii in dicendo:q̄ a nobis ſperatur in attendendo diligentiæ . Nam ſi ullo in congreſſu orbis terrarum & hominum conciliis laudes ſanctorum & enarrari glorioſe. & attendi ſtudioſe conſueuerunt:hoc in loco in conſpectu ueſtro conſueuerunt . Tũ uero quum

uero quum perpauci:immo prope nulli ſint in iſto conſeſſu doctiſſimorum:hominum:qui
ope & præſidio ſancti huius:non ſe aliquid.uel doctrinæ ad bene ac recte ſentiendum:uel
exemplorum ad honeſte ac pie uiuendum adeptos eſſe fateantur:ut qui plura norint melio
res euaſerint:hi ſe polliceantur eius uitam ac laudes audituros libentius. Thomas natus eſt
Aquini:familia uetuſtiſſima:quod oppidum in primis Campaniæ finibus ſitum eſt. Vnde
maiores gentis & initium & cognomentum accæperunt. Fuitq; Aquinantium familia im
primis clara:iam multis ſæculis & illuſtris ac potens habita. Patrem habuit Landulfum ma
trem. Theodoram:& ipſam inclyto natam loco. Fertur matri:cum eſſet grauida & in prædi
um ſuburbanum deſcendiſſet occurriſſe uirum quendam & preſtantem promiſſa & cana
barba:dextra geſtantem baculum incuruum:læua Virginis matris imagunculam collo ap-
penſam:ad cuius pedes ſimulacrum diui dominici depictum ſuberat hunc Theodoræ factũ
obuiam:eam ſalutaſſe addixiſſeq;:bono eſſet animo:nam maſculam prolem uentrem geſta
re familiarem & accæptam Deo:ac magnum daturum lumen Aquinatum genti. Habitu-
ram autem eum ueſtitum quo erat is cuius ſimulachrum ad pedes uirginis ſuberat depi-
ctum:& ſimulachrum digyto oſtendiſſe:porrexiſſeq; matronæ aſpiciendum. Pater autem
(ut ſunt parentes eiuſmodi rerum curioſi) Mathematicos conſuluiſſe traditur:& quid filio-
rum cuique boni ac mali in uita portenderetur interrogaſſe:& de aliis quidem aliter eſſe re
ſponſum:de Thoma uero ſic accæpiſſe:Aſpernaturum illum paternas opes:ſed alia uia fœ-
liciſſimum futurum eſſe. A maturum autem maxime eam rem:qua oblata infans uagitu ob
temperaret. Solebant enim quum in uagitum erupiſſet:papiro aut membrana porrecta ſta
tim conticeſcere. Quum eum nutrix aliquando geſtaret ulnis:ferunt libellum in quo ſalu-
tatio Virgini facta continebatur cœlo delapſum:infantis manibus hæſiſſe. illum autem ita
cupide arripuiſſe:ut niſi a matre extorqueri uix poſſet. Nec ante quieuiſſe ꝙ eſſet redditus:
eumq; infantili gingiua attritum paulatim totum hauſiſſe. Hæc illi futuræ ſanctitatis fuere
præſagia. Landulfus exorto in Campania bello:aliquandiu aduerſus Federicum ſecundũ
ꝙ ſceleratiſſimæ impietatis uirum dimicauit. Eccleſiæ partes ſecutus. Quo bello & Capua
(ubi fundos habebat gentilicios) direpta eſt: & Aquinum a Conrado Federici ipſius filio
expugnatum atque incenſum. Hac neceſſitate adductus Landulfus ipſe in exilium actus.
Thomam quinquennio natum ad Cenobium Caſſini montis orbe toto celeberrimum:&
ea tempeſtate Religionis obſeruantiſſimum miſit:ne id ætatis ſine præceptoris inſtitutio-
ne elaberetur Hoc in loco eius tranſacta eſt pueritia tanto ſtudio litterarum: ut Gramma-
ticam breui pedidiſcerit: tanto cultu & obſeruatia quadam aperta atque ingenua: ut iam
tum opinio increuerit futuræ ſanctitatis his qui eum cuſtodiebant. Quum quid ſupereſſet
temporis a ſtudio puerili: recipiebat ſeſe in intimi templi penetralia ꝙ poterat occultiſſi-
me ſtatuas & ſimulachra ſanctorum impreſſa parietibus quacunq; occurriſſent uenerabatur
ſuſpiciebatq; attonito ſimilis æqualium ut quiſque eſſet optim⁹:ita illi ſtudioſiſſime adhæ-
rebat. Itaq; prima rudimenta ætatis in Caſſinati accæpit: ut iam iam proſpicere liceat fœ-
lix puer & fortunam ſanctumq; auſpicium morum doctrinæ ſanctitate. Compoſitis dein-
de in Campania rebus. Landulfus reuerſus domum inſtaurato Aquino:cæteriſque oppidis
redactis in poteſtatem reuocandum iam filium & Neapolim ad propinquos mittẽdum cõ
ſtituit. ut ibi militia & honeſtis artibus erudiretur. Diſceſſit autem ex Caſſinati perquam in
uitus puer quod ibi remanere & cum ſancto optimorum patrum cœtu tranſigere uitam co
gitauerat. Deductus Neapolim:non militandi arripuit uſum:aut ludos equeſtres celebran
di. ut cæteri Optimatum liberi faciebant. ſed in cœtus ſocietateſque religioſorũ ſeſe conii
ciens:maxime templum Diui Dominici:quod prope eſſet & celebre frequentabat. Hic rem
diuinam. Hic quottidianas diſputationes & quæ legerentur audiebat. Nec minus orationi
impendebatur temporis Horæ diuinæ nocturnæq; in templo tranſigebantur: intermitte-
bantur nunquam. Vbi ſi quid audiuiſſet laſciuiuſcule ſecedebat e conſpectu:ſeque in ædem
ſacram recipiebat:cum Religioſis dies nocteſque uerſabatur. Trahunt hominem ſodalicia:
cõmertia etiam in mores penetrant & perinde quiſque euadit. ut quibus cum uerſetur. San
ctus adoleſcens quum iam Religioſum inter religioſos ageret:congreſſus æqualium & ꝓ-
pinquorum aſpernatus:quod in Caſſinati cogitauerat:Neapoli perfecit:poſtulat a fratrib⁹
ſanctum habitum:uelle ſe initiari ſacris:& illorum profiten Religionem ait:inſtat:conten-
ditq; id ſæpe. Fratres nobilitatem ueriti & potentiam propinquorum: dehortari primum
cœperunt & omni qua poſſem uia diſſuadere. Dicunt etiam extra clauſtrum parari ſalutem
poſſe:nec fratrum cellis deeſſe periculum. Vbique a deo parata præmia penaſque mortali-
bus. Nec ullum eſſe locum in quo quis illi fieri non poſſit coniunctiſſimus. Clauſtra Reli-
gioſorum maiore concuti flatu uoluptatis:magiſq; ſollicitari hoſtem noſtrum: eos oppu-

grauare fortius conſueſſe:qui reſiſtant uehementius. Nulta in eam ſententiam adiiciunt fratres. Adoleſcens Dei plenus in propoſito eſſe non ceſſat:animum ad rem confirmat: fratrũ dehortamenta confutare:clauſtra Religioſorum habitacula Dei dicit:non ſcelerum incitamenta eſſe:uitam prophanam ſi remiſſius tentetur:tentari ſæpius:ſeq; ipſam procliuem per ſe ad delinquendum:& ſine omni impulſu aduerſarii prolabi in ſcelera & flagitia. In cellis fratrum (etſi magnum ſit periculum:non tamen quottidianum eſſe:ut ſolitis accidit quorum nullus paſſus non lubricus aſpectus nullus & ne cogitatio quidem ſine labe. tum multo fieri deo gratiorem qui ſe illi & totum & ſemper exhibeat:q̃ qui aliquãdo oſtendat. Proinde ſe ita ſtatuiſſe: aut reciperent ſe:aut ſcirent alio commigraturum ut recipiatur. Fratres (etſi intelligebãt contentionem ſibi hac de re acerrimam eſſe propoſitam:& odium prope capitale eſſe ſubeundem) ueriti ne alio quoquam commigraret: etiam quod magnã ipſorum ordini gloriæ acceſſionem futuram ex adoleſcentis nobilitate cognoſcebant: uicti tãdem dant manus:habitum clam ſartiunt:adoleſcentem ad ſe recipiunt:ueſperi noctu ueſtiunt:tondent comam:cucullum iniectant:cucullatum in peniore parte Vrbis recondunt:parati omnia ſubire:ſi quis motus fiat propinquorum:taciti aucupantur. Propinqui re cognitate ſua quiſq; proſiliunt domo:clauſtrum obſident:fratribus conuitia minaſq; intendunt. Res Aquinum ad matrem deferunt. Anaxia illa & prope exanimata Neapolim ſtatim aduolat. Fit nouus tumultus adueniente matre. Mirantur omnes tam illuſtrem adoleſcẽtem tantis opibus ea ætate & in loco inter ſodales:inter propinquos nobiliſſimos ad id adduci potuiſſe:ut tot tantaq; relinqueret. Thomas interea (ne ipſe inuentus retraheretur: neue fratres aliquid acciperent incommodi) tacitus in occulto precabatur. Illi (ueriti ne in mora periculum cuperetur:etiam ne matrem ſpe ſuſpenſam tenerent) Romam eum mittendũ conſtituunt:& quod conſtituunt ſine mora faciunt. Commeatum & uiaticum comparant: obliquum ac nocturnum iter arripiunt. Sanctus iuuenis aſtrictus cucullo per loca inuia atque inacceſſa ferebatur:& ſtudio laborem ſuperante noctem primam (quanta eſſet) totam in itinere conſumpſit. Theodora (ut nunquam ſibi finem maternus facit affectus diſceſſu filii comperto. Romam & ipſa celeriter eſt ſubſecuta. Filius ubi ſit percontatur:omnia tentat omnia perueſtigat fratrum quicunq; eius ordinis occurriſſent:uerba:nutus:paſſus ſubodorat. Comperit tandem apud ſanctam Sabinam latitare:currit ad locum:fratres conuenit:natum ut liceat aſpicere lachrymans orat: obſecrat: obteſtatur. Iuuenis clanculum poſt limẽ & parietes matris uerba ſubaudiebat:feciſſentque fratres matri aſpiciendi poteſtatem:ſi filius uoluiſſet. Sed non mouebatur maternis lachrymis qui Chriſti pietate uincebatur. Quãtum illa aſpicere cupiebat:tantum ille matrem:ne a Deo ſe diuelleret: metuebat. Igitur ne mater in ſpe reuocandi ſui perſeueraret:neue ipſe repugnare diutius illius lachrymis cogeretur:poſtulat aliquem in locum deduci extra Italiæ fines. Conſilio probato:nocturno itineri ſe:iuuenemq; permittunt. Quattuor erant qui eum comitabantur. Mater (ut omnia inuenit diligentia) diſceſſu cognito:permittit ſtatim qui ad Raiuldum & Landulſum alteros filios:qui in Hetruria militabant rem deferat:iuſſum quanta poſſet celeritate feſtinare: ut Thomam anteuerteret:filiis quid faciendum ſit oſtendit:ignominiam domeſticam: fratrum duritiem conqueritur:monet ſi ſe ſaluam eſſe uelint:Thomam in itinere intercipiant. Illi accæpto nuntio dimiſſis uſquequaq; exploratoribus ubi tranſitum habeat. Compertũ ſanctum iuuenem feſſum in itinere ad fontem quendam non procul ab Aquapendenti oppido:ſeſe recreantem ſecurum iam ac lætum & nihil tale metuentem ſubiti de improuiſo adoriuntur. In fugam dilabuntur comites. Illi Thomam & ipſum fugere properãtem comprehendunt:comprehenſum uinciunt:uinctum ad matrem deducunt:toto itinere ne unus quidem paſſus ſancto iuueni ceſſit ſine lachrymis:ita ut germani interdum & ipſi mouerentur. Cucullum diſcindere uolentibus:prouolutus ad genua:ne id facerẽt impetrauit lachrymis. Orabat ille germanos ut ſe dimitterent:illi eum ut a propoſito deſiſteret hortabantur. Deductus ad matrem:& in conſpectum redditus:nullo modo adduci potuit ut lachrymis temperaret. Amplectentem ſe matrem reiecit: lachrymis uerba illi inter lachrymas ſingultiebant. Glorioſiſſime Ieſu q̃ indiſſolubilis eſt conglutinatio tua. Charior illi: multoque iocundior tua conciliatio:unde auellebatur:q̃ matris erat amplexus:quo detinebatur. Interroganti matri. Cur paternas diuitias pergeret relinquere? Vt inquit: mea mater: faciam me ditiorem. Addenti. An paternum ſtatum non firmum putaret? Eum inquit firmiorem puto:qui nihil habet quod poſſit perdere. Mater ut fruſtra omnia tentauit:diligentes adhibita cura: ne clam elaberetur:ad oppidum Veſtinorum Roccham Siccam:quod arcem habet in Apennini iugo munitiſſimam:obſeruandum ſub cuſtodia mittit: ſi aliter nequeat: tempore atque ſpacio filii mentem mutatura. Nihil agis Theodora:diuinum conſilium humana non

mana non uertit induſtria. Nequicquam eum parua concludis arce: quem liberi animi co-
gitationes ad altiſſima cœli tecta rapuerunt. Iam aliquot menſes cuſtodia proceſſerat: quũ
mater omni uia expugnatura iuuenis conſtãtiam: filios hortatur ut habitum (ſi ille ſua ſpõ
te nollet abiicere) ipſi lacerarent in fruſtaq; diſcinderent: futurum hoc modo rata ut quod
propoſito nollet. pudore intermitteret. Id quum effeciſſent: dei famulus ita cæſum & mu
tilatum: non modo non intermiſit: ſed eam geſtans ſactus ſibi uiſus eſt aliquanto magnifi
centior. Pendebant ex tergo ſeminudo cucularia fruſtula: diſciſſiq; cincinni per humeros
diuentilabantur: habitus tamen integer atq; illæſus in animo gerebatur. Quum & hac nõ
procederet: aliam aggreſſi uiam: ſorores admouent ut ſanctum iuuenem cœtu puellari in-
ter mixtum omni ope ſollicitare ad illecebras luxumq; conentur. Illæ de induſtria uicinas
puellas forma præſtantes. domum conuocant: iuuenem inuitum ui trahunt: ſaltant: canũt:
tripudiant: narrant fabulas amorum: de omni genere impudiciciæ uerba faciunt: accuſant:
damnant: deteſtantur ſeueram iuuentutem: cantilenæ laſciuiſſimæ tota conſtrepunt do-
mo. Sed non tangebatur ſpurcicia libidinis: qui candidiſſimo dei fruebatur amore. Itaq;
fraude cognita ad orationem conuerſus: miro modo ſororum petulantiam compeſcuit:
oſtendit non modo uana eſſe quæ facerent: ſed etiam capitalia futura. Voluptates corporis
breues eſſe: ſtatimq; tranſire: penam tamẽ ex his naſci diuturnam: ſæpe etiam ſempiternam.
Voluptates neminem unquam expleſſe: quem non ſtatim pœnituerit. Commemorat ma-
iores opeſq; maiorum. præterea conuiuia & ludos recenſet: oſtendit nihil ex his extare: quo
nunc delectentur. Vitam hanc noſtram momentum eſſe temporis omni uolatu concitati-
us. Nec aliud in ea fieri niſi fœlicitatem alterius uitæ bonis: infœlicitatem malis comapara-
ri. Quærendum eſſe eis ante mortem locum quem poſt mortem eſſent habituræ. Hæc Dei
iuuenis: quum & diceret exanimo: & os uultumq; monentis accommodaret: factum eſt ut
altera ſoror natu maior: reputanſq; uera monuiſſet dimiſſis opibus paternis: relicta chariſ-
ſima matre cum abiecto faſtu nobilitatis: uirgini matri ſeſe initiarit: ingreſſaq; Veſtaliũ clau
ſtra uitam Capuæ ſanctam illæſamq; trãſegerit. Quis eſt qui Chriſti gerat ſcutum & a quo-
q̃ uulneretur? aut quem Ieſu tegunt arma: & eum quiſq̃ poſſit ſuperare? Plus efficit dei fa-
mulus: dum reſiſteret: q̃ illius ſoror dum oppugnaret: & quæ eripere deo ſanctum iuuenem
cupiebat: ipſa erepta eſt. Sed proh deum immortalem quanta uis eſt opinionis: nondum
aperti oculi propinquorum: eadem qua prius cæcitate obruebantur: rati obſcurari atq; in-
terire funditus ueterem nobilitatem ſi quum ipſi bellica & prædatoria ſequerentur caſtra
ſanctus iuuenis ſub paupertatis uexillo militaret. Cæci & ſtulti germani quantum decipi-
mini: quanto hic ſub clariore militat duce q̃ uos militatis. Multo eſt huic paratus triũphus
ſub Dominico q̃ uobis ſub Federico glorioſior. Ergo præcipiti conſilio: ut quem non per-
diderant recuperarent: immo ut perderent potius quem recuperauerant: meretricem con-
quirunt forma & ornatu excultiſſimam: præmiaq; proponunt ſi allicere dei famulum poſ-
ſet: eam ingerunt in intimum cubiculum: ubi aut orare ille ſolebat: aut legere. Lupa agnũ
adorta immaculatum: dat ſe in cõſpectum q̃ impudiciſſime: mouet mordetq; labra: uibrat:
figitq; oculos: & quæ honeſte non licet quum attractare manum & amplexum coniicere ſe
uellet: exiliens iuuenis & ad ignem qui prope erat conuerſus ardentem & flammigerãtem
titionem coniectat in ora: fugiẽtem propulſat: lupam geneam: poſtribulam appellat: obiur
gat: execratur. inde regreſſus in cubiculum atq; hoſtium repagulo occludens: flære q̃ mi-
ſerrime & cœpit: & ſuorum erga ſe duriciem atq; immanitatem deteſtari. Quumq; non-
nihil aſpectu meretricis coinquinatum ſe exiſtimaret: diuinam imploraſſe opem fertur: pre
catus ut qui ad eum diem nulla eſſet contaminatus libidine: nec deiceps pollutum eum id
pateretur. Tradunt extemplo habita oratione cingulum e cœlo delapſum illius humeris
iniectum eſſe: idq; tota geſtaſſe uita: nec ullam amplius ne tentatiunculam quidem ſenſiſſe
libidinis. Hoc & ipſe moriens confeſſus eſt: & uita omnis ſanctiſſime acta comprobauit. Im
pollutus dominus: impollutæ uiæ eius: quibus qui incedit: pollui non poteſt: q̃diu incedit.
Quod ſi Regi illi Romano: quoniam in falſa ſuperſtitione ueterum deorum paulo eſſet
habitus Religioſior: ancylia: ex æthere ſummo delapſa: cæciderunt: aut credita fuere cæci-
diſſe quæ eius defenderent imperium: quanto magis ſanctiſſimus Thomas ueræ Religio-
nis obſeruantiſſimus & pleniſſimus: dei cingulum debuit accipere. quod ſe ab omni ſorde
libidinis & coinquinatione tueretur. Habuit a deo auxilium contra carnem: qui ꝑ deo con
tra carnem dimicabat. Tot tantiſq; certaminibus quum nullo modo expugnare diuinam
filii conſtantiam mater potuiſſet: nec ulla eſſent arma aut conſilia: quæ firmiſſimam illius

mentem a propoſito deturbarent: cogitans iam ſecum non hunc impetum inſtabilis animi. ſed dei conſilium eſſe. repetitoq; ueteri oraculo decreuit: non eſſe illi amplius repugnandum. Fit poteſtas fratribus accedere ad eum quum uellent familiariter loqui: manere: & tandem quo uellent abducere. Illi noctu funiculo per feneſtram ſubductum ne qui germani aduerſarentur primum Neapolim: inde Romam perduxerunt. Eſtq; deinceps ab omni propinquorum moleſtia ceſſatum. Per hos turbines tempeſtatum per hos æſtus procellarum ſanctiſſimus iuuenis omnibus ſuperatis fluctibus ad optatiſſimum religionis portum enatauit. Non illum opes paternæ: non clientelæ auitæ: non lachrymæ matris non arma propinquorum: non turrium munimenta tenere potuerunt. Neapolim perductus operam aliquandiu dedit Philoſophiæ audiuitq; Petrum Henricum argutiſſimum illius temporis ſophiſtam & in omni Philoſophiæ genere doctiſſimum a quo Dyaleticam. Rhetoricam. Phyſicam ſic hauſit: ut breui his in rebus æquaſſe præceptorem diceretur. Romæ non diu eſt immoratus. Quippe Alberti Magni audita fama: qui & uita ſanctus: & rerum omnium ſcientia longe doctiſſimus ferebatur: ingens eum cupiditas inceſſit hominis conueniendi. Poſtulat igitur ad eum in Germaniam proficiſci. Re impetrata: profectus in Galliam: primum Luceriam Vrbem: ſiue ut hodie dicimus Pariſium: deinde diuerſo itinere. Coloniam Agrippinam trans Rhenum ad Albertum contendit Eo audito ingēti affectus eſt lætitia quod archana rerum ab illo incredibili modo aperirentur. Audiuitq; deinde Albertum annos aliquot ſumma cum diligentia: nec minore cum taciturnitate: ſicut triennio toto nunquam publice de re aliqua ne propoſita quidem cauſa loqueretur Quam ob rem etiā quod eſſet longe corpulentiſſimus: quæ res illi familiæ multis iam ſæculis eſt hæreditaria: alii eū mutum bouem: alii Pythagoricum utrem appellant: quod Pythagorei quinquennio tenuiſſe ſub præceptore ſilentium dicerentur. Eam taciturnitatem multi ꝙ eſſet modeſtiſſimi pudori tribuebant: Nonnulli poſſe eum loqui de controuerſiis: uerum neſcire apte arbitrabantur. Sed quum indicia quædam apparuiſſent doctrinæ: iuſſus (ut fit) publice diſſerere multum diuq; recuſaſſet: uictus tandem auctoritate præceptoris: ita memoriter complexus eſt æqualium argumenta omnia ita obiecta collegit: collecta diſtinxit: diſtincta confutauit: ut ſubſiliens ſtatim Albertus exclamauerit: mutum bouem tantum altiſſime mugientem peperiſſe: ſore breui ut orbis totus quantus eſſet eius mugitu perſonaret. Nec admirati ſolum ſunt eum omnes: ſed doctiſſimi quiq; ſtuperunt. Cœperunt iam deinde contentiones ſcholaſticæ. liberius ad eum deferri: ubi ſi quid eſſet allatum implicatius aut obſcurius: ſtatim ad orationem tanꝗ ad alicuius præceptoris opem ſugiebat. mox ita enoluebat illuſtrabatq; omnia: ut non hominis ore prolata quæ diceret: ſed ex recondito quodam dei oraculo hauſta & deprompta uiderētur. Interrogatus ab amicis: cur tandiu apud. Albertū Magnum ſiluiſſet. Quoniam inquit nondum apud Albertum Magnum loqui didiciſſem Accitus eſt deinde in Galliam a Ludouico Rege optimo eo qui inter ſanctos relatus eſt: ꝙ ingenia orbe toto clariſſima conquirebantur ſcholam illam illuſtratura. Recepit uir ſanctus eam prouinciam inuitus: ꝙ ſollicitudinem frequentiæ: orationem lectioni anteponeret. Sed inſtantibus inde Pariſiniis: hinc Alberto ſuadente profectus in Galliam Pariſii ſcholam aperuit: breuiq; maximam doctrinæ: nec minorem ſanctimoniæ opinionem conſecutus eſt: ita ut non amplius ꝗ triginta natus annos Dyaleticos. Philoſophos. Theologos: ſcholam omnem: gymnaſium totum in incredibilem de ſe ingenii: motum: doctrinæ admirationem conuerterit. Hanc uero ſingularem excellentemq; doctrinam nonnihil condiebat modeſtia ſermonis & perſpectæ ſanctitatis opinio adaugebat. Nam & loqui de ſe uolebat ꝗ parciſſime: & alios ipſe uel inſolentiſſimos patientiſſime perferebat: ad orationem confugiens quicquid accidiſſet: unde multi uiſi ſunt exiſtimaſſe eruditionem illam de omni re tantam & tam refertiſſimam non humano quæſitam ingenio aut ſtudio comparatam: ſed accæptam diuinitus. Interrogatus aliquando a Daniele quodam ſancto uiro: quid ſibi maximum ac iucundiſſimum datum eſſet in uita. Vt inquit omnia fiant mihi intellecta & explorata quæ legerim. Non poſſunt perfecta eſſe quæ non diuina: nec diuina quæ non perfecta. Thomas locupletiſſimus in Dyaleticis: de quibus ſic edidit: ut qui eius præcepta non negligant & fallere quenꝗ nolint: & falli ipſi a quoquam nullo modo poſſint. Locupletiſſimus in Philoſophia: ſiue illa quæ ad uitæ pertinet inſtitutionem: & Moralem appellamus: ſiue quæ in rerum natura uerſatur & initia: caſus: euentuſq; complectitur & Phyſicam nominamus: in qua & inuenit ipſe multa per ſe ſuopte ingenio: & aliorum inuenta inuoluta & perplexa ſplendidiſſima & diſtinctiſſima luce declarauit.

declarauit. Locupletiſſimus in ſcientia diuina quã Theologiam nuncupamus: de qua idẽ ipſe tot tantaq; cõſcripſit: tam multa ac uaria edidit uolumina: ut uirum fuerit ſufficere eius ætatem ad legendum: nedum ad ſcribendum potuiſſe. Annum enim quinquageſimũ quũ uix attigiſſet: migrauit e uita: Nec ullum eſt enygma tam ambiguum: nullus tam intricatꝰ nodus: aut iuolucrum: nullæ tam obſcuræ nubes in huius genere doctrinæ: quas uir dei ſanctiſſimus non euoluerit: retexerit: aperuit: ſemper collectus: diſtinctus: ordinatus ut alii ſemper ſciſſiſſe diuinam ſcripturam: hic colligiſſe. illi inuoluiſſe anfractibus: hic direxiſſe in cõpendium: illi īnfuiſſe tenebras & conculcaſſe: hic clariſſimam attuliſſe lucem & expediſſe uideatur. Locupletiſſimus etiam quantum ratio diſciplinæ & tempora illa paterentur in præceptione dicendi: de qua uolumina edidit: quæ Rhetoricem: ſiue (ut ipſe appellat) Dictamẽ edocerent: & quæ Poeticen: ſiue (ut ei placet) Rhythmos cõtinerent Et ipſe candorem quẽdam adhibuit ſuis ſcriptis: nõ in pompa apparatuq; uerborum luxuriantem & molem: ſed in ordine rerum in ſerie & continuitate inuentorum elucentem. Etiam in illo delicatiore genere & Poetico delectatus: & libellos edidit de commiſſura & iuncturis quibus conſtare poſſet: ratio metrorum: quæ ad Hymnos pertinerent: & hymnos ipe cõfecit de Euchariſtia & rebus aliis in illo genere ſupra modum elegantes: ita rotunde atq; apposite: ut non illum alienum ab his ſtudiis ſi hæc legas: ſed ſemper in Poetica uerſatum eſſe fateare: Nihil duriter: nihil non facillime dicitur. Quo factum eſt ut genus illud Poeticum: remotum a ſtudiis Philoſophiæ & rerum diuinarum iſti putent: interdumq; prohibeant. Thomas illud ut cætera non tam ſtudio conſecutus ſuo: q̃ dei infuſione adeptus ſit exiſtimatus. Nec quicquam putant fuiſſe tam abditum & ſecluſum in natura: tã in rebus perplexum & inuolutũ: quod uir ſanctiſſimus efficaciſſimis illis Precibus non conſequeretur. Tanto enim affectu mentis: tanto animi ſtudio atq; intentu orabat: ut ſæpe extra ſeipſum raperetur. Quod & ſæpe alias & apud ſororẽ diuertenti accidit: ut mortuus putaretur. Vſtionem cruris & uenæ percuſſionem medici conſilio factam contemplationi orationiq; immerſus: adeo non expauit: ut putatus ſit non ſenſiſſe. Neapoli quum rem diuinam faceret: aſtante nobilium multitudine: media in miſſa leuatus: immo aliquot pedes ſupra terram ſublatus diu pependit: quum hoſtiam manu tenens attentius oraret: menteq; ad cœlum raperetur Extat adhuc ſacellum a Neapolitanis erectum miraculi monumentum. Quippe tanta uis animi mouẽtis ac regẽtis corpus: hoc omne quo tegimur: ubi intenditur & egerit ſeſe: penetratq; ad amœniſſimã cœli regionẽ intimã: ut corpus ipſum mõ uis tanta ſit: contemplandi ſecũ nõ nihil ſurſum poſſit attollere: ut uehementer iratis licet perſpicere: qui tracti ui atq; impetu mentis: nimio huc illuc ne ſentientes quidem differũtur furore quodam & ueluti rabie cæca arrepti & cõcitati: ut etiam multo magis Eſſenis illis quos tradunt accidebat: qui quum omni alia reiecta cura cœlum ſemper intuerentur contemplationi dediti rerum ſupernarum: triduũq; ſine cibo agerent: quo mens nullis corporis confecta & oppreſſa ponderibus: alte poſſet euolare: & ſæpe leuati humo & ſublimes elati eſſe referuntur. Apud Ludouicum ſanctum Regẽ quum cœnaret media iam cœna quum diu ſiluiſſet menſa pugno excuſſa exclamauit concluſum eſſe Manicheis: Corpus ĩ menſa inter amicos cœnatus aſpiciebatur: animus in acie contra hæreticos dimicias uerſabatur. Subiuit autem contentiones pro fide acerrimas: eccleſiam Romanam aduerſus Græcos non ita ſentientes fortiſſime tutatus: caput orbis: arcẽ religiõis: petram domini: Petri ſedem eſſe demonſtrauit: oſtendens id quod Phocas decreuerat: Heracliuis cõfirmauerat: alii receperunt: omnem Chriſtianæ religionis auctoritatem ac poteſtatem ad Romanam eccleſiam de fide contentionem pertinere. Quam rem Vrbani Quarti iuſſu Græcis ac Latinis teſtimoniis cõfirmatam ſcriptãq; reliquit. Acephalas duas eccleſias unum caput eſſe dicentes quum Italia tota folles opinionum maximos conflauiſſent labefactauit. Monoſophiſtas qui Auerroim Arabẽ ſecuti unicũ animũ atq; rationẽ exiſtimabant Philoſophorũ Propheturũ & ſuiſipſis illorũ dictis argumentiſq; refellit. Sigerianos laborem manuum & corporis ſudorẽ nõ modo pertinere ad ſalutẽ: ſed neceſſarium eſſe contendentes: contemplationẽq; reiicientes: iuſſu Clementis papæ ad quem libellum attulerant eorum argumenta continentẽ uno & ipſe libello cõfudit: eliſit: eneruauit. Peruerſas hæreticorũ opiniones uſquequaq; inſectatus eſt. Clemente his de rebus Neapolitanam eccleſiam offerente: precatus ne quid tale de ſe amplius cogitaret: repudiauit. Pecunias oblatas reiecit: dicens non eſſe ſibi loculos ubi conderentur: Tot tantis præditus ornamentis a deo nunquã intumuiſſe animo uiſus eſt: ut ſemper ſeipſo obiectio: omnia præter de-

nm religionemq; contempſerit. Rediturus in Italiam quum Bononia tranſiret & ad conuẽtum ordinis diuertiſſet incognitus: iuſſus a fratribus peram hoſtiatim: paruit. Agnitus autẽ a mercatore: & quis eſſet fratribus declaratus: quum illi errati ueniam poſtularent: Nil inqt opus eſt: ideo hunc indui habitum ut eſſem cui pera conueniret. Prædicabat interdum charitatis gratia. Eius prædicatio tota popularis: non elata: non ambitioſa: ad utilitatem eorũ qui audirent non ad ingenii & memoriæ oſtentationem affectata. Rem diuinam quũ poſſet ſemper ipſe ſaciebat: alteriq; deinde adſtabat miſſæ. ſi facere ſibi non licuiſſet: audiebat continenter duas: idq; neglexit nunquam. Inter prædicandum mirari dicebat quo pacto ridere homines poſſent: qui ſe ſcirent in peccatis eſſe Mirari imprimis glorioſum uirum: alia de re quã de deo poſſe cogitare: Paupertatẽ Religioſi ſine patientia ſine emolumento eſſe. Religioſum ſine oratione perinde eſſe ac ſine armis militem. Religioſum item incomitatũ dæmonem eſſe ſolitarium. Paſſionem Chriſti Solis ſplendore ſimilem: omnium cauſa factam: non omnibus profuiſſe. Mortem matris & propinquorum prædixit ad diẽ. Fœneratori incognito occurrenti quum ſe ſalutaſſe: tuæ inquit diuitiæ non creſcunt. Fratri neſcio quid ferculi uoluenti animo quum negligentius adeſſet ſacris hærens in aurem. Caue inquit quæ animo coquis: ne ſolus comedas. Ille miratus ſtratus humi ueniam poſtulauit. Conuitia detractorum & patienter accæpit: & perurbane dicendi cuidam: non tam doctũ eſſe quam homines iudicarent: Ad ideo inquit ſtudio ne decipiantur. Obiicienti corpulentiorem eſſe quam Religioſum deceret: Etiam inquit Cucurbita ſi non paſcas creſcit. Alteri idem exprobanti. Pinguis inquit equus honeſtius habetur: Quum mulus quo uehebatur paulo eſſet ſtrigoſior: idq; amici reprehenderent: tonderi iuſſit. Id idem quum riderent: Nõ eſt inquit quandiu ſumus in uita ut calumniam fugiamus. Quum oleas paulo comederet auidius: admonitus a ſodali nimis eſſe ſalſas: Ac inquit tam obeſa exta ſalienda bene ſunt ne putreſcant. Neapolim reuerſus quum mulierum abſtineret colloquio: dicenti Matronæ ex fœmina natum eſſe: cur igitur faſtidiret? Hoc inquit ipſum quia ex fœmina natus ſum. Miniſtro poculum frangente: Bene inquit factum eſt: plus æquo biberamus: & potu abſtinuit. Iuſſus a Gregorio decimo Lugdunum proficiſci ut Græcis ad contentionem reſiſteret in itinere cœpit ægrotare: quum iam ad præmia laborum quos hac in uita perpeſſus erat in cœlo uocaretur. Itaq; ſubitaui morbi correptus diuertit ad Cenobium Foſſæ Nouæ: quod in Priuernati ſitum eſt. Accæptus perhumaniter a dei famulis: Hæc inquit requies mea in ſempiternum. Morbo ingraueſcente: rogatus a patribus loci: ut aliquid apud eos relinqueret monumenti: Meipſum inquit relinquam: & ſtatim ut eis obtemperaret librum Canticorum ſumma cum dignitate expoſuit. Medico ĩterroganti quid appeteret: quũ reſpondiſſet Allecia Callicana: nec inuenirentur: cõquiſiti piſciculi & corã expoſiti: diuinitus extemplo in allecia ipſa conuerſi eſſe perhibentur. Mirabilia ſunt opera domini: nec quicquam deeſt diligentibus ſe: qui potuit aquam in uinum conuertere: paucis piſcibus ingentem multitudinem ſaturare: mortuos quattidianos exuſcitare: hoc quoq; in ſancti uiri deſyderium potuit. Sororem ad ſe uenientem quum muliebriter flæret conſolatus: Noli inquit etiam nunc inuidere mea ſoror eamq; eſt conſolatus iam olympionem ad mætam perueniſſe: id eſt corſorem ſtadii curriculum perfeciſſe præmium accæpturum Interroganti quo pacto ſalua fieri poſſet: Si uellis inquit. Addenti quid eſſet iu uita optandum magis: Vt bene inquit moriare. Subiicienti quid aut ubi eſſet paradiſus. Quod inquit aut ubi nunquã a quoquam potes intelligere: niſi quum ipſa merui ſti. Monachos ad ſe uocari iuſſos ad charitatem uehementer hortatus: otiũ ut tanq̃ hoſtem fugerent admonuit: dicens hamũ mali dæmonis in otio tanquam in æſca deliteſcere. Interrogantibus his: quomodo peccatum diffiniret: Malam inquit uoluntatem. Conſulentibus item quo pacto poſſent in uita non errare Si quicquid inquit agitis in uita rationem poſſitis reddere cur facitis Euchariſtiam quum poſtulaſſet & coram eſſet oblata: ſtratus humi paſſo in terram corpore: primum ueniam poſtulauit: deinde in eam oculis intentus. Sanctiſſima inquit hoſtia: non ſit mihi piaculo ſi de te ſcripſi: legi: prædicaui & magnitudinem tuam menſus ſum: eis quæ infinita es & menſurari non potes. Scio te uindicem meum: aſſertorem meum: liberatorem meum eſſe. Tu mihi dux fuiſti in uita: tu idem ſis in morte. Atq; ita lætiſſimus accæpit. Sorori poſtulanti ſi qd uellet aliud: Omnia inquit mea ſoror paulo poſt aderunt: & ſtatim manibus ad cœlum cõpactis emigrauit. Q ua hora deceſſit in Priuernati: Aquilanus uir ſanctus Neapoli: mediaq; lectione uidere ſe Thomam ad cœlum euntem exclamauit. Piſanus quem & ipſum multi ſanctum putauere iurauit eadem hora paludamentis indutum condidiſſimis tendere eum

in cœlum

In cœlum uidiſſe. Idem in Salernitana ſchola. Idem Pariſina multis apparuiſſe eadem illa
hora rettulerunt. Tradunt multum quo uir ſanctiſſimus uehebatur eo extincto erumpentē
ſtabulis ad feretrum cucurriſſe: atq; ibi cecidiſſe mortuum. Thomaſium Priuernatem eo cō
tacto ſtatim elephantico morbo eſſe liberatum. Bennum Ferentinatem iampridem captū
lumine: corpore ſancti appalpitato: extemplo eſſe reſtitutum. Setini Corani: Fundani: finiti-
miq; alii uariis effecti morbis: agmine ad eius ſepulchrum cōcurrentes: claudi inceſſum: ſur
di auditū: muti uocem: infirmi ualitudinem receperunt. Infinitaq; fuere miracula apud alie
nos teſtes: ut negari non poſſent: & externo in Cenobio facta quæ ad hoc uſq; tempus nun
quam intermiſſa perſeuerant ut ſemper paratum ſit certiſſimum præſidium eius opem atq;
auxilium implorantibus: eamq; ob rem quinquageſimo deinde anno: quum miracula ſu-
pra modum multa apparuiſſent: a Ioanne. xxii. inter ſanctos eſt relatus in terris: qui cū ſan-
ctis uerſabatur in cœlo. Moriens impollutum ſe e uita decedere confeſſus eſt. Hæc glorio-
ſiſſimi ſancti migratio fuit e uita: imo profecto ad uitam potius. Illuſtri familia: clariſſimis
parentibus ortus: in maximis opibus: in ampliſſimis clientelis educatus in templo domini:
in cœnobio orbis terrarum primo & omnium: qui ubiq; haberentur cultu: religione: ſan-
ctimonia celeberrimum nactus præceptorem: uita ſanctum: nomine magnum: ſcientia lon
ge maximum iudicatum. Præfectus ſcholæ Pariſinæ qua paucæ in Philoſophia: nulla in ſci
entia diuina celebratior. Inſectatus hæreticos: perſecutus gentiles: quorum opiniones falſas
erroreſq; ſtultiſſimos euertit: concidit: diſſipauit. Tutatus dignitatem ſedis huius: pro cuius
maieſtate defendenda totiens hic Romæ: in Gallia: in Italia fortiſſimus athleta decertauit.
Interpretatus ueterū Philoſophiam: atteſtatus ſuam: face quadam lucidiſſima euagatus p
omnem ſcientiam diuinam. Initiatus ſacris: non deſperatione ut multi: non ambitione ut
fere omnes: non ſpe diuitiarum & dignitatum: quarum alteras quum haberet abiecit: alte-
ras quum eſſent oblatæ repudiauit. Non Petri rætia: non Ioannis ſindonem. non Matthæi
theolonium: non Pauli minaces gladios adduxit in templum: ſed eu qui nulla infectus la-
be domum ampliſſimam relinquens: nobilitatem relinquens: parentes: oppida & diuitias
relinquens: germanos: iuuentam: mundum: omniaq; relinquens Cæpit crucem domini &
ſecutus omni in loco: in omni cœtu hominum: factis: dictis: exemplis cōſecutus gloriam:
Miraculis multis ac maximis illuſtratus. In uita habitus ſanctus: in morte declaratus: ade-
ptus eſt fœlicitatem illam quam & Mathematici promiſerunt parenti: & ipſe ſibi meritis ui
tæ ampliſſimis comparauit: ad eam profectus locum: in quo paulo ante ſorori dixerat om-
nia ſibi affutura: ubi Principis dei & opem implorat nobis: & ſibi ſempiterna perfruitur glo
ria. Amen.

IOANNIS ANTONII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIENSIS A PRVTI-
NI IN CONVENTV RATISPONENSI AD EXHORTANDOS PRINCIPES
GERMANORVM CONTRA TVRCOS: ET DE LAVDIBVS EORVM
ORATIO.

q

VE res Cæſar per tot iam annos frequentiſſimis Germaniæ con-
uentibus deſyderabatur: ut aliquando præſens tu adeſſes: eam hoc
tempore benignitate ſumus tua & clæmentia conſecuti. Feciſti
quod omnes te facturum & pro dignitate tua: & pro tuorum ſalu
te ſperabamus: ut qui tuo ſuberamus Imperio: a noſtro defenſi im
peratore atq; adiuti eſſe uideremur. Ita quum primum de conuē-
tu hoc: mox de tuo aduentu pronunciatum eſt: quodam tu ueluti
flatu ſpei ac læticiæ Germaniā: Italiam: Pannonios: Illyrios: Chri-
ſtianum deniq; orbem omnem recreaſti: Non ſolum ꝙ auctorita-
tem allatura ſit rebus deliberandis præſentia tua maximam: uerum etiam ꝙ ſic omnes arbi-
trantur te ideo Conuentum hunc decreuiſſe ut uenires. ideo ueniſſe: ut defenderes tuos: &
cadenti Religioni: labentiq; nomini atq; Imperio Chriſtiano manū dorſumq; apponeres.
Quā rē uoluiſſe te Cæſar: & annos iā multos magnoperæ opta eſſe nō ignoramus: ſed tem
pora uidimus deſyderio tuo: & occaſionē defuiſſe: Nūc uero inſtante mari ac terra hoſte po
tentiſſimo & late fines noſtros incendente: inſurrexiſſe uiſus es non tam expectata occaſio-
ne aliqua meliore: q̄ olim fuerit: ſed neceſſitate graui: tuorumq; miſericordia compulſus.
Nam quicunq; Chriſtiani ſunt: tui ſunt. & quicquid iam deperit: tuo Imperio deperit. Ere-
xiſti igitur omnium mentes: Ciuitates finitimas Turcis cōfirmaſti ad ſpem aliquam reſiſtē-
di: Chriſtianos cæteros exemplo tuo ad opem in commune faciendam excitaſti: nec quiſq̄

eſt:aut horum Principum illuſtriſſimorum qui adſunt:aut aliud quiſpiam:ad quem hodi-
erni Conuentus noticia peruenerit:qui non exiſtimet ſydus aliquod proſperum ac fœlix
poſt tot fluctuoſiſſimas tempeſtates Chriſtianis hodie illuxiſſe. Quibus ꝓ rebus undiq; ti
bi habentur gratiæ:Chriſtiani omnes uitam tibi:diuturnitatemq; precant:& ut in hoc glo
rioſiſſimo propoſito perſeueres & perſtes orant:Hoc Græci qui ſunt reliqui:Hoc Illyri:qui
quottidie uexantur:Hoc Dalmatæ Turcis:Hoc tui qui nūc incendunt:Hoc Chriſtiani om
nes:qui uires habent caput hactenus non habuerūt a te poſtulant:qui omnes hac noua præ
ſentia tua:& cœtu illuſtriſſimorum Principum:quos tu adhunc locum conuocaſti:ſubuen
tum iri calamitatibus ſuis ſperant:& reprimi ac repelli ab eorum ceruicibus hoſtem poſcūt
aut utrunq; euenturum ſin haberi per te aliquam hoc in loco de ſuis miſeris rationem.
Seſe conſolantur & nec omnino deſtitutos ſe putant:quod unus ſit locus in orbem terra-
rum:in quo de eorum ſalute cogitetur. Paulo Pontifici Maximo quam gratam res feceris:
q̄tum addideris ſpei:facile licet intelligere. Qui quum perpetuo Pontificatu cogitationes
ſuas omnes ad id unum conuerterit:ut communi manu Chriſtianorum incendio ſubueni
retur:atq; ea de cauſa pacem Italiæ:ſocietatem Regum:concordiam Principum Europæ
omni ſtudio diligentiaq; quæſierit:inſteterit litteri:nuntiis:legatiſq; contenderit. non ſum
ptibus grauiſſimis:non laboribus ſuis ſuorumq; pepercerit:& proximo biennio:non ſom-
num prope dicam ſibi indulſerit:non cibum:non quietem:illud uerſabat animo atq; expe-
tebat:ut paci Italiæ nuper quadam ſua:dicam pertinaci:diligentia cōfectæ:Germaniæ etiā
concordia iungeretur:q hoſti potentiſſimo altera ſine altera par eſſe non poterat. Que res
quum per te curatum iri uideatur:quanta ſit ſpe:lætitiaq; affectus:ipſe potes exiſtimare. Ita
quum primum ab eo Legatum ad conuentum hunc poſtulaſti:non hominis illa tua poſtu
latio ei uiſa eſt ſed uox Dei ſalutaris & proclamatio quædam cœleſtis exiſtimata. Erexit ſu
bito uultum:ſupplicationes omnium Ordinum decreuit:per Vrbem totam ſecutus popu-
lum pedibus. Vbi ad templum Mineruæ peruenit:uidit Roma:uiderunt omnium oculi
conſtratum ad aram Saluatoris:& miſeratione eorum qui periiſſent:& metu eorum qui
eſſent periculo proximi:& ut conſilia tua bene proſpereq; ſuccederent diu inter precādum
ſuſpirandumq; magnam uim profudiſſe lachrymam. Et ut tua eadem conſilia modis om-
nibus iuuarentur extemplo:nulla interpoſita mora:miſit tibi eum Legum quem uides:
quem (ut nihil de eius eximiis uirtutibus dicam) & ſciebat maieſtati tuæ eſſe chariſſimum:
& ardore quodam gentili ac familiari per ueſtigia auunculi ſui Pii. ii. iturum ad hanc ex-
peditionem non dubitabat. Habes igitur Legatum & tuum:& educatum in Germania te-
cum:qui quum cæteris in rebus moderatiſſimum ſe præbeat:in hac una conſultatione bel
li tam neceſſarii accerrimum ſe exhibuerit Romæ in collegio Patrum ſemper:& nunc pace
ac uenia tua dixerim paratus ſit:& te:& alios omnes uigiliis:laboribus:periculis adæqua-
re:ut Legatum ſe præſtet primæ ſedis:& ex eo eſſe auunculo Pontifice oſtendat:qui nō mo
do huic expeditioni incipiendæ appoſuerit curam:ſed etiam in iam cœpta uitam depoſue-
rit. Iam tuarum partium erit eius opera ſic uti:ut omnes poſſint intelligere Federicum Cæ-
ſarem:Imperatorem Chriſtianorum:nihil quod ad Chriſtianorum defenſionem pertine-
at:neq; conſilio:neq; opera:neq; dictis:neq; factis prætermiſiſſe:& quam ſpem hodie Chri-
ſtianis porrexit:eā q̄tis maximis poteſt uiribus:ſpendio:laboribus:ꝑiculis uelle exhibere.
DVAE res in periculo aguntur:Religio atq; Imperium:quarum altera præcipue tua eſt:
altera communis tibi cum nobis omnibus. Et perire Imperium ſine Religione uix poteſt
Religio ſine Imperio nullo modo poteſt. Tum res Cæſar ad hunc diem ita tulit:ut nuſq̄
ſublata ſit Religio Chriſtiana:niſi ubi prius Chriſtianum Imperium amiſerimus:uno con
ſilio atq; opera tuebimur utrumq;:una iactura utrumq; amittemus. Nec ſine his aut tibi:aut
nobis retinenda uita eſt:ſed moriendum prius omnibus q̄ ut aut tuo potiatur imperio Tur
cus:aut nos:noſtram & maiorum noſtrorum ſanctiſſimam ac ueriſſimam Religionem ex-
uamus. Nec ego opem a te aliquam Cæſar Chriſtianæ Religioni depoſcerem:ſi rationi-
bus argumentiſq; præmeremur. Muniti ſumus his rebus abunde:nec quicquam aut oculi
uident tam clarum:aut audiunt aures tam certum:aut tam manibus tangi tractariq; poteſt
quam Religionis noſtræ ſanctitas:ueritas:certitudo. ſed armis impetimur:armis oppugna
mur. Vetant Turcæ diſceptari de ſuperſtitione Maumethica:quia quid afferere poſſint mi
nime habent. & ferrum quærere ad religione audientibus mortemq; proponunt. Armis
damnatas ipſorum opiniones cōmunierunt. quia neq; rationibus communire. neq; oracu
lis. neq; tabulis. neq; teſtimoniis potuerunt. Et intelligunt tantas impuritates atq; flagitia
in quibus miſeri ueluti legis ſorde quam decepti uolutantur. nihil habere non nefarium:
impium. ſceleratum:& quod non modo confutari poſſit facile. ſed iure etiam debeat re-
probari

probari ſecta impudica atq; ĩmunda:& in qua nullum ſit peccatum aliud q̃ non peccare:&
quæ omnia libidinis & flagitii gratia nõ permittat modo ſed præcipit.& quæ ab adultero
cõficta eſt in ſtupris adulteriiſq; uerſatur. Adulterũ.n.fuiſſe Maumethem:& Chadæ linguã
ſuã propinquã cõſtupraſſe:ab eaq; hæredẽ inſtitutũ:& cum infinitis ꝓpe fœminis miſceri
ſolitum:idq; ſe facere poſſe gloriantẽ quæ litteræ:quæ hiſtoriæ nõ tradunt? Hic nobis pro-
ponitur cui credamus.quem ueneremur:cui uirgines cõmittamus noſtras:cuius auctorita
te promiſcue cũ ꝓpinquis:cum fœminis:cum maribus conſpurcemur:cui nõ modo ſi con
tra dicas aut populo plus aduerſare:ſed etiam ſi quæras nõ te moueat:nõ de ſe ꝓbet:ſed fer-
ro ſtatim adoriat.adeo nihil aliud uult ſcire ſuos:q̃ ultro cæcos eſſe. Quid in noſtra Reli-
gione? tametſi errorẽ intelligo meum:qui auſim hominẽ contaminatiſſimũ ac ſceleratiſſi-
mũ cum uero Deo:cum nõ modo ĩmaculato ipſo:ſed ĩmaculatæ etiã uirginis filio compa
rare.& quem Maumethes ipſe e cœlo ueniſſe & e uirgine natum eſſe nõ negat.Sed cõfera-
mus tenebras luci:mendaciũ ueritati:ſit hoc primũ quo inſtemus:neminem unq̃ credidiſſe
Maumethi niſi coactũ:neminem a Chriſti fide in armis coactum defeciſſe.& quum ille fer-
ro ut hominis ſibi aſſentirentur compelleret:Chriſto neq; per ferrũ:neq; per mortes uarias
quominus aſſentirent cohiberi potuiſſe.Deinde uetat Maumethes diſputari de ſuis præſa-
giis:prohibetq; ſuos ab inquiſitione Dei:a ſtudiis Philoſophiæ:& rerum omniũ quæ in ue
ri cognitione uerſentur:Atq; ita uanis dumtaxat fabulis & deliramentis occæcauit quos in
tueri lucem prohibuerat.At Chriſtus uix dum annũ natus duodecimũ:diſputauit in tem-
plo cum phariſeis de myſteriis & lege.Tum ut docuit ipſe diſcipulos in terris & Spũm ſan-
ctum e cœlo miſit qui doceret:& ſcientiarũ omniũ ſplendore illuminauit.Accedunt Pro-
phetæ:quorũ lingua nõ ipſorũ:ſed dei ſemper eſt habita.Hi quũ de Maumethæ ne unũ qui
dem fecerint uerbũ:Chriſti conceptum:natalem:uitam:mortem:reditum ad uitã:deſcen-
ſum ad inferos:aſcenſum in cœlos:infuſionẽ Paraclyti.& deinq; facta dictaq; eius expreſſe-
runt.Tum Sibyllæ quoq; quum Maumethem ne ſomniarint quidem:uenturum e cœlo Ie
ſum:ortũq; de uirgine habiturũ præcinuerunt:nomenq; etiam ipſius litteris expreſſerunt.
Et Herodes uix dum natum Chriſtum:natum regem intellexit.Qua de cauſa infantes Iu-
dæ omnes inter quos & filium ſuũ iuſſit occidi:ut conſtet Octauium Auguſtũ dicere ſolitũ
Malle ſe Herodis porcum eſſe q̃ filium:ꝗ porco:quo Iudei abſtinent:parceret:filio Herodes
nõ pepercisſet.Et Auguſtum idem quod Herodes in Syria fecerat de pueris ad bimatũ iu-
gulatis:niſi obſtitiſſet Senatus Romæ quoq; facere uoluiſſe:ꝗ prodiiſſet in uulgũ per eoſ-
ipſos dies Deum natum eſſe naturæ.& paulo poſt Regem orbis terrarũ e Iudea aduentare.
Quod cæci quidam Veſpaſiano attribuerũt:qui poſtea in Syria bellum geſſit.Hæc omnia
Sole ipſo clariora:& ne quid dubites non in Chriſtianorum notata ſcriptis:ſed in hominũ
illius temporis & qui Chriſtiani nõ fuerunt libris inuenta ſunt.Sed quid ſi hæc non adeſ-
ſent? quam obſecro mentem non mouerent tot miracula ſanctorum exuſcitatos mortuos
tranata maria:homines imperitos:agreſtes:piſcatores uno momento & puncto temporis
omnes ſcientias:omnium nationum linguas perdidiciſſe:& repente alios in Indiam:alios
in Perſidem:alios in Armeniam:alios in Italiam:diuerſaſq; natiões profectos:ubiq; ſermo-
ne cuiq; accommodato prædicando non ui:ſed ratione:non armis ſed miraculis:non nu-
gis & fabulis ſed myſteriis & præceptis:non inferendo alteri mortem ſed ultro ac ſponte
accipiendo Ciuitates Regna:Prouincias cõuertiſſe.Quam inquam mentem nõ mouebũt
tot hominum milia? qui ut Chriſtiani fierent:& Ieſum uerum Deum:ueri Dei filium teſta-
rentur in cruciatus & mortes Principes:priuati:iuuenes:ſenes:mares:fœminæ:nuptiæ:uir-
gines concurrerunt:coronam martyrii ſanguine tormentiſq; popoſcerunt:Sed fac aliquid
adhuc eſſe quærendum iure exploratiſſimum & ſolis lucem illuſtrandam.An ipſa Religio
nis noſtræ ſanctitas honeſtaſq; ſumma:etiam ſi nulla ſuppeterent argumenta nõ omnibus
recipienda atq; amplectanda eſſe uiderentur:quid præcipit:quid ſuadet tibi lex Chriſti:niſi
omnia plena charitatis:pudiciciæ:diuinitatis.Equidem ſcio fuiſſe gentium diuerſarum cõ
plures ſectas.Quia natura inſitum eſt omnibus cœlũ ſuſpicientes:aliquẽ eſſe factorẽ & mo
deratorẽ rerum tantarũ & tam pulcherrimarum exiſtimemus:eumq; q̃tum capere humana
mens poteſt adiremur:colamus:ueneremur.& qui quantuſq; ſit intelligere & placare cupia
mus.Qua in re neceſſe fuit decipi multos.dũ plus mente aſſequi q̃ oculis cernerent ſe poſ-
ſe putauerunt.Sed nulla unq̃ facies Religionis turpior & ſceleratior q̃ Maumethis:nulla
honeſtior & ſanctior q̃ Chriſti.Coluerunt Monadum quidam nõ procul a Tanai flumine:
arborũ truncos.& ut quæq; eſſet uetuſtiſſima:ita plurimũ habere diuinitatis arbitrabant:ꝗ
dei eſſet q̃ longiſſimũ uiuere.Coluerunt Aegyptii bouem:felem:cocodrillũ:quos qui pau
lo uiolentius attigiſſet:capitis ſupplicio damnabatur:ꝗ quædam ab his beneficia cõſeque,

rentur. Coluerunt Thebani Aquilam:ꝙ altiſſime uolans q̄dam habere cum Deo uicinita-
tem:atq; ideo uenerandum eſſe a mortalibus opinabantur. Coluerunt Scythæ ouem:ꝙ ani
mantium omnium eſſet homini commodiſſima ac nemine noxia putaretur. Coluerunt
Sardi qui fuerunt in Aſia etiam ſimias:ꝙ magnam habere cum homine ſimilitudinem:&
liniamentis corporis:& induſtria ingenii uiderentur. Coluerunt Sminthii in Phrygia mu
res:ꝙ domi e terra nati comites noctium ac dierum noſtri in delitiis noſtris alerentur:& p
domos ac templa ueluti & hominum & deorum miniſtri uerſarentur. Coluerunt Perſæ
aquam atq; ignem:ꝙ his duabus rebus omnia uiuerent:creſcerent:augerentur:Ita ſi quis
ninxiſſet in flumen aut in ignem conſpuiſſet:capitale habebatur. Coluerunt priſci Roma-
ni ſingulos animi affectus:quorum ut taceam cæteros Scipio ille præclariſſimus ingreſſus
Aphricam pauori atq; audaciæ ſacrificauit. Que quidem ſtulticiæ uanitatis plena ſunt om-
nia:uerum quæ Maumethes confinxit multo uaniora ſunt:multoq; abſurdiora. Nam & in-
ter ſcorta & flagitia beatum ſe iubet exiſtimari:& per ſtupra cœlum promittit Et aſinum ſi-
bi datum ait præceptorem & ducem qui eum celeritate incredibili deueheret in cœlum.
Recte tibi Maumethes dux datus eſt aſinus:qui nihil aliud quam quæ aſino conueniāt præ
cepiſti:ueluti deo illo Helleſpontiaco:cui ueteres aſinum côſecrauerunt:nec eſt aliud Mau
methes quam priapus:cui ueterum ſtulticia ſacer eſt aſinus. Nec aliud Maumethis ſacra q̄
luſtra:quā floralia:quam priapalia. Sed fuerit hæc uanitas:feramus æquo animo ſtulticiam
eius qui hæc præcipit:& ſortem eorum qui compulſi ſunt armis ut crederent miſereamur.
Quid quod impietate & ſæuitia Maumethes omnium exempla ſuperauit? Mactabant Rho
dii hominem:quum eſſent deorum aut dæmonum potius mentē placaturi. Salamini ho-
minem ad Diomedis ſacra uiuum concremabant. Choi Dionyſio:Lacedæmonii Marti ho
minem & ipſi uiuum lacerabant. Phœnices amiciſſimos aduerſa tempeſtate:aut peſtilentia
interficiebant Laodicenſes. Virginem Palladi. Curetes puerum Neptunno iugulabāt. Græ
ci maris tempeſtatem ſedaturi:Regiam prolem immolabant:ut Effigemā Agamemnonis
filiā apud Aulidem īmolauerunt. Abderitæ eum qui eſſet oīm peſſimus iudicatus:quot an
nis ad templa lapidabant. Pellei in Thracia. Vricini in Latio Dianæ peregrinos mactabant
Omnia hæc plena impietatis & prodigia potius immania atq; efferata:q̄ ſacra ſūt exiſtimā
da:ſed tñ in ſacris hæc faciebant:errabant exemplo maiorum. religionis ſpecie decipieban-
tur:At Maumethes hoſtis humanitatis inimicus:ſanguinis omnium machinator:ſcelerum
nō ſacrorū excogitator:hominē ita iubet occidi:ut nec frater parcat fratri imperii cauſa:&
uitam ei eripi iubeat quem natura tui ſimilem:imo alterum te:ſanguinem patris tui:matris
tuæ imaginem procreauit:& quicūq; bello hominem occiderit ei cœlum Maumethes atq;
æternitatem polliceatur:Glorioſiſſime Ieſu q̄ mitis eſt lex tua:q̄ benigna:q̄ ſancta:Non ſo-
lum occidendos fratres uetas:ſed inimicos etiam præcipis diligendos. nec ſanguinem po-
ſtulas hominis:qui hominis ſaluandi gratia totus es effuſus in ſanguinem. Nec eſt aliud
Religio Chriſtiana q̄ pietas:quā ueritas:multis ſæculis prius prænuntiata quam facta:prius
monſtrata q̄ uiſa. Nam uenturum Chriſtum Sibyllæ:Prophetæ:oracula prædixerunt ueni
entem. Cœli ſtellis:ſtellæ Magis:Magi Herodi:miracula hominibus:angeli paſtoribus mō
ſtrauerunt. Poſtquam ueniſſet:cæci uiſum:muti eloquium:ſurdi auditum:mortui uitam re
cuperauerunt. In fidem Chriſti:in ritus & cærimonias Chriſtianas Regna:nationes:prouin
ciæ côceſſerunt. Ceciderunt templa ueterū deorū:aut dæmoniū potius ſimulachra corrue-
runt. ſiluerunt reſponſa auruſpicū:phytonū præſagia euanuerunt. Quippe Hadriani Cæſa
ris tempore qui primus uetuit affligi Chriſtianos ſiluiſſe orbis terrarum celebrata oracula.
& Vates qui preſidebant ea de cauſa:oēs capitis ſupplicio affecti referuntur:quoniā aduenie-
te deo ceſſare dæmonia oportebat:& fugere tenebras mendaciorum:ubi dux eſſet exortus
clariſſime ueritatis. Tum demū Conſtantinus:& ante eū Philippus cæſarū primo Chriſto
initiati:nomē xp̄ianū ſalutis clypeum receperunt. Gallorum Regum primus Clodoueus.
Vlteriorum Britannorum Carthonibertus:Normannorum Robertus:Pannoniorum Ste-
phanus:Vſigothorum in Hiſpania Richardus:Longobardorū Agiulphus. Omnes hi Re-
ges quum fuerunt Regna quoq; ſecum & prouincias contraxerunt:ſeq; omnes ſub Chriſti
tutela receperunt:tum præcipue ueſtri maiores:qui multos in fide Chriſti anteceſſerūt:tem
pla hæc manifica:& ueluti Regna quædā ſic ædificauerunt:ædificata locupletarunt:ut quā
to ipſi cæteros obſeruantia Religionis anteirent:tanto cultu quoq; templorum & orna
tu atq; opibus ſuperarent. Et quo maior eſſet futura de his ſuis poſteris cura magna ex par-
te non niſi Principum liberos præeſſe noluerint:ut eſſet Religio cum Imperio:imperium
cum Religione coniunctū:& quū res exigeret alterū alteri ferret auxiliū. Nec ullū eſt pau-
lo celebrius templum in Germania: in quo aut maiores ueſtri præfuerunt:aut nunc fra-
tres:aut

tres aut propinqui præſint:aut paulo poſt(ſi per hoſtem liceat)poſteri ueſtri ſint præſutu-
ri.Quocirca par eſt ut a quibus Imperium accæpiſtis & uitam:ab his hæreditaria quadã cõ
ditione:& Religionis curam accipiatis:pro qua Henrici:Othones:Federici:aliiq; maiores
ueſtri tot bella in Europa atq; in Aſia ſuſceperunt:& quam ueriſſimam ac ſanctiſſimam eſſe
uidetis:& patres ueſtri reliquerunt uobis:ſanguiniq; ueſtro commendam eſſe uoluerunt:
eam nũc labentem:& iam niſi ſtatim accuratur:collapſam meanimi. Neq; templa maiores
ueſtri ad cultum dei:ad ornamentum Germaniæ:ad præſidium poſteritatis erexerunt:ea ut
ſpoliata ac deiecta diruantur ab impio hoſte:aut quod magis nephandum eſſet in ſpurcicię
Maumathis & libidinis prophanentur. Secunda pars.

ALTERA eſt iactura Imperii rerum omnium:quæ in terris ſunt maxime:& quæ non modo
ad dignitatem pertinẽt uitæ:ſed etiam ad uitam ipſam:ut raro Imperium ſine uita deponi
tur:niſi ꝙ deponi uita ſæpe cum gloria poteſt:ut qui pro deo:pro dignitate:pro patria de-
poſuerunt:Imperium nunquã ſine dedecore atq; infamia poteſt. Etenim traditum eſt Ger-
manos præcipuos mortalium omnium trahi cupiditate laudis & gloriæ.pro qua maiores
ueſtri obiicere uitam periculis:& relicta patria quærere externa Regna:Imperiaq; remotiſſi
ma non dubitauerunt. Fecerunt id quod nobilitas tanta poſtulabat. Quæ enim nobilitas:
aut quæ potius uita ſine gloria eſt? A gloria enim orta eſt atq; aucta nobilitas:nulla re alia
poteſt contineri & conſeruari quam gloria. Sed quæ gloria inter mortales maior quã Im-
perii & famæ:pro quibus rebus nobiliſſimi quiq; omnes ſubire labores & pericula & mor-
tes nõ recuſauerunt. Breuiſſimum eſt ſpaciũ quod poſſumus uiuere:longiſſimũ quod no-
minari. Et tantũ qs aſſequi uidet ætatis:quãtũ eſt eius apud poſteros fama duratura. Nec qſ-
quã diu uixit:niſi qui quum diſceſſit e uita:diu inter eos qui in uita remanent nominet. Ergo
maiores ueſtri qui ob partũ uirtute ſua ſplendorẽ adhuc ſũt in luce & nominant:quũ intel
ligerent patriã ſibi ampliſſimã ac patentiſſimã eſſe:& oĩa magnitudine ſitus & naturæ illu-
ſtrarent:ueluti ſedẽ quãdã natã ad Imperiũ maximis ſemp:ac pulcherrimis expiditiõibus ex-
poſuerunt. Nã de latitudine Germaniæ nil attinet dicere:quũ nõnulli ueterũ ſcriptorũ du
bitauerint an finẽ aliquẽ ſeptentrionẽ uerſus Germania habuerit. Adeo lata atq; imẽſa:ut
aut nõ iuentus fuerit illius exitus:aut pro magnitudine inueniri poſſe hoĩes deſperauerint.
Sic illi domi cõcordes:foris ſtrenui:& acquiſiere Imperiũ:& tantã illuſtrorũ uirorũ multi
tudine pepererũt:ut per reliquũ orbẽ ueluti coloniis nobilitatis uſquequaq; deductis fami
lias nobiliſſimas & Regias propagauerint.nec ulla ſit familia in Galliis:ne Regia quidem:
nulla in Hiſpania aut in Italia paulo illuſtrior:quæ ſi antiqtatẽ repetat ſuã nõ ſtatim e Ger-
mania eſſe ſe ꝓdicet:& ueluti e ſeminario quodã ueræ nobilitatis e uobis ueniſſe glorient.
Nã quis obſecro familiã Gallorũ Regũ tam celebrẽ:tam laudatam ꝓtulit Germania Pipi-
no Germano auctore. Quis Hiſpaniæ domum tã inſignẽ:que nunc regnũ obtinet:& pro-
pe ad Lybiã uſq; ꝓtenditur? Germania Richardo Viſigotho Germano auctore. Quis tot no
biliſſimas familias p uniuerſam Italiam:tanq̃ excuſſo gremio nobilitatis fudit:ſperſit:ſemi
nauit? Germania Henrico Germano auctore:et qui Ordelaphos:Varanos:Malateſtas:Man
fredos:Galaſſos:Feretranos:Vicecomites:Gonzagas:aliaſq; innumerabiles & inſtituit no-
biles & locupletauit ut uere dici poſſit:fontem nobilitatis uiuum & perennem fuiſſe Ger-
maniam:an mare potius:ꝙ omnes Prouincias Europæ ſuo ſplendore uelut æſtu quodam
nobilitatis inundauit. Dum in Galliam:in Hiſpaniam:in Italiam:nationeſq; alias propaga
uit Imperium & quum duæ fuerint Prouinciæ uictrices orbis terrarum:quæ uirtute partũ
tenuere Imperium:Itaq; Germania. Germania ſic illam adæquauit:ut aliquando:ꝙ uno di
cam uerbo:ſubiugarit Italiam. Itaq; maiorum ueſtrorum uirtute:gloria:rebus geſtis:non
modo præcipuam adepti nobilitatem:ſed Imperium etiam lariſſimum aſſecuti. Sexcentis.
xl.annis potiti rerum Germani eſtis Imperium:neſcio quod malo fato noſtro tranſlatum
ad Græcos:ereptumq; Italiæ in Germaniam deuocaſti:& quum Italia ſola poſt ſublatam
Remp.uix ccc.ſeptuaginta annis integrum obtinuiſſet:id uos duplo fere diuturnius reti-
netis. Quumq; Italia Traianum Hadrianum:Theodoſium Hiſpanos:Aurelianum Danũ.
Philippum Arabem:Seuerum Aphrũ:Maximianũ Thracẽ:Dioclitianum Dalmatam:Ioui
nianum:Valentinianum Probum:Decium Pannonios pertulerit:uos magnitudine animi
inuicti atq; excelſi neminem externum neminem nõ Germanũ pertuliſtis.permanſitq; uo
bis integrũ ad hunc diẽ.nullis externis ereptum armis & ita pmanſit.ut nullos hic aſpiciã
Principes.quorũ in familia nõ aliquãdo & Cæſares & Imperiũ nõ habuerimus. Perfuſaq;
fuit maieſtas hæc ueſtra Imperii per illuſtriſſimã quanq; Germanici ſanguinis ſtirpem. non
uni alicui attributa.ut cõmune ſi oibus quod omniũ maiores habuerũt.& uos oẽs hẽre aut
potuiſtis aut poteritis. Quare nõ eſt ut quiſquã ueſtrum non putet ad ſe nõ pertinere hanc

defenſionem dignitatis:& alter alterum intueamini:ac ueluti nihil ad uos attinentes. Federici Aquilas negligitis:ueſtræ ſunt omniũ:quas & maiores ueſtri pertulerunt:& poſteri aliquando perferent:& uos Federico ut preferat contuliſtis Vt enim ſigna militaria:quanquã ab uno aut pauciſſimis feruntur:tamen pro cõmuni ſalute atq; gloria ab uniuerſo defendũtur exercitu:ſic & maieſtas hæc ueſtra Imperii:quam unus obtinet delatam a uobis cõmuni omniũ præſidio & uiribus eſt protegenda. Nec ea deiecta atq; attrita:extincta turpiter. Germanica gloria:& de,mortuo in uobis ſplẽdore maiorum & fortunis & Imperio & uita ſpoliemini. Quod ſi tantum eſt ſtudium in quærendo Imperio ut inter arma furoréq; bellicũ: inter media tæla morteſq; decurratur:quãto maior debet eſſe diligẽtia in retinendo. Quã turpe erit uobis admittere Turcum ad Germanicum Imperium:qui ne Chriſtianos quidẽ externos ad ſocietatem Germanici Imperii recepiſtis. Agite:Cogitate hæc Germani Principes:ſequamini ueſtigia maiorum ueſtrorum:qui ſemper aliena quærere Imperia:nunquã ſua amittere conſueuerunt. Veniat uobis in mentem quotiens externi reges & peregrina arma Germaniam inuaſere:quã fortiter eos depulerunt maiores ueſtri:quibus animis:qua cõcordia atq; conſenſu finem libertatemq; defenderunt:& ꝙ illi ſactitarunt ne quis unquam fœliciter ſe armis Germaniam aggreſſum gloriaretur. Vos quoq; quorum ſi adſit concordia nihilo minores ſunt uires:idem faciatis. An non audiſtis unquam:non audiſtis?& perterritum Diui Iulii exercitum Germanorum aſpectu:& Galliam ab eo nõ tam Romanis armis:quam equitatu Germanico ſuperatam? An & Octauii Auguſti fortiſſimas quondã legiones contra uos miſſas:apud Cariſcos a maioribus ueſtris:cõcorditer arma capientibus: ad internitionem eſſe deletas. Et quæ reliquum orbem ad ortum uſq; Solis perdomuerãt: uni concordia Germanorũ exercitui pares eſſe non potuiſſe. An & Tyberium qui ſucceſſit Auguſto aggreſſum armis Vindelicos inſurgentibus ueſtris:concordi auxilio:breui diſcedere e Germania eſſe coactum? An & Veſpaſianum:ſummum poſtea Imperatorem a Claudio Cæſare cõtra progenitores ueſtros miſſum:duabus &.xxx.cõmiſſis pugnis:qui poſtea totum ſubægit orbem:uincere Germaniã nequiuiſſe? An Anthonium Aurelium & Alexãdrum Cæſares:& poſtulaſſe a uobis auxiliũ aduerſus captas:& coctos eſſe præſidia copiaſq; omnes ex hybernia oppidiſq; concordia Germaniæ deducere:& nationem Germanicam æquis conditionibus in amiciciam ſocietatemq; recipere An & Imperatores alios expeditionem germanicam ueluti inſuperabilẽ humanis uiribus reformidaſſe. Nam Traiano: qui ad Coloniam Agrippinam ſuſcepit Imperium:nõ ui aut armis coacti:ſed manſuetudine & liberalitate atq; iuſticia inaudita & incredibili paruiſtis. Sed Cæſares dũtaxat cõmemoraui:qd Reges gẽtiũ externarũ. An & illud,quoq; nõ legiſtis:nõ audiſtis:Magnũ Alexãdrum quum domuiſſet Illyrios:Triballos:Boetiã:Trhaciã:Spartonos:Theſſalos:Achaiam Poloponneſſum omnem:quum Ioniã:Lydiã:Liciã:Ciliciam:Capadociã:Cariam:Paphalgoniam:quum maiorem minoréq; Armeniã:Syriam:Aegyptios:Parthienẽ.quũ Perſas Thauros:Hircanos:Medos:Sagas:Indos.quum tot populos:Regna:Imperia ſubægiſſet:& reſiſtere homines:exercitus:arma:orbis deniq; terrarum quantus eſt ubiq; nõ poſſet:deterritum aſpectu ac fama Germaniæ:ad Danubii ripã ſubſtitiſſe. Ita qui oĩa orientẽ uerſus:curſu & fœlicitate uictoriarum ueluti tempeſtas quædam belli deculcauerat:una Germania: Germania inquam terrarum una eius uim repreſſit:compeſcuit impetum:audaciam retardauit. Sic Darius Hidaſpis filius:Sic Cyrrhus potentiſſimi Aſiæ Reges quam formidandi Germani eſſent facile oſtenderunt:qui traiecto Danobio:eos non auſi ſunt attingere. Scythas bello ſuperarunt. At multo audacior Lyſimacus & ipſe Rex maximus:quum ingenti coacto exercitu Danubiũ traieciſſet:a Romechete Rege nõ modo uictus:ſed etiam captus eſt. Infinitum eſſet:nec ſuppeteret dies:ſi uictorias Germanorum:ſi clades eorum uellẽ cõmemorare qui aliquando armis Germaniam petierunt:ut natum ſit inter finitimos prouerbium:Male qui uelit puguare cum Germanis pugnet. Et bello Pontico qum Derithes Geta Neoptolomum Charium ad ſingularem pugnam prouocaſſet:ꝙ inſimulaſſe eum de fuga diceret:diffidens cauſæ Neoptolomus:O Derithe inquit:ſi perire tibi ferro eſt animo Geta es:prope Germaniam habes. Adeo pereundum omnibus exiſtimabant quicunq; auſi eſſent cum Germanis:qui omnium inuictiſſimi haberentur:prœlio uelle contendere:ut nõ temere Imperatores Romani ueteres illud certatim euixiſſimeq; omnes contenderint Vt queadmodũ Scipio a deuicta Aphrica Aphricanus eſt dictus:& alter ab Aſia Aſiaticus: ita ipſi propter ſplendorem Prouinciæ Germanici cognominarentur. Cõſtatq; & Tyberiũ Cæſarem natum ſibi filium:eaipſa de cauſa quam dixi:hoc eſt cupiditate eximiæ gloriæ appellaſſe Germanicum. Et Domitianum ac Neruam Cæſares titulis cæteris quos ſenatus detulerat repudiatis:ſolum Germanicum recepiſſe:in quo uno plus ornamenti eſſe:quam in

cæteris

cæteris uniuerſis poſitum arbitrarentur. Et quum cæterarum nationum homines aut pro
pedagogis: aut coquis: aut hiſtrionibus baberẽt: ſolos Germanos poſt primum Cæſarem:
diurnis nocturniſq; excubiis corporum cuſtodes eſſe uoluerunt: ꝙ eos natura ad robur: ad
arma: ad fidem genuiſſet. Sed quid uiros tantopere miramur? Proditum eſt memoriæ fœ-
minas quoq; Germanas: ſumptis aliquando pro patria armis: ex integro uirorum pugnas
inſtauraſſe. & nullam aliam dotem afferre conſueſſe in maritorum domos: ꝗ frænatũ equũ
& ſcutum. & frameam. Quod genus tæli apud uos primũ inuentum eſt: ut etiam maiores
minoreſq; bombardæ: quæ non modo rumpi Vrbium muros. ſed cœlum etiam quati poſ
ſe docuerũt: ut non ſolum bellatore ſemper fuiſſe acerrimi. ſed inſtrumentorũ quoq; belli
corũ inuentores ſubtiliſſimi uideamini. Veniebant ergo fœminæ ad arma paratæ uiros ad
iuture. Et ad eadem ſtudia bellica prolem auſpicabantur: ut quod alii iam grandes perdi-
ſcunt: maiores ueſtri de primis incunabulis atq; in natura ipſa prius initiati atq; addicti ar-
mis ꝗ geniti: nedum nati eſſe uiderentur. Tum neq; templa ingredi: neq; forum adire: neq;
de publicis aut priuatis rebus quicꝗ agere ueſtri maiores: niſi armati conſueuerunt. Arma-
ti rem diuinam. armati propbanam: armati urbanam: armati domeſticam faciebant. Vete-
rum numinum Martem præcipuum: ꝙ bellis præeſſet coluere. Et inter peritos Aſtrorum
conſtat uim atq; influxum Martis: hoc eſt: appetitum quendam armorum ardoremq; bel-
landi ineſſe Germanis. Armaturas atq; equos ita expoliiſtis ſẽper: ut cæteris iu rebus a mul
tis æquati diligentia: hoc uno ſtudio. & cura omnes anteiſſe referamini. Et diu apud pri-
ſcos ueſtros mos tenuit: ut nõ alia nomina filiis imponerentur ꝗ equorũ: ut quotiens aut
aſpiceret filios: aut ad ſe uocarent: ſimul equorum quoq; & memoria. & cura ueniret in mẽ
tem. Nec ſolum his artibus ad arma atq; Imperium: quod armis paritur inſtruebantur: ſed
natura quoq; ipſa ad rem militarem diſciplinamq; bellicam gignebantur Quæ & corpo-
ra uobis eximia atq; extantia. & uultus quantum pace lætos: tantum belli terribiles. & ocu
los impugna minaciores atq; incẽſos. & uoces ad perterrefaciẽdũ pleniorem. & animos ad
rem paratos & laudis & gloriæ & impii cupidos dedit. Nec minus habitu corporis ꝗ ipſo
corpore uidemini rem militarem profiteri. Nam & coma porrecta Lacedemoniorũ more:
qui omnium fuere bellicoſiſſimi. & ad pulchritudinem domi & terrorem belli aliter uobis
& ueſtes non promiſſæ & cõplicatæ ut Italis: non gibboſæ & prælatæ ut Gallis non fluxe
& cadentes ut Græcis: non laxæ & reiecte ut Armenis & Perſis: nõ nodoſæ & obligatæ ut
Indis adaptantur. ſed quales armaturæ conueniant: breuis: expeditæ: compactæ membris:
nec mõ artus ſingulos. ſed ipſos prope dicam neruos ac uenas exprimentes. Quæ omnia
ſunt bellica: militaria: caſtrenſia Ita quum cœlo: quum natura: quum arte: quum inſtitutis
ueterum: quum ſtudio ipſi ſuo: quum ingenio quodam conſenſu atq; concordia maiores
ueſtri rem geſſerint. & defenderunt antea ab externis armis Germaniam. & poſtea culmen
hoc Imperii in maximum ac digniſſimum pepererunt. & ſplẽdor ille Italici Imperii in Ita-
lia extinctus: in Germania adhuc lucet: elucebitq; ſẽper ꝗdiu maiorum ſecuti ueſtigia: quod
illi uirtute: armis: concordia: pepererunt: id uos uirtute: armis: concordia defenderis. Nam
quid germania faciet tota: cum exigua aliquando Germanorum portio: & incognitæ inſu
læ: colecta ad Scantiam manu: breui omnem Europam & Aphricæ atq; Aſiæ partem ſubiu
gauerint? An uos uniuerſi nunc non modo potentis quid olim Gothi exigua pars ueſtrũ
potuere. Aut erit minus in uniuerſo corpore: ꝗ uno in digyto uirium. Et illi tam pauci eri-
pere uoluerunt aliena Imperia: nos tam multi ueſtrum defendere non ualebitis? Et plus
olim fœminis ueſtris animi fuerit: ꝗ nunc uobis ſit uiris ad cõmunẽ libertatem defenden-
dam? Et dubitabitis ipſi pugnare cum Turco: quorum maiores ſcimus aliquando contra
cœli tempeſtates atq; inundationes ſumpſiſſe arma. Et illi in cœlum auſi ſunt ſuſcipere bel
lum: ꝙ paulo plus aquarum infunderet. Vos in Turcum qui humanum ſanguinem effun-
dit: inſurgere atq; armari non audebitis. Inuicti inquam: inuicti Germani eſtis. Si conue-
nire in unum eſt animo: ut ſemper fere ueſtri maiores conuenerunt. Si deponetis inteſtinas
ſimultates: quas nemo ſapiens in cõmuni periculo non deponendas exiſtimauit iam uici-
mus concordibus uobis. & arma cum conſenſu capientibus. Non homines: non exercitus
non Regum: non Turcorum potentia eſt extimeſcenda: Diſcordibus nulla ſpes eſt: quia
nullæ ſunt corporum uires ubi corpora: corpora eſſe deſierunt. Et direpta atq; auulſa mem
bra non modo robur amiſere omnem. ſed ſpeciem quoq; ipſam membrorum: pulchritudi
nemq; perdiderunt. Quum puer Cyri Regis in Euphrate fluuio latiſſimo eſſet ſubmerſus
iratus Rex diriuari flumen in. ccc. circiter foſſis. & traiici a pueris uſquequoq; iuſſit. Ita q
collectus atq; inter latitudine ingenti formidabatur: in tot diuiſus partes: paſſim etiam a pu
eris contemnebatur. Nec ullum eſt robur tam firmum atq; ſolidum: quid diuiſum non de-

bilitetur:non cadat:non diſſipetur Ignis in ſtipites ſegregatus extinguiť. Domus in lapi-
des diuiſa corruit. Nauis in tabulas diſciſſa demergitur. Deniq; nihil eſt quod non con-
cordia cõſtet:diſcordia cadat. Dicam ſidenter & dicam uera:in una concordia Germaniæ
ſita eſt Chriſtianorum omnium ſalutis. Concordiam ueſtram hoc tempore ſi quis tollet.
Imperium Germaniæ tollet. Religionem Chriſtianam tollet:libertatem cõmunem tollet:
ſtatum & uitam & filiorum ueſtrorum ſanguinem omnium tollet. At ꝙ̃ æquum eſt conue
nire inter ſe Germanos:qui ſic nominamini: non quia Gallis ſimillimi ut quidam putaue
runt. Quippe aliud robur:alia lingua: alia militia in uobis eſt. Sed quoniam permixti aliis:
coniuncti uobis commertia externa & peregrina coniugia aſpernati: ſemper indigete Ger
maniæ hoc in cœlo nati:non aliunde deducti mores quos ueſtri maiores ab initio habue-
re:ad ultimum retinetis. Quam ob rem coniunctus quidam ſocialis atq; hoſpitalis & Ger-
manus:qui adhuc perdurat in uobis:cõmunicatio menſæ:dextræ per ſinguios dies occur-
ſuſq; porrecto:concentus populi totius in templis:ueſtrum per familias ſimilitudo: cõmu-
ne omnibus nobilibus militandi ſtudium:filiorum per alienas domos educatio. Hæc pari
tas propria ueſtra:nulli alteri nationi cõmunis Hæc fraternitas. Hæc germanitas fecit ut id
quod eſſe conſueuiſtis. Germani diceremini. Quid igitur dignum eſt conuenire tam ſimil-
limos:tam ſociales. & conuenire in re adeo pulchra glorioſa:neceſſaria? Vbi glorioſus atq;
utilius capere uniuerſi arma poteritis ꝙ̃ ubi eſt pro hominibus:pro deo:pro corpore: ꝓ ani-
ma. pro bonis. pro uita dimicandum. Aut ſi per eundem eſt nobis qui nunquam concordi
bus uobis ſumus perituri. ubi licebit glorioſius atq; honeſtius ꝙ̃ pro tot ac tantis rebus in
acie perire? Quiſquis hoſtem metuit:irritat. & ad prædam inuitat qui fugit: Nec quiſquam
tam tutus a bello eſt:ꝙ̃ qui eſt animo præſenti paratus ad bellum. Seſoſis Rex Aegyptio-
rum:cuius maxime res bello geſtæ memorantur:quum Reges ac duces multos dilatando
Imperio cœpiſſet:quotquot prælio eſſent capti:ſtatuam his erigi uirilem & robuſtã ac ſpIẽ
didam. Qui uero metu aut ignauia ſe dediſſent:his muliebrem effœminatamq; iubebat.
Quiſquis enim belli eſt futurus euentus:pulcherrimum erit nobis aut in inſtantes uincere.
aut ſi uincamur:uinci repugnantes. Belli exitus fortunæ dandus perſæpe eſt. illa ipſa quæ
bello adhibetur dimicatio ſemper eſt uirtuti attribuenda. & muliebris eſt & indignus uita:
quiſquis quum opus ſit ſua non auſit contendere & dimicare pro uita. Quod ſi pro gloria
certari oportet:paratiſſima eſt materia:certare pro Imperio eum uolentis:pro Religione cũ
perfidis. & nuſꝙ̃ maiora ſunt propoſita præmia ꝙ̃ ubi & uobis & poſteris ueſtris ſtabilitetur
Imperium. & non ſolum hoies. ſed deum quoq; gratiæ debitorem facietis. & pro breui exi
guoq; labore:triumphi illi maximi fœlicitatis æternæ:infinitiq; promittuntur. & ois ætas
ois ora:ois natio loquetur:dicet:prædicabit. Tum pulcherrimum eſt nobis ea facere quæ
nunc feciſſe:eſt omnibus glorioſum. & quibus cæteri ad idem faciendum excitentur. Si ꝓ
neceſſitate pugnandum eſt:utinam utinã tanta non eſſet. Nec eſt huius tpis calamitates no
ſtraꝝ cõmemorare:quæ neq; a me referri:neq; a uobis audiri poſſent ſine lachrymis. & iam
tot annos nihil aliud audiuimus ꝙ̃ clades atq; excidia alia ſuper alia Chriſtianoꝝ: quibus
q non tangať miſericordia:eum oẽm exuiſſe humanitatẽ. & turcũ uideri inter Chriſtianos
habendum eſſe non cenſeã. Dum extrema negligimus:uentũ ad infima eſt. Vndiq; ſumus
imminuti:dum nõ reſiſtimus:tot populi: tot Principes:tot Reges:tot Regna deleta ſunt.
Veneti qui. cc. iam annis arx Chriſtiana & propugnaculum noſtrum fuere: qui etſi terra
pares eſſe non poterant: ꝗ multitudine uincebantur: mare, tamen uacuum prædonibus
in orientem uſq; & liberum a claſſibus Turcorum preſtiterunt. Turcumq; ipſum diu intra
Ponthum ac Thraciam continuerunt:nunc premuntur atq; oppugnantur. Amiſſa Euboea
patefactus hoſti aditus & mari eſt. Quæ inſula olim propter cõmoditatem receptaculum
claſſis Perſicæ dicebatur. Libere iam Turcus:ut nullum firmius intulerit bellum. & pene-
trat ad uos terra & mari in Tuſcum atq; Hadriaticum:hoc eſt in ipſa prope Germaniæ Ita-
liæq; uiſcera penettabit. Incendium illud quod hactenus dearſit in Græcia: cum iam aliun
de non habeat materiam ardendi ex Germania atq; Italia quæret. Sed quæret dixi immo
iam quærit:iam inſtat:iam adurit omnia. Cogita Cæſar:cogitate Principes. & iterũ ac ſæ-
pe cogitate ubi hoſtem habeamus:ꝙ̃ prope. & ꝙ̃ crudelem:ꝙ̃ atrocem:quid parat:quid mo
liatur:ꝙ̃ nihil dormiat: niſi quum ut inconſultiores noſipſi reddamur dormire ſe ſimulat.
quanto pondere aggrediatur res:quantis uiribus:ꝙ̃ nihil prope tentauerit ad hunc diem:
quid noſtra ignauia nõ peruicerit. Ad frontem iam habemus non modo Chriſtianorum
hoſtem. ſed omnis Chriſtiani ſanguinis exterminatorem. Reuoca in mentem Cæſar:cum
& hoc & ſuperiore anno ad te uſq; penetratum eſt:quantã ægerit prædam quot milia tuo
rum capta ſunt. uiri q tibi parebant:pueri qui deſtinati erant Maximiliano tuo parere:ut
mitiſſime

mitiſſime dicam ſeruiunt Turcis:ſi modo aut in cunis non ſunt iugulati:aut non ſunt mor
tui in ſuppliciis:aut in uinculis non detinetur. Refer inq̃ mentem ad diem proximæ incur
ſionis:quæ obſcuritas : quæ tenebræ Carniolæ tuæ fuerint . qui uirorum : qui mulierum
ululatus. quæ trepidatio:quæ fuga : q̃ latebræ : qui deinde planctus & eorum qui capti aut
occiſi ſunt. & eorum qui ſuperſtites miſeriis :filiis ſuis euaſere:omnia cædibus :omnia cruo
re permaduerunt. non ætati:non ſexui parſum eſt:contra ius gentium :contra pacta huma
nitatis:contra legem naturæ : contra fœdus hoīm:contra conditiones bellorum occiſi ſe
nes ſunt:pueri & fœminæ:inauditum mortalibus malum:non in ſeruitutem. ſed in flagitiū
in libidinem:in crudelitatem arrepti ſūt . Quos miſeros & infœlices adhuc putandum eſt
traiectos eſſe in itinere?& ſi per cathenas flectere colum liceat:reſpicere ad patria: implora
re te Cæſar:circumſpectare undiq;:retro:a dextra a ſiniſtra ſi quid uſq̃ appareat auxilii miſe
ris:ſi quis ſit qui pro ſe arma ſuſceperit. Se tibi:ſe deo :ſe hominibus :ſe montibus cum uidēt:
ſe fluminibus cum traiiciunt commendare miſeri .quibus nec tu potes :nec cæteri curant
auxiliari. Videbunt miſeri:uidebunt conſeruos:propinquos ſuos: ſuperioris anni predam
cathenati cathenatos:deſperati diſperatos intuebuntur. lachrymæ intercurrēt lachrymis:
ſingultus ſingultibꝰ commiſcebuntur. & uidere ſe ad dolorem & luctum poterunt : ad ſo-
latium tangere & affari non poterunt. Sed de illis actum eſt. Perierunt iam nobis. De his q
ſuperſunt:ſi quo pacto ſaluari poſſint:immo poſſimus cogitandum eſt nobis. Quid ſi tam
longo interuallo tamen tibi infert calamitatis : quid facturum cenſes quum tibi acceſſerit
proxime. Nec excurſiōibus minabitur a Thracia. ſed ab Illyriis finitimis tuis tota mole bel
li iminebit . An remiſſiorem futurum eum cenſes ſequenti anno : q̃ ſuperiore:q̃ hoc fuerit.
Lupus quo plus rapit:hoc fit efferacior. Et q ſemel cupiditate imperandi:imperii fines exceſ
ſit ſui : nunq̃ alieno poteſt eſſe contentus . Crede mihi non continebitur in Tribalodorū
montibus is qui nihil aliud q̃ Germaniam atq; Italiam concupiſcit : qui nihil adeptum ſe
putat niſi in hac noua ſede noſtri Impii . & illa ueteri labefacta Cæſarum ac Pontificum no
men:maieſtatemq; omnium ex Germania Italiaq; deleuerit. Nec eſt ut aut fidem ſperes ab
infideli: aut miſericordiam a crudeliſſimo : quas & tibi turpiſſimum eſſet expetere. & ille ꝓ
ſtare nemini conſueuerit . Imperatorem Conſtantinopolitanum & Trapezuntium Regē
Boſſinæ. & Sinopenſem ſi requiras:quos tamen media pace:durante adhuc fœdere:oppreſ
ſit omnes:ne oſſa quidem inuenta ſunt:adeo cum crudelitate imanis eſt adiuncta perfidia:
cum perfidia inaudita crudelitas. Et quum nemini parcat : atrociſſime tamen nobiliſſimū
quenq; perſequitur : nec auidius per gregarios ſæuit milites & imbecillē multitudinem:q̃
per illuſtrium Principum capita illius rabies debacchatur. Quorum quum ad hunc diem
cœperit multos:conſeruauit nullum:hos ſecat medios : hos traiectat palo : hos omni noue
ſuppliciorum acerbitate diſcrutiat . Ita generoſiſſima illa Germanorum nobilitas iq̃ parce
re alius gratiam & reuerentiam ſolet. Turco crudelitatis prebebit incitamentum. An ſerua
turum cum filios putatis ueſtros : qui olim ſtrangulauerit fratrem ſuum infantem filium
patris ſui:qui inquam olim fratrem ſuum infantem fratris ſui filium ſtrangulauerit? An re
tenturum uobiſcum ſpeciem aliquam beniuolentiæ:qui quum ipſa quoq; natura humani-
tatem non teneat? Et eo conſilio facit amicos:ut quos apertis uiribus nequeat :occulta poſ
ſit perfidia capere. Horret animus. & cœli auertant omen : uerendum eſt. Sed quid ueren-
dum dixi? uidemus & tangimus : niſi hodierno Conuentu opera tua Cæſar. & ueſtra Prin
cipes:prius q̃ diſceſſum hinc fuerit de cōmuni ope atq; auxilio ſtatuatur:idem uos qđ Con
ſtantinopolitani quod Trapezuntii quod Boſſinenſes : quod Sinopenſes perpeſſi ſunt. &
quo nobiliores eſtis:eo crudelius atq; atrocius eſſe paſſuros. Nunc nunc inſurgendum eſt:
fruſtra paulo poſt inſurrectum:prius q̃ erumpat totus in nos illius impetus reſiſtendum eſt.
Nam ubi eruperit ueluti perfracto magni fluminis aggere:nulla mole:nullius obicibus po
teritis continere:quin ruinæ & ſanguinis eluuione omnia compleat. Nec minus eſt pericu-
lis noſtris celeritate q̃ uiribus. quicquid negligitur:quicquid differtur pro mora:mors eſt:
ueluti i ægroto & ualde effecto corpore:niſi accurras tempore fruſtra poſt tempus occurriſ
Nunc Italia uigilantiſſimi Pontificis opera pacata eſt oīs ipſeq; quæ ad hanc expeditionē
pertineant:auxilia undiq; corrogat. Ferdināđus Rex & aīo & conſilio clariſſimus:magnis
ſæpe cōditionibus ſocius poſtulatus a Turco:non mō legatōes illius reiecit oēs. ſed quod
ſapientiſſimū & cōſultiſſimū regē decuit:eū ſibi inimicū declarauit . Interea orā maritimā
& portus:ſtatiōeſq; regni cōmuniuit oēs:& claſſem magnā confecturus :triremes alias ſup
alias ædificauit. & indies non ceſſat ædificare. Et his diebus tres &.xx. triremes :quattuorq;
naues onerarias:bello maritio inſtructiſſimas in ſupplemētū claſſis Venetæ ſubmiſit. & ſu
periore menſe cū de Conuentu hoc Germaniæ intelexiſſet : ſpe auxilii uīi aggreſſus:bellū

Valonã Epiri oppidũ incendit:atq; ita eſt de hoc bello ſollicitus ut q̃ intelligit periculũ in
negligentia maximũ ac manifeſtiſſimũ:in ſuſceptõe uero belli & ſecuritatẽ poſteris ſuis. &
gloriã ſibi ampliſſimã eſſe poſitã. Galeazius dux Inſubriũ:ætate adoleſcẽs:anio & conſilio
maximis. opibus uero quãtis nulli regibus Europæ maiores obtigeẽt:per ueſtigia parentũ
quo℞ alter uir clariſſimus & oĩum ætatũ memoria digniſſimus cõuentu Mantuano ſcim⁹
quãtũ pñtia & conſilio iuuerit. altera eodẽ tpe audita Raguſino℞ depupulatiõe Zenonem
Cremoñ. cla℞ centurionẽ:mercede ſua cõductũ. ſubita manu in auxiliũ miſit. ut Raguſini
adhuc faterenť illius clariſſime & ſanctiſſimæ fœĩæ beneficio rẽ eo℞ pſtare. Nihil uidetur
ꝑtermiſſurus:quominus ſe ex his genitũ & xp̃ianiſſimũ pricipẽ exhibeat. nec expectare ali
ud:q̃ ut ad ue℞ ſuſcipiať. Veneti ſupiore iactura exciti magis q̃ deteriti. oẽs ſe facturos cona
tus & mari & terra pollicenť. Alĳ principes & ciuitates Italiæ. & ipſe qbus poterũt auxiliis
aderũt. An igiť eſt uobis hæc tanta occaſio:tãta oportunitas quãta neſcio an ũnq̃ adent:ꝑ-
termittẽda:ʼ Vtendũ eſt pace Italiæ. dum habeť. qa nihil unq̃ fuit diu concors:qd nõ ex uni
us uolũtate. ſed multo℞ arbitrio pepẽdit. & breuiſſima eſt occaſio quæ optima. Q d ſi nũc
in tanta hoſtis noſtri inſolẽtia:in tanta neceſſitate noſtro℞. in tanta oĩum expectatione. in
tãto apparatu Italiæ nihil hoc in loco ad cõem ſalutẽ deliberenť:actũ eſt :funditus pimus.
nihil amplius refugii. & ne ſpei qdẽ eſt. Si hodie nõ eſt:hunc diẽ oẽs qdem. ſed hi maxime
quia Turcis ꝑmunť aut initiũ ſalutis. aut uitæ terminũ expectant. In hoc Conuentu ſpem
poſuere afflicti noſtri ultimã. Nolite p ĩmortalẽ deũ cũ Chriſtianos noſtros profligatos &
miſeros noſtros. q paulũ hodie erexere aĩos reciduo lapſu ad poſtremã deſpatiõnẽ cõpelle
re. Nolite Germaniã. Nolite Italiã ꝓdereme patiamini truculẽtiſſimũ hoſtẽ ĩnatiatẽ ſãgui
ne xp̃iano:noſtro quoq; cruore exatiati. Quod ſi ueſtri uos nõ tãgat miſericordia :moueãt
filii uxoreſq; ueſtræ. q quũ capere ipſi arma p ætatẽ & ſexũ nõ poſſint:uobis ſe cõmendant
atq; orant. ut ꝓ ſe capiatis. Qui ſi hic adeſſent & picula intelligerẽt ſua attoniti atq; expaue
facti cõfugerẽt & ꝓuoluerenť ad pedes ueſtros. atq; ita dicerẽt. Accurrite auxiliamini geni
tores. ſubuenite nobis genitores:adeſt qui uitã petit noſtrã. iſtat qui & ſpũm & ſanguinem
uelit exigere. Auxiliamini:accurrite nobis:nõ poſſumus ipſi arma capere. Mala noſtra nõ
dũ itelligimus. Accurrite ipſi qui genuiſtis:qui quãtæ ĩmineãt nobis calamitates uidetis.
cui aut ubi relinquemur:ʼ quæ erit conditio noſtra:ʼ q̃ matrũ. quæ ſororum noſtra℞ ſi capie-
mur:ʼ quæ ſi fugiemus:ʼ ubi aut q̃uo aut quo ſuſtẽtabimur. Si genuiſtis facite quod patres
ueſtri fecerũt nobis ut uiuamus tuti:ſi hæredes ueſtri futuri ſumus ne pmittere prius eripi
nobis bona ueſtra q̃ aſſequamur:ptius iterfici q̃ creſcamus. Saluos an pditos uelitis adhuc
integrũ ẽ uobis:niſi nũc accurratis paulo poſt nõ erit. Alieno nutu pibimus:occidemur:ex
carnificabimur:q ſi alter nos defendere nõ poteſtis:arripite quiſq; gladiũ:ſtrigite in noſtra
pectora. facite qd matres noſtræ bello Cymbrico fecerũt:quæ cũ euadere manus hoſtium
nõ poſſent. pueros. infantes quos ulnis geſtabãt:humi oẽs alliſere:benignius arbitratæ in-
terfici ab ipſis filios ſimplici genere mortis q̃ ad hoſtiũ ſatietatẽ excruciari Q uod ſi uita eri
mus ſpoliati. nõ ſodiemur. nõ ſecabimur. nõ dilacerabimur. Scietis q acciderit nobis:cade
mus in gremiis ueſtris in ſepulchris noſtro℞ ſepeliemur. Hæc filio℞ quærela:quẽ obſecro
ueſtrũ non cõmoueret. cuius non pectus mentẽq; pcuteret. Quis eſt q non mori prius uelit
q̃ ad eã uenire neceſſitatẽ cogať. ut aut pereũdũ ſit crudeliter filiis ſuis. aut ſine lare. ſine te-
cto. ſine dignitate nudus atq; egenus miſere mẽdicandũ. Proide ne expectare ut filii ueſtri
hæc dicãt:qui ſi mala ſua ĩtelligerent iã ꝑdixiſſent:iã uociferarẽť. Quod ſi tã eſt impiũ uel ĩ
media pace filios deſtituere:quãto magis impiũ in bello capitali pmittere in alterius manũ
ptãtẽq; uenire At cuius alteri⁹. eius q tibi:q noĩ tuo:q libertati:q ſãguĩe:qui uitæ:qui deo:q
Religioni:qui pietati:qui humanitati ſit inimiciſſimus. Qui ideo Imperiũ affectat tuũ. ut ti
bi eripiat uitã. qui nõ ꝑeſſe liberis tuis ſed occidere:qui nõ ideo regna quærit ut poſſideat.
ſed ut pdat. deleat. extinguat. Qui in maxima & poſtrema clæmẽtia genus numeret mor-
tis. non mortẽ remittat:qui nõ contẽtis genere mortis ſimplici & uſitato. palũ. ſectionẽ. &
nouos alios cruciatus efferatiſſime ĩpietatis ad oẽm tollẽdã pietatẽ excogitauit. Qui inimi
cus legibus. fœdera uiolare. inimicus deo:tẽpla icẽdere. inimicus Religioni:ſacerdotes in
tra tẽpla cõcrema. inimicus cõſuetudini. pueros & ſœminas rape. inimicus naturæ. ĩfantes
ſtrãgula. inimicus nobilitati. Principes iterficere. trucidare. lacerare nõ dubitat. qui demq;
in deũ. in hoĩes turcus eſt. Ite. ĩſurgite. defendite liberos ueſtros a tãta & tã truculẽta atq; i-
mani feritate. Niſi a nobis hodie iueniãt:nullũ ampli⁹ a Turco clæmentiã inuẽturos. Hoc
illi clamant:hoc religio obſecrat. cõprecať. poſcũt hoc xp̃iani oẽs porrectis manibus iplo-
rant. Tu uero digniſſime Legate:obliuiſcere dignitatis tuæ:eamus:circũeamus:apprehẽda
mus Cæſaris atq; horũ pricipũ genua:deuoluamur ad pedes oĩum. Ne auellamur:ne diſce-
damus:

damus:donec ſpem illam quam hodie porrexerunt xpianis:iam exhibeant. Vides quãtis
in anguſtiis premimur :quibus diebus profecti Roma ſumus : populationem audiuimus
Raguſii totum. porro altera in itinere eſt nuntiata :nunc in Germania:in Germania inquã
quid acciderit noſti. in Germaniam iam penetratum eſt. Terra inuadimur:mari affligimur:
planis:montibus:locis omnibus oppugnamur. Conciderunt omniũ animi: quia quid ſpe
rare haſtenus auxilii poſſint non habuere. Nunc paululũ ad hunc Conuẽtũ recreati : etiam
te precibus proſequuntur : orant nihil apud Cæſarem & hos principes pretermittas :inſtes
ſupplices: obteſteris. & nec uocibus:nec lachrymis parcas. In hoc ſe filio uideat pendere : ſi
nihil hic hodie decernatur ad eorum ſalutẽ:una ruina omnes lapſu ultimo interierũt. Ad
moneas Cæſarẽ dignitatis ſuæ:dicas eam ob rem conſtitutos eſſe a deo in terris principes
ut iceruent quibus preſint:defendant. tueantur. & eum optimũ eſſe principẽ:qui idem in cõ
muni ſit utiliſſimus. nolit neq; fruſtra decreuiſſe hunc Conuentũ : neq; fruſtra ueniſſe. nec
fruſtra tot dies tanto ſtudio omniũ expectatũ:neq; fruſtra ereptos eſſe. & ſummi Pontificis
& Chriſtianorũ omniũ animos:neq; fruſtra tot illuſtriſſimos Principes conuocatos. Velit
põdus Imperii quid merito ſuſcepit fortiter ſuſtinere:conciliet Germaniã ſi quæ ſint remit
tat iniurias prius q̃ hinc diſcedat iuſiurandũ depoſcat exigatq; ab omnibus ad cõmunẽ ſa
lutem defendendam. Concordibus deinde animis ſumi arma iubeat. Dicas id quid eſt. &
omnes eſſe fatẽtur:eius arbitrii eſſe. quem dare ſtatũ uelit Germanicis rebus. eum Pricipes
habituros animũ ad hoc bellum quem ipſe habuerit. Deniq; id accepturos Chriſtianos a
Germanis auxilii quod ipſe uoluerit. Addas ſuã cauſã agi & propter Imperiũ. & q; ſit peri
culo proximus. imo iam non modo proximus. ſed implicatus Imerſusq; periculo. ne ſe ne
gligat:ne ſubditos:ne Maximilianũ filiũ:ne Imperium:ne famã. Hæc dicas: hoc uociferare
intelligat id:quid iam intelligit & curat. ſed defenſorem ſuorum & propugnatorẽ Chriſti
anorum eſſe debere:qui idem & ſuorum dominus & xpianorũ ſit Imperator. Glorioſiſſi
me & clementiſſime deus inflãmabuntur impune ſanctuaria tua:occidentur impune infan
tes in Germania uiuis & ſalutis his principibus? Cadet ſub Federico & his principibus faſti
gium hoc Imperii:quod ſeptingentis iam annis a Federici & horum principũ progenitori
b' partum eſt? Imploro & appello te Cæſar & uos pricipes oro per glorioſiſſimas umbras
patrũ ueſtrorum erigite mentẽ:intendite uobis dum eſt tẽpus. facite & Germania:Germa
nia ſit. & eos nunc habet propugnatores quos olim habuit. Velitis qui & principes & xpia
ni nati eſtis. & pricipes mori & xpiani. iniurias & acceptas & illatas obliuiſcimini. aut ſi id
non poteſtis:tantiſp cõprimite dum conſulatis uobis. cohibere iram animi:ut conſeruare
uitam poſſitis. date has indutias deo quas uel mediocri daretis amico ſi rogaremini. date
religioni xpianæ q̃ fidem a uobis depoſcit xpianam. date cõmuni Imperio ueſtro quod
omnibus uobis periturum eſt ſi peribit:mãſurũ omnibus ſi permanebit. date erumnis & ca
lamitatibus oppreſorũ noſtrorum : q̃ tot funt:ut iam perferri amplius & ſuſtineri non poſ
ſint. date filiis:fratribus:propinquis:ac ſubditis ueſtris: q omnes ſe uobis cõmendant : atq;
orant ut furenti hoſti : ne eos iuguiet· reſiſtatis. Deniq; hoc unum poſtremum ac ſolum co
gitate:niſi nũc Turco obſiſtat:quo in ſtatu futuri ſitis ipſi. & ĩ quo filios uṙos relicturi. Dixi.

IO. ANTH. CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIENSIS SENAE IN EXEQVIIS DIVI PII .II. PONTIFICIS MAXIMI ORATIO:.

Vnt fortaſſe ulri Senenſes in iſto digniſſimo conſeſſu ueſtro nonnulli
qui ſecum ipſi cogitent hodiernam hanc Pompam exequiarũ Diuini
Pontificis Pii Secundi Romæ potius fieri q̃ Senæ oportuiſſe:ubi & ſe
des illi fuit uiuenti. & mortuo ſepulchrum. & monumeta poſterita
tis:cum multa paſſim Vrbe tota:tum plura maximo in templo reman
ſere. Sed hi uelim ita exiſtiment: more maiorum iure Imperii maieſta
tis illius ſedis factũ eẽ. ut Romæ ſepultus ſit Pius:neq; officio ꝓpinqui
tatis:uinculis beniuolẽtiæ:neceſſitudine naturæ:nuſq̃ alibi terraꝝ q̃ hoc
in loco Pii memoriã fuiſſe celebrandã. Illud Pontificatui datũ ẽ:hoc patriæ debebat. Cine
res & oſſa Pii Secũdi Roma ſibi hẽbat. Sena decus & gloriã uẽdicet. Multi mortaliũ hoſti
li in agro ſepulti iacuere. Nec refert quo in loco traſigatur hois uita:modo honeſte fuerit
magnificeq; trãſacta. Ac ſplendor nois & gloria geſtaꝝ rerũ penes Ciuitatẽ remanet i ĩ qua
quis natus ẽ:quũ laudes optimoꝝ hoium lumina quædã ſint atq; ornamẽta ciuitatũ. & ob
ſcuræ ſint Vrbes:niſi quæ monumẽtis ciuiũ ſuoꝝ & rebus præclare geſtis fuerĩt illuſtratæ.
Eã ob rẽ maiores noſtri his qui ꝓſtantes eẽnt habiti ætate ſua uiri ſtatuas medio in foro ce

lebertimo urbis loco poſuerũt.quum intelligerẽt priuatas illoꝝ laudes nõ poſſe:nõ coniũ ctas eſſe cũ Ciuitatis cõmuni gloria . ſed pertinere ad propinquos: ſpectare ad amicos oẽs honeſtare patriã totam.& ad ipſã quoq; poſteritatem redundare . Itaq; uiri Senenſes qum hodie de Pio Pontifice dicetur:de laude ueſtra oĩm & de Senenſi gloria dicetur .Sed mihi tantum minus aggredienti:quod pientiſſimus nepos Cardinalis pro ſũma erga auunculũ pietate mihi putauit cõmittendũ: ego pro ãplitudine beneficiorũ recuſandũ nullo modo exiſtimaui:tanta undiq; obruit rerũ illuſtriũ magnitudo in Pii laudibus numerãdis:ut pla ne mihi ipſe non conſtem:quũ nõ ſimplex unius cuiuſpiã enarrãda uita ſit .ſed colligenda ſint multa in hoc uno multorũ hoĩm ornamenta. Quod ſi quẽ laudandũ putemus uirũ :q conſilio ualeat:ætatẽ negotiis honeſte contriuerit:multa uiderit : multa confecerit : maxi- mis in rebus uerſatus cum laude fuerit:occurret nobis Pius unus: qui uarietate negotiorũ: laborũ:uigiliarum:itinerũ magnitudine:perſpiciẽtia & induſtria rerum conficiẽdarũ:totũ Chriſtianum orbem habuit in manibus:tetigit:pertractauit. Quum ſiquidẽ cenſeamus ex- tollendũ:qui Remp.aut regnum aliquod recte adminiſtrauerit:defenderit iura:fines ãpliſi cauerit. Pi⁹ quoq; occurret nobis.qui Romanũ Imperiũ:eccleſiaſticã dignitatẽ.Maieſtatẽ Pontificiam ſic auxit:iuuit defendit:ut a nullo unq̃ Pontifice ſtudioſius hæc & uigilantius aucta:adiuta:defenſa eſſe uideanť. Deniq; ſi quem nõ modo gloria.ſed etiam ĩmortalitate dignũ iudicamus:qui ſcriptis elegans ſit habitus & terſus : qui monumẽtis litterarũ nomẽ ſuũ æternitati conſecrauerit & hic quoq; idem occurret Pius :qui elegantia in ſcribendo: atq; copia in orando:eloquẽtia :cognitione rerũ altiſſimarũ in diſſerendo acerrima quæq; ingenia noſtri tpis longiſſimo interuallo ſupauit:relinquitq; de ſe poſteritati memoriã ſẽ piternã.Et quũ ſinguli ſingula aſſecuti ſint uirtutũ genera . Pius unus uniuerſa complexus eſt.Quare mihi perdifficile uiſum eſt:tritam illam tenere & peruulgatam dicendi uiã: quã maiores noſtri ſtatuerunt funeribus celebrandis colligere uitã oẽm : res geſtas in medium afferre:laudes eius de quo dicatur parce modeſteq; exornare. & ita concludere uitæ exitũ: ut ſi uere fieri poſſit:cõpoſitæ & ſanctæ uitæ exceſſiſſe uideať . Id lõgiſſimũ eſſet & infinitũ in Pio:q licet uix unius hominis uitã uixerit:tamen multo plures q̃ tres uel operoſi ſenes re liquit nobis:quæ de ſe & ſua uita dicerentur. Sed nos capita rerum nõ res ipſas perſtringe mus illo adhibito tẽperamento:ut neq; nihil dicere uelle uideamur:neq; omnia colligere. AENEAS qui poſtea cognomẽto Pius in Pontificatu dictus:natus eſt in agro Senenſi Cor ſiniani:cui Pientis nomen ipſe indidit. Pius quintodecimo kalendas Nouembris : anno iã hinc ſexageſimo familia Piccolhominea:quam inter uetuſtiſſimas referunt · Parẽtibus Sil uio & Victoria nobiliſſimis illis quidẽ.ſed maiore aliquanto nobilitate q̃ opibus.Hic ter- tium agens ætatis annũ præcipiti caſu lapſus uix euaſit. Nec multo poſt in bouẽ comipetã quũ incidiſſet:iactatus in aera:humiq; alliſus prope exanimatus eſt ſeruatus diuina: ut putatũ eſt : ope.Inde a patre deductus in Vrbem. Grãmaticæ aliquandiu operam quũ dediſſet.& ætas ingenio uinceret.Poetas atq; Oratores audiuit puer : profecitq; mirum ĩmodũ:ita ut æquales breui ſuperaret. & cũ uiris claris ingenio conflictaretur : ut iam tunc qualẽ poſtea ſe præſtaret polliceri & ſpem facere de ſe certam uideretur. Adoloſcẽs in ſtudiis Ciuilib⁹ ali quantiſper uerſatus eſt:ꝙ ea quoq; putaret ad dicẽdi artem collatura plurimũ.& prope ne ceſſaria Hic quoq; profecit nõ mediocriter & breui.ſed animo ad magna cõtendẽs:aliquo ſibi procul eundum cõſtituit:fortunam tẽtaturus :ratus id quod uulgo audiebat uſurpari. Maternis in plumis & patriis deliciis raro locũ eſſe uirtuti.& Honorem ac dignitatẽ labori bus:cognitionẽ rerum peregrinationibus comparari:natus eſt Dominicũ Crapanicũ uirũ grauem & ſeuerũ a Martino deſignatũ Cardinalem Firmanũ:ab Eugenio nõ receptũ.His Baſileam ubi conciliũ erat indictum proficiſcebatur honorem denegati pillei uendicatur⁹ Hunc ſecutus Aeneas animi plenus:pecunia uacuus Plumbinũ Hetruſcũ & maritimũ op- pidum conceſſit:ut inde quũ primum liceret per Luguſticũ Genuam nauigaret.Ingreſſus nauim ac uento permiſſus :grauiſſima iactatus eſt tempeſtate. Et quũ iam prope eſſet ut ut Genuam appellaret ui magna procellarũ correptus in Aphricã uſq; Libyamq; propellitur. Mox per Sardiniam reuectus & Corſicam & Tyrrheno redditus littori. Baſileam pedeſtri itinere contẽdit.Hic Dominico inopia rei familiaris laborãte Aeneas Nicodemo Friſingẽ ſi primũ.mox Bartholomeo Nouariẽſi Epĩs hærere coactus: eſt deſignatus epiſtolis confi- ciẽdis .Vtriq; charus fuit. ſed nõ contentus ea forte:reuerſus in Italiã ad .N. Bononiẽſem Cardinalẽ ſanctæ Crucis laudatiſſimæ probitatis uirum ſe cõtulit :ꝙ audiebat profecturũ Legatum in Galliã de pace inter Franciæ & Britanniæ Reges acturũ. Acceptus eſt ab illo perbenigne.& ope fretus Thomæ Sarzanẽſis qui poſtea Nicolaus quintus in Pontificatu eſt appellatus in Cardinalis ſecretariũ coaptatur.Cum eo Baſileam iterũ profectus: primũ

Coloniam:deinde per Rheni flumen Oluacum:Leodiũ.:Attrebateſq; deſcendit. Hic quũ de pace agi cœptum eſſet & Britãni detractarent aperteq; aduerſarentur. Aeneas miſſus ẽ ad Regem Scothiorum:aduerſus eos ſollicitãdum: cuius Regnum & finitimum Britãnis & bellicoſum eſſe conſtabat. Igitur magis factis itineribus ad Gallcoſiũ:quod oppidum in littore Occeani ſitum eſt peruenit. Inde prius in Britanniã: mox in Scothiam traiecturus. Traiecto mare. Britãni cognitum & ſuſpectũ habitum ulterius progredi uetuerunt. Igitur remenſus Britannicum pelagus & redditus continenti ad Burges ſeptentrionem uerſus ꝓficiſcitur: ut inde recta in Scothiam:nauigaret. Internauigandum medio occeano duabus æſtuoſiſſimis tempeſtatibus arreptus atq; depulſus: dum Scothiam petit in Noruegiam eiectatur: cuius inſulæ ꝙ ultima eſſet omnium quaſi circumfluit occeãns. Ambitum poſtea & ſitum moreſq; deſcripſit. Hic pro ſalute uotis nuncupatis quum uellet exoluere nudis pedibus glacie calcata inicium eius morbi: qui dolore pedum ad uitæ finem perdurauit: putatus eſt contraxiſſe. Noruegia diſcedens in Scothiã fertur: ubi conuento Rege: quanq̃ apud barbaros res erat & factu difficillima uidebatur: tamen omnibus quorũ cauſa uenerat diligentiſſime confectis: pecunia equiſq; donatus a Rege dimittitur. Sed non auſus iterum patenti ſe committere occeano: uſus conſilio Britannorum inſolentiũ aſtu claudit. Quippe habitu mercatoris ingreſus inſulam: ꝙ compendioſior eſſet futura nauigatio ad Galleſiũ unde primum ſoluerat incognitus reuectus eſt. Hæc illi prima eſt decreta prouincia. His auſpiciis paratus ad omnem dimicationem uirtutis: patientia cum laboribus: conſilio cum periculis: magnitudine animi cum occeano: ultimo cum remotiſſimis inſulis: cum grauiſſimis tempeſtatibus decertauit. Ipſoq; initio primo rerum aggreſſus eſt difficillima & duriſſima quæq; ſuperare. Iam tunc præſeferens qua auctoritate futurus eſſet inter ſuos: iuter Italos opinione: inter humaniſſimas nationes gratia: qui tantum apud externas & barbaras & a terris ultimis: a commertio liguæ: ab ipſa quoq; humanitate ſemotas inſulas ualuiſſet. Inde Baſileam reuerſus eſt: ꝙ ibi expectari Legatum audiebat. Quo in loco exorta contentione de ſede Concilii deligenda in aduentu Græcorum: qui ut ſedi Romanæ conciliarẽtur hæreſi abdicata propediem uenturi ferebantur: quum alii Auinionem nonnulli Vtinũ multi Florentiam anteponerent Aeneas Papiæ Vrbis opportunitatem: opes: ſitum grauiſſima & prope extemporanea oratione ſic commendauit: ut amiciciã Philippi Ducis qui Vrbem tenebat. & totius Concilii beniuolentiam compararet. Hoc alterum tactum eſt illi fũdamẽtum futuræ magnitudinis. Factus ſtatim ſcriptor Apoſtolicus & Abbreuiator decreto Concilii deſignatus in notitiam familiaritatemq; omnium & ingenii admirationẽ deuenit: adeoq; de illo ſtatim aucta eſt opinio ut & Duodecim uir crearetur: quæ ampliſſima erat & perpaucis tributa poteſtas: iudiciis ac deputationibus faciendis: & claues illi plumbeæ: quæ ſynodales appellantur cõmuni omnium conſenſu traderentur. Non diu iacet in occulto uirtus: erigit ipſa ſeſe atq; effert. & quo plus inuoluitur obtegiturq; negotiis: hoc ſemper explicat ſeſe atq; exurgit illuſtrior. Iam Aeneas maximis deliberandis rebus admittebatur. Iam eius iudicium precio haberi cœptum. Prudentia eius intra penetralia: eloquẽtie foris utebantur. Ergo quum unus eſſet qui & ingenio eſſet perſpicaci. & oratione plurimum ualeret Legationes ei uarias & grauiſſimas detulerunt: ad Argẽtinam Ciuitatem dè poteſtate Concilii confirmenda duas: ad Conſtantiam eadem de re duas: ad Franckfordiã unam: ad Tridentum unam: ad Sabaudiam unam: quas pro magnitudine ingenii fœliciſſime obiuit omnes: ubiq; flexit: ubiq; perſuaſit. Sed iam ad fœliciora trahentibus eum Fatis profectus eſt inter Legatos Concilii ad Federicum Imperatorẽ: ubi ſemina futuræ beniuolentiæ non ambitione oſtentationis. ſed uirtutis admiratione inſperſit. Defunctus ea Legatione quum Baſileam peſtilentia iſeciſſet. & ipſe quoq; peſte tactus Principis dei beneficio liberatur. Interea abſẽs deſignatus eſt unus ex his qui depoſito Eugenio curam ſuſciperẽt noui Pontificis eligendi. Quod munus quum multi cõpeterent: pauci ĩpetrarent. Aeneæ neq; preſenti: neq; poſtulanti delatum eſt omnium ſuffragiis in eo miro conſenſu accumulatis. Electus eſt Amodeus Sabaudiẽſis: cognomento Fœlix ad eum profectus Aeneas primo in loco conſtitutus: archanis rebus preficitur. Vbiq; iam acceptus & magnus. Nouo Pontifice creato quum eſſent ad Chriſtianos Principes uarii mittẽdi oratores. Aeneas his additus eſt qui ad Federicum Cæſarem mittebãtur. & a quo acceptus benigne & inter aulicos retentus eſt: non inuitus ꝙ ex eo turbine & contentione duorũ Pontificũ ſubtrahere ſeſe cupiebat: ut inuidiam fugeret. & neutri haberetur inſenſus: rebus adhuc incerto exitu pendentib⁹ nec ſatis quẽ in locũ caſuræ eſſent exploratis Ergo apud Federicũ diuertẽs primo ſtatim congreſſu & donatus laurea eſt: & Cæſaris Protonotarius deſignatus. Quæ duo munera q̃q̃ erant ampliſſima. Federic⁹ uirtuti Aeneæ magis q̃ deſiderio ſuo cõfeſſus eſt

cumulaſſe:alterū ꝙ eloquētia eſſet clariſſima:alteꝝ ꝙ magnitudīe cōſilii & diligētia uale-
ret rerum gerendarum.nec quenꝙ̄ exiſtimaret ſiue domi ad ſuadendum ac deliberandū:ſi
ue aggrediendū foris & conficiendū cum Aenea poſſe comparari. Erant apud Federicū ꝑ-
ſtantes multi & preclari uiri:quorū ille opera & conſilia:cū pace domi:tum bello foris ute
batur.ſed poſtꝙ̄ Aeneam habuit inter ſuos:hunc unū ſemper ad Legationes grauiſſimas:
ad cauſas difficilimas:ad omnē de Imperio dimicationem obiecit. Quibus de rebus quū
induſtria ſtudiū:ſtudium induſtriam ſuperaret:ſemper uiſus eſt geſſiſſe diligentiusꝙ̄ poſte
rius geſſit.Prima eius Legatio ad Tergeſtinos fuit:qui ab Imperio deſciuerant.Eos Aeneas
ad fidem ut redirent perſuaſos imperata facere coegit. Altera ad Eugeniū Pontificē de ſta-
tu eccleſiæ reintegrando.Apud quē & expurgauit primū ſeipſū:ꝙ contra in Concilio ſen
ſiſſet.& mandata deinde Federici ſic expoſuit oratione grauiſſima:ut duo Pricipes hac una
Legatione opera Aeneæ rem Chriſtianam paulo ante confectā & extinctā reſpiraſſe uitāꝙ
recepiſſe faterentur.Hinc admiratione preſtantiſſimarū uirtutū affectus Eugenius.& ipſe
quoꝙ Aeneam ſibi ſecretariū:deliberandiſꝙ rebus adiutorem aſciuit. Subſiſtite quæſo hic
paulisper uiri Senenſes.& unius hominis uel fortunam inauditam:uel uirtutē incredibilē
conſyderate.Aeneas Senē. in turbatiſſimo ſciſmate:in tanta conflictatione orbis Chri-
ſtiani uno tpe:uno contextu Secretarius Concilii:Secretarius Felicis:Secretarius Federici:
Secretarius Eugenii:Secretarius inquā duorū Pontificū diuerſa atꝙ inimica ſententium.
Secretarius unus noui Imꝑatoris:multa ardua.difficilia:Cæſarea molientis.Secretarius oī
um xp̄ianoꝝ pricipum:quos Cōcilii turbo complectebatᷣ.quanta ſciuerit.quāta geſſerit:q
bus cumulis negocioꝝ:quātis aceruis rerū maximaꝝ fuerit inuolutus:& tn̄ in tantis conce
ꝑtionibus:tā turbulentis & confuſis Aeneæ Senenſis laudes toto orbe circūferebantur ca-
lumniæ de eo nulle exaudiebantur. Functus eſt & ſecunda Legatione ad Eugenium de pa-
ce xp̄ianorū oium & reconciliatione Antiſtitum Germanoꝝ. Ad quē ſecundo quum ueniſ
ſet primum Subdyaconus Apoſtolicus factus eſt.Deinde Tergeſtinus Ep̄s deſignatus. Vi-
debat Eugenius ꝑſtantiſſimas Aeneæ uirtutes nullo uno beneficio contentas eſſe:nec qcꝙ̄
tam magnificum in eum conferri poſſe:quod īcredibilia illius merita non ſuperarent. Re-
liquiæ quædā extabant ueteris diſcordiæ inter Germaniæ Antiſtites:& quæ niſi ſopirentur
priſtinas flāmas reſumpturæ & incendiū facturæ uidebanᷣ diſſidii maioris.Miſſus Aeneas
nō ſopiuit ſolū ac ꝑſſit.ſed ſūmouit penitus atꝙ extīxit. Hortatus ad cōcordiā ita ꝑmouit
oīm aīos atꝙ eo rē ꝑduxit.ut Eugenio paulopoſt mortuo Nicolao nihil fuerit elaborādū
in reconciliatione Antiſtitū faciēda. Itaꝙ ꝙ ſciſma ſublatum fuerit ſub Nicolao:id totum
Aeneæ opus extiterat ſub Eugenio.Fuerint ad hunc quoꝙ nouū Pontificem mittendi ora
tores:ut in ſingulo quoꝙ Pontificatu fieri conſueuit:miſſus eſt hic quoꝙ Aeneas:cū ꝓpter
ueterem familiaritatem:quæ illi cū priuato fuerit:tum ꝙ unus ad oīa idoneus eſſe & maxi
ma quæꝙ abſoluere & conficere poſſe uideretur.& mandatis perferendis parem diligētiæ
fidem adhiberet. Accitū ad ſe atꝙ admitti miſſum Nicolaus amiciſſime cōplexus eſt:eumꝙ
Vrbi ueſtre præfecit Antiſtitem.Iam hæc cum auctoribus concilii:cum pricipibus Germa-
nicis:cum potentiſſimo Imperatore:cum tribus principibus cōtinuata gratia quid ſibi uo-
luerit nemo eſt qui non uideat:nemo qui non cenſeat familiaritatē unius Principis inter
dum dari etiā fortunæ:cum oibus aūt eadem eſſe neꝙ unꝙ̄ e gradu quē ſemel cōſcenderit
deiici.ſed ad altiorem ſemper deuocari:uirtuti cuidam incredibili atꝙ admirandæ eſſe tri
buendum.Quum mendicatus fauor unius hominis temeritati:nequitiæ:improbitati con
iunctis eſſe poſſit:Conſtans uero apud omnes & perſeuerans beniuolentia uacare ſumma
laude & admiratione quadam excellentiſſimæ exiſtimationis carere non poſſit. Fuerunt
recipiendi Mediolanēſes in morte Philippi:qui ſe ſub Imperio futuros pollicebantur. Re
curritur hic quoꝙ ad Aeneam:Bis miſſus legatus ad eos:bis ꝙ̄tum in ſe fuit in fide confir-
mauit. Quærebat Federicus Regiam ſi quam poſſet affinitatem:ꝙ auctum iri exiſtimabat
Imperii gloriā:ſi Cæſaria inſignia Regiis ornamentis externiſꝙ titulis honeſtarentur. Itur
ad Aeneam:Aeneas obiectatur ad omnia:mittitur ad Alfonſum Regem ætatis noſtræ cla-
riſſimū:ut eius neptem Eleonoram Luſitanam depoſceret.Ardua res & perdifficilis pro-
ponebatur:diuerſa lingua:diuerſis moribus:uix adhuc nubilis puelle grandeuum iam illū
aſpernatura credebatur.res tamen opera atꝙ interuentu Aeneæ breui confecta eſt.Itaꝙ ipſe
eam uenientem in Italiam excepit primus:ad utrumꝙ perduxit. Pertinere Federicus ad
Cæſareum decus exiſtimabat ut in Italiam ueniret coronam Imperii accæpturus.Idꝙ pro
gloria & fama nominis uehementer cupiebat:tum ad confirmādam fidem ſuorum condu-
cere arbitrabatur.Cui deſiderio uoluntas pontificis & Italiæ uarii motus aduerſabanᷣ.ſpes
oīs in Aenea relinquebatur:nec quicꝙ̄ erat tam difficile & prolixū qđ Aeneæ diligētia ab

ſolui atꝙ

ſolui atq; explicari poſſe non crederet. Præmiſſus igitur ut flecteret pontificis mentem:con
ciliaret Principes. & per Ciuitates ſuſpectas uiam tanq̃ manu ſterneret. Venit in Italiam fle
xit pontificis mentem:ſubmouit tumultum ſuſpectionem Federico aíos hoíum: obſequiú
Ciuitatum:beniuolentiam principum conciliauit. Repetebant per id tempus Pannonii La
diſlaum Regem admodum adoleſcentem:quem Federicus iure propinquitatis in tutelam
aſcitum apud ſe. incertum an inuitum:tenebat. Inſtabat gens ferox & tumultuaria iam ad
arma concurrebatur. Formidare illorum impetum Federicus cœperat: diffidereq; uiribus
ſuis. & Regem per uim reddere & turpe & periculoſum putabat. Tam inſignem cõtumeliá
tũi periculum ut effugeret uiam uidebat nullam. res in conſultarioné deducitur: ſuffragia
in Aeneá recidunt oía:in hunc reſpiciunt uniuerſi:unum eſſe dicunt qui efferatam & indo-
mitam gentem mollire poſſit & auertere profectus ad illos:primo aduétu conuitiis: nimis
contumeliis exceptus eſt. Mox ubi uocem illá iocundiſſimam hortantem:monentem:præ
cantem audierunt:ſummo honore proſecuti. depoſuerunt arma. rem in eius arbitrium de-
tulerút. Federici finibus pleni pacis exceſſerunt. Ladiſlaum curæ Aeneæ: cuſtodie Federici
reliquerunt. Nec minore neceſſitate Auſtralium compeſcuit motú: quú oés cupidi rerum
nouatú uno conſenſu contra Federicú ipſum rebellaſſent:quorum ĩpetum Federici ceruici
bus aduerſum miro modo repreſſum & extinctum in Turcos mouit. excitauit accẽdit. Quo
tiens fuit Federico res cum populis:quotiens contentio cum Regibus:quotiens bellum cú
hoſtibus:quotiens fœdus cú ſociis:ſemper hæc uni Aeneæ demandata & cõmiſſa ſunt oía
Nihil deliberauit:nihil geſſit Federicus:quod non Aeneæ Senẽſis ductu & opera delibera-
tum geſtũq; fuerit. ut imperium illud Cæſareum octo continuos annos tenuiſſe Federicus
Aeneas adminiſtraſſe diceret. Taceo quotiens ad Alfonſum Regem cum Federici ipſius:
tum Vrbis ueſtræ Legatus profectus eſt. Taceo quotiens apud Calixtum calamitatem Cõ-
ſtantinopolitanam deplorauerit Chriſtianorum Principum nomine: ita ut in priuata uita
nunq̃ ſibi uixerit:ſemper aliena:ſemper maxima obierit:atq; ampliſſima Regio eſt nulla in
orbe Chriſtiana quá non inuiſerit:nullæ inſulæ ad quas non tranatauerit:mare nullú ta m
inacceſſum:tam uaſtum & procelloſum:quod non tranſmiſerit:nulli montes: nulla iuga:
nulla flumina quæ non ſuperauerit. Pars nulla Europæ tam abdita & recondita ad quam
non penetrauerit:nuſq̃ conſtitit:nunq̃ conquieuit:nõ uoluptatis ut fit gr̃a uagatus. ſed le-
gationibus functus rerum maximarú his artibus atq; ſtudiis Aeneas & dignitates primum
alias:mox Cardinalium:poſtremo pontificatú adeptus eſt. Nec ante eſt factus Eṗs q̃ diuini
tatum de Cardinali:nec ante pronunciatus Cardinalis q̃ de pontificatu præſagium. Alfon
ſum quum ad eum Neapolim ueniſſet Eṗs conuerſum ad ſuos dixiſſe conſtat:En uobis fu-
turum pontificé qui fores egredit̃ Aeneas:procul demonſtrato. Federicus Cæſar apud mõ
tem Ciminum:quú inde primú Romanú agrú ꝓſpexiſſet & ipſe quoq; cõuerſus ad Comi-
tes. Erit inquit tṗs quum his locis regnabit Aeneas. & qui nunc imperamus aliqñ parebim⁹.
Hoc probitas ſingularis:hoc uita integerrima:hoc præſtantiſſimæ ac diuinæ illius uirtutes
pollicebantur. Non ſolet ex nihilo naſci ſpes. neceſſe eſt ei qui de ſe magnú aliquod ꝓmit-
tat indolem præclaram in adoleſcentia: iuuenta modeſtiam integritatem: per omnes ui-
tæ gradus anteire conſilium rõnemq; ſubeſſe:oía facere cum laude:nihil tentare indignum
uiro liberali:maximis rebus parem animú:difficillimis ſimilé conſtantiam adhibere iudi-
cium in cauſis:æquitatem iudiciis:negocia in ocio quærere:iduſtria. diligentia. ſolertia cú
cta ſuperare:nihil glorioſum nõ apparere:nullis laboribus ſuccumbere pro gloria compa-
randa. Quæ res quum eẽnt omnes in Aenea. & facti dictis. cõſiliis. exemplis oí tpe:in om-
ni loco cunctis negociis:in oí cœtu hoíum admirationem quãdá. de ingenio. de probita-
te:de ſeipſo toto præbuiſſe facile adducti ſunt duo principes ut eam facerent coniecturam.
Itaq; ſentirent eum qui per maxima quæq; ſummus eſſet:ad ſummum aliquando locum ſu
premamq; dignitatem peruenturum. Hæc Aeneæ priuati uita uita fuit:tranſeamus Cardina
lem. Neq; enim diu in ea detentus eſt dignitate:annus erat quod tá diuinis uirtutibus quæ-
rebatur. etiam quáta expectatione omnium:quáto gentium gaudio:quáta lætitia ſingulo-
rú ad hunc gradum euectus ſit prætereamus:in quo ita uixit ut & præmiú recipe pterin la-
boris:& preciú pſoluere futuri pontificatus uideret. Etiam quibus ſuffragiis:quo conſenſu
& futurorũ oíum ſententiarúq; concurſu creatus ſit pontifex omittamus illud uideamus ſo
lú quo pacto Pium pontificem geſſerit:qui Aeneam priuatú glorioſiſſime ægerat. Qua de
re quia tota fere fuit ante oculos & in Italia uerſatus eſt Pius:pauca nos quidem & ea breui
ter expediteq; dicemus. Principio ubi ſolium conſcendit:conſiliú cæpit Chriſtianæ Reip.
defendendæ. Indixit Mantuanú Conciliú toto orbe aut principes ipſi aut eorú legati iuſſi
conuenere. Senex iam inualidus Imperio nouo:nec dú ſatis conſtituto nihil duxit antiquus

q̃ ſe neglecto rerũ ſummæ inuigilare.quod ut poſſet cõmodius:Ferdinandũ Alfonſi filium
poſtulantib⁹ Apulis oĩq; Italia Regem declarãs ius Regni defert:corona donat:Tyrannos
rerum nouarum cupidos coercet:exuſcitatũ inteſtinæ ſeditionis icendium comprimit:op
pida eccleſiæ in morte Calixti per Picininũ occupata quũ poſſet armis i cõſilio recuperat
Aſiſium:Nuceriam:Gualdum recipit in ꝑtãtem.arces paucas recipit ex fide præfectoꝝ:cæte
ras oẽs pecunia redemit.Inde Romæ compoſitis rebus ad ſtatuam diem Mantuam profici
ſcitur.Illuſtres multi ac clari Principes aduentarant.Feruebat iam Mantuanus conuentus.
aderant oĩum gentium Legati & de iſerendo Turcis bello iam ratio habebatur.Hic Pius to
tus intentus ad Turcas:illorum internitionem noctu:illorum interdiu cogitabat.& res eſſe
in curſu uidebatur:quum ſubito in Neapolitano manifeſtius tumultuari cœptum eſt rebel
liones aduerſus nouum Regem prouĩciatim fieri Italiam totam ad hoc bellum excitari Ty
burtini:Amerini.Vrbeuetani bello inteſtino conflictantur.Romæ ſiccarii duce Tyburtio
impulſoribus finitimis tyrannis nouas res moliri nunciantur.& Euerſanus comes occupa
to pro fraude Viterbio nonnihil incuſſerat terroris.Piceni orta ex finibus contẽtione ad ar
ma concurrunt:oppida Malateſtaꝝ oppugnaturi.Vmbri & ipſi quoq; finium cauſa quoti-
dianis cædibus cruentant̃.In agro Romano multi ad defectionẽ ſollicitant̃.in Britannia
ſedes Romana contemnit̃:in Germania nõ paret̃.bella in finitimos:bella in extemos exci-
tantur:oĩa ubiq; ꝑmiſcent̃:turbantur.tumultuantur.Illachrymauit hic Pius uicem Chriſtia
nam.nec conſilio uiſum eſt.nec ex uſu fore exiſtimauit pacẽ foris ac uictoriã quærere:ac do
mi bellũ & calamitas timeret̃.Differendã itaq; ratus Aſiæ expeditionem in pacatiora tpa:
oĩ ſtudio aggreſſus eſt res Italiæ Germanorũq; componere.ut totis uiribus unũ in robur
coactis tanto bello ſufficerent noſtri:pareſq; eſſent Turcoꝝ copiis exercitus Chriſtiani. Dĩ
miſſis igitur uſquequaq; legatis:pacem Malateſtaꝝ qui a Picinino Ferdinandi duci ꝑma-
bant̃:quum fruſtra multi tentaſſent ipſe cõfecit.Viterbiũ ui atq; impetu recuperatum.Ro-
mæ coerciti nocturni cœtus:ſiccariorũ tumultus compreſſi:craſſatores oẽs ultimo ſuppli-
cio affecti.Picenorũ compreſſe cædes.Anchonitanoꝝ atq; Eſinoꝝ contẽtio ſublata:recon
ciliati Vmbri:Fulginatũ & Meuatieñ.incurſiões ꝓhibite:in thudertino canale:in urbeueta
no ſala oppidũ expugnata & æquata ſolo:q̃ finitimos Infeſtaret inſolentia Sabellorũ aĩad-
uerſa:oppugnati.ti.ſubactiq; armis:fortuniſq; oĩbus ſunt ſpoliati.q̃ ad hoſtem defeciſſent.
Picininus hoſteſq; alii compulſi oẽs eccleſiæ finibus excedere:agro Romano pax reddita:
bellum a Malateſtis illarũ non repulſum modo.ſed cum inſigni uictoria finitũ.Aucti ꝓuen
tus.repertum alumẽ.fines eccleſiæ longe lateq; extenſi.Terracina non obſcura Volſcorum
Vrbs & maritima q̃ Romani iuris eſſet & in Regni primis finibus ſita recuperata eſt.ut ne-
q; iam externus impetus timeri ex eo loco poſſit.& apertus ſit aditus ad Campos atq; Ap-
pulos ſiqñ uim inferrent adoriendos.Beneuentani in Pontificũ fidem reuocati quum diu
Regi paruiſſent.Sorani.Arpinates.Veſtini.Caſſinates & ipſi quoq; primis finibus ſiti eccle
ſiæ imperio ſubacti in Picenis.Phanẽſes.Metaurenſes.Saxaſetratenſes & quæ finitima ẽ re-
gio a Tyrannis occupata olim:nunc Pii armis reducta in ꝑtãtem.Tyrãni aliquot quum ec-
cleſiæ agrum infeſtarẽt eiecti tyrãnide factioſi in exiliũ acti:maieſtas imperii uſquequaq; re
ſtituta.aucta.confirmata.Ferdinandus contra rebellionem Pricipum adiutus atq; defen-
ſus:bellum eius cauſa ſuſceptum aduerſus Gallos anceps & diuturnũ cum pace Itali:cum ui
ctoria Ferdinandi:cum ſtatu ſedis Romanæ:cum ſua gloria futurorumq; Pontificum:qe-
te & tranquillitate confectum.Sed hæc apud nos geſta ſunt oĩa.Exeamus Italiam.Angliã
Regnum maximum & potẽtiſſimum quũ Legatus temeritate atq; auaritia ad bellũ conci-
taſſet inteſtinum:ſumma aĩaduerſione uindicatum:reſtitutaq; eſt in Britannia pꝛiſtina au-
ctoritas ſummo um Pontificum pauloante a Regibus preſſa & conculcata:in Gallia ſubla-
ta & extincta pragmatica:qua peſte nulla pernitioſior ad labefactandum primæ ſedis Impe
rium & ad Pontificiam libertatem interimendam uenenoſior.Quam tem.Pontifices ſupe
riores quotiẽs euellere tentauerunt:totiens in maximas & turbulentiſſimas bellorum cla-
des inciderunt.Pius aũt ita funditus eradicauit & cũ ea ſimul extirpaſſe omnem belli ſuſpi
tionem & æternã conſeruiſſe inter ſedem Romanã & Gallorũ Reges pacẽ uideatur:ita q̃
malũ tot annorũ atq; ætatũ robere ſẽper increuerat ſub Pio penitus cecidit.defecit.euanu-
it.In Germania quum motus fieri dicerent̃,miſſi ſtatim legati qui ſedarent:paceq; compo-
nerent:in turcis excitarent.Dietherus Maguntinus antiſtes elatus imperio & opibus quum
perſoluere tributa recuſat exauctoratus atq; eiectus:alter ſullectus & confirmatus.Quæ res
armis:pecunia:auctoritate confecta eſt.Quum Germaniæ principes diſtracti in partes bel-
lum hac de cauſa duriſſimum ſuſcepiſſent.& aliqñ uictores eſſent qui Dietherum ꝓtuebant̃:
ſuperati tamen ratione & conſilio fortunæ temeritas uicit tandem Pii rectum cõſtanſq; ꝓ-
poſitum.

poſitum. Nec quicq̃ unq̃ aggreſſus eſt quod non perfecerit. Quid in Pannonia? nõne grauiſſimũ & piculoſiſſimũ bellũ extinxit: quod Federicus accẽderat Pãnonii ſubalebãt Turce finitimi lætabunť finẽ expectabãt ut feſſam & exhauſtã Pãnoniã ipſi occuparent: clauſtraq; perrũperẽt impii xp̃iani. Sed non prius audacia bellũ ĩcœptũ eſt: q̃ Pii iuſſu: opa: auctoritate ſũmotũ. Boemicæ cõtentiones ꝙ ad Turcoꝝ opem & auxilia refugituræ uidebanť: qua prudẽtia: quo conſilio ſublatæ? & tñ nihil Boemis pmiſſum quod ad eoꝝ damnatã hæreſim ferendam ptineret. Qua ſæueritate: qua cẽſura Sigiſmũdus Auſtria & eius Regnũ direptioni datũ eſt ꝙ nefarias manus in Chriſtũ deũ conieciſſet: qbus auxiliis: quantis præſidiis hoĩum pecuniaꝝ: frumẽti: armoꝝ Pãnonii Græciq; defenſi. Nihil unq̃ neglectũ eſt: nihil nõ ſũma cũ diligẽtia curatũ: quod ad defenſionẽ ptineret nois xp̃iani & libertatẽ Pontificiã conſeruadã. Expeditiões aduerſus Turcos: quarũ ſemp fuit ſtudioſiſſimus totius xp̃iani orbis uiribus ĩſtitutas atq; ĩcœptas ne in morte quidẽ potuit obliuiſci mari terraq; facti apparatus: ædificata claſſis uariis in locis: theſauri ad eam rẽ maximi cõparati: Veneti in ſocietatem eius belli adiuncti: Chriſtiani oẽs ſollicitati: inuita in ipſa expeditione finita. Videre qui cumuli: q̃ inuolucra: q̃ti aggeres ampliſſimaꝝ reꝝ remitto: tot ædificia magnificæ conſtructa Romæ Senæ: Tyburæ. Piẽtiæ. Mitto quottidianas occupatiões difficillimas: contẽtiões orbis acerrimas: decreta ĩterponẽda: cõſultatiões uarias: moleſtias ĩpeditiſſimas: labores pro ĩperio grauiſſimos: qbus ita nunq̃ defuit ut oĩa cõplere & tanq̃ Cẽrimanus ille quẽ tradũt Poetæ oẽm in partẽ quatere: inuoluere. ſarcire. & uno tpe centũ diuerſis locis pclara facinora moliri uiſus ſit. Dicã Hetruſcoꝝ oĩum pacẽ & uenia: natio ueſtra oĩs comis: mitis: benigna: manſueta ſemp eſt habita. Sed qui magis policia domeſtica ac lauticiis & ciuili urbanitate honeſtiſq; negociatiõibus & liberalibus ſtudiis clari q̃ bellis aſſueti dicebamini. Hanc Pius ſi qua eſt abſterſit notam: qui ſeruata ſemper manſuetudine illa quam ex hoc cœlo hauſerat magnitudine animi in aggrediendas rebus conſtantia ꝓpoſiti: in perficiendis ardore quodam inaudito ſiue propagandi imperii: ſiue defendendi non modo pontifices ſuperiores ſuperauit oẽs. ſed ipſos ẽt quicunq; bellorum duces adæquauit: quum tamẽ nunq̃ neceſſaria bella honeſtaq; ſuſceperit atq; omnia ut in rebus Chriſtianis compoſitis ĩuaderet Turcos. quod initio Pontificatus & ipſo uitæ exitu declarauit. Quippe quod primo tentauerat nouiſſime eſt aggreſſus. Italia pacata etiam eccleſiaſtici milites ante hoc tẽpus imbelles habiti ſæpe multi paucis contemptui fuerent Perticarii interdum agaſones: non aſtati milites uocarentur: nunc qua ſint opinione poſt Pium uideris. Hoc Pii imperiũ. Hic pontificatus fuit: quẽ nos nequaq̃ per campos extẽdimus oratione ſicut fieri ſolet non ornauimus. non amplificauimus. ſed breuitate quanta fieri potuit maxima tanq̃ in anguſtis preſſimus: ſtrinximus: conculcauimus. Itaq; ꝙ pulcherrimam hanc pacem totius Italiæ concordiam: Germaniæ pacationem: gentium otium & quietẽ nationum oĩum: gloriã ſedis Romanæ hoc tpe florere: ꝙ Turcoꝝ impetũ repreſſum: ꝙ Pãnonios in armis. Illyricos in expeditionibus. Venetos in claſſibus eſſe uideamus. Hæc oĩa Pii cura: Pii opus eſt. Pius Ferdinando uictoriam: Pontifici dignitatẽ: Germanis gratiam: Pannoniis ꝑſidiũ. Religiõi opem defenſionẽq; reliquit. Hæc illi extra parietes & tecta contingerũt: quid domi? quis ẽ qui explicare queat? Vrbis inauditam illã & incredibilem manſuetudinem: in domeſticos comitatẽ: & porrectionem frontis in bonos: acrimoniã & ſupcilium in malos: quis in negotiis uigilias: in audiendis cauſis uel faſtidioſiſſimis patientiam: ut deũ illum qui adirent & perſpicerẽt: non mortalem hoĩem iudicarent. Quanto ſtrepitu fota: q̃to concurſu ſubſellia: qua celebritate curia: qua Vrbs gentium externarum legationũq; frequentia perſonabant. Currebant celeritate negotia: non trahebanť nihil pendebat. nihil erat otioſum. Cauſæ intra cubiculũ & penetralia: cauſæ pro foribus abſoluebanť. etiã quũ lectica ueherеť utranq; ad aurẽ: dextra læuaq;: qui obſtrepebant audiebat: rñdebat. pagebat. attendebat oẽs. repellebat neminem: nullũ apud eum inopiæ diuitiarũq; diſcrimen: mõ uirtute & ꝓbitate non eſſent ſuperati qui minus haberent. Balneis utebatur ſingulo quoq; ueræ & autumno: cauſas intereundũ per ſeipm interlauandum & confricandum per aulicos audiebat: qb' ex officio datũ erat. ut de alioꝝ poſtulatis referrent utreq; prius an eſſent recipiendi diſceptarẽt. Hi erant præcipuæ integritatis uiri: qui neq; fallere quenq̃: neq; falli a quoq̃ conſueuiſſent. Nam ex hac quoq; uſus eſt diligentia: ut qua qſq; in re eſſet ꝑfectus clarus: illi eum præponeret: officium ars ſua cuiq; erat in quæſtura & fiſco integerrimus. In magiſtratibus aliis iureconſultiſſimis uiris utebať: in domeſtico apparatu compoſitos & nitidos: in cærimoniis graues & ſanctos adhibebat: in legatis Regũ externarũq; gentium excipiendis ſplendidos ac magnificos. in architectura ſummos architectos. nec unq̃ uiſus eſt cum mediocre orato-

re conflictari ſcriptis.aut cum obſcuro philoſopo contendere:ſemper ſumma:ſemper ma-
xima & ſuprema cupiebat. Quanta præterea optimum quęq; gratia: quantis præclara &
erudita ingenia præmiis:ſi a ſanctitate morum non abhorrent:proſecutus eſt. Nemo elo-
quens in orbe terratum aut paulo eruditior:quem non accierit gratia:erexerit donis:orna
uerit dignitatibus:fortunis:titulis:gradibus ampiificauerit:niſi quorum uitia & ſordes ani
mi ingenii uirtutes obruiſſent:ut qui primum modeſtiam & probitatem in his quos eſſet
ornaturus:deinde artes & ſcientiam rerum deſideraret:pluriſq; faceret integritate præſtan
tes uiros ꝗ doctrina:quarꝫ illam in oībus ſemp utilē:ſemp laudis & gloriæ plenam & deo
hoibuſq; acceptam eſſe dicebat:hanc in nonnullis pernicioſam & infamē.Itaq; nullū tur-
pem & uitiis contamiatū uirū:quātacūq; uis doctrina præditū extulit ad dignitatem:hone
ſtū & probatū contempſit nullū:omnes complexus eſt.nec ullo pacto adduci potuit ut aut
bonos non foueret:aut malos non ꝑſequeretᷓ quocūq; in ſtatu & fortuna conſtitutos:ut in
ſita quadam ui naturæ cum uirtute & probitate pacem & beniuolentiam conciliaſſe:cum
uitiis & nequitia bellum atq; inimicitias ſuſcepiſſe uideretur.tantum illic apertus & libera-
lis:quantum hic aſper & tetricus. Tranſeo cultum obſeruantiamq; Religionis:ut templa re
ſtituerit:fecerit,ædes:ſacella complura fundauerit:quæ paſſim extant & celebrantur. ut ſo-
lennia ſacrorum:cærimonias rerum diuinarum:preces horarias nunquam ne prope mor-
tem quidem obmiſerit:etiam,inhibentibus medicis./Vitam in Pontificatu miro diſtinxit
modo:atq; ita.ut ſi grauiſſimis de cauſis nunquā interuerterit. Sub ortu primo auroræ ab-
ſoluebat nocturnas præces miſſamq; audiebat:re diuina nunꝗ intermiſſa.Poſt rem diuinā
aut conſiſtoria.aut ſubſignationes excipiebant.nam hæc alternis ſtatutiſq; diebus fieri cen
ſuerunt.In quibus ea fuit diuini Principis diligentia.ut conſiſtorium perpetuo Pontificatu
nec unum prætererierit.Subſignationes etiam extraordinarios ſine omni interpellatione fe-
cerit:mox cauſas priuatorum intelligebat.inde prandium ſequebatur ſimplex de priuato ſi
mile:'pranſus cum his qui aderant propoſita cauſa diſceptabat:ad preces inde horarias diur
nas reuertebatur:mox paulum quieſcebat:ut nunquam plus ꝗ horam edormiret.Hoc & ua
litudini dabatur & ingenio.Nam prope digeſto iam & compoſito ſtomacho tanꝗ in diem
alterum exurgebat:integer ſtudiis.Tunc uero tribus continuis horis aut ſcribebat aliquid:
aut dictabat.aut excerpebat.Atq; ita multo iam peracto die ueſpertinæ cauſæ audiebantur.
horis tribus æſtate:hyeme duabus.niſi quid grauius accidiſſet.Nam grauioribus rebus etiā
noctes adhibebat.Euigelabat inde ad noctem multo ſuffulto & compacto tabulato:ibiq;
ſcribebat dictabatue:quum chyragra laboraret & meridiana ſcripta nocturnis lucubrati ōi-
bus attexebantur.tandem cœnabat:ꝗ parciſſime.& quod reliquum erat rei diuinæ abſolue
bat.Hæc illi ſeries uitæ:hæc horarꝫ diſtinctio & diſpenſatio uigiliarꝫ fuit:nullius rei maio-
re ꝗ temporis uſus eſt parſimonia.Hinc illa tanta rerū geſtarum uarietas magnitudoq; ſcri-
ptorum:ocia:ſomniq; aliorum huic uigiliæ & negocia fuere.Iter facturus prima uigilia ſur
gebat:primus nocturnis profectionibus ēt in Pontificatu perinde ac diurnis uſus dicere ſo-
lebat bene oculatis uiris æque Lunā & Solē lucere ad iter faciendū:tenebras excuſationem
inertium & deſidiæ eſſe.ſi qn̄ diem dixiſſet:qua die aut quem in locum eēt profecturus:te
nebat propoſitum:nulla tempeſtate cœliue pluuia:nō uento:non æſtu mouebatur:nullius
diſſuaſu aut precibus auertebatur.Quum profectiōem ſtatuiſſet in Turcos:correptus febre
grauiſſima:qui poſtea Anchonæ eſt mortuus:medicis interminatus eſt ne cui indicarēt de
febre.ſed occultarent potius ualereq; eum bene prædicarent.Itaq; iniecit,ſe itineri aduerſā
tibus medicis:dehortantibus amicis:duobus nepotibus cum lachrymis ad genua ſerpenti-
bus.Ludomia ſorore ad pedes obuoluta & ſalutem deprecata:'Stabat mens:erigebatur di-
uinus animus & illorum oīum lachrymas incitamentum eſſe dicebat profectionis ſuæ non
dehortamentum.quo plus eſſet periculi in uita:minus ſpei de ſalute & uiuendi tempus in
certius & breuius:hoc magis ſibi eſſe accelerandum ut immortali principi deo daret quod
paulo poſt naturæ eſſet daturus. Et pro Religione cum laude moreretur qui in Religione
cum gloria uixiſſet. Diſcedit Roma Idibus iuliis:ardebat interea febris.Medici tarditatem
ſubſiſtendi:illie eundi celeritatem expectabit. Vix impetratū eſt ut aliqnādiu aduerſo tyberi
nauigaret:q; minus agitari & quati membra exiſtimabant ſi naui ꝗ ſi ſella ueheretur. Ille la
borem quieti præponebat:uictus a ſuis quatriduo negauit.Inde terreſtri itinere quum me-
dici cauſas moraſq; innectarent:Anchonam ferri ſe iubet: ut ibi Venetorum duce claſſeq;
expectata in Illyrios traiiceret. Sed aduerſantibus fatis.Dux paulo ante ꝗ Pius excederet ui-
ta appulit Anchonā.ut neq; ille Piū adire.neq; Pius illum excipere potuerit. Qum mors
inſtaret ad primum littus ſe efferri iuſſerat:ut claſſem uideret:idq; bis:quum iam appropin-
quaret.

quaret. Qua uiſa manu ad genu reiecta ſuſpirare uiſus eſt: & in ipſo prociuctu rerum defice-
re ſe extinguiq; cognoſceret: nec alterius rei meminiſſe aut uerbum feciſſe cõſtat: niſi q hor
tatus eſt qui aderant ne ſe mortuo deſeri cœptam expeditionem paterentur: atq; hoc exitu
ſpiritum illum hauſit diuinum & immortalem: natum ad propugnaculum temporum no-
ſtrorum: ad ornamentum & decus ætatis huius: ad ſplendorem & gloriam Pontificum: ad
bonorum omnium & Chriſtianæ Religionis defenſionem ut hoc ſexennio quo tenuit im
perium aucta ſit eccleſia: pacata Italia: confirmata Regna: recõciliatæ nationes: repreſſi Tur-
cæ: parata contra hoſtes Chriſtianos præſidia ſempiterna. IAM quæ eius uita: qualis Pi-
us fuit in Imperio monſtrauimus: nunc uideamus quæ reliquerit ingenii monumenta: quo
pacto conſuluerit poſteritati: qui uitam tam præclaris ornamentis uirtutum illuſtrauerit.
Nam qui ſic uiuit ut de futura exiſtimatione & nominis fama non cogitet: huic nihil eſt
quod afferre poſſit uita diuturnior: nec unquã ſero occidit qui ſine poſteritatis ſpe occidit.
Vita autem digniſſimus is demum eſt qui ſemper parat aliquid quod cognituri ſint poſte-
ri habituriq; memoriam beneficii ſempiternam. In tantis Pius occupationibus & mole Im
perii ac tam incredibili multitudine rerum domi foriſq; geſtarum ſemper aliquid ſuffuratu-
rus eſt ocii. Principio ut inde ordiamur: profectus in Germaniã libellum integrum cõſcri-
pſit de arte Grammatica ad Ladiſlaum Regem Pannoniæ adoleſcentem ſummæ ſpei: col-
lectu eruditione & expedita: atq; ut uno complectar uerbo: Regia inſtitutione digna. Mox
tractus ætate: lepida quædam confinxit. & quæ Græci Apothẽmata dicũt nos breuiter & cõ-
mode dicta poſſumus appellare. Ad Alfonſum Regem ſcripſit de bono pacis: ad Philippũ
Burgundum uerſu ad rem accõmodato poemata edidit uaria rotunda omnia: uiua: teria:
elegantia. ita ut in oratione præclarum Poetam exhiberet: in Poeta ſummum oratorem.
Mox aggreſſus res maximas & flexu ætatis admonitus totum ſe permiſit Oratoriæ. Occa-
ſiones orandi nactus ampliſſimas: ſcripſit Dyalogos ad Colonienſes de Concilio Baſilien-
ſi: & diſputationes acerrimas ſummorum hominum contexuit: partim qui labefactarent:
partim qui merentur conſilii poteſtatem. Dyalogos etiam de hæreſi Vſitarum / Dyalogos
de ſtudio uenandi. Dyalogos de præſentia dei & de prædeſtinatione mortalium / Dyalo-
gos de rebus Boemicis ad Calixtum / Dyalogos de eccleſiaſtica ditione. Scripſit de miſeria
curialium librum unum: de tranſlatione Diui Andreæ librum unum / de contentione diui-
ni ſanguinis unum. Epiſtolarum uero uolumina uaria: ita diſtincta materia eſt. Prophanæ
quas edidit nondum initiatus ſacris periocundæ omnes: plenæq; familiaritatis. Epiſcopa-
les aliquanto grauiores: ſic enim quas Epiſcopus ſcripſit appellat. Cardinales refertæ con-
ſultationibus magnarum rerum. Pontificales Imperium & maieſtatem præſeferunt. Plæ-
ræq; de pace & concordia Principum: nonnullæ de rebus ad Religionem pertinentibus
monent: ſuadent: hortantur ad bene honeſteq; uiuendum. Harum quædam inſtar conti-
nent integri uoluminis: nec quicq̃ habent præter ſolum nomen q epiſtolas non excedat:
qualis eſt ea quam ad Turcum ſcripſit de ueritate Chriſtiana. ubi nouo armatus dicendi ge
nere omnes Maumethæ legis præceptiones uariis exemplis: certiſſimis rationibus: apertiſ-
ſimis teſtimoniis confutauit: noſtramq; defenditionem Theologiam hyſtoriamq; com-
plexus & noſtrorum & gentium. Qualis etiam quæ & clariſſimum Ducem Franciſcum
Sfortiam de expeditione in Turcos ſuſcipienda: ubi beneficia in eum ſummi Principis dei:
ualitudinis: Imperii. filiorum. complexus uirtutes animi: robur corporis: fortunam rerum
gerendarum ſic accumulauit: ut eum Principem non modo ætatis noſtræ uiris antepoſue-
rit. ſed cuiuis uel priſcorum Cæſarum comparauerit: quæ tamen eo deduxit omnia. ut quã
to maiora eſſent illi a deo collata beneficia: tanto ardentius ad Aſiaticum bellum accinge-
retur. Nec Hyſtoriam contempſit. Scripſit Boemicam: ſcripſit Germanicam: ſcripſit Auſtra
lem. Commentarios etiam rerum a ſe & ætate ſua geſtarum conſcripſit: quorum mirum
eſt cador & per omnia diffuſus membra: nec ulla noſtra aut patrum noſtrorum memoria
ſcripta eſt hyſtoria locupletior. Contiones uſquequaq; illuſtres: diſtinctæ: apertæ: nunquã
confunduntur: omnia tentat: omnia perueſtigat: ſemper acer: ſemper pugnax quum con-
tendit. ut conſeri bellum non hyſtoria ſcribi uideatur: alia illuſtre: preſſa iocunda: magni-
fica glorioſe: omnia ſplendidæ politeq; ſcribuntur. / Orationes uero nemo unquam mor-
talium neq; tot: neq; tam uariis in locis: ne tantis de rebus habuit. Vincimus profecto hac
in parte uetuſtatem: numero enim cauſarum: uarietate locorum: magnitudine rerum de q-
bus fuit dicendum ueteres Pius ſine omni contentione ſuperauit. Extant eius Orationes
proh Deum immortalem quibus hauſtæ fontibus: per quos deductæ campos. ut nõ copia
illa quidem. ſed inundatio quædam effuſiſſima eſſe uideretur rerum incredibilium. Prima

eius oratio in maximo conuentu habita Principum Chriſtianorum Papiam Vrbem ſitu loci:magnificentia ædium priuatarum:ſalubritate cœli:cōmoditate comportationum: liberalitate Principis:comitate gentis:lautitia Vrbis copia rerum.fluminum:montium.lacuū feracitate ſic cōmendauit.ut ſibi famam nominis ampliſſimā. Vbi gloriam ſempiternū cōparauerit. Videte quæ auſpicia dicendi:aut quo primū in foro præludia fuerint eloquētiæ: imperio nata orano:imperio uerſata:ſemper de Imperio:de Regno:de maieſtate dimicauit. Hortatus Mediolanenſes ad fidem ſeruandam per omnia honeſtatis membra euagatus:libertatem cum legibus:leges cum æquitate imperatoria:æquitatem cum moderatiōe libertateq; coniunxit. Nec remiſſius ægit Viennæ quum Romani Pontificis auctoritatem tueretur:Germania tota cotitemni cœptam & conculcari. Tum Ratiſponæ & Philippum Burgundum & Germanos alios ad bellum contra Turcos accendit:opēq; totius Chriſtiani orbis nomine aduerſus efferatam illorum rabiem implorauit:nec unq̄ alias uiſus eſt Philippus ad eam expeditionem factus eſt ardentior. Etiam cōuentu Boemorum peregit oratione graui.& quæ auditori Calixto conueniret:apud quem non multo poſt quū calamitatem Chriſtianam ſtragēq; deploraret & exhibuit ipſe ſuas lachrymas & excuſſit alienas. Pannoniis & Viennæ primū.& in Auſtria ſecundo Federici nomine reſpondit.ut nunquā ornatius quēq̄ & appoſite magis oraſſe faterentur:qui hunc dicentē audierunt. Germanos uero quo impulſu permouit aduerſus impetum Turcorum:aut quem oratio illa diuina nō permouiſſe:qua cædes noſtrorum:qua hoſtium barbaries intera orandum ſpectari & cerni uidebatur:quum raptas uirgines:ſecenſa tecta:liberos in libidinem:parentes in ſeruitutem adductos:iugulatos ſenes.infantes parieti alliſos: ſtatuas ſimulachraq; templorum in cœnum:in mare demerſa:in flammas deiecta cōmemorare. Rurſus Calixtum eodem fulmine atq; impetu perſtrinxit.qua die Federici iuramentum exhibuit.& Aſiatici belli neceſſitatē poſuit in medium. Sic Alfonſum Neapoli ad tranſmarinam expeditionem uehementiſſime hortatus:laudes clariſſimi Regis & præteritæ uitæ decus atq; ornamenta omnia in hoc uno bello repoſita eſſe demonſtrauit. Nec ulla unq̄ in re uiſus eſt occupatior q̄ uires Chriſtianas aduerſus Turcorum perfidiam armaret: ſiue illa uis ingenii & pietas inaudita hoc ſtudium tantum pareret:ſiue compertum illi eſſet diuinitus deberi ſibi tantæ rei curam:pertinereq; ad ſe Chriſtiani orbis defenſionem:eſſeq; aliquando ſe huic tanto Imperio perfuturum. Sed hæc ante Pontificatum acta ſunt omnia.ubi etſi par gratia: non tamen eadem auctoritas affuit. Nam & eloquentiam.ut cætera nonnihil auget fortuna:ornat dignitas: illuſtrat Imperium. Quid Pontifex Maximus creatus? Tum uero immortale illud & infatigabile ingeniū ſeſe quanti eſſet aperuit nunquā antea totum:hic latiſſime effuſum ē. Audiuimus eum Mantuæ hortantem ad arma pro Religione capienda:quod auditum fulmē tonare altius q̄ Pii oratio auribus hominum inſonare uiſa eſt? Quis tam conſtanti fuit pectore:tam ſiccis oculis qui non ſe totum dederit in lachrymas pro miſericordia: in iram ꝓ uindicta:in ſpem pro præmiis? Quum ille animos omnium tanquam manu arreptos omnem in partem ageret accenſos in odium barbariæ crudelitatis:doloremq; uaſtitatis Chriſtianæ:an non rapi omnes & circumagi oratione uidebamur? & uno momento temporis e metu in ſpem & ſpe in metum trahi:ut tum demum homines noſtri temporis quanta uis eſſet dicendi ſenſiſſe faterentur. Et quum totiens eodem in loco hiſdem de rebus diceret: quotiens fuit de ſtatu rerum:de uoluntate Principum: de reſponſis Regum: de mandatis legationum differendum:ſemper uiſus eſt dicere diuerſa & ſeipſum copia:ui: ornatu ſuperare. Aegit eodem in loco de iure Regni Neapolitani contra Renatum:ubi decreta maiorum conuenta Pōtificum:tributa Regum ſuperiorum:obiecta Gallorum & calumnias Renati artificio incredibili collegit:collecta diſſoluit:diſſoluta refellit & confutauit. Romæ Legatis Ludouici Regis quum reſponderet:quæ unquam eſt audita tanta:aut de quo unquam Rege illo in loco dictum illuſtrius? Quum uetuſtatem Regum Galliæ:magnitudinem rerum foris domiq; geſtarum expeditiones tranſmarinas Religionis cauſa ſuſceptas bella uaria olim geſta in Italia pro dignitate ſummorum Pontificum conſeruanda: quum antiquitatem familiæ:nobilitatem gentis:Reges omnes Regumq; nomina Ludouici ipſius genus:mores:Imperium recenſeret. ut conſtet Legatos ea tunc accæpiſſe de Gallorum Regibus.& eorum gloria quæ Galli ipſi nunquam audiuerunt. Reſpondit hoc modo ad Subaudienſes:ad Tarraconenſes:ad Luſitanos:ad omniumq; gentium legatos.ut omnia de omnibus habere comparata initia incrementa uarietates regnorum uideretur ſupra q̄ capere mortalis hominis poſſit memoria. Qua præterea gratia:quo pondere katherinæ ſenenſis merita complexus eſt:quum eam inter Diuas referendam eſſe declarauit? Vita omni in medium

medium adducta:probata:confirmata:quo in loco cultum ſacrorum : cærimonias rerum diuinarũ:obſeruantiá religionis:ritus pontificios:mores maiorum:decreta:ſedis Romanæ ita euoluit.ut omnia diuinitus adducta atq; explicata eſſe uiderentur. Infinitũ eẽt perſequi omnia oratione. Illud aperte conſtat:poſt multas ætates oẽs quicũq; fuerunt rerũ ſcriptores a Pio uno magnitudine:uarietate:copia eẽ ſuperatos. Nullus eſt locus in orbe terrarum paulo celebratior:in quo non declinauerit. nullũ Regnum aut Imperium Chriſtianum:de quo non dixerit. nulla Ciuitas liberalis:nulla natio quæ illum non audierit : nulla tam remota & incognita & inacceſſibilis Regio ad quam Pii uel notitia uel fama non peruenerit Semper de ſtatu Regum:de concordia principum: de Imperio Chriſtiano & tranquillitate. de pace. de quiete orbis terrarum diſſeruit. ut omnis eius. oratio atq; uita ad publicã utilitatem omnium. & cõmodum ſingulorum:ad defenſionem & propugnationem Religionis ſemper fuerit armata:ſemper in archa campiſq; rerum altiſſimarũ. cum ſingulare laude immortaliq; gloria uerſata. Vnum erat reliquum genus:id erat ut Coſmogrophen nõ negligeret in hoc quoq; exercitatus eſt:nec quiſquã ætate noſtra hac in re:ut in cæteris:illi potuit comparari. Orbis totius ſitum aggreſſus Aſiam minorem:totam abſoluit. Germaniã quanta eſt diſtinxit interuallis:loca omnia locorũq; res geſtas memoratu dignas contexẽs ut eam q legat plenam habeat morum hominum oppidorũq; notitiam. Erat inter manus quũ deceſſit Aſia maior. Acerba mors nobis quæ tantos fructus abſtulit illi nũquã nõ natura q ſemper uicturus eſt mortuus in hoc quoq; genere diſtinctus & clarus ubiq; ſummus ac ſui ſimilis. Quis eſt igitur:quis eſt obſecro quem tantis negociis quicquã ſtudii:aut in tãto ſtudio quicquã negocii præſtare cenſeamus potuiſſe:cuius plures uitæ actiones q̃ huius ſcripta:aut cuius æque tanta ſcripta quantæ huius actiones commemorentur? Quis aut in priuata uita difficiliora:aut Imperio maiora:aut in Pontificatu glorioſiora geſſit:aut in oĩ genere doctrinæ plura nobis elimatoria reliquit. Itaq; uirtutes ampliſſimum quenq; uel ſingulæ effeciſſent. Hæ uniuerſæ cumulus exaggeratiſſimus hunc unum exornarunt : ut in ullo quiſquã genere laudis uel mediocriter claruit in qua hic non fuerit longe eminentiſſimus. Habetis iam Pium totum:non quidem quantus fuit ille. Quippe qualem nulla ætas nec tulit nec feret. ſed quantum imbecillis ingenii tenuitas eum nobis potuit oſtendere. Nam eius diuinitas laudes æquare oratione uel ſolus Pius potuiſſet:uel nullus mortalium potuiſſet. Si quæritis priuatum hominem nemo tantum abſoluit negociorum in omni uita:quantum Pius in priuata. Si poſtularis Imperium:id quod nemini mortalium contigit & illud Cæſareum magna cum laude adminiſtrauit. & hoc Põtificium ſumma cum gloria geſſit:ut ſolus poſt hominum memoriam æqualem ſe tantæ ſedi præſtitiſſe. illiuſq; impleſſe maieſtatem uideatur. Si dotes requiritis ingenii:ea quæ nemo adhuc mortalium eſt aſſecutus & ſunt diuerſiſſima. Scripſit artes liberales:ſcripſit Poemata:ſcripſit Coſmographia : ſcripſit Dyalogos:epiſtolas:orationes. hiſtorias. Scripſit nulla in re mancus:ubiq; plenus & totus:omni uitæ:omni officio ſatiſfecit. glorioſus rebus geſtis. glorioſus religione. glorioſus pace. glorioſus bello. in uita. in morte. in poſteritate glorioſus: atq; adeo glorioſus. ut gloriæ ſuæ ſplendore cum Italiam omnem:quæ illum pertulit. tum imprimis Vrbem iſtã in qua natus eſt clariſſime illuminauerit:& habitura ſit ætas noſtra: quod de ſe gloria ſempiterna loquantur poſteri.

IOANNIS ANTONII: CAMPANI: PFRVSIAE IN FVNERE MAGNIFICI NELLII DE BALIONIBVS ORATIO

I, uetera illa maiorũ inſtituta ad hunc uſq; diẽ permanere uiri Peruſini & morẽ ſuum priſcũ integre ſeruare potuiſſent. ut funera clarorũ hoĩum a ſũmis uiris ornatiſſimiſq; Oratoribus celebrata auctoritate & copia dicendi exornarent: nequaq̃ ad me cõmendatio uiri optimi atq; illuſtriſſimi perueniſſet. Nã & multi ex tanto cœtu frequentiaq; doctiſſimoꝝ hoĩum extitiſſent: qui hãc ſibi tã præclarã dicẽdi occaſionẽ uendicaturi: oẽs ad id munus impetrandũ uires conatuſq; adhibuiſſent. Et ego nũc ſqualidus: ac ſordidatus inter acerbiſſimos luctus filiorũ: nepotũ. amicoꝝ me cõtinerem. & officio functus meo: cõfectus mœrore: lugubris: deiectuſq; iacerem: lachrymarẽ: gemerẽ: lamentarer. & quod cæteri faciunt meme dolentiſſime & acerbiſſime afflictarẽ. Sed quũ uideã ueterẽ illũ honeſtandi funeris morẽ: ſiue uetuſtate annoꝝ. ſiue opinionũ uarietate & cõſuetudine eẽ ſublatũ: comprimendũ paulisper ſtatui dolorẽ meũ grauiſſimũ atq; acerrimũ: nec ulla auctoritatis: aut ingenii ratione habita: quod ſummi hoĩes diuiniq; oratores ueteri inſtituto facere ſolebant optimi & clariſſimi uiri funebrẽ cõmendationem ſuſcepi: partim ne tam ueræ: tam nouæ: tamq; accularæ laudes taceri oratorũ inopia uiderentur: partim ut qui ſummis ab eo atq; immortalibus fueram affectus beneficiis: quoniã uiuenti gratias alio pacto referre non poterã: morienti non ſine graui acerboq; dolore: hac quãtulacũq; ingenii mei facultate pſoluerẽ. Qui etſi uereor ne plus illi obſcuritatis afferam reticendo per multa: q̃ ſplendoris pauca atq; exiliter dicendo: audebo tñ apud uos qui eũ optime cognitũ perſpectũq; habebatis: nõ laudes quidẽ ſuas: id enim immenſũ eẽt & prope infinitũ. ſed indicia quædam & quaſi capita laudum ſuarum aperire: & ad hoc funebre & luctuoſum dicendi genus quanta maxima fieri poterit breuitate referre. Neq; in eam uos adducam opinionem: ut non ueras a me laudes exquiri. ſed cõmentitias potius & fictas afferri cenſeatis. Laudamus enim plærũq; bonos & probatos uiros: nõnunq̃ ẽt malos & deteſtabiles cõmendamus. Sed bonos: neſcio quo pacto: liberiore laudare fronte: multoq; iocundius illorum facta celebrare conſueuimus. Quod, quãq̃ ita ſe habet. & hoc mihi uideo multo debere eſſe gratiſſimum q̃ uirum nobiliſſimum atq; clariſſimũ. Nellum Balionium non apud ignotos aut alienos. ſed apud uos amicos: propinquos: affines qui eũ multo melius q̃ ego ipſe: multoq; antiquius cognouiſtis cõmendabo. Itaq; ſi quid afferam uanum. fictum. ſimulatum. falſum. cõmentitium ex hoc me digniſſimo loco deiiciendũ præcipitandũq; cum hac mea hodierna oratione putetis. Vos ego iudices: uos teſtes adhibeo. Hoc tãtum a uobis impetrari uelim. ne egregias & ſingulares eius uiri laudes. & amplas diuinaſq; uirtutes orationis meæ terminis plene contineri poſſe exiſtimetis. Immenſæ ſũt. n. & prope infinitæ. ut nulla tanta flumina dicendi: nullum tam uberrimum orationis genus adhiberi poſſit: quod quidem ſit cum eius incredibilibus & pœne diuinis laudibus comparandum. nullum tam perfectum elimatũq; ingenium: tamq; omnium magnarum ſcientiarum atq; artium diſciplina & cognitione refertum: quod non exile atq; incultum futurum ſit: ſi cum huius illuſtriſſimi uiri dignitate atq; amplitudine conferatur. Nam quia nos primum aggrediemur? Quid potiſſimum in eo uiro præclare magnificeq; proferemus? Nũ laudabimus nobilitatem? Erat ut ſcitis omnes: genere: moribus natura nobiliſſimus. Nũ modeſtiam extollemus? Erat omnium quos unq̃ ipſe uiderim modeſtiſſimus. Num prudẽtiam: equitatum. manſuetudinem cõmendemus? Et prudentiſſimus & iuſtiſſimus & manſuetiſſimus habebatur. Attendite quæſo uiri Peruſini. & ueſtras mihi: ſi placet: aures paulisp accõmodate. Nihil uobis debet eſſe iocundius q̃ Ciuis ueſtri laudes uirtuteſq; ſentire: atq; Ciuis qui iuſtitia. probitate. manſuetudine parem nunq̃ in hac ueſtra ciuitate habuit nemi nem: qui ſalutem huius Vrbis: qui concordiam ciuitatis: qui ſtatus ueſtri tranquillitatẽ diligentiſſime ſemper ſtudioſiſſimeq; curauit. Non ego illum ſummum fuiſſe Regem: nõ Imperatorem præclarum aut deum aliquem in terris dicam. Sed ciuem fuiſſe omniũ qui ætate noſtra fuerint optimum ſanctiſſimũq; contendam. Ciuem inquam: imo uere Ciuitatis ueſtræ principem cæteris omnibus cum hiſipſis uirtutibus: quas pauloante dixi: tum etiam gloria ſingulari & præcipua uitæ integritatem præſtantem. Quãquã in tanta copia diuinarum laudum difficilius mihi erit modum tenere orationis: q̃ qui orandum dicendumq; ſit excogitare atq; perquirere. Vndiq; ſeſe admirabiles illius uirtutes proferunt: & hoc meum

dicendi

dicendi initium ipſa multitudine demoratur & copia ut quo me uertam. aut quid potiſſimum aggrediar in tanta multitudine magnitudine: uarietate ampliſſimarum laudum plane non habeam. Sed incipiam aliquando: nec tenebo uos ſuſpenſos diutius. Primum huius ornatiſſimi uiri aperiemus dignitatem. Mox grauem atq; acerbum caſum ueſtræ Reip. deplorabimus. Poſtremo dolorem noſtrum maximum atq; acerbiſſimum aliquantulum: ſi fieri poterit: leniemus. Nam tollere illum funditus tanto amiſſo Ciuitatis ornamento: ac radicitus ſtatim extirpare: hac mea quidem ſententia: medicamenta non poſſunt. Sed ut a nobilitate initium dicendi faciamus: ſummo ampliſſimoq; loco & nobiliſſimis clariſſimiſq; ortus parentibus: quam ipſe maiorem ſibi peperit uirtute ſua. maximum quoq; a moribus nobilitatis ſplendorem accepit. Quod etſi uos etiam tacente me: ignorare non arbitror: paucis tamen id aperiendum. & memoriam ueſtram breuiter quaſi excitandum admonendamq; conſtitui. Multæ ſane claræ atq; illuſtres familiæ in Hetruria. aliquæ etiã in Vmbria. multæq; in Picentibus cõmemorãtur. nonnulla & in hac ueſtra Ciuitate domeſticæ nobilitatis inſignia & habẽtur & extant. ſed pace ueſtra loquar: nulla in Hetruria. nulla in Vmbria. nulla in Picentibus. nulla deniq; tanta hac in ueſtra ciuitate nobilitas: quæ non æquo ſit animo a Balionia domo non æquari ſolum. ſed etiam ſuperari: longeq; anteiri patiatur. Loquor enim libere & uos Optimates omnes nobiliſſimos eſſe non nego. Sed ſinite quæſo mihi morem gerere & in hoc commendatorio campo ſolutis habenis: libera atq; oratoria lege uerſari. ubi ſi quid paulo accuratius laudari uolumus: omnem in id dicendi uim ſtudium: copiam: ingenium conferentes quendam quaſi torrentem orationis effundimus cætera in comparationem adducẽtes. aut extenuamus: deprimimus: obſcuramus: aut æquabilibus examinata pari lance: trutinaq; circunferimus. Balionii etiam ſi nudum atq; exile dicendi genus afferre uellem: cæteris huius nationis familiis. nobilitate potentia. gratia. uetuſtate antecellunt. multiſq; ſæculis antecelluerunt. Quorum nomen per finitimas urbes: oppida: ciuitates. omnium deniq; uicinarum gentium loca celeberrimum atq; clariſſimũ: ut nihil apud eos nobilius reputari: nihil magnificentius atq; illuſtrius haberi uideaſ. Quæ opinio nobilitatis non modo ueſtram hanc peruaſit oram: ſed uniuerſam pœne Italiam occupauit. Quid dicam hanc nobiliſſimam uetuſtiſſimamq; Ciuitatem: in qua Balionii multis iam ſæculis Principem ſemper dignitatis locum obtinuerunt: ſummo nobilium omnium Optimatumq; conſenſu. Itaq; ſi quando alterius factiõis uiri Plæbem ſecuti ſummam ſibi rerum ſtatumq; Ciuitatis uendicare potuerunt. Balionios partim Vrbe præcipitatos atq; eiectos: partim ferro crudeliſſime atq; immaniſſime trucidatos: funditus delere: totaq; pellere Italia conari: nunq̃ ſe tutos eſſe putauerunt q̃diu illi ſuis in finibus uel inopes deiectiq; morari dicerentur. Secundis uero rebus & Optimatibus in Vrbem receptis. Balionii gubernacula geſſerũt Vrbis Balionii ciuitatis inſtituta: mores: legeſq; cõſeruauerũt Balionii populum obſequentiſſimum Ciues chariſſimos. Ciuitatem ſemper amantiſſimam habuerunt: ut gratia cum dignitate: dignitas cum gloria & auctoritate certarent. Ex qua domo quot Illuſtriſſimos & auis attauiſq; ueſtris coniunctiſſimos uiros habueritis: & uos recte ut opinor: uel uobis cognitos: uel a patribus ueſtris acceptos: memoria tenetis: & ego mea complecti oratione nullo modo poſſem. Hos itaq; auos atq; attauos ita Nellus imitatus eſt: ut maiores ſuos non æquaſſe ſolum: ſed eoſipſos longe ſuperaſſe gratia: conſilio: integritate uideatur. Dicerem de laudibus Ciuitatis: quæ & ipſa ſplendorem illi nõ mediocrem potuit afferre. ſed eſt a nobis alias his de rebus hoc in loco dictum & res eſt lata atq; ampla: ut ne longiſſima quidem oratione plene explicari: nedum breui orationis parte perſtringi poſſit. Quocirca Vrbis ueſtræ nobilitatem: gloriam: uetuſtatem de quibus nunq̃ ſatis multa dici poſſent: hoc in loco dimittemus: hoc tantum dixerim: non minus illum Peruſiæ ornamenti: q̃ ſplendoris illi Peruſiam attuliſſe. Sed hic quæſo animum aduertite uiri Peruſini: & me de nobilitate differentem diligenter ut ſoletis attendite. Maiores noſtri qui omnium humanarum diuinarumq; rerum uoluerunt perquirere atq; inueſtigare rationem: unũ præcipuum nobilitatis genus eſſe ſtatuerunt: non ſolum in antiquitate generis & ueterum ſplendore ſitum: ſed in uirtutis ornamento: morumq; integritate conſtitutum. Si qui igitur recte nobiles haberi uelint: & maiores claros atq; illuſtres habere oportebit: & ſua ſe facere uirtute & probitate & præclaros. Porro nobilitatem ipſam antiquorum nobis quaſi lumen & facem quandam eſſe putauerunt: ut ſi clariſſimis nobiliſſimiſq; parentibus orti: facta dictaq; illorum ſequamur: ſeruemus: imitemur. Virtutes noſtræ ꝓpter maiorem ſplendorem ac lucem q̃ latiſſimæ proferantur illorũq; ad uitæ nitorem clarius eluceſcãt. Sin uero turpes & omni ſcelere cõtaminatos mores habeamus: erũt noſtra flagitia propter illam

ipſam maiorum claritudinem longe notiora. Nec Clari aut Nobiles: quæ quidem eſt uir-
tus animi cum generis uetuſtate coniuncta: obſcuriſſimi potius uiliſſimiq; cenſebimur. Vt
enim neq; gigantis filium: ſi modo ſit puſillus gigantem dicimus. nec filium uiri ſapientis
ſi modo ſit inſipiens ſapientem appellamus. Sic qui claris ortus parentibus ſi animo fuerit
obſcuro & deprauato: nec clarum: nec nobilem iudicamus. calliginis enim aliquid ſuis ma
ioribus afferre poterit ſplendoris aliquid accipere non poterit Quocirca ea mihi præcipua
uidetur eſſe nobilitas: quæ propria ornata uirtute: & ſua cum maiorum ſit ſplendore: digni
tate: gloria: uetuſtate coniuncta. Qualem fuiſſe in Nello Balionio uiro: quos ætate noſtra
uiderim omnium optimo & ſanctiſſimo negare non poteſt niſi qui ueritatem omnem cen
ſeant eſſe negandam. Quam præclaram & generis & morum nobilitatem: corporis etiam
elegantia atq; dignitas exornabat. Vultus perbenignus: iocũdiſſimus aſpectus: inceſſus gra
uis plenus auctoritatis & gratiæ: & dignitas oculorum Imperatoria uidebatur: ut maiorum
ſuorum in illis luminibus hærere ueſtigia & ſplendorem quendam nobilitatis profundere
nitidiſſimi uiderentur. Cuius ſi omnem Curſum ætatis conſyderemus: & caſus uarios fortu
næ: quibus ab ipſis eſt incunabulis agitatus complectemur. Deinde quanta induſtria: ma-
gnitudine animi: patientia effugerit: reſtiterit: tolerauerit reputemus: non poterimus non
illud quod res eſt exiſtimare eum uirum a Diis immortalibus ad res magnas & præclaras
obeundas: a maximis grauiſſimiſq; periculis diuinitus eſſe ſeruatum. Sextumdecimum na-
tus menſem: patre ab inimicis interfecto: in exilium a nutrice deportatur una cum altera
nutrice maioris fratris: qui annis eum paulo plus duobus anteibat ætate. Qui quum Spel-
lum: quod erat paternum oppidum: confugiſſent: eſſentq; annum totum illic commorati:
patris interfectores ne aliqua uia effugere poſſent: oppidum ipſum magna ui armatorum
circunſederunt: pauloq; poſt noctu mœnia ingreſſi pueros: in ipſo tumultu magno ſtudio
quæſierunt. Quos quum a nutricibus ſurreptos Spoletum confugere accæpiſſent: ſtatim ex
ploratores uarios in omnem partem miſere: qui fugientes confoderent. Sed fortuna quæ
plærunq; res humanas ſuo uerſat arbitrio: non paſſa eſt quos ad ampliſſimam parauerat di-
gnitatem: eos in inimicorum uenire poteſtatem: necariq; infantes quos uiros ſtatuerat fu-
turos ampliſſimos. Inſequentibus igitur: quibus interficiendorum puerorum cura erat da-
ta nutrices iam procul arma ſole repercuſſa: uimq; hominum paulatim appropinquantium
inſpicientes: in uicinam aream diuerterunt: & ſeſe in ſtipularum aceruo una cum infantibus
occultauere: ruſticis: qui rem omnem ut ſeſe habebat cognouerant: palea denſiſſima conte-
gentibus. Res mira & pro ætatula incredibilis. Eum puerum de quo futura eſt oratio: quũ
uagitus emittere & ſua ſe uoce prodere cœpiſſet: interminante nutrice: ſi uagire pergeret ac
non ſtatim ſileret mãmas nunq̃ ſe amplius porrecturam: ita ſtatim uocem coercuiſſe: ut ab
ipſa natura conſtantiam hauſiſſe & ſeſe id ætatis forticulum præbere uideretur. Paulo poſt
inimicis magno ſtrepitu tranſeuntibus ac de nutricibus pueriſq; diligentiſſimæ percontan
tibus: reſponſum eſt tranſitum illac ea die feciſſe neminem. Qua re audita illi aliam ingreſ-
ſi uiam. Spellum re infecta reuertuntur. Nutrices q̃ celeriter Spoletum confugiunt. Sed
quum iam undiq; a parricidis inſidiæ ſtrui. omnibuſq; modis lœthum intentari uideretur:
ſic enim exiſtimabant: ſi pueri quos magnas ſciebant habere clientelas: ad ætatem euaſiſſent
grandiorem: ſecuros ſe in uita fore non poſſe. Quocirca omni ui atq; ſtudio: quos ferro ap-
te non poterant: clam ueneno conficere conabantur. Hac re animaduerſa: nutrices nil am-
plius expectandum ratæ. Corizanum q̃ occultiſſime proficiſcuntur: qui quum non multo
tutior uideretur locus: aliquot dies commoratæ pueros ad ſororis uirum: qui Veterem Vr-
bem incolebat per denſiſſimas ſyluas: opaciſſimaq; nemora detulerunt a quo ſumma pieta
te ſuſcepti ſunt & educati: ſed precipuus in hunc de quo loquimur puerum amor conflatus
eſt ſuauitate quadam morum & infantili comitate naturæ. Iam tamen indolem illam ani-
mi egregiam & præclara præſeferre: & ſpem de ſe polliceri maximam atq; ampliſſimam ui
debatur. Qui quum ad annum ætatis quintodecimum perueniſſet & ſeſe bonis artibus
quantum locus ille pati potuiſſet ſatis inſtructum putaret: maiora concepit animo q̃ & ætas
& fortuna poſtularet. Quippe qui ſecum ipſe cogitaret: crebroq; id animo reuolueret: ma-
ximis ſe & clariſſimis parentibus natum eſſe. ſed ab inimicis prius q̃ fructus aliquos percipe
re potuiſſet: e Ciuitate pulſum in exilium e magnis inopiam egeſtatemq; redactum. nec ſo-
lum e ſummo loco ampliſſimaq; deiectum dignitate. ſed ipſo etiam parente crudeliſſime
ſpoliatum. Hæc quum ſæpe cogitaret. incredibili recuperandæ dignitatis: ulciſcendæq; in-
iuriæ ardore incenſus ferebatur. Itaq; non amplius his in locis morandum: ſed illinc tanq̃
ales ubi coaluit e nido ad inquirendam æſcam euolandum conſtituit. Cui ſi amplæ faculta

tes ſummiq;

tes:ſummiq; deerant apparatus:animi tamen magnitudo non deerat. Primum parua coa-
cta manu agricolarum paſtorumq; eorum qui finitima rura & ſyluas incolebant Colazo-
num paternum oppidum:quod imbecillitate mœnium pauloante in hoſtium uenerat po-
teſtatem ui capit.quod deinde munitiſſimis turribus ac mœnibus inſtructum:& muris la-
tiſſimis ac uallo naturaq; munitum:nunq̄ poſtea ab eius Imperio & poteſtate defecit. Mox
ad Pontem paſtolum:quod ſuper Tybris ripa ædificatum.egregieq; flumine ipſo munitū
ab hoſtibus capi non poterat:præſidii imponendi cauſa proficiſcitur:ibiq; ab inimicis diu-
turna obſidione facta:prius illi diuturnitate fatigan:q̄ terrere Nellum:oppidumque expu-
gnare potuerunt. Nec multo poſt quum excurſionem quottidie faceret:agrum finitimum
uaſtaret:hoſtes inſidiis:ut ferebat neceſſitas:potius q̄ aperto bello laceſſeret:tantum huic
Ciuitati incuſſit terroris:ut nemo portas exire:nemo agros ſuos uiſere:longiuſq; ab Vr-
be diſcedere auderet. Interea Clientes paternos:quorum ingentem habebat in Ciuitate
multitudinem:aliquos præcipitari in exilium:nonnullos ſupra q̄ fortunæ paterentur ma-
ximo ære mulctari:plurimos in carcerem trudi ac ſecuri percuti audiebat. Quæ omnia
quum moleſtiſſime impatientiſſimeq; perferret:efferueſcentem animi ardorem atq; impe-
tum amplius cohibere & frænare non potuit:& quum ætate ad audendum prona:ad agen
dum inconſulta:tum magnitudine animi ad propulſandas iniurias intenta fretus:noctu
hanc Vrbem magno cum periculo ingreditur:forum adit:carcerem maxima ui effringit:
clientes paternos:quorum nomina memoria retinebat:alios cathenis eximit alios compe-
dibus ſoluit:eoſq; omnes tanto periculo liberatos Ciuitate deducit. Ipſe per medium reuer
ſus forum clamore ac ſtrepitu omnia permiſcet.aduerſæ factionis hominem ante ipſius Vr
bis mœnia nocte ſuſpendit. Quibus rebus exterriti qui Ciuitatem regebant:hunc unum ma
xime ex omnibus metuebant. Sed erant fortaſſe tam fortia & preclara geſta nō naturæ ma
gis & ingenio q̄ ætatis feruore tribuenda. At uero quæ poſtea fecit conſyderentur. Num
animum remiſit unq̄? Num quicq̄ abiectius commiſit? Immo uero augebatur indies præ-
clara uirtus & magnis geſtis rebus:ad maiores ſemper gerendas incendebatur. Quæ res
quum inimicos ſollicitos haberet:magnæ in eum nocturnæ diurnæq; inſidiæ ſtruebantur.
Quas ille quanq̄ nimia gloriæ cupiditate incenſus:conſilio tamē atq; aſtu ſuperabat. Dum
hæc in agro Peruſino gererentur. Tartalia quidam ſummæ ī re militari auctoritatis quum
magnis coactis copiis bellum Thudertinis inferre cœpiſſet oppidum quoddam:quod ad
Nelli ſororem pertinebat:omni traducto exercitu oppugnare ſtatuebat. Quæ res quum ad
Nelli aures perueniſſet:parua coacta manu:per media hoſtium caſtra ad oppidum penetra-
uit:præſidiumq; impoſuit. Sed quum eam ad obſidionem paratus aduentaret hoſtis mœ-
niaq; circunſederet:nec eſſet diſcedendi facultas capto oppido dies aliquot arcem ipſe to-
tam defendit. mox quum re frumentaria deficeret:nec cibo ſolum:ſed etiam potu carendū
eſſet:turrim unam duntaxat defendendam conſtituit:reliquam arcem hoſtibus aperiendā.
Quod eo conſiliu facere inſtituit:ut & loco eſſet muninore:& defenſoribus non multis
egeret:quo diutius re frumentaria ſuppeditante:obſidio facilius tolerari poſſet omnibus
totius arcis munimentis:armis:tælis:frumento:lignis:aqua:ſale:aceto:unam in turrim cō-
uectis:& ex his qui arcem cuſtodiebat plæriſq; dimiſſis turrim ipſam magna ui animi:ſum-
maq; uigilantia tuebatur. Aqua iam deficiente:quum nec aceti quidem magna extaret co-
pia:dutam quidem rem & dictu ſordidam:ſed tamen utilem & magno dignam animo ex-
cogitauit:ut qui ſecum turrim defenderent:unum in locum mictum irent omnes:aliquan-
tuloq; aceti ſupermixto non tam pro uoluptate biberent:q̄ pro neceſſitate ſitis ardorem ex
tinguerent:ſpiritumq; ſuſtentarēt. Admirabilis conſtantia:nec noſtra ſolum imbecilli &
iam effœminata:ſed forti & ſæuera maiorum ætate digna. His igitur artibus uitam extor-
rem agens:maximam de ſe ſpem fecerat:ut ſi aliquis motus in Hetruria fieret:aut ſi quis in
Ciuitate tumultus oriretur:facile ſtatum recuperari poſſe. Attonitis qui Ciuitatem regerēt:
& rebus ſuis maxīe diffidentibus. Ea tēpeſtate Braccius Periſinus eiuſdem factionis uir ma-
ximis reb⁹ geſtis in Italia.non ſolum nomen ſibi in re militari clariſſimum:ſed exercitum
quoq; maximum & lectiſſimum comparauerat. Hic aſcito ſibi Nello:fratreq;:quorum am-
pliſſimā ſciebat eſſe in hac Vrbe auctoritatē & gratiam:facile ſibi perſuaſit Ciuitatis Imperi
um aſſequi poſſe:ſi recuperandi ſtatus gratia iuuenes in Ciuitatē reſtitueret. Quocirca Im-
perii cupiditate diſſimulata primum agrum Peruſinum excurrit.aliquot deīde captis oppi
dis:nōnullis ī eius ptātem ſua ſpōte iuuenū cauſa uenīētibus Vrbē obſidere cœpit pauciſq;
poſt diebus cōmiſſo cum his qui ad ferendum auxilium uenerant prœlio:uictis ac proniga
tis hoſtibus Ciuitatem omni ſpe deſtitutam in deditionem accæpit:uno conſenſu. & eorū

qui pauloante Ciuitati præſidebant.& Optimatum quos ſecum in caſtris habebat:quos eo
conſilio ſibi aſciuerat:quo facilius Ciuitatem illorum præſentia & auctoritate potiret. Aut
ſi id libere fieri non poſſet aliqua intra mœnia oriretur ſeditio . Plæbeis ipſis inter ſe uulgi
more acerrime diſſidentibus.Ciuitate in deditionem accepta : reductiſq; in Vrbem Opti-
matibus & priſtinæ dignitati reſtitutis:Nellum ac fratrem primum Vrbem ingredi uetuit.
Exiſtimabat enim Ciuitatem omnem ſtatim ſi intromitterentur:ad eos uiſendos : ſalutan-
doſq; concurſuram & ſeſe quem illa pauloante dominum uocauiſſet neglectum iri . Vere-
batur etiam ne quem triumphum uicti Ciues uictori Duci decreuiſſent : is non tam ſibi q̃
duobus fratribus:quos magno ſtudio totius populi expectari audiebat:paratus eſſe uidere
tur.Quocirca ſpecie quadam conciliandæ prius Ciuitatis quindecim circiter dies extra Vr
bis mœnia ſtatuit detinendos. Sed longe eum feſellit opinio . Nam ubi prius de aduentu
iuuenum nuncius eſt allatus:uniuerſa Ciuitas ad eos quottidie cõmeabat:partim eorum q
parentem ſecuti:filios cognoſcere iiſq; ſe dedere cupiebant:partim qui ſpectãdi gratia una
cum aliis ferebantur.Q uod quum Braccius animaduertiſſet : ueritus ne quid ex ea mora
ſuſpitionis oriretur:q̃primum in Vrbem reuocari iuſſit:quibus uniuerſus populus obuiam
profectus eſt multitudine incredibili:ut omnes aditus:uiæ:forum:compita hominum fre-
quentia complerẽtur.Sic tanta lætitia atq; plauſu:quos fortuna per mille caſus exercuerat:
ad domum tandem paternam:uniuerſo comitante populo peruenerunt.Tum uero tota ci
uitas lætitia compleri:nouos ludos excogitare:feſta nunq̃ antea facta exquirere horum ad-
uentu:uultu.animo.cantu.lætitia gratulari conabantur .nemo ſibi tam magnis pollenſq;
in Ciuitate uidebatur:qui eorum domum frequentare:munuſcula conferre per forum lon-
go cœtu hominum comitari non ſibi pulcherrimum duceret:plurimumq; inde aſſequi ar-
bitraretur auctoritatis.ut qui propior acceſſiſſet:is cæteros dignitate anteire putaretur. Sta
tim igitur Nellus paternas amicicias exquirere:clientelas recognoſcere:allicere animos po
puli:omnes humaniſſime ſalutare:amicos tueri:omnium deniq; beniuolentiam parare cõ-
tendit.Parentis Interfectores:qui in ipſo tumultu Ciuitatis effugerant per omnem Italiam
petendos:necandoſq; conſtituit.& quod conſtituit curauit. & quod:curauit effecit : aliis p
mediam hanc Vrbem equorum impetu raptatis euiſceratiſq; aliis ubicunq; inuenti eſſent
ferro minutiſſime trucidatis.Sed quum ſatis iam parentis manibus inimicorum ſanguine
parentatum exiſtimaret:omne ingenium:ac uitam in comitatem:gratiam :manſuetudinẽ
conuertendum ratione ſibi propoſita:in reliqua uita honeſtiſſime ſemper integerrimeq; ui
uendi.Id autem ita ſtatim præſtitit.ut ex illo priore alterum natum hominem exiſtimares
feruore illo iuuentutis non ætate extincto.ſed morum atq; ingenii bonitate depoſito .adeo
natura ipſa ad omnem cultum diſciplinamq; ſuſcipiendam accõmodatus:mores pro arbi-
trio q̃ facillime cõmutabat.Illudq; crebris ſolebat uſurpare ſermonibus.Imperium ſæpe ẽt
a ſtultis quæri propagatiq; poſſe:quæſitum & propagatum niſi a ſapientibus regi & conſer
uari non poſſe.Quo omni ſtudio ad regendum conſeruandumq; ſtatum Ciuitatis intenta
tus alias ſibi ratiõe uiuendum conſtituit:ut & leges ualerent ſeruarẽturq; mores & inſtitu
ta:tum conſilia bonorum Ciuium plurimum in Ciuitate uigerent:ipſe uero ſic ſuam retine
ret dignitatem:ut non ui quicq̃ aut impetu faceret:uerum auctoritate:gratia:conſilio gere-
ret:omnibuſq;in rebus præcipuam ſeruaret integritatem.quanq̃ hoc ab ipſis ut dicitur icu
nabulis præſtitiſſet:ut & manſuetiſſimus habitus eſſet:& integerrimus.nec plus ætas illa te-
nerior libidinis:q̃ matura modeſtiæ habuiſſet & grauitatis.Sed liquidius admirabiles & di
uinas uirtutes:quibus erat præditus intelligetis:ſi ſingulas ſeorſum explicantes nihil mixte
confuſeq; agemus ſed omnia ſeparatim diſtincteq; proſeremus:& quo pacto in Ciuitate ui
xerit referemus Diximus de nobilitate generis.pauca quædam adiecimus de moribus : in
quibus omnis:mea quidem ſententia:nobilitas uerſabatur.Tum qua magnitudine animi
caſus aduerſos fortunæ ſuperauerit aperuimus.Virtutes nunc alias breuiter aggredimur: q
bus ornatus ille atq; inſtructus hanc potentiſſimam Ciuitatem multis iam annis ita rexit &
gubernauit:ut nihil fuerit illa perpeſſa calamitatis.ita conſeruauit:ut cæteris Italiæ populis
diuturno ac continuo bello uexatis:ſoli Peruſini tranquilliſſime pacatiſſimeq; uixerunt.Et
ſi ſcio multos ex uobis contrahere uultum:& hanc communem plurimorum Ciuium lau-
dem huic uni aſcribi:grauiter & iniquo animo ferre.quippe quæ ſibi cum cæteris Optima-
tibus communis eſſe uideatur.Q uod equidem non inficiarer: niſi tantum fuiſſet in Nello
auctoritatis:ut cæteri omnes eum unum intuerit & eius prope nutum obſeruare.omnibuſ
que in rebus obtemperare & quaſi parere conſueſſent . Q uod ille in conſilio deliberaſſet.
q̃q̃ idem diſſuadere uoluiſſet:aduerſabatur nemo.eius ſententiam ſequebãtur omnes. Sed
unde

unde ſibi tantũ auctoritatis præter nobilitatem & genus i Ciuitate comparauerit breuiter
aperiemus. Principio ad præclaram illam uetuſtamq; domeſtici ſplẽdoris dignitatem atq;
amplitudinem generis: de qua pauloante diximus admirabiles animi uirtutes & qua ſi do
tes ornamentaq; adiunxerat. Honeſtatem. Manſuetudinem. Liberalitatem. Prudentiam.
Fidem. Integritatem. Moderationem. Iuſticiam. Pietatem: de quibus ſigillatim pauca di-
cam: cætera uoſipſi oratione admoniti cogitabitis: & uberius q̃ a nobis explicari queant re-
cognoſcetis omnia. Primum igitur de Honeſtate & Modeſtia uerba faciam. quam ſic in il-
lo præſtantiſſimo & clariſſimo uiro præcipuam atq; admirabilem inueniemus: Si cæteros
ætatis noſtræ homines q̃ petulanter obſcœneq; & loquantur & uiuant: quãq; impudica &
abiecta ſint fronte conſyderemus. Nunq̃ ille alterum pedem in conſpectu hominum & ne
in filiorum quidem præſentia denudaſſet: nunq̃ brachium paulo: ut fieri ſolet: laſciuius exer
cuiſſet: pectus palam aperuiſſet nunq̃: ut ne uirgines quidem uel illæ Veſtales honeſtius pu
dorem ſeruare: q̃ hic maieſtatem & uerecundiam retinere potuiſſent. Nullum unq̃ turpitu
dinis aut flagitii protuliſſet uerbum: non foris: non domi: non cum filiis: non cum amicis:
non deniq; cum aliquo genere hominum impudentius aut locutus: aut uerſatus eſt. Fami-
liam quoq; eadem integritate & modeſtia præditam & ſanctiſſimis moribus præceptiſq; in
ſtructam honeſtiſſime domi: multoq; honeſtius foris & loqui & facere inſtituerat. Exem-
plum quoddam domeſticæ ſanctitatis ante oculos parentem habebat: quo ſe filii tanq̃ ad
ſpeculum intuerentur & uirtutis ſeſe comerent ornamentis. Contemplamini quæſo alio-
rum domos: & q̃ proterue uiuatur conſyderate. Nullum tam pudendum membrum in no-
bis: nulla tam flagitioſa turpiſſimarum rerum uocabula: quæ in eorum ore non quottidie
tanq̃ magnificum quid glorioſumq; uerſentur. Hic amores domi ad feneſtras decãtat ſuos
ille amicæ nomen aut ſimulachrum atq; imaginem per tabulas: parietes: ianuas: perq; ipſa
ueſtimenta pingit atque intexit. Alius meretrices noctu uel etiam ut eſt audacia uel libido
interdiu domum deducit. Omnis præterea ſermo de cultu & præſtantia mulierum. Non-
nulli ſi q̃ uerbis maculam infundere & depetulare queunt: in id omnes ingenii neruos intẽ
dentes: quam factis contaminare non poſſunt uerbis deturpare obſcurareq; nituntur. Tum
noctu per uicorum angulos tripudiis: cantu: ſtrepitu tanq̃ debacchati peruagãtes: nihil tam
dictu abſurdum atq; impudicum: quod non illi ad amicæ hoſtium concinere: uarioq; gene
re inſtrumentorum nocturnos mariti ſomnos: de muliere non dicam: excitare perturbare-
que conentur. Plæriq; phana Deorum immortalium nefariis libidinibus polluere: uirgi-
nes Veſtales ſollicitare: nihil quod ad flagitium committendum religionemq; ſanctiſſimã
uiolandam pertineat: intentatum dimittere Deos atq; homines ad explendam animi libi-
dinem contemptos habere non dubitant. & quo plus habent dignitatis: opum: diuitiarum
potentiæ: eo ſibi plura ſceleſtioraq; licere arbitrantur: ut difficillimum ſit hoc tempore cum
ſumma fortuna morum integritatem eſſe coniunctam. At uero quid ſimile in Nello: cuius
os diuinum quoddam oraculum: ſãctitans: honeſtanſq; plenum: nihil unq̃ molle aut effœ
minatum: nihil fractum muliebreq;: nihil deniq; obſcœnum aut turpe proferebat. Domum
uero bonis exemplis inſtitutiſq; plenam: uacuam illecebris atq; flagitiis. ſermones integri:
uerba incorrupta: mores optimi ſanctiſſimiq; decorabant. Nec erat quiſq̃ tam abiecta fron-
te: tam nullo pudore & uerecundia præditus: qui ubi illam intraſſet domum: tanq̃ ſacrum
ingreſſus locum: non omnem ſtatim petulantiam: obſcœnitatemq; deponeret: quadam
non illius uiri ſolum: ſed totius domus familiæq; reuerentia & quaſi maieſtate ſanctimo-
niaq; perculſus. Quippe ut in templis ſuis Apollo: ſic Nellus domi nihil niſi honeſtum: ſan
ctum: decorum: aut loqui quenq̃: aut facere ſed omnia caſte atq; itegre agere uolebat. Quæ
res ſic animos peruaſit omnium: ut rem exiſtimarent impiam atq; nefariam & acri dignam
ſupplicio: ſi quid unq̃ eius in domo: non dicam in præſentia indecorum effuſumq; non fe-
ciſſent modo: ſed etiam cogitaſſent. Quid dicam ſummam inauditamq; modeſtiam? qui ne
que factis unquam: neq; dictis quenq̃ niſi iuſtiſſima de cauſa laceſſiuit: multaq; uix in tanta
potentia & dignitate patienda: ſic pertulit: ut ſæpe non paruis prouocatus iniuriis ne unum
uerbum refuderit cõtumeliæ: & ut ſunt qui uetuſtate generis elati ſuperare cæteros omnes
uolunt: nobilitate per inſolentiam atq; intemperantiam abutentes: cum factis: tum dictis
Deos hominesq; contemnunt. Alii ueſtes ornatiſſimas auro purpuraq; intextas oſtentare
ſolent. Alii magna caterua hominum ſtipari per medium forum erecto collo: latis humeris
graui paſſu incedere: plæriq; longum equorum ordinem nobis ultro inculcare omniaq; ad
oſtentationem iactantiamq; referre. & quod illi ſummam & tanq̃ Cæſarum putant nobili-
tatem: homines imbecilles noctu in foro cædere: diuitum fortunas diripere atq; inuolare:

uniuerſos conculcare:omni generi hominum iniuriam facere:omnia deniq; uiolenter ni-
hil moderate agere. Quæ ꝙ nequiter fiant:quàq; moleſte accipiantur non ignoratis. At ue
ro Nellus quibus iure præferri:& cum potentia:tum dignitate anteponi potuiſſet:pares ſibi
propno officio atq; humanitate faciebat. pares uero:immo aliquáto inferiores: parem enī
in hac Ciuitate habebat neminem tanꝙ ſuperiores obſeruabat. Nam de ueſtitu quidem ni-
hil attinet dicere:non ille in tantis opibus diuitiis aurum aut gemmas ad locupletandam
uariandamq; purpuram exquirebat:ſed uſitato & pœne populari ueſtiendi genere conten
tus uix quibus mediocres Ciues delitiis utebatur. Dicere enim ſolebat animum non ueſtē
precioſum eſſe oportere. Et erant illi maxime ut ſcimus atq; ampliſſimæ facultates : quanꝙ
eas non cuſtodiebat auare:ſed magnifice liberaliterq; conferebat. Quumq; maximas habe-
ret In Ciuitate clientelas:omnibus domum eius incredibili frequentia celebrantibus . aut
plærunq; ſolus:aut uno duobuſue ad ſummum comitatus in forum ueniebat:cœtus & mul
titudinem ſtipatorum ſic aſpernabatur : ut plurimos qui ſeſe aliquando ſequi uellent abi-
re iuſſos tacita quadam uultus acrimonia & perturbatione repelleret . Tum in quo cæteri
tanquam arcem obtinent nobilitatis & ornamenti læuum dextrumue latus ſic ſolebat con
temnere : ut nonnunꝙ ex infima plæbe hominem medium ſibi : aut dextimum incede-
re iuberet . Ipſe uero ſe nulli quantum ad loci ſpectaret dignitatem anteponeret . Cæ-
teri niſi magna turba conſtipati eant:niſi medium tenentes locum longis utrinq; hominū
quaſi alis cingantur:niſi ſamulorum catervæ ordine longiſſimo ſubſequantur e ſua ſtatim
cenſent nobilitatis arce præcipites eſſe deiectos. Ille ſe ſic nobilem exiſtimabat ſi quos ante
ire poſſet honore eos ſibi uel anteponi:uel ſaltem pares eſſe pateretur. Eſſe enim non uide
ri uolebat nobilis. Quocirca nemini detrahere:nullius imbecillitatem ridere: nulli facere
iniuriam:inuidere nemini:omnia ꝙ moderatiſſime facere ſtudebat:quos opprimere ſuper-
ba potentia ualuiſſet eos manſuetiſſime ſubleuabat humanitate . Qui aliquem in Ciuitate
locum aut dignitatem habere niterentur: niſi modo id honeſte facerēt:non modo: nō ob
ſiſtebat:uerum ſua Interpoſita auctoritate opem ferebat:extollebatq; ad ampliſſimum gra-
dum honoris. Qui quum In eo eſſet ſtatu rerum:& fortuna conſtitutus ut multa ſibi licere
in hac Vrbe:atq; impune fieri poſſe cognoſceret:nihil tamen unquā ægit uiolentum:nihil
indecorum flagitioſum cōmiſit. Cuius ille uxorem aut turpiter concupiuit. aut cōcupitam
uiolauit? Quem ferro aut percuſſit ipſe:aut ab alio quoꝙ percutiendum curauit? Cui manꝰ
inquam intulit uiolentas? Quem uerberibus Plæbeum cædit? Cui diuiti fortunas opeſq;
eripuit. Quem deniq; inuidia aut maliuolentia perſecutus Ciuitate deiecit Quem in exili
um pulſum dignitate ſpoliauit Nullius ille aut Ciuis:aut eorum qui eēnt In Ciuitate agrū
nullius domum:nullius ſuppellectilem uſurpauit . Hoc eſt modeſtiam colere & iuſticiam
æquitatemq; ſeruare. Hoc uirum bonum & ciuem præclaꝝ eſſe. Itaq; bonos & probatos ui
ros:qui uitam recte agerent:ꝓcipua complectebatur charitate. malos autem & ſceleratos ꝙ
praue turpiterq; uiuerent:ingenti deteſtabatur odio. Seditioſos & turbulentos i inquieto-
res ſtatus Ciuitatis tanquā hoſtes infeſtiſſimos atque inimicos perſequebatur acerrimos .
Ciuitatem non armis & tumultuoſis ſeditionibus ſollicitari. ſed in ſecuriſſimo ocio & trā-
quilliſſimo ſtatu uerſari cupiebat. honores. officia. magiſtratus non ſibi arripiebat omnes
ſed unumquenq; in ſuo gradu & fortuna quoad eius fieri poterat conſeruabāt. Quanꝙ mi
nus celeriter hæc percurrimus. Aequitatem inquā animi:manſuetudinem ingenii :comita-
tem naturæ quis non illi tanquā diuinitus datas admirabatur. Accedebat ad hanc bonita-
tem aīi:uitamq; præcipuam:bonitatem & integritatem oris ac linguæ incredibilis modera
tio. Nunquā ille ſe uerboſus extollere:nunquā facta dictaq; ſua inſolentius prædicare con-
ſueuerat. ſed erat quædam natura ipſa taciturnitas cum ſumma rerum omnium & pœne in
credibili grauitate coniuncta. ut ad maieſtatem quādam Regiam atq; Imperatoriam natus
eſſe uideretur. Audire enim multa:loqui ꝙpauciſſima uolebat:uerum ea ipſa quæ loquere-
tur tantum ponderis præſeferre:tantum gratiæ conſilii grauitatis habere uidebantur. ut os
illud non humanum quidem eloquium. ſed diuinū potius oraculum eſſe conſeceretur:idq;
ſæpe uerſabat in ore. Datas hoi quidem aures duas:liguam autē unā:eamq; in medio ſitam
ut multis utrinq; auditis:tanꝙ arbiter media ſedēs:nō niſi pauca ueraq; loqueretur:nec gar
rulitate & petulātia cōtrouerſiā agere. ſed ueritate & iudicio ſentētiā ferre conaretꝰ Itaq; nō
blanditiis captare hominum animos :non conuitiis contumeliiſq; laceſcere:non procaci-
ter uerba nugaſq; iactare ſed quantum & honeſtas ferebat & neceſſitas loqui perdidicerat .
Quanꝙ in illo tacito pectore magnæ res & ſummo plenæ conſilio uerſabantur. Illic priua
ta domeſticaq; facta:illic publica Ciuiliaq; negotia gerebantur . Tum quod ſummæ uide-
tur humanitatis

tut humanitatis alienas laudes non ſupprimebat:aut attenuebat inuidia:ſed præcipua cum
charitate proferri atq; extolli cupiebat:detrahere nemini:laudare q̃plurimos:alienos erro-
res blande benigneq; caſtigare:benefacta præmiis exornare:in maximis delictis mediocri
pena contentum eſſe.nec ferro iniurias perſequi:ſed beneficio maliuolentiam extingui di-
cebat oportere.inimicicias nulla niſi publica cauſa ſuſcipiendas . nullius ſanguinem appe-
tendum:ſed omnium ſalum conſulendum eſſe.Ex quo auctoritatem & gratiam ſibi compa
rauerat ſingularem.& quod paucis natura dedit mortalibus:nunq̃ fortunæ inuidit alienæ.
Si quis magnificentius quicq̃ ægiſſet in hac Vrbe:ſi conuiuia lautiſſima:ſi ludos equeſtres
Quæ res plurimum hac in Ciuitate uiguerunt.ſi uenatiões celeberrimas . ſi cœtus magnos
clientum.ſi oſtentationes opum.ſi productiones inſignium atq; imaginum.ſi edificationes
templorum:ſi deniq; quicquid ad priuatam cuiuſpiam laudem gloriamq; ſpectaret:non ſo
lum neque inuidia tangebatur aliqua ac liuore:neq; iniquo moleſtoq; ferebat animo : ſed
ingenti affectus læticia:ad decus:ad ornamentum Ciuitatis omnia referebat : cæteroſq; ut
idem pro ſe quiſq; faceret hortabatur. Acerrimus alieni honoris propugnator:& laudis di-
gnitatiſq; defenſor & prædicator. Quanta præterea māſuetudo domeſtica : q̃ leuis conſue
tudo:quam benigna facilitas & comitas in familiam:ferro:fuſtibus:uerberib⁹:magno im-
petu:maiore ſtrepitu perſequuntur:cædunt:uerberant:uaſa uel corynthia frangunt:menſas
deiiciunt:domo uniuerſos exturbant.Tum continua nocturna diurnaq; iurgia cum uxori
bus:nec cibum placide:nec ſomnum tacite capere patiuntur. At Nellum Balionium nemo
unquam neq; foris:neq; domi uidit iratum :nemo cum coniuge:nemo cum liberis : nemo
cum amicis neq; priuatim : neq; publice paulo contentioſius decertatam. Animus beni-
gnus & temperatus nunq̃ ad iracūdiam: ſemper ad hilaritatem.nunq̃ ad odium:ſemper ad
beniuolentiam.nunq̃ ad detractionem:ſemper ad laudem .nunq̃ ad inferēdas iniurias:ſem
per ad honores conferendos.nunq̃ ad ſeditionem & tumultum : ſemper ad pacem & con-
cordiam flectebatur.O ueram ſummamq; nobilitatem O animum diuinum: nunq̃ infla-
tum aut elatum ſuperbia:nunquam alio incenſum aut maliuolentia:ſed præcipua ī omnes
manſuetudine:ſtudio beniuolentiæ:charitate flagrantem. Quibus rebus ſingularis benefi-
centia & liberalitas in omne genus hominum adiuncta erat. Quum enim duo ſint genera
mortalium in quorum manibus opes pecuniæq; uerſentur.Mercatores & Principes.Illorū
eſt pecunias undiq; terra mariq; domi peregre exquirere:atq; unum in locum coniectas ex
aggerare. Ad Principes ſpectat exaggeratas non in archa parte : neq; auare detinere . ſed in
opus aliquod glorioſum magnificumq; conferre.Itaq; Nellus ipſe : cuius animus magnus
& ſempiternus gloriæ ſemper & immortalitatis cupiditate flagrabat : pecunias nequaq̃ ac-
cumulare:ſed eas ipſas aut magnifice contemnere ſolebat:aut in tecta parietes ædificia:& quæ
diuturnitatem nominis afferre poſſent accommodare . Quot ille dii boni pulcherrimas
atq; ornatiſſimas domos condidit ? Quot porticus ampliſſimas ædificauit? Quot præcla-
ra ſui nominis atq; egregia reliquit monumenta? Nullum habuit agrum:nullius oppidi cu
ram geſſit:nullo deniq; terrarum in loco uerſatus eſt:in quo nō parietes:muros:turres : atq;
alia mille confecerit ædificia.Quibus oppidis ipſe præſidebat:quorumq; habebat ditionē
ea munitiſſimis & turribus cinxit & mœnibus Domos quæ ante reditum ſuum in Patriam
paternæ fuerant dirutæ ab inimicis atq; incenſæ inſtructiſſime ampliſſimeq; ædificauit .
Agros hortos:cœnaculis ac pomariis decorauit Villas caſis altiſſimis erexit.Pia quædam
lautiſſimo circo fundauit.nec quicquam fecit reliqui . quod modo ad gloriam atq; immor-
talitatem uiam ſibi atq; aditum aperire iudicaret.Itaq; plurimis ī locis mœnia refici. Vrbis
ambitum propagari nouis ædificiis ornari Ciuitatem ſummo ſtudio uigilantia contende-
bat.Quæ omnia:ſi quid diuturnum in uita eſſe poteſt :memoriā eius faciēt apud poſteros
q̃ longiſſimam:nec occidere illius famam & extingui nomen:atq; ſubito interire patientur
Tum munificentia & benignitate tanta in omnes erat:quantum nulla uis ingenii : nullum
flumen copiaq; dicendi complecti poſſet. Victus domi largus:& rerum omnium affluentiſ
ſimus.Nulli horrea frumentaria:nulli cellæ penariæ claudebantur.Domus abdita nulli:ap
ta oib⁹.Famulos quorum mirabilem habebat multitudinē:alios agris:alios domib⁹:alios
ꝑdiis:nōnullos pecunia : oēs ſuppellectili donatos datis uxorib⁹ quæq; ad uxores ptinerēt
tanq̃ in colonias deducebat . Quorum omnium mirificam fidem & præcipuam pietatem :
tacitus præterire non poſſem.niſi uoſipſi uniuerſos grauiſſimo dolore confectos & calami-
tatem ſuam:atq; incommodum ſuum deplorantes aſpiceretis.Huc enim ad celebrādas cla
riſſimi uiri exequias mutatis ut uidetis ueſtibus conuenerunt:quos illum dum uixit maxi-
mis atq; immortalibus affecerat beneficiis . Nec quenq̃ negotia illius geſſiſſe conſtat : qui
non ſit abunde locupletatus.Decipi enim ab aliis ſeſe q̃ decipere : conterreq; res ſuas beni-

gne q̃ eripere alienas cupide malebat. Auditis per deos immortales. Audite nouum genus
liberalitatis. Spelli: quod eſt Vmbriæ oppidum: uillicus in agro quem fodiebat theſaurum
repperit non mediocrem: cuius tertia ut uidebatur pars ad dominum oppidi Ciuili iure de
ueniebat. Qui theſaurum inuenerat tertia parte pecuniarum in quibus ueterum Imperato
rum imagines erant exculptæ ad Nellum delata: nam is oppidi erat domin⁹: ſeſe ut reliquã
pecuniam ſuam eſſe pateretur: commendauit. At Nellus ubi bene magnam ueteris ac puri
auri quantitatem inſpexit: fronte illa benefica & liberali Accipito inquit tibi theſaurum to
tum: cui ſi fata proſpera benignaq; eſſe uoluerunt: ego aduerſus atq; auarus eſſe non debeo.
Præclaram ſane uocem atq; Imperatoriam: liberalitate & munificentia plenam: alii torto-
res ſtatim aduocaſſent crucem: aculeum: & crudeliſſima quæq; tormentorum inſtrumen-
ta: quæq; propoſuiſſent: duriſſime deinde tortum atq; excruciatum facta atq; infecta fateri
coegiſſent: per uim atque iniuriam rapientes uiolanteſque omnia. Nellus uero ſingulari lar
gitate & beneficentia præditus: non tyrannos & prædatores cenſuit imitandos: alienis for-
tunis auidiſſime inhiantes: ſed animum largum: beneficum: liberalem: imperatorium exhi
bendum putauit. Cæteri qui curam gerunt hominum & Ciuitatum: dolo: fraude: ui pecuni
as extorquent alienas. Ille largitus eſt ſuas. Nec unq̃ plus auri diuitiarumq; in omni uita
concupiuit q̃ q̄ ædificiis conficiendis ac amicorum præſidio ſatis eſſet. Propinquos & co-
gnatos eos quibus rem familiarem anguſtiam eſſe: uixq; ad uictum ſuppeditare animad-
uertiſſet: tanta charitate complexus eſt: ut aliis domos reficeret: aliis ueſtimenta procura-
ret: nonnullis uictum quottidianum præberet. & quos paulo grauius egeſtate premi nec
laborem ferre cognouiſſet: domum ad ſe alendos ſuſtentandoſq; traduceret. Quæ omnia
nunq̃ ad oſtentationem & iactantiam: ſed ad humanitatem: quæ ſibi natura inſita erat be-
neficentiamq; referebat nulla cupiditate aut ambitione adductus: ſed inſigni magnitudine
animi & benignitate permotus. Hanc enim ſibi uiuendi legem a natura datam exiſtima-
bat: ut omnes utilitates: commoda: fructus: emolumenta: quoad eius fortunæ paterentur in
omnes mortales: quos dignos beneficio iudicaſſet nulla ſua propoſita utilitate conferret.
Quid hac illius liberalitate præclarius? Homo erat conditionis pœne infimæ: quem uulgo
Ciacho: neſcio an propter rei familiaris tenuitatem appellabant: is quum æris aliẽi magni
tudine premeretur creditoribus permultis: quos iamdiu illuſerat in carcerem addici con-
tendentibus: ad Nellum tanq̃ ad commune præſidium ægeſtatis confugit: & quo in ſtatu
eſſet: q̃q; magnum periculum immaneret declarauit: commendans ſeſe per deos atq; homi
nes ut auxilio eſſet ne in carcerem duceretur: ubi cum importunitate creditorum: tum in-
opia ſua moriendum ſibi: ſi duceretur: non dubitaret: cui neq; fortunæ eſſent: ut ſatiſfacere
quibus debebatur poſſet: nec fideiuſſores rei familiaris tenuitate perterritos inueniret. Mo-
uerũt animum liberalem miſeri & calamitoſi hominis preces: dataq; dextera: bono animo
eſſe iuſſit: ipſe primum cum creditoribus de temporis dilatione agendum tentauit. quod
quum parum procedere uideret: quia pecuniis careret: togam: pallium: uaſa argentea fœno
ri exponenda accommodauit. Quid hac inq̃ benignitate inſignius? Nec ſola quæ memo-
rauimus: ſed alia permulta extarent exempla liberalitatis: ſi modo & tempus & animus
non deeſſet publice referendi. Quicquid ille uaſorum: ueſtium: gemmarum. Quicquid de
niq; præcioſe ſuppellectilis ad domeſticum & uſum & ornamentum habuiſſet: id omne
amicorum temporibus accomodandum: utendum: fœnerandum: & ſi opus fuiſſet uendendũ
præſtabat. Dii immortales q̃ ſæpe in magna difficultate rerum & caritate annonæ: quum
maxima pars amicorum fame grauiſſima premeretur. ſaccos frumenti plenos i media por
ticu dimitti nocte iubebat. ut q̃ frumentũ aperte petere pudore nõ auderent: cõpulſi neceſſi
tate clam ſibi noctu aſportarent. Quod quum plærique feciſſent. ridẽs dicere ſolebat. Vtinã
qui mihi frumentum ſurripuerunt ſaltem redderent ſaccum. Quibus uerbis intelligebant
nonnulli eum dedita opera ſrumentũ ipſum noctu ſurripiendum aſportandumq; relinque
re. Quæ res ut & ſecurius caperent. & ſaccos redderent efficiebat. Hac autem largitate & be
neficentia non modo in ſuos: quanq̃ in eos plurimum. ſed etiam in alienos ſic utebatur: ut
abire a ſe neminem niſi re aliqua impetrata pateretur. Tum uniuerſæ Ciuitati ne inopia rei
frumentariæ laboraret priuatim publiceq; conſulebat magno cum ſtudio & uigilantia: ne
quid deeſſe poſſet: cum maxime Plæbi: tum reliquo populo: ut ſi qui Ciues plus haberent
frumenti: q̃ ad uſum domeſticum ſatis eſſet: id aut ſtatim promerent: uenderentq;: aut ad
Ciuitatis præſidium conſtituto precio ſeruarent. tum ſi quid ad Ciuitatem uniuerſam ſpe-
ctaret iure: ad medium in forum conuectum. minoris q̃ priuatorum Ciuium uẽderetur Nec
omnibus q dem ea emendi facultate data. ſed his duntaxat qui maxime uiderentur indige
re. Quæ cõmoditas quum ad Plæbeculam non facile perueniret. farinã publico in loco ex
poſitam

poſitam:minutim ad libras atq; aſſes uendendum curauit.Quod eo conſilio fecit:ut qui uel
pondera maiora emere tenuitate pecuniarum non poſſent:uel paucitate familiæ non ege-
rent:libris atq; aſſibus minutim emptitarent.Q uibus de rebus factum eſt ut cæteris Italiæ
Ciuitatibus fame grauiſſima laborantibus:ſolis Peruſinis nec defecerit frumentaria res un/
quam:nec carius quam tollerari poſſet conſtiterit.Nam quod ille in agro Cluſino ægerit
ad publicum Ciuitatis commodum ſpectare arbitror.Ager eſt ſpacio quidem ampliſſimus
ſolo autem longe fertiliſſimus omnium qui in Hetruria excolantur:qui quum publici fuiſ-
ſet iuris mutato plærunq; ſtatu Ciuitatis:ſinguli fere Ciues:quorum auctoritas uel nobilita
te:uel factione:uel aliqua cauſa ualuiſſet:aliqui ſibi priuatim uſurpauerant:& quod uniuerſi
erat populi:in paucorum iura deuenerat.Q uocirca Nellus:quãquam & ipſe prædium ha-
bebat omnium fertiliſſimũ:ex quo centenos quot annis tritici modos:fructuſq; alios uber-
rimos percipiebat.Agrum tamen omnem ad communem populi rationem & ſupplemen-
tum cenſuit referendum omnibus:qui quicquam illic haberent agrorum ad ſe ſpectantibꝰ
necullo modo quod ipſe maioreſq; ſui uſurpaſſent redditurum exiſtimantibus Primus igi
tur aduocata Concione prædium ſuum quod ducenta pœne iugera populi conſeruatori-
bus reſignauit.quod ille quũ feciſſet:reliqui Ciues partim pudore adducti:partim uiri po-
tentiſſimi & Ciuitatis Principis exemplo admoniti:partim publico decreto cõpulſi:quod
diuerſi priuatim multis iam annis nõ ſine magno Reip.detrimento poſſederant:unum in
corpus cõmune:atq; publicum redegerunt.Q uæ res maximas huic Vrbi peperit utilitatis:
parietq; ſemper.In ſummis enim difficultatibus temporum:quum reliquæ Ciuitates Italiæ
uel calamitate agrorum:uel bellorum excurſionibus:ubi ſegetũ depopulationes euenire:
frumenti ſucciſiões fieri:aliaq; permulta accidere neceſſe eſt:graui atq; intollerabili fame nõ
nunq̃ afficiantur:uobis tanq̃ maiore præſidio munitis:plena horrea:tum priuata:tum maxi
me publica ſic uictum annonãq; ſuppeditant:ut finitimis Ciuitatibus ſæpe aliquid rei fru-
mentariæ conferatis:accipiatis nunq̃.Q uod unius huius præſtantiſſimi uiri benignitate &
munificentia factum eſſe conſtat:qui cõmunem totius populi utilitatem:priuatæ atq; ſuæ
ſtatuit anteponendam.Qui ut Reip.conſuleret familiarem domeſticamq; contempſit.Qui
ne reliquus populus aliquando inopia & caritate premi poſſet:ueteri ſe uictu & ſuſtentacu
lo ſpoliare.& liberos familamq; negligere nõ dubitauit:adeo pluris Patriæ pietatem quam
ſuæ domus charitatem putauit faciendam.Nam quid dicam in Deos imortales.quorũ nõ
ſolũ Religionem ſeruauit pure ſancteq;:ſed etiam agros & municipia contulit:quibus pha
na refici:templa ædificari:ſacerdotes uitam tueri poſſent.Sunt hæc acta nõ cupiditate glo-
riæ:quã ille præclare quidẽ cæteris in rebus expetebat:ſed cũ Diis immortalibus aliã puta-
bat rationem:charitate incenſus & pietate.quum in Deos multa:tum plurima in homines
beneficia conferebat:nec tamẽ titulos parietibus inſcribi:nec imagines in templis effingi:
aut ſtatuas in foro colocari:ſed omnium Deorum atq; hominum animos beneficio deuin-
cire.& quæ cæteri uana faciunt adducti oſtentatiõe:ille ſola impulſus humanitate faciebat
Quibus rebus fides admirabilis:ſingularis conſtantia & animi magnitudo incredibilis erat
adiuncta.In maximis enim motibus Italiæ:crebriſq; tumultibus populorum:nunquam ille
poſtq̃ Ciuitatis gubernacula per ætatem ſuſcipere potuit a Summis Pontificibus deficien-
dum:a Romanoq; Imperio deerrandum putauit.Et quum bellorum tumultus undiq; ex-
audiri:manifeſtaq; diſcrimina rerum atq; pericula ante oculos uerſari uiderentur:nunq̃ ille
pertimuit quicquã nunquã in magis gerendis rebus animum geſſit remiſſiorem . Clades
uero calamitateſq; domeſticas:interitũ natorum:uxoris:propinquorum ita conſtanter mo
derateq; pertulit:ut nõ lachrymas funderet:non uocem eiulatumq; emitteret:nõ ueſtem mu
tare uiſus ſit:tacito gemitu & mœrore contentus.quãquã erat ſuorum:ut ſcimus:amantiſſi
mus:ut uel pietate in liberos:uel amore in cõiugem:uel charitate in propinquos cederet ne
mini:ſed tamen cohercendum uim doloris animi magnitudine & acerbitatem omnẽ:atq;
moleſtiam ſuperandam comprimendamq; ſtatuebat:ne quid molle atq; indecorum.& ſua
indignum auctoritate cõmitteret:tum quod ad animi magnitudinem pertinet:nihil un-
quã uoluit quod non attentauerit:nihil attentauit quod nõ perfecerit.In quo illud præcla-
re præſtabatur:ut omnia eius propoſita:conatus:ſtudia:uoluntates ad unum ſemper finem
ſpectarent honeſtatis.nec bonum offenderet quempiam:nec defenderet malum.Si quos
paulo accuratius tueri uoluiſſet:ad omne ſe periculũ:inimicicias:odia:impetus obieciſſet
nulla in hoĩm aut nimis:nulla gratia perterritus:quominus amicorum ſaluti conſuleret &
dignitati.Vna uox erat & conſenſus uniuerſæ Ciuitatis eum fortunatum eſſe quem ille de-
fenderet:miſerum atq; infortunatum quem idem oppugnaret:miſerrimum & calamitoſiſ-
ſimum oĩm contra quem paulo ſtudioſius ille certaret.Certabat autẽ cõtra ſeditioſos ptur
batores ſtatus & trãquillitatis Ciuitatis:cõtra inquietatores Ciuium:cõtaminatores æqui-

tatis:contra iuſticiæ & moderantiæ peruerſores:deniq; contra omne genus hominum:qui
uel lingua diſſeminaſſent diſcordiam:uel manu tumultum excitaſſent:uel flagitioſe quicq̃
neſarieq; molientes:mores:iura:leges:inſtituta contempſiſſent. Atq; ita certabat:ut in nul-
lo unq̃ Ciuili certamine pugnaq; inteſtina:niſi uictor depoſuerit arma:adeo nil tam magnũ
tam difficile:periculoſumq; huic Vrbi potuit imminere quod ille inuicti animi robore nõ
ſuperauerit nemo tam inimicus atq; infeſtus Ciuitati:quem non præcipitem Ciuitate deie
cerit?Quem unq̃ oppugnauit quem non peruenerit?Quem preſſit ut non eundem concul
cauerit?Quem perſecutus eſt:cui domum atq; patriam non ademerit?Contra uero nemi-
nem amauit(amabat autem eos ſolos qui recte uiuerent)quem non defenderit:ornauerit:
& ad ampliſſimam dignitatem erexerit?Sed nec amicos in turpi cauſa defendendos:nec
inimicorum honeſtas rationes conterendas exiſtimabat:alteros ſi delinquerent deſtituen-
dos:alteros ſi recte uitam agerent non laceſſendos.Itaq; priuatas inimicitias publicæ utili-
tatis cauſa deponendas dicebat:eias deniq; gratia ſi res exigeret ſuſcipiendas acerrime:Atq;
hæc omnia firma & perpetua ſtabilitate:animiq; conſtantia efficiebat Fortitudinem in pe-
riculis.Patientiam in aduerſitatibus:animi magnitudinẽ in rebus maximis gerendis ſem-
per præſtitit ſingularem.Fidem quoq; per omnẽ uitæ curſum quibus aliquo deiectus eſſet
officio ſanctiſſime integerrimeq; ſeruauit.nec prece nec precio flecti ad perfidiam potuit.
Inſita iam erat omnibus:inueterataq; opinio:eum uirum nulli unq̃ fraudem excogitaſſe:ne
minem dolo aggreſſum:nulli generi hominum inſidias ſtruxiſſe.Q uæ ſemel in omni quã
uis magno negocio pepigiſſet:nude expediteq; præſtare.quæ pollicitus eſſet:accumulatiſ-
ſime perſoluere:omnia creditis rebus plene integreq; ſatiſfacere.oppida quorum habebat
ditionem ſic adminiſtrare:ut eius Imperium & gubernacula probarent omnes?pœniteret
neminem:nihil per tyrannidem agere:omnia per æquitatem & iuſticiam gerere.Itaq; do-
mi honeſte ſancteq; uiuendo:omnibus honorem atq; opem nullis uim atq; iniuriam infe-
rendo:laudes ſuas nunq̃ oſtentando:alienas ſemper extollendo:dando:largiendo.ſemper
Patriæ & Ciuitati priuatim publiceq; conſulendo beneficia omni generi hominum conſe
rendo.iuſticiam nulla de cauſa uiolando.defendendo bonos:malos acerrime cõterendo.
omnibus in rebus fidem:integritatemq; ſeruando:tantam eſt auctoritatis opinionem apud
omnes conſecutus:ut uno omnium ore prædicetur.Neminem unq̃ natum in hac uetuſtiſ-
ſima Ciuitate meliorem.Quæ fama ſic increbruit apud omnes:ut eius non in iſtis Vrbis an
guſtiis teneretur clauſum:ſed per finitimas ac remotiſſimas quaſq; nationes propagatũ &
longe lateq; extenſum:magna cum laude & admiratione uagaretur.Vir fortis domiq; præ-
clarus:maiorum nobilitate inſignis:ſua inſignior:omni genere uirtutis ornatus:decus hu-
ius Vrbis:ornamentum Ciuitatis:nec noſtra ſolum ætate admirabilis:ſed omni temporũ
poſteritate memorabilis. HACTENVS de dignitate diximus:de qua non quæ pro rei ma
gnitudine dici potuiſſent complexi ſumus:ſed quæ dumtaxat uiſa ſunt memoratu dignio-
ra.Nunc ad Ciuitatis graue incommodum tranſeamus:in qua utinã mihi Dii tãtam animi
cõcedant æquitatem:ut poſito pauliſper mœrore:curſum orationis meæ perſequi ſine mẽ
tis conſternatione poſſim Q uãquam hoc minus uideo eloborandum q̃ tantam uos Ciui
tatis ueſtræ calamitatem atq; iacturam non ſolum taciti ſentitis animo:ſed tanq̃ manifeſtã
cladem atq; incommodum:uoce:uultu:ueſtibus:id eſt gemitu:ſqualore:lachrymis indica-
tis.nec quiſquã eſt ueſtrum tam ingrato animo:tam dura ferreaq; mente qui nõ intelligat:
aperteq; cognoſcat ornamentum Ciuitatis:amatorem concordiæ.ſtatus & tranquillitatis
acerrimum defenſorem hodierna die e uita uobis eſſe ſublatum.Q uod ſi recte maiores no
ſtri ſtatuerũt:eam Ciuitatem præclariorem habendam eſſe:quæ Ciues haberet Illuſtriores.
Non in mœnibus:ſed in Ciuibus.non in domibus ornatis:ſed uiris magna uirtute prædi-
tis Ciuitatis ſplendorem eſſe uoluerunt.Qui ſi acerbe atq; immature moriantur:ſplendo-
rem illum Ciuitatis extingui neceſſe eſt.Pacem & concordiam e Ciuitate ſi tollamus:ſalu-
tem omnem & omnium tranquillitatemq; tollemus:Nam ſi Ciuitas a conuentu & cõiunctio
ne nomen habet:q̃ diu eſt concordia in Ciuitate:nomen illud retinetur.eadem ſublata:no
men quoq; tollitur Ciuitatis Q uocirca qui Ciuium concordiæ ſtudeat:eũ & Ciuitatis de-
fenſorem appellemus.& ſi uita diſcedat:Vrbis calamitatẽ deploremus oportet.Neq; enim
latere nos poteſt:præſidia populorum:propugnacula Vrbium:munitiões Ciuitatum:non
in muris & ſagittis eſſe:ſed in uiris fortiſſimis:Reip.amantiſſimis contineri.Q uocirca erat
qui locum egregie:natura ualloq; munitum plus ualere ad defenſionẽ Vrbis exiſtimat:q̃ ui
ros fortes.Muri corruũt machinis:mille funditus proſternuntur.tæla non ſemper magna
intorquentur ui:ſed plærunq; ſegniter emiſſa languent.Viri fortes partim gloriæ cupidita-
te incenſi:partim patriæ cupiditate flagrantes:nunq̃ a Ciuitatis defenſione deſiſtent:peri-
culu adire:

cula adire:tælis ſeſe oblectare:mortem ſi res exigat oportere non dubitant. Vir fortis dum
cōſuluit Patriæ:illic pro liberis:pro ſama:pro gloria:pro rerum omnium dulciſſima & cha
riſſima libertate dimicabit.nec ullo tormento aut baliſta a mœnium propugnaculo diuel-
li:nec prius Patrios amittet lares:quā uitam.nec tardius uitam deſeret quā Ciuitatem eā
q; uel conſilio ſi poterit:uel ſi non poterit defenſione uirium & ſanguinis etiam effuſione
ſeruabit.Qui communi ſaluti ſic conſulet:ut tum demum arma capienda cenſeat quum le-
ges ac iura contemni nec ſeruari mors atq; iſtituta uideantur.Ii ſunt quos uere dixerim præ
ſidia atq; ornamenta Ciuitatum:quibus ſi carendum eſt nobis acerbitate mortis quid eſt
quod poſſumus dubitare Ciuitates ipſas luce:præſidio:ſplendore eſſe cariturasʔ quæ cala-
mitas eo eſt habenda maior:quo ſūt hæc quæ pauloante diximus Vrbium præſidia atq; or
namenta rariora:ut in multis ſæculis uix ex omni multitudine mortalium duo treſue inue-
niri queant qui boni habiti uiri:quos eoſdem fortes licet appellare & auctoritatem habue-
runt atq; cōſilium:& animum geſſerūt pro ſalute Patriæ inuictum atq; excelſum:nullis tur
binibus:odiis:inimiciciis:nulliſq; libidinibus & uoluptatibus ſuccumbentem:quibus ex
rebus conflatur dignitas uirtutis atq; integritatis opinio comparatur.Itaq; ex hoc genere
hominum pendet Ciuitatis ſtatus:in iis decus:in iis ornamentum eſt Vrbium:in iis populi
tranquillitas defenſioq; uerſatur.Nec eſt quod poſſimus dubitare ex multis iam actis ſæcu-
lis neminem fuiſſe Nello Balioно:neq; defenſione Patriæ neq; uite integritate comparan-
dum.Neminem uel charitate in Ciues:uel moderatione & iuſticia in omnes:uel magnitu-
dine & animi & cōſilii in regenda atq; adminiſtranda Rep.confitendum. Repetantur mo-
numenta maiorum:ueterum geſta conſiderentur & ipſam deniq; antiquitatem tanquā in
puluerem atq; aciem explicemus:quis unq̄ tantum huic Vrbi contulit ornamentiʔQuis
totiens opes Ciuium:liberos:capita:fortunas:a clade:ui incendio:furore ſeruauitʔEt:quod
maxime ad ſplendorem pertinet Ciuitatis:quis nomis ſui famam propagauit latiusʔQuā
quidem rem:cum ſæpe alias audire:tum maxime hoc luctuoſiſſimo tempore proſpicere at-
q; intueri potuiſtis.Quippe ubi primus de morte rumor circunferri cœpit:continuo ex op
pidis Ciuitatibus:ſummo Pontifice uel legati ad filios:uel litteræ peruenerunt:partim qui
dolorem ſuum maximum atq; grauiſſimum indicantes:calamitatem hanc noſtram graui-
ter:acerbeq; ferent:partim qui ad lugendum illuſtriſſimi uiri mortem exequiaſq; decoran-
das:ſuas lachrymas pollicerentur & gemitus.Quos quidem ſi ad funus peragendum ad-
mittere filii uoluiſſent:hominū plus quā ſena milia lugubri ſquallore affecta mutatis ueſti-
bus:gemitus hic effundere acerbiſſimos uideretis.Quos quoniam filii optimorum Ciui-
um conſenſu reiecerunt:domi nunc lugere & amantiſſimi uiri mortem triſtiſſime ferre exi-
ſtimandum eſt.Quid dicam Summū Pontificem:ad quē quū ipſe litteras detuliſſem:qui-
bus tam grauis ſignificabatur caſus:non potuit non grauiſſime commoueri:atq; in hunc
modum reſcripſit ad filios.Accæpiſſe eorum litteras quibus de morte patris certiorem fa-
ctum non potuiſſe ſeſe a lachrymis continere.O rem admirabilem & ætate noſtra inuadi-
tam.Summum Pontificem priuari hominis morte temperare a dolore & lachrymis tenere
non poſſe.Cur itaʔQuoniam eum inquit uirum ſolum Peruſinam Ciuitatem prudentia
& conſilio regere ſolitum:ſolum præſentia populi ſæpe furores atque impetus repreſſiſſe.
Recte ſentis Pater ſanctiſſime atque optime.Solus Ciues in concordia.Ciuitatem in tran-
quillitate:omnes in pace atque in otio conſeruabat.Solus priuatus inimicicias.Plæbes ſe-
ditiones & tumultus gratia:minis:auctoritate ſedebat.Solus res magnas obire pro ſtatu
Ciuitatis:Patriæ pericula prouidere ac propellere diligentia & magnitudine animi.Solus
Ciuium curam gerere & Remp.adminiſtrare conſilio & grauitate ſolebat.Nec quenquam
ueſtrum eſſe arbitror:cui non ſint iampridem hæc perſuaſa & cognita:quique plane non
intelligat ornatiſſimi uiri mortem non ſolum propinquorum calamitate:ſed etiam uni-
uerſæ Ciuitatis incommodo deplorandam.Lugent oppida & finitimæ gemunt Ciuitates:
& illæ ruraque contabeſcunt:quorum omnium ſalus ex huius Illuſtriſſimi uiri pendebat
ſalute.quo uiuente:nihil ſibi periculi metuebant:eodem mortuo:nihil eſt quod non ſibi
putent eſſe timendum. Ager Peruſinus ſqualor totus ac mœſticia affectus:tutorem:patro-
num:conſeruatorem ſuum planctibus:ululatibuſq; requirit.Porro Ciuitas ipſa mutatis fe-
re omnium ueſtibus:tota in mœrore:luctu:planctu:acerbitate uerſatur:ut plane conſtat ui-
ros:mulieres:ſenes:iuuenes:omnem denique ætatem & lapides prope dicam huius Vrbis
Illuſtriſſimi uiri morte grauiſſime eſſe commotos.partim eorum quibus propinquitas ipſa
affert dolorem:partim qui maximis affecti beneficiis non poſſunt non indulgere lachry-
mis & mœrorem ſuum grauiſſimum ſic indicant:ut & grati animi præbeat exemplum &
maximo ſeſe incommodo affectos eſſe fateantur partim etiam:immo uero plus q̄ partim

eorum qui memoria priſtina facta repetentes maxima uident:& huius uiri morte pericula
impendere Ciuitati.quam quidem is:cum ſæpe alias:tum maxime hoc anno a neſaria cla-
de:periculoſiſſimoq; incendio liberauit.Vidi equidem:uidiſtis & ipſi omnes:exagitatam
magno atq; inſeſto tumultu Ciuitatem:homines nocturno ſtrepitu:partim timore attoni-
tos:partim ira & furore concitatos:armatos omnes in forum concurrere:uicos:plateas fo-
rum:angyportus:Vrbem deniq; uniuerſam armorum ſtrepitu reſonantem:faciem horren-
dam præbere.nec aliud undiq; quam fremitus uirorum:mulierumq; ululatus exaudiri:to
tam Ciuitatem attonitam:& paueſactam peſtilentiſſima ſtrage Ciuium:ſuum iamiam inte
ritum atq; excidium expectare:Agmina illa inter ſeſe inimica atq; inſeſta paulatim appro-
pinquare cœperant:erant qui iugulandos Ciues crudeliſſime ſtatuiſſent.erant qui faces at-
q; incendia in alienas domos coniiciendas propoſuiſſent.erant qui ferro ianuas excidere:
fortunas alienas diripere:uirgines uiolare:& neſariam animi libidinem exaturare conten-
derēt.Quæ huius niſi grauiſſimi ſtatim uiri occurriſſet auctoritas:eueniſſent omnia:& quæ
nunc eius opera pacaciſſima eſt Ciuitas:ueſtro tunc perfuſa & cruentata ſanguine maduiſ-
ſet.Qui quanquã erat confectus ſenio:ubi primum ſonitum exaudiuit armorum nudo ut
erat pectore:iam enim lectum quieturus conſcenderat:domum egreditur:paruaq; ſtipatus
caterua:& baculo innixus:in forum armatis & iam in ſuam perniciem ruentibus hominib⁹
refectum:peruenit. Turbam illam truculentam & concitatam primo ſtatim aduentu ſedat
alios repellit minis:alios gratia flecti:baculo nonnullos cædit:uniuerſos nutu atq; auctori-
tate perterret:furorem illum ardentiſſimum & effrænatum impetum populi:quaſi miſſus
diuinitus preſentia & grauitate reſtinxit.Mox omni ſedato tumultu uniuerſo ſtipatus po-
pulo domum reuertitur.& quæ iamiam caſura Ciuitas ac pauloante funditus interitura ui
debatur:unius huius uiri aſpectu:præſentia:auctoritate reuixit.Contemplamini per Deos
immortales uiri Peruſini:non ſunt hæc audita uobis:& tanq̃ fabulæ decantata in triuiis:ſed
uidiſtis ipſi:nec ſolum uidiſtis:ſed interfuiſtis.nec ſolum interfuiſtis ſed obſcuriſſima nocte
in forum omnes armati atq; attonici concurriſtis Contemplemini inquam & etiã atq; etiã
contemplamini:cogitate quantum huic pro tanto accæpto debeatis beneficio:qui uos:qui
liberos ueſtros:qui opes:fortunas:lares:templa:parietes:Vrbem deniq; totam a clade:ra-
pinis:incendio liberauit.Qui quum totiens alias:tum maxime hoc anno:ne Ciuili inter
uos ſanguine manderetis effecit.Quod ſi Romani illi ueteres a quibus nos omnem bene
uiuendi accæpimus diſciplinam:quorumq; ſumus inſtituti exemplis.M.Tullium Cicero-
nem:ꝗ Catilinam hominem ſeditioſum & turbulentum e Ciuitate deieciſſet:Patrem Pa-
triæ uocauerunt:quanto uos rectius Nellum Balionum:qui non unius hominis audaciam
ſed uniuerſi populi furorem:impetumq; repreſit.Patrie parentem appellare debetis?Si illi
Trebio & Minutio Augurino quod ſemel frumentum cum procuraſſent:ſtatuam alteri ex
tra portam Tergeminam:alteri in Capitolio dedicarunt:quanto uos honeſtius Nellō Ba-
lionio cuius opera atq; munificentia re frumentaria nunq̃ indigetis:abundatis ſemper:ſtatu
am uel medio in foro decernatis:memoriãq; tanti tamq; ampliſſimi beneficii faciatis apud
poſteros ſempiternam?Deniq; ſi illi.P.Valerium ꝗ ſemel Plæbis ſeditionem compreſſiſſet
Si Quintum Fabium ꝗ quædam contuliſſet in Remp.beneficia:ſuis in rogũ humeris por
tauerunt:q̃ recte uos quod quidē publico feciſtis cõſenſu:nō ſolũ humeris ueſtris in rogũ
portare:ſed eius funus atq; exequias ueſtibus:lachrymis & totius populi luctu condecora-
re uoluiſtis?Qui totiens pro ſalute ueſtra dimicauit:& maximis ſeſe obiecit grauiſſimiſq;
periculis:ille uobis hodie eſt extinctus:qui niſi fuiſſe Vrbs ueſtra ardentiſſimo conflagrata
cecidiſſet incendio Ille qui niſi fuiſſet:qui nunc in pace & quiete tranquillam atq; otioſam
uitam agitis:in maximis diſcordiis continuiſq; Ciuium ueſtrorum cladibus crudeliſſime
uerſaremini.Ille qui Ciuitatem a periculo.Vrbem a flammis atq; excidio:uos liberoſq; ue-
ſtros a furore atq; impetu liberauit.Extinctum eſt uobis lumen illud nobilitatis clariſſimũ
& ſplendidiſſimum:quod perpetua luce bonorum exemplorum Ciuitatem ueſtram illu-
ſtrabat atq; illuminabat ſanctiſſimis inſtitutis.Ille qui Vrbis incolumitatem.qui concordi
am Ciuium:qui ſalutem omnium ueſtrum ſtudioſiſſime ſemper diligentiſſimeq; curauit:
hodie uobis diſceſſit e uita.Qui quum ex hac fluxa & caduca uita diſceſſit:præſidium e Ci
uitate diſceſſit:ſplendor diſceſſit:gratia:conſilium:auctoritaſq; diſceſſit.Vos ego lapides:
phana:templa:parietes.Vos ſanctiſſimi lares:focîq;:penateſq; obteſtor:quos ille turbulen
tiſſima nocte a tælis infeſtiſſimis ardentiſſimiſq; facibus conſeruauit.ſi ſentire poſſetis atq;
loqui lachrymas profecto in hoc luctuoſiſſimo funere conſeruatoris ueſtri tenere nequi-
retis.Ad te glorioſiſſima Ciuitas:quum ille totiens a fame furoreq; defenſam ex impiis
ſceleratorum eripuit manibus:quanta poſſum maxima atq; altiſſima uoce cõclamo:eum
tibi uirum

tibi uitum hodie eſſe præreptum:cuius ſalute tua ſalus tranquillitaſq; conſtabat.Eum tibi
morte præreptum qui quamdiu fuit in uita nulla tibi pericula:nullæq; tempeſtates nocere
potuerunt.At nunc uidere mihi uideor nauim quãdam:ſolito carentẽ gubernaculo æſtuo
ſiſſimis fluctibus & procellis agitari.Video ancipitem & quaſi decapitatam Ciuitatem ſoli
to cuſtode:parente:defenſore ſpoliatam:& qui pauloante munitiſſimi uidebantur Vrbis
ueſtræ muros tanto amiſſo ſuſtentaculo funditus eſſe concuſſos.Dicem quiſpiam.Quid
alii?Num carent oculis?Num conſilio uacant & prudentia?ut Reip.ſtudiis inuigilare:eã
q; regere & adminiſtrare & qualem a maioribus acceperunt:legibus:moribus:inſtitutis re-
tinere & conſeruare non poſſunt?Vtinam cõfirmare uere hoc poſſim.Sed ueluti in magno
quodam ædificio fundamenta quæ primum iacta cum opere ipſo creuerunt ſine concuſſio-
ne & ruina moueri atq; alio tranſferri non poſſunt.Sic in ſtatu atq; adminiſtratione Ciuita
tis:qui primi rem atq; Imperium fundauerunt:quiq; una cum imperio creuerũt plus neſcio
quo pacto uidentur roboris ad Remp.ſtatuendam & cõſeruandam.quos ſi contingat mo-
ri Imperio ipſo ad alios delato:neceſſe eſt uel motionem fieri Ciuitatis:uel Reip.caſu & rui
na totaliter collabefactari.Tum quiſq; ſibi ſatis eſſe conſilii ad Remp.putant:etiam ſi ſit re-
rum imperitus omnium.Nec eſt qui ſequi expectationem & auctoritatem metiatur ſuam.
Quæ res una ſedandis tumultibus:componendis ſeditionibus & Imperio conſeruando ua
let plurimum.Quis eſt iam:ne uobis quæſo blandiamini:quis eſt cui uniuerſus populus
pareat?cui uiri inermi cedãt armati omnes cuius motu tota ſtatim Ciuitas uel ab armis fle
ctatur ad pacem:uel a pace ad impetum concitetur armorum:cuius deniq; conſilio atq; au-
ctoritate regantur omnia?Quis tanta pietate in Patriam qui non Reip.priuatam atq; ſuã
ſtatuit anteponendam.Ereptum eſt a uobis hodierna die præſidium illud conſtans atq; fir-
mum:cuius ope freti:nec Deos:nec homines timebatis:qui libertatem ueſtram:qui pacem:
qui otium:qui ſalutem ſtudioſiſſime atq; acerrime defendebat.Qui non populum uexare:
non ſeditiones facere:ſed ſedare tumulus:inimicicias extinguere:iniurias propulſare:om-
nium honorem dignitatemq; tueri nitebatur.Quo ſublato:nihil eſt quod non timendũ
uobis exiſtimem:factiones:diſcordias:iniurias: contemptum finitimorum eorum omni-
um qui pauloante non ſolum potentiam timebant ueſtram:ſed minimam quamq; offen-
ſiunculam metuebant Nunc quid illi cogitent poteſtis conſiderare:ereptum uobis eſſe du
cem & moderatorem ueſtrum:id eſt ueſtræ caput atq; præſidium Ciuitatis eſſe præreptum:
cuius conſilio & prudentia tanq̃ ſigno quodam & claſſico:hoſtes ueſtri atq; inimici perter-
riti:ne nomen quidem ueſtrum:paulo ignominioſius appellare:nedum iniuriam nobis fa-
cere aliq̃ conabant.Nunc quid nõ audebunt?quid nõ molient?:nõ uirtute ſua fortiores fa-
cti:ſed calamitate ueſtra:non q illi ducem adepti ſint meliorem:ſed quia ueſtro uos uide-
ant ſpoliatos eſſe Quocirca:non ego Nelli Ballionii optimi & clariſſimi uiri deploro mor
tem:Ciuitatis ueſtræ potius caſum calamitatemq; deploro.Scio illi nihil euenisſe mali:nec
eſſe nobis cur eius morte ſua cauſa doleamus.Ciuitatis cauſa dolendum eſt ſi quid eſt do-
lendum:de cuius incommodo breuiter quæ erant dicenda diximus:nunc quod initio fue-
ram pollicitus dolorem noſtrum:quem neceſſe eſt eſſe grauem & acerbum:leniemus ali-
quantulum:neq; ſpero:nec mihi perſuadeo tanto uos onere atq; moleſtia totaliter leuare
poſſe:ſatis erit mihi ſi mœrorem noſtrum grauiſſimum aliquanto fecero dicendo leuio-
rem.Quod ita fieri poſſe arbitror:ſi non ſolum nihil illum mali conſecutum monſtrauero
quod uita exceſſerit:ſed plurimum etiam adeptum boni.quamquam res eſt magna & per-
difficilis ut non modo quottidiano & uulgari genere dicendi contenta non ſit oratio:
ſed acriorem quandam deſideret ingenii facultatem:ſubtilioremq; diſputationem abhor-
rentem ab opinione uulgi:agitatam & uiris doctis.Pleriq; enim ad ſenſum referentes om-
nia:nihil morte indicant peius:pauci nihil melius datum a diis hominum generi exiſti-
mant:& quam nos eam moleſte ferendam putamus inter naturæ munera numerari cen-
ſent oportere.Naturam uero quum omnes uitæ partes quam aptiſſime ſtabilierit:hac ulti
ma qua monẽdum inſtituit:deficere atq; errare nullo modo potuiſſe.Qui ſi id paululum
quod ineſt terroris magno contemnamus animo.& mortem ipſam paulo diligentius q̃d
ſit:quo ferat:aut quid tandem auferat conſideremus:profecto id quod res eſt:nihil mali in-
ueniemus in morte:illorum dico mortem quorum uita præclara acta:nec diuina atq; hu/
mana contempſerit iura:nec turpibus ſeſe illecebris uoluptatibuſq; contaminauerit.Nam
hi qui ſe rebus in uita demerſerunt:hi ne in morte quidem erigere ſeſe:& ad ſupremum il-
lum cœli nitorem ſuperuolitare poterunt:ad quem animi noſtri diuini & ſempiterni remi
gra tanquam ad ſuum priſtinum domicilium cupiunt.Sed quum animo conſtemus & cor
pore mortales omnes:ille nobis e cœlo datus ſimplex atq; æternus:nulla ſui parte conſu-

ſus aut caducus:Corpus terrenum eſt & fluxum:multarumq; cõmixtione rerum obſcura-
tum in quo quum animus e cœlo delabitur:candorem illum diuinum:corporis contagio-
ne obrectum exerere & priſtinam dignitatem mentis atq; memoriæ retinere non poteſt.
Tum uariis affectus morbis:quæ nunq̃ antea ſentire poterat:ira:odio:amore:gaudio dolo-
re:lætitia:& omnibus quæ in hominem cadere queunt perturbationibus agitatur:quæ ni-
ſi corpori commixtus implicituſq; ſic eſſe per ſingula eius membra:quaſi perfuſus eſſe uidea
tur:ſentire nullo modo poſſet:Itaq; ſiue digytus limini incutiatur:ſiue concruciatur ma-
nus:ſiue capillis unus euellatur:excutiatur animus:& dolorem ipſum cuius ſuapte natura
eſt expers:in ſe tranſfert:fitq; perturbatio quædam communis:quæ ſolius debuerat eſſe cor
poris:& qui pauloante cœleſti intendebat ſplendore inter mille uermes:ſudores:pituitas:
cæteraſq; corporis ſordes innumerabiles inuitus habitat.Qud dicam tot moleſtias:mor-
bos:curas:ægritudines:libidines:amores:odia: & inimicicias: formidines:ſpem:timorem:
luctum:læticiam:que animam ipſum per omnem uitam ſic oppugnant:atq; exagitant ut
nõnunq̃ e media uita cogatur diſcedere.Q uales permultos memorare poſſem:qui uel ira:
uel dolore:quod tranſlatum in animum:corporis dolorem perferre nõ poſſent:ſua uſi ma-
nu ſeſe interemerunt.Tum algorem:famem:ſitim:calorem:quorum cauſa laboramus ſolli
citiq; ſumus animus ipſe ſimplex ac liber non ſentiret:coniunctus alligatuſq; corpori & ſen
tit & patitur.Huc adde innumerabiles caſus fortunæ:iniurias indigne acceptas:expoliatio
nes agrorum:direptiones opum:uexationes fortunarum:contumelias:percuſſiones:igno-
minias:calamitates:orbationes filiorum:deſolationem patriæ:ſtrages Ciuium:clades pro-
pinquorum:mortes familiarum:Hæc omnia oportet uidere in uita:hæc ſunt in quæ naſci-
mur:alimur:uerſamur.Pati deniq; hæc oĩa eſt uita:ueſtra laborioſa ſane res & oĩno miſera-
biles:& tamẽ quum ex hac miſeria diſcedendum eſt nobis & e corporis uinculis tanq̃ a car
cere quodam euolandum:timemus:gemimus:lamentamur:& cœlum ac terram comple-
mus ululatu.Dicet aliquis ergo melius actũ eſſet nobiſcum ſi nunq̃ eſſemus nati:quos tot
manent erumnæ & miſeriæ ineuitabiles.Mos eſt Thracibus uitæ dies:quos fœlices habent
candidis:quos infœlicitas nigris lapillis obſeruare:qua uero die quis naſcitur eam nigro
notantes inter infœlices cenſent annumerandum.Fuitq; olim uir ſapiens quidam:qui ita
cenſebat homini primum optimum fuiſſe:nunq̃ eſſe natum:proximum uero ſi ſtatim ubi
eſſe natus moreretur.Cum quo & ſi ortum probaſſet de morte minime diſſentirẽ.Genuit
nos deus ille ſupremus & ſempiternus:eaq; lege in hanc infimam atq; obtuſam terræ pla-
gam e ſummo illo & clariſſimo loco deiecit:ut parua incluſi arce:tamdiu habitaremus ter-
ras:cuſtodiremus hanc corpoream & caducam molem:donec Imperatoris noſtri Iuſ-
ſu eſſet dicedendum.Suſpicientes interea aliquando cœlum hoc patens atq; apertum:
quo tanquam tecto quodam lato atq; amplo undiq; circũtegimur tot diſtinctum imagini
bus:tot ſtellis paſſim rutilantibus ornatum:agnoſceremus magnitudinem parentis noſtri
atq; admiraremur:qui mundum ipſum omnem regit atq; gyrat celeritate incredibili:& pa
triam illam auitam unde in terris quaſi præcipites delapſi ſumus:toto animo:tota mente
complectentes ſurſum cogitationes noſtras omnes:conſilia:uoluntateſq; dirigeremus:eã-
q; ob rem cœlum ipſum cæteris rebus pulchritudine præſtare uoluit:ut eius nos cupiditate
incenſi:terrena quæ ſunt tanq̃ minus pulchra deſpiceremus:nec obtuſis & mortalibus cape
remur rebus:qui claras atq; æternas intueremur.Quæ ſi tam nobis nunc uidentur pulchra
eam longo interuallo ſuſpicientibus:quanto quum accedemus proprius pulchriora uide-
buntur?Voluitq; Idem Deus qui nihil unq̃ ægit temere:iccirco terrena hæc nobis moleſta
eſſe:quo ſint cœleſtia illa futura gratiora.Q uanto enim pulchra:grauioraq; patimur uiuẽ
tes:tanto quum excedemus e uita alacriores in cœlum lætioreſq; migrabimus.Sed eam mi
grationem ſola mors:quam nos tam grauem:tam acerbam:tam miſeram & luctuoſam exi
ſtimamus:poteſt præſtare:Quãdiu ſumus in uita beati eſſe nõ poſſumus:mors uel una põt
nos efficere beatos.Quum igitur animus ipſe diu in terris agitatus.& tãq̃ omni genere tor
mentorum excruciatibus diſcedere e corpore:priſtina originis ſuæ recuperata dignitate.li
ber ſimplexq; tendit in cœlum & terrenam hanc uallem.in qua tam demerſus contamina-
tuſq; iacuit celſo quodam & candidiſſimo loco deſpectans.incredibili afficietur uoluptate
ut qui longa tempeſtate maris agitatus.paulo poſt delatus in portum uaſtitatem equoris
& uim uentorum longe lateq; furentiũ e littore proſpectans.tãtos ſe fluctus euaſiſſe procel
larum uehementer gaudet Sic animus noſter ubi e tantis morborum uoluptatũq; tempe-
ſtatibus liberatus in pacaciſſimũ quietis portũ confugit humanas libidinum.ægritudinẽ
uoluptatum fluctuationes e cœlo deſpectans.incredibilẽ uidetur ſentire uoluptatũ.Repe-
tit enim quæ tormenta.cruciatuſq; pertulerit.cõtagione corporis.indignos excellentia &

magnitudine

magnitudine ſua:quot curas alienas & ſollicitudines ſuſceperit rerum ad ſe nihil omnino pertinentium turbidam hanc & ſpurciſſimam habitatiõem terrenæ fecis:in qua inuolutus demerſuſq; iacuerat deteſtatur.atq; exhorret odio incredibili:diſpudetq; quum reminiſcitur in tanta ſordium ſpurcicia & fœditate diutius eſſe uerſatũ.Quod niſi ueritus eſſet in iuſſu Imperatoris.Dei ex hoc commiſſo ſibi loco diſcedere:prima qua in corpus ipſum penetrarat die:tanta cognita eluuione effugiſſet in cœlum:nec tantis ſordibus tanq; ſibi diſſimillimis committere ſeſe & ſplendorem ſuum candidiſſimum commaculare uoluiſſet Inuitus itaq; animus præclarus atq; æternus:in corpus obſcurum mortaleq; trahitur:habitatq; una non ſponte quidem ſua:ſed iuſſu atq; auctoritate diuina.Q uum uero diſcedit e corpore: quam nos diſceſſionem mortem appellamus.Dii boni q̃ lætus itet illud ſublime:leuis expeditusq; capite:totuſq; iam ſui ſimilis ſuperuolans:nulla tabe:nullo morbo:nulla deniq; terreni ponderis mole retardatur quominus ſtatim recta uia proficiſcatur ad cœlum.Nam ſi uerum eſt quod ſapientes quidam dixerunt:tria hominibus maxime ſolere eſſe iocunda: Portum his qui nauigauerunt:Peregrinis patriam:Captiuis libertatem Q ua tandem iocũditate animum affici putamus:quo gaudio atq; læticia compleri:quũ tamdiu corporis anguſtiſſimo deiunctus carcere:milleq; uitæ huius tempeſtatibus iactatus:tamdiu peregre p̃fectus & quaſi relegatus in terris liber ſecuruſq; factus ad patriam illã auitam propinquoſq; reuertetur.Nam ſi nos imagines & ſimulachra Deorum immortalium:neceſſe eſt animos quidem noſtros aliqua illis affinitate & propinquitate debere eſſe coniunctos.Si enim exiſtimandum eſt ſublimem illum excelſum Deum animos noſtros non ex hac fece terrena qua ſumus obuoluti atq; immerſi:ſed ex ſua potius diuinitate genuiſſe & concretis corporeiſq; maſſis principes & moderatores eſſe uoluiſſe:Corpora autem noſtra nihil habent cõmune cum Diis ſunt enim ſpolia quædam & ueſtes animorum.Nos autem animi noſtri ſumus:Nam ꝙ loquimur:ꝙ intelligimus:ꝙ prætenta repetimus:cernimus præſentia:& futura plærumq; quaſi præſagi diuinamus:ꝙ omnem mundi plagam incredibili cogitationis celeritate percurrimus:ꝙ Deorum atq; hominum uim naturamq; cõtemplamur:ea uis omnis eſt animi:qui quum ſolutos hoc carcere migrat in cœlum mens noſtra:memoria:prudentia:conſilia:uoluntates:ſtudia: cogitationeſq; noſtræ:& deniq; noſipſi in cœlum una migramus:ſpolia uero noſtra detecta remanent in terris:quæ uel condantur ſepulchro:uel aperto ſub cœlo relinquantur:emarceant neceſſe eſt:& in terram ipſam unde ſunt profecta conuertantur.Q uocirca recte Socrates qui unus teſtimonio deorum ſapientiſſimus eſt iudicatus:quum iam morti appropinquaret rogatus a Critone amico quonam modo uellet ſepeliri.Fruſtra inquit operam ſe conſumpſiſſe:qui Critoni qui tam diu ſecum uerſatus eſſet non perſuaſiſſet ſe nihil ſui in terris eſſe relicturum Digna Socrate uox.Corpus enim nihil ad ſe putabat pertinere:animum autem ſciebat in cœlum euolaturum.Q uo exemplo adducti nonnulli quid nam animus eſſet:aut quo pacto corpus habitaret:ſæpe quæſiuerunt.Sic multorũ ſententiis ultro citroq; oblatis animum alii rem diuinam:alii Dei imaginem:nonnulli minorem quendam diffinierunt deum huic paruo corpori tanquam illũ uniuerſo mundo præſidentem atq; mouentem:eumq; tanquam aut aurigam in curru:aut gubernatorem in naui iudicantes:corpus ipſum cum uehiculum:tum nauim appellare uoluerunt.Curru uetuſtate fracto:aut impetu aliquo concuſſo nihil patitur detrimenti auriga quærit nouam materiam uehiculum aliud ædificat quo peruehatur:uetus illud diſiectum colliſumq; iacebit Eodem modo nauim multis tempeſtatibns agitatam & iam uetuſtate ipſa conſumptam:qui clauum tenebat ſuoque eam regebat Imperio:ubi compages ſolui tabulataque & foros rimis operiri uidebit:ſtatim deſeret:uetus illa fluctibus obruetur:gubernator nouã conſcendit nauiculam:quam poſſit moderate & regere:Sic animus noſter ubi corpus aut caſu aliquo ſubito colliſum:aut morbo debilitatum atque ſolutum:aut longa uetuſtate langueſactum conſumptumque uidebit:alio ſtatim euolans:corpuſq; derelinquens meliore domo:maioreq; imperio potuit:Corpus factum atque abruptum iacebit in terra:nihilq; iam ad illius ſplendorem attinebit:& ſiue ſit nauis:ſiue etiam uehiculum nullo modo poteſt eodem quo animus peruenire:quemadmodum ſi uel auriga eminentiorem aliquem cõſcendere locum:uel in Vrbem nauta redire uelit:nec in locum trahi currus eminentem nec nauis ſubdit poteſt.Quocirca quum nos in cœlum illud ſummum atque patens unde eſt origo noſtra:reuertimur:corpora noſtra in puluere atque aqua tanq̃ nauim currumq; relinquemus.Quod ſi qui editum aliquem montem ſuperare aggreſſi:quo faciliſus facere id queant ueſtes deponere omnes ſolent:quanto magis animum ipſum in cœlũ uolaturũ ſpolia iſta corporis grauia & ponderoſa deponere oportebit:quæ non auxilio ſibi:ſed ſudori potius atq; impedimẽto futura eſſe uidebantur.Quocirca homines quũ uita

excedunt fruuntur illi quidem animo:corpore autem ipſo non utuntur:ſiue ꝙ mille ſollet
afferre moleſtias:ſiue ꝙ in eam proficiſcũtur plagam:quo terrena iſta ſuapte natura grauia
& ponderoſa ſuperuolare nullo modo poſſunt.Nos igitur quum nihil noſtri relinquamus
in terris:cur tantopere migratione uitæ doleamus non equidem intelligo.Mentem enim
noſtram rationemq; & precioſiſſima quæq; nobiſcum gerimus:ſordes:ægritudines & uiliſ-
ſima quæq; relinquimus:fitq; ſeparatio quædam rerum caducarum ab his quæ ſunt æter-
næ mortalium ab his quæ nunq̄ morientur:corruptibilium ab his quæ corrumpi non poſ
ſunt.Vt igni deputatur aurum:ſic animus noſter morte ipſa ab omni rubiginis contagio-
ne ſecernitur.Nec aliter ſeparatio illa fieri poteſt:quemadmodum ſegetes diuturno exuſtæ
ſole fructus illos tam diu expectatos:niſi ſuccisæ:contritæ.& poſtremo diligentiſſime pur-
gatæ non reddunt.Eodem modo nec animus quidem niſi conciſo contritoq; corpore &
quaſi per uanum excuſſo atq; deiecto purus remanere nõ poteſt quem immortalis ille ſem-
piternuiq; deus ab omni terrena fece:tanq̄ a lolio paleaq; purgatum recondi in cœlo:cor-
pus tanq̄ ſtipulá neglectá dimittit in terra.Nihil igitur illud ad nos attinet.Sed quid ſi qđ
ſi etiam attineret?eſſet profecto ſumma ui a nobis ſummoq; cœnatu abiiciendum res igra
ta:fœda deteſtabilis.Cogitare quæſo & quid inter corpus atq; animum interſit conſidera-
te.Ex illo pediculi:ſcabies:pituitæ:ſudores:pedores aſſidue manent:Anim⁹ prudentia:cõſi
lio: memoria: cogitatiõe uiget.Illud ad turpes illecebras obſcœnaſq; ĩpellit uoluptates.
Animus ad ſapientiam:ad diuinarum humanarũq; rerum noticiá trahit.Corpus nulla ps
non expoſita morbo.Animi uis omnis iocunditati parata.Illius cauſa unguenta:pollentæ:
libidines excogitatæ:Animi gratia pulcherrimæ rerum contemplationes inuentæ.Corpus
ſi exomes:uel purpuram fœdabit.Animum ſi modeſtia ueſtias:omnẽ expoliet uitam.Cor-
pori ſi lautiſſimi cibi:ſi potus dulciſſimi porrigantur:ſcimus probe quid reddat nobis:ho-
neſte tamen affari non poſſumus:Animo ſi fercula ſua præbeas:ſi ad eum ſaturandum intẽ
das:bonas artes ſanctiſſimaq; refert inſtituta.Animus paruo momento cuncta percurrit:
Corpus tardum atq; habes teſtudinis more graditur.quod tamen ipſum facere non poſſet
niſi animi ui atq; impulſu moueretur.Corpus quum ſeneſcat quottidie magis deformatur:
Animus uetuſtate fit atq; antiquitate luculentior.Corpus mille uulneribus expoſitũ:Ani-
mus ſenſum omnẽ atq; obtuitum effugit oculorum:ut nec ferro adiri poſſit:nec aliqua ui
atq; impulſione uiolari:quo nihil eſt ab optimo illo præſtantiſſimoq; genitore & Principe
Deo melius procreatum.Que quum ita ſint non modo corporis iactura moleſte ferenda
non eſt:ſed ultro ipſum ſi fas ſit:ultro eſt a nobis abiiciendam.Q uocirca illud quod res eſt
teneamus nos quum nos migramus e uita:nihil præclarum:nihilq; noſtrum in terris eſſe
relicturos:ſed lucidos æternos ſimillimoſq; Diis immortalibus euolaturos ad cœlum.Nec
enim aliud eſt dicenda mors q̄ fœlix commutatio.Qui pauloante luteas domus:eaſq; per
exiguas:& quaſi ſpeluncas incolebamus:qui iter homines & pecora uerſabamur:quiq; mil
le agitabamur periculis:in medio ſtellarum nitore æuo cum Diis fruemur ſempiterno:nec
metu aliquo aut fortunæ impetu feriemur.Nam ſupplicia illa dura atq; aſpera quæ apud in
feros commemorantur:uel conficta ſunt ad terrorem his qui non recte uiuerent incutien-
dum:uel ad malorum nequitiam puniendam excogitata:qui non corpus animi imperio:
ſed animum corporis illecebris ſubiecerunt.nec quicq̄ ad bonos poſſunt ſupplicia illa per-
tinere.Bonis immortalitas:bonis fœlicitas parata eſt ſempiterna:Proinde quid dolemus:
qui Nelli clariſſimi & ſanctiſſimi uiri inuidemus fortunæ:Viuit ille quidem:uiuetq; ſemp
Nec uita defunctum credendum eſt:ſed uitæ periculis & tempeſtatibus liberatum:eoq; pro
fectum ubi nec frigus ſentiet:nec æſtus ardoreſq; patietur:ubi nullis morbis aut cupiditati-
bus angi poterit:unde ciuitatem hanc a ſe totiens conſeruatam longo deſpectans interual-
lo mirifice ſecum ipſe gloriabitur Vos uirtute ſua incolumes & a maximis periculis erectos
incredibili charitate complectetur Expectabitq; unumquemq; noſtrum:qui quamq̄ diuer-
ſo ſpatio:ordine tamen longiſſimo ſubſequemur.Quod ſi etiam malam aliquod afferat
mors.non eſt cur quicq̄ timeamus:mortuus eſt:extinctus eſt:uita defunctus eſt:& id ipſum
terroris:quod erat in morte formidoloſum atq; horrendum euanuit:nobis potius ipſis ti-
mendum eſt.ſi quid eſt timendum:quos certe exitus ille incertus manet.& cum ſit nobis
omnino ex hac terrena plaga diſcedendum:quo pacto:aut quando diceſſuri ſumus:igno-
ramus:quod ſi cum his preclare agi:beatoſq; eſſe iudicamus.qui cum diu honeſteq; uixe-
rint:placide & tranquille moriantur.Q uid eſt quod mortem huius optimi & clariſſimi ui-
ri moleſte ferre debeamus:quæ quidem ea fuit ut non modo non perhorrenda:ſed expctã-
da potius fuiſſe uideatur Nam ut ea pretereantur quibus mortui fruemur felicitate ſempi-
terna:ut etiã omnia quæ uitæ putantur bona ut alia multa pretereantur:quid illius morte
potuit eſſe

potuit eſſe leuius:quid minus durum:minuſq; dolendũ. Non enim impetu aliquo mor
bi uiolẽto acerbe raptus eſt. Sed ætatis flexu maturæ extinctus:ea enim ætate eſt mortu
us:ut neq; iuuentus deſiderium:neq; decrepitas faſtidium poſſet afferre:tum demum eſt
mortuus: cum & omnes uitæ fructus q̃ accumulatiſſime percepiſſet & ſeſum aurium: o-
culorum mentis nequaq̃ amiſiſſet. Quod his fere ſolet contingere qui uitam diuturnã
laborioſamq; uixerunt. Ea in ciuitate mortuus in qua natus: in qua ſumma cum digni
tate uerſatus:quam ſæpe a ferro atq; incendio tutatus eſt. Carus populo. Ciuitati iocun
dus omni generi mortalium gratus atq; acceptus:his in domibus extinctus:quas ſuis ipſe
(ut ita dicam) manibus certe ſuis auſpiciis ædificauit. In eorum expirauit amplexu quos
ipſe genuit. Quod ſi mors quoquo modo adueniat fœlix putanda eſt: tum ſi ſic contin
gat multo eſt fœliciſſima iudicanda ut plane mihi uideatur: neminem ex hac uita neq;
fœlicius neq; præclarius potuiſſe diſcedere: nec dolorem attuliſſe nobis q̃ ſit extinctus.
Sed læticiam potius q̃ ita extinctus ſit reliquiſſe. Quid erat quod ab illo amplius expe
tere aut etiam expectare deberemus Num ſplẽdorem domeſticum. Num gloriam regẽ-
dæ atq; amplificandæ ciuitatis. Num laudes uirtutum diuinarum. Num propagationẽ
filiorum hæc nobis q̃ accumulatiſſime perſoluit omnia:functus eſt ille officio: uitæ ſuæ
curriculum:ſumma cum laude confecit. Corporis cui paulo ante Deorum imperio præſi
debat cuſtodiam:nec in iuſſu quidẽ dei deſeruit. Vehiculum illud quod dux atq; auriga
moderabatur:regebatq; non caſu factum aliquo: non impetu concuſſum ipſa uetuſtate
ſolutum reliquit:nec quicquam fuit illi præſtandum in uita: quod non præſtiterit. Cur
igitur nos affligimus mœrore niſi fortaſſe noſtro non ſuo incõmodo mœreamus. Diſ-
ceſſit quidem ille e uita. ſed num ſolus:num primus. num poſtremus e uita diſceſſit? nũ
etiam infans iuueniſq; diſceſſit? At paulo immaturior uiſa mors eſt. poterat uel annum
ſuperuiuere Nos præſidio tegere. Ciuitatem conſilio iuuare:regere populum auctoritate
Ciues in concordia retinere. Aliena nos igitur incommoda ſollicitant:non ſua. Sed nũ
expectabamus ut oculorum & aurium: ut omnium deniq; membrorum amitteret ſen-
ſum. ut prudentia deficeret & memoria:ut amens fieret & priſtina rerum gerendarum au
ctoritate careret. an illud fortaſſe uolebamus:ut eius mors arbitrio peteretur noſtro:non
ordine naturæ poſceretur:quæ tamen paulo poſt fuiſſe omnino deſpoſcenda. Quod ſi
malum aliquod afferret mors:quam boni potius multum oſtendimus. Stultum tamen
eſſet moleſte ferre quod aliqua effugere uia atq; euitare nõ poſſes. Nati enim ſumus om-
nes ea lege:ut aliquando moriamur:nec multum intereſt. Statim ubi natus ſis:an paulo
poſt moriaris. Et enim nihil eſt ſub hoc patente ampliſſimoq; cœlo:quod non eius mo-
tu continuo & celeritate deradatur:nec quicquam augeri poteſt: quod idem non decre-
ſcat. Nihil accendi quod non extinguatur: nihil naſci quod non occidat: nihil deniq;
componi:quod non aliquando diſſoluatur. Suprema illa quo mortui proficiſcunt: eter-
na ſunt omnia:nec motu carpuntur cœli:nec ulla temporis uetuſtate conſeneſcunt infi-
ma. hæc & terrena ſic ſunt comparata:diuturna eſſe nullo modo poſſunt:nec quicquã eſt
ſublime globo:quod quidem poſſit eſſe æternũ. Arbores ubi fructus peperere conſene-
ſcunt atq; concidunt. Domus uetuſtate labeſactantur & corruũt Vineta quũ ad ſenectu-
tem uenere inculta deſertaq; cõmoriuntur. Vrbes quoq; diuturne admodũ eſſe non poſ
ſũt. & Troia icẽſa ẽ: & Corynthus Athenæq; perierunt. Altera ui manuq;. Alteræ tpis ue-
tuſtate deletæ. Quod ſi Vrbium & Ciuitatum ætas diuturna eſſe non poſſit: quid eſt qd
nos homunculi uitæ breuitate doleamus? Si ut re ſumus: ita nomine mortales appella-
muncur quod nomine ipſo profitemur re atq; opere præſtare nolumus? Nihil eſt aliud
gigantes fieri & Oſſam atq; Olympum armari contra Iouem:niſi deorum imortalium
non probare. Non igitur repugnemus Diis:hoc potius nobiſcum ipſi cogitemus:nõnul
lum ſolum. ſed omnes qui ante illum fuerũt occidiſſe. Reges occidiſſe: deniq; omne ge-
nus hominũ occidiſſe:produxiſſe eum uirum naturã:atq; omnibus ornaſſe corporis atq;
animæ fortunæ minificis ornamentis. nec quicq̃ fuiſſe homini mortali expetendũ:quod
non ille ſit q̃ accumulatiſſime conſecutus. uitæ diſcrimina imenſa & periculoſa quæ ne-
ceſſe eſt eueniant:ſuperaſſe omnia:fructus amicorum:propinquorum:fortunarum perce
piſſe uberrime. ſpacium uitæ & longum & fœlix ſumma cũ gloria & ampliſſima digni-
tate confeciſſe. liberos:nepoteſq; ſuperſtites:nominis præclara relicta monumenta. uitã
deniq; omnem & præclare actam & fœliciſſime concluſam. Reddendum fuiſſe naturæ
quod acceperat. In quo illud eſt ſapere. Si benigne placideq; reddatur quod & ſi nolis
reddere cogatis inuitus. Vt enim maxime cõmendãdus eſt qui quod ui extorqueri poſ-
ſit per liberalitatẽ conferat:ſic ille maxime eſt laudandus:qui quum parentes aut amicos

ſn uita diutius retinere nequeat:eorum diſceſſum ac mortem tranquille ac moderate fe-
rat.& larga:ut dici ſolet:manu concedat naturæ:nec lachrymis indulgeat:quæ nihil ſint
profuturæ. Nam & illud ſummæ eſt conſtantiæ:nec mortem timere antequã ueniat:nec
eandem ubi aduenerit perhorreſcere. Sic illud ſummæ uidetur eſſe prudentiæ: in morte
propinquorum nihil omnino luctus: lamentationiſq; afferre: quæ aut non ſentiuntur
morientibus:aut moleſtia futura ſunt:ſi forte ſentiantur. Quid igitur poteſt eſſe ſtultius:
q̃ id agere quod obfuturum tibi ſit:profuturum nemini. Mos eſt Litiorum neminem ad
funus peragendum admitti poſſe:niſi qui muliebri ſit indutus ueſte. Pro inſtituto aperte
declarant rem eſſe uanam:mollem.fractam.nec ad uiros quidem.ſed ad ſolas muliercu-
las pertinentem. Quod igitur Litii gens inculta atque barbara cognouerunt:ad nos qui
clariſſimis maiorum ſumus inſtituti exemplis.non cognoſcemus. Feruntur nonnullæ i
Aſia Ciuitates ubi quum naſcuntur liberi.incredibili omnes mœrore afficiuntur. quod
ad miſerias putant natos & labores uitæ ſempiternos. Mortuos uero magno plauſu
proſequuntur:tãquam ab omni laborum & miſeriarum tempeſtate liberatos. Sed quid
barbarorum exempla perquirimus? Mulieres noſtræ quum funeribus interſunt propin-
quorum:magnos emittere ſolent eiulatus:concutere manus:comas laniare pectora cõ-
plangere.genas unguibus lacerare:omnia ululatu & ſtridore complere.ſæpe etiam ſeſe
in rogum conicere ſemianimes. Quorſum iſta tam magna conſternatio? Quid afferre
poteſt utilitatis. Non ſic ſolent uiri. Sunt enim pulla ueſte:tacitoq; gemitu contenti:niſi
qui mulieribus ſint q̃ uiris ſimiliores. Nec uultus lacerant.nec ueſtimenta proſcindunt.
At ſacerdotes qui aliquanto propius accedunt ad ſapientiam: interpreteſque putantur
eſſe Deorum immortalium: funera ipſa cantu & lætitia proſequentes. nihil mœſtum
præſeferunt.nihilque triſte & luctuoſum.ſed rem.uelut ipſe opinor utiliſſimam.uel etiã
ſi eſſet inutilis Deorum imperio conſtitutam æquo animo lætaq; mente accipiendã de-
monſtrant. Ergo nos qui uiri ſumus mulieres molliculas atque inconſtantes q̃ ſapien-
teſq; Deorum interpretes malumus imitari. Multa memorare poſſem exempla maio-
rum:quibus intelligere liceret mortem:pro maximo munere atque dono a Diis nobis
eſſe oblatam.ut eos qui quum templum Apollinis ædificaſſent: Deum eundem orate-
runt ut quid dari poſſet homini optimũ:id ſibi pro tanta pietate largiretur:moxq; inuen
tos eſſe mortuos. Tum alii gemini fratres quum matris currũ ad ſacra pficienda ſuis cer-
uicibus traxiſſent:orante matre.ut maximũ illis a diis ĩmortalib' daretur munus:poſtri-
die ſimul ambos eſſe mortuos. Quid igitur poſſumus dubitare:cur quod optimũ ẽ mu
nere deoꝝ datũ:id exiſtimamus malũ. Nec enim eſt aliud huius clariſſimi uiri mortẽ nõ
probare q̃ dona repudiare:ſatiſq; aduerſari Deorum immortalium. Quod ſtatuerunt dii
nos homuncii recuſemus. Quod illi pro munere maximo atq; optimo nobis obtulerũt
id nos duriter ingrateq; accipiemus. Hoc potius cogitandum eſt:bonam eſſe mortem: ſi
ne qua nemo periculis uitæ liberari:nemo deos adire:nemo æternitatis particeps fieri po
teſt. Et quum multa ſint uariaq; mortis onera: illud eſſe fœliciſſimum:quod non manu
aut ui:non inſidiis aut ueneno inferatur.ſed maturitate annorũ:flexu ætatis & ordine ꝑ
ueniat naturæ. Quæ ſic nobis a primis incubiculis inſtituiſſe uidetur:atque in id iter uni
uerſum genus animantium direxiſſe:quo recta ut dicit' uia feſtinaremus ad mortem:ad
quam ſiue paulo citius q̃ cæteri:ſiue aliquanto tardius perueniamus perexiguũ ſpatii po
teſt intereſſe:ut in hoc uelociſſimo curſu moriendi alios paruo anteire ſpacio:alios non
longo interuallo ſequi:nonnullos eodem contendere paſſu.& ad hoc.fœliciſſimũ præ-
mium paribus ueſtigiis ire uideamus eorum olim:qui quidem antecedent:ubi feſſi iiæ
tam attigerunt nos expectant.& curſum paulatim appropinquantium ſumma cum læti
tia ſpectantes:ſe priores tanquam in olympia metam attigiſſe gloriantur. Qui autem e
tergo uenient magno curſu:plenis ut dicitur uelis:ueſtigia noſtra ſubſequentur. Quod
quum ita ſit:illud eſt longe utilius in hoc curſu atque itinere nullis impedimentis retar-
dari:quo maturius ad deos ueniamus ĩmortales:ubi ſedes data eſt nobis ſempiterna:ubi
priſtinum animorum noſtrorum domicilium omni periculo:moleſtia:perturbatiõe ua-
caturum Illuc profectus eſt noſter Nellus:qui quum ſatis & ætati & fortunæ uixerit: de-
curſo uitæ ſpacio nos paulum expectare iuſſos anteceſſit:non multo poſt ſecuturos:cum
quo negare non poſſumus actum eſſe præclare:quod nunc tamen e uita diſceſſerit. Nam
quum ultimus uitæ dies ſpectandus ſit omnibus:diciq; ante obitum beatus poſſit nemo
nihil eſt qd & ad hanc noſtrã:quæ caduca eſt & fluxa: & ad illam quæ ſtabilis & æterna
eſt:beatitudinem defuiſſe cenſeam. Quid ſi adoleſcentia:ſi non otio & uoluptatibus de-
dita.ſed negociis & uirtuti intenta fuit. Si iuuentus nõ ad perniciem. ſed ad ſalutem pa-
triæ inuigilauit

triæ ſinuigilauit:floruitq; maxime cũ dignitate. Si ſenectus auctoritate & gratia prædita
ſingulari patriæ præſidio fuit. Ciueſq; ſæpe a maximis periculis liberauit ? Si omnis ætas
honeſte acta. Si omne genus hominum affecit beneficiis. Si iuuit cunctos:offendit nemi
nem. Si opes:fortunas:diuitias & accumulauit ampliſſime. & accumulatas in præſidium
Ciuitatis:ſuſtentationem inopum:in auxilium amicorum:in omnium deniq; beneficen
tiam liberalitatemq; contulit. Si filios genuit:æducauit:erudiuit. & ad patriæ defenſionẽ
ornamentumq; inſtituit. Si nec iuuenis acerbe præreptus eſt:nec decrepitus faſtidioſe ex
tinctus. ſed extrema ſenectute aſſumptus. Si non peregre. ſed domi:non manu. ſed natu-
ra. non ferro aut ueneno. ſed ætate confectus eſt. Quid eſt quominus eius uitam ex om-
ni parte beatam iudicare debeamus. Nam de morte nihil attinet dicere:quę & per ſeipſã
optima res eſt:& ſi honeſta uita anteceſſerit beatiſſima. Scio Nellum noſtrum optimum
& ſanctiſſimum uirum recta ut aiunt uia migraſſe in cœlum. & animum illum purum at
q; ſimplicem & omni terrena fece denudatum:nullo coinquinatum flagitio:nullo cru-
delitatis aut impietatis ſcelere contaminatum ad Deorum immortalium domicilia per-
uolaſſe. Quod ſi uirtus animi:ſi honeſtas corporis:ſi moderatio geſtarum rerum:ſi obſer
uantia iuſticiæ. Religionis. æquitatis. ſi fauor Patriæ. ſi defenſio Ciuium:ſi protectio Ci-
uitatis. ſi modeſtia. ſi fides. ſi integritas. ſi deniq; uirtutes oẽs & bona oĩa quæ in hac no
ſtra uita peraguntur aium ubi corpore exceſſerit:poſſunt efficere beatum:nequaquã no-
bis dubium eſſe poteſt Nellum Balionum fautorum bonorum:conſeruatorem Patriæ:
amatorem concordiæ. uirum animo. corpore. uita. factis. dictis integerrimum: ad deos
immortales:quorum erat prope ſimillimus:acceſſiſſe:ibiq; participem ſempiternarũ re-
rum fœlicẽ futurũ eſſe:ut non ſolum non ſit nobis dolendum ꝙ uitæ labores effugerit.
ſed ſummopere lætandum ꝙ ſedem tranquillam atq; æternam adeptus ſit.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI PERVSIAE IN FVNERE PAREN TIS DOMINI IOANNIS ARCHIEPISCOPI BENEVENTANI: TVNC PERVSIAE GVBERNATORIS: ORATIO.

u Ellem equidem præſtantiſſime domine in hoc funeſtiſſimo: lu
ctuoſiſſimoq; munere:uel non tanto affici dolore:quantus me-
cũ ipſe ſentio:uel acerbitatẽ hanc: ſummamq; moleſtiam: quã
ex optimi atq; illuſtriſſimi parẽtis tui morte concepi: tantiſper
deponere dũ per breuẽ hãc & pœne incogitatã oratiũculã meã
partim in eius laudẽ gloriãq; cõferrẽ:partim ad leuãdũ dolorẽ
tuũ mœrorẽq; accõmoda. Quod memoriæ ꝓditũ eſt priſcos il-
los in clariſſimoꝝ uiroꝝ:mulierũq; funeribus facere cõſueuiſſe
ut ꝗcũq; uel magnitudine rerũ domi militiæq; geſtaꝝ. uel aliqua uiuẽdi gloria floruiſ-
ſent:eũ cũ exceſſiſſet e uita quãta ornatiſſima fieri potuiſſet funebri oꝛone laudarẽt. Et ꝓ-
pinquoꝝ luctũ:uel ſaltẽ ex pte leuarẽt:uel totaliter priſca illa & pœne diuina dicẽdi uber-
tate extinguerẽt. Sed nec ego is ſum qui ꝑſtare hoc poſſim:nec ſi poſſim. grauiſſimus meꝰ
dolor:acerbiſſimaq; moleſtia facere patiuntur. Tum hoc ſubitũ & pœne improuiſum di
cendi genus nihil luculentũ atq; expolitũ:nihil graue & magnificũ afferre poteſt. Quo-
circa ignoſci mihi iure meo poſtulare uideor. ut ſi neq; ſplendor orationis atq; copiæ:ne
q; tantorum hominum frequentiæ:neq; tanti tamq; clariſſimi uiri laudibus ſatiſfecero:
id partim dolori meo grauiſſimo:partim temporis breuitati tribuendum putetis. Equi-
dem quum deformatum te ac ſordidatum cum luctu mœſticiaq; confectum uideo: mo-
ueor animo. & calamitatem iſtam tuam moderate ferre nõ poſſum. Sed hoc me uel me-
diocriter conſolatur:tanta te præditum eſſe ſapientia:tantaq; magnitudine aĩ atq; cõſtã
tia. ut etſi nihil ullo unq; tempore moleſtius accidere potuiſſet:nihil in omni uita graui-
us acerbiuſq; contingere:æquo tamen animo ferendum putes quicquid eſt:uel a natura
profectum. uel a Diis imortalibus ſtabilitum. Florentem .n. Principem omnium quos
ætas noſtra tulerit optimum atq; clariſſimum pauloante accæpimus uita fuiſſe defunctũ
Siue natura ipſa ſeniumq; confecerit. Siue imortalis & ſempiternus Deus ex hoc uiuẽdi
curriculo euocandum educendumq; putauerit Quo mortuo nõ modo tu quem amor
paternus:quem inſita charitas: quem pietas incredibilis ad dolendum lachrymandũq;
quadam naturæ lege compellit:ſed omnes qui uel te colimus:uel illum cognitum habe
mus miſerrime ſimus afflicti. Nihil enim calamitoſius amicis atq; clientibus:nihil uniuer
ſo Regno Neapolitano incõmodius:nihil deniq; triſtius hoc tempore dolentiuſq; eue-

nire potuiſſet. Extinctum eſt lumen illud non nobilitatis ſolum: qua cæteros Regni op-
timates anteibat. ſed conſilii æquitatis atq; prudentiæ: quibus uniuerſo Regno tanq̃ cœ
leſtem quandam lucem effundebat. Nemo clarior. nemo nobilior. nemo beneficentior
habebatur. nemo fide. iuſticia. prudentia. moderatione præclarior. Singulare quoddam
exemplum integritatis & uirtutum omnium: quæ ad ſanctiſſimum uirum ornatiſſimũ-
q; Principem pertinerent. Et ut eſt uita noſtra imbecillis atq; fluxa: nulla ſui parte cõſtás.
alius uirtute præditus eſt: diuitiis alius abundat: alius his quæ ſunt corporis. forma. robo
re. celeritate. nobilitate: aliuſq; generis claritudine pollet. Quæ quidem ſingula conſeq
permulti: uniuerſa uero nonnunq̃ pauciſſimi potuerunt. At uero parẽtum tuum optimũ
& præſtantiſſimum inficiari non poſſumus fuiſſe omnia q̃ accumulatiſſime conſecutum
nihilq; illi ad illuſtriſſimi uiri clariſſimiq; principis magnitudinem defuiſſe. Cuius tanta
quidem nobilitas erat: tanta claritudo generis atq; præſtantia. ut non ſolum cæteros re-
gni principes propinquitate adiret. ſed Regnum etiam genus affinitate contingeret.
Quotus enim unuſquiſq; Ducum: Pricipum: Optimatum in Regno qui cum illo affini
tatem aut non adierit: aut non affectauerit. Antiquiſſima enim inter totius Italiæ famili
as domus tua. ut nõ ſolum hoc tempore clara: atq; illuſtris haberetur. ſed ſupra octingẽ
tos pœne annos: multa ueſtigia uetuſtatis: certiſſimaq; nobilitatis monumẽta proferret.
Quod ſi uiros ampliſſimos & præſtãtiſſimos Duces qui ide per ſuperiora tempora: quaſi
e quodam nobilitatis fonte profluxerunt: repetere uellem: & hac mea quam tu uoluiſti
eſſe breuiſſimam: oratione complecti: ne hodie quidem dicendi finem facerem. Extantq;
de ætate noſtra permulti bellicoſiſſimi militaribus ſtudiis ornatiſſimi: quos in præſentia
ſtatui ſilentio prætereundos. At Illuſtriſſimum parentem tuum inter illos: tanquã cœle-
ſte quoddam ſydus elucentem: omnes obſeruabant. Huic uni pro ſingulari eius pruden
tia parebant cæteri: omnibuſq; in rebus obtemperabant. Non Optimates: non Pricipes:
non deniq; Reges ipſi eius conſilio uacare uidebantur: tantam illi tamq; ampliſſimã au-
ctoritatem adhibentes: tantam oium rerum conſenſionem: ut nihil fere niſi quod eius
eſſet ſententia faciendũ decernendũq; eſſe putarent. Regios itaq; magiſtratus plurimos
obiuit. Vrbem Neapolitanam nobiliſſimam ac potentiſſimã: cui ipſe Regis externa bel
la gerentis loco præſidebat: ĩcredibili ſtudio: uigilantia: iuſticiaq; cuſtodiuit. Apuliam ſi
bi decretam prouiciam tanta moderatione geſſit. ut ſapientiſſimi: iuſtiſſimiq; Ducis no-
men. & omnium maximam quandam & pœne ĩcredibilem beniuolentiam reportaret.
Qui quum nihil unq̃ flagitioſe: nihil auare: nihil imaniter atq; icrudeliter ægiſſet in uita
non ſolum eſt inter hoies æquitatis opinionem maximam atq; ampliſſimam conſecut⁹.
ſed Deorum ĩmortalium adeptus fauorem. Quorum religionem ita coluit. & ſanctiſſi
mis deoq; acceptiſſimis uiris obtemperauit. Vt ſupra q̃ Imperii rõ pateretur: pœne ſanct⁹
diuinuſq; priceps haberetur. Siue enim adoleſcentiam iuuentutemq; cogitemus qualẽ
a patribus accæpimus. Siue reliqua ætatis tempora contemplemur nemo unq̃ habitus
integrior. Nemo pietatis: iuſticiæ: religionis obſeruantior. Nam & diuitiis quibus maxi
me affluebat: partim relictis a parentibus: partim ſua uigilantia comparatis ſic utebatur.
Vt uel in ædes: tẽplaq; deorum ĩmortalium. & religionẽ amplificãdã. uel in liberalitatẽ
aliam: munificentiãq; conferret: iuſticiam & pietatem omnibus humanis rebus antepo-
neret. Quibus rebus auxit dignitatem: ſui fines imperii propagauit. Et quod ad fœlicita
tem pertinere Peripatetici plurimum arbitrantur. Liberos plurimos procreauit Et eos
ipſos tum animo cum corpore præſtantiſſimos. Vt parentis ſui nõ uultus ſolius. ſed mo
res: grauitatẽq; effingere uideantur: eiuſq; imitant̃ ueſtigiis. Quos quidem ſic ille cum
publicis tum priuatis inſtitutis. & pacis belliq; ſtudiis erudiuit. Sic ad gloriam ampli-
tudinem direxit. Vt in hoc quoq; & uiri præſtantiſſimi & optimi parentis munere functus
eẽ cenſeatur. Quocirca uidetur mihi cum Metello illo quẽ noſtri maiores fœliciſſimũ
appellauere. Quantũ ad humanã fœlicitatẽ attinet: comparandus. Ad diuitiã uero tan-
to fuiſſe ſuperior: quãto xp̃ianam putamus religionẽ gentilitiis illis ſuperſtitionibus an̄
ponendam. Nihil aduerſum uidit in uita: nihil funeſtum luctuoſũq; perpeſſus: nihil unq̃
tulit quod ferendũ non eẽ putaret. In morte uero cũ quaſi decurſo ſpacio ad quietem ſe
tranquillitatẽq; oium perpetuã reuocaret. Quod eſt multo beatiſſimũ iter filiorũ: nepo-
tũq; lachrymas atq; amplexus migrauit ad cœlũ. Sic. n. perſuadendũ eſt nobis de his ho
minibus: qui maximo imperio: nullis ſe cædibus cruentarũt: nullis contaminauerũt fla-
gitiis. Nullis uitam ſceleribus: turpitudinibuſq; polluerunt. Et diis ſeſe ĩmortalibus cle-
mentia & miſericordia fecerunt prope ſimillimos. Quorum in numero parentum tuũ
clariſſimũ atq; illuſtriſſimũ, iure optimo cenſeo collocandum. Cum propter ingentem
quandam

quandam humanitatem:charitatẽq; in omnes:tum uel maxime propter inauditam illã
& pœne icredibilem manſuetudinẽ & miſericordiam in eos ipſos:quorũ prouiciam:gu
bernaculaq; geſſit. Hoiem itaq; piiſſimũ atq; optimũ ĩmortalis & ſempiternus deus glo
ria liberis.& dignitatibus exornauit.& q̃ta longiſſima in uita dari poteſt ætatem:uixit
enim ille diu. Et quod ante poſtremũ hunc uitæ diẽ recte dici non poterat: beate uixit.
At uero tũ demũ diſceſſit e uita cũ nullo pacto uiuẽdũ ſibi iam plus eſſe putaret:uixit at
q; ſatis gloriæ:quã maximam ſibi ſuiſq; ẽt poſteris ampliſſimam comparauit. Vixit ſatis
liberis:quos omnes magnifice educatos cæteros bellicis:militaribuſq; diſciplinis inſtru
xit. Te uero ſanctiſſimus princeps ĩmortali ac ſempiterno deo tanq̃ primitias dedicauit.
Vixit ẽt ætatis ſatis:quam cũ diuturnã & pene ĩmenſam attigiſſet octogeſimũ natus an
num migrauit e uita non aliqua morbi præceptus acerbitate. ſed ſola ætatis maturitate
confectus. Qui cum oẽs uitæ gradus fœliciſſime pertranſierit:oĩbuſq; iure munerib' de
fectus obierit tantis rebus ſatis ſuperq; uixerit. Nihil eſt quod ei ad beatam plane uitam
cenſeam defuiſſe. Si modo uita cuiq̃ poteſt eſſe beata:ut non modo extictus fœliciſſime
uideatur. Sed in cœlum tanq̃ in priſtinũ domiciliũ:omni depoſita terrenæ mortalitatis
caligine nudus expedituſq; deuolaſſe. Nec uerendũ putemus nõ ita nobis perſuademus
aliquid contigiſſe in morte mali ei qui iuſtiſſime ſanctiſſimeq; uixerit. Paratus eſt eni in
cœlo locus eis qui recte uitam peregerũt:in quo beati cũ diis ĩmortalibus æuo ſempiter
no fruantur. Nulliſq; amplius turbinibus & tempeſtatibus exagitentur. Nam quid obſe
cro mors eſt aliud q̃ finis uitæ. Quid porro uita ipſa. niſi aſſidua dolorũ:ærumnarũ:peri
culorũ:& oium deniq; dolorum cum perpetua quadam miſeria & calamitate perpeſſio.
Ita nulla pars corporis:nullũ membrum in nobis quod modo mille doloribus & quaſi
tormentis morborũ expoſitum eſſe uideatur. Nulli præterea ſenſus:ex quibus nõ multo
pauciores uoluptates q̃ moleſtiæ capiãtur. Nam uidemus ſæpe quæ nolumus: audimus
auribus quæ non probamus. Peſtifera itердum & pernitioſa guſtamus. tangimus. odo
ramus:periculorũ & calamitatũ plena ſunt oĩa. Quæ quidem deuitari niſi una morte nõ
poſſunt. Cur dolemus igitur & tantopere mortem accuſamus oĩm laborum ac turbinũ
oĩum:periculorum tempeſtatũq; refugium:ac portum longe ſecuriſſimum. Quo nihil
potuit nobis dari præclarius.& nihil melius optabiliuſq; concedi. Quo fit ut quum ſem
piternus deus per uarios nos uitæ labores exercuerit:ſtatuerit tãdẽ eẽ morituros.ut labo
ribus ac periculis uitæ:finẽ tandẽ ac modũ imponeremus. Nã quid aliud arbitramur tot
doctiſſimos ac ſapientiſſimos:uiros ultro ſibi mortem ipſis intuliſſe:niſi ut hanc mortali
tatem uitæ fœditatẽ atq; ærumnam exuentes:tot ſe periculis:turbinibus:tempeſtatib' li
berarent. Licuit uiuere Catoni:quo nemo apud Romanos habitus eſt ſapientior. Sed ta
men mortem ſibi ipſe conſciuit. Licuit Themiſthocli apud Græcos:qui ſi mortem ipſam
qualem uulgus opinatur malam exiſtimaſſent:profecto non Themiſthocles mortem q̃
exilium. Nec eandem Cato q̃ Cæſarem ferre maluiſſet. Potuit ſe morti ſubtrahere Socra
tes. Quem non humana ſolũ ſed diuina ẽt teſtimonia ſapientiſſimũ iudicarunt. Sed eam
ſic aio magno contempſit:ut iam poculo illo pœne confectus:melius ſecũ actũ diceret q
moreretur:quam cũ Athenienſibus qui remanerent in uita. Digna Socrate uox intellige
bat uir ſapientiſſimus ſpes noſtras in cœlo:quo boni proficiſcerentur oẽs reponẽdas eẽ:
non in rebus iſtis terrenis infimis collocandas. Iſta nos in uita diuerſos ac ꝑcipites agũt.
Cœleſtia illa morte illuc ferrente conſequemur. Multos equidẽ memorare poſſem: qui
uel cupiditate moriendi:uel miſeriaꝝ quas in uita pati neceſſe eſt:fugiendaꝝ gratia ſeip
ſos interficere Vt Themobrotũ quendã cui qũo nihil accidiſſet in uita mali: ĩmortalita
tem animi & futuram cũ diis habitationem:ac gloriã contẽplatus in mare ſe deiecit. Idẽ
Scalcinus Hydus:& Siculus Empedocles feciſſe traduntur. Vtrũq; enim ferunt nulla ur
gente calamitate:aut deſperatione motos. Sed mortis cupidine incenſos in ignes ſeſe
ardentiſſimos conieciſſe:atq; ita extinctos eſſe. Tradit ẽt Euripides uetus auctor:& plen'
fidei:quaſdam eſſe in Aſia nationes:quibus quũ liberi nepoteſq; naſcuntur lugubri ſeſe
& miſerabili mœrore conflictant. Quod in labores perpetuos:quod in anguſtias diffi
cillimas:quod in ſempiternã deniq; miſeriã nati eſſe uideantur. Mortuos uero in genti
plauſu & lætitia proſequũtur. Rem enim putant adeptos eſſe præclaram.& malorũ om
nium finem atq; exitũ cõſecutos. Sed id a te ego non poſtulo nec mortẽ: uel tanq̃ bonã
affectum:uel exprobari tanq̃ malam:accuſariq; contendo. Sed animũ appello tuum ſoli
to robore magnitudineq; nitentẽ. Vt conſtanter grauiterq; ea ferenda ducas. Quæ non
uiolenta quadã manu. ſed diuino potius demandata imperio & maieſtate proueniũt.
Vt iſtam luctuoſiſſimã acerbitatem tuam:nõ plãctu & lachrymis. ſed animi potius pati

entia perſequaris . Q uorũ mulierum eſt alterum : alterũ uero ſapientũ.Idq; recte apud
Litios mortuos deplorare non licet:niſi qui id facturi ſunt prius mulieribus ueſtimentis
iduantur .Rem enim putant mollem atq; effœminatam & ad uilles duntaxat mulιercu
las pertinentem .Quod ſi Barbari rudes atq; imperiti propinquorũ mortem tam mode
rate fuerunt:qua nobis patientia:qua equitate animi ferendam eſſe cenſeamus.Si ſapien
tiſſimi uiri nihil eſſe:melius re:non uerbis oſtenderunt.Quid igitur eum tantopere nos
lugere debeamus.alios per multos teferre poſſem:qui filιorum : parentũ:amicorũ fune
ra grauiſſime quidẽ : conſtãtiſſimeq; tulerunt. Sed noui animũ tuum tãta moderatiõe
& ſapientia preditũ . Vt nec legibus aduerſetur.Nec q͂ uulgus facere ſolet humani gene
ris conditione torqueatur.Te uero propter ſingularẽ atq; admirabilem prudentiã tuã.
Nec lachrymis indulgere quæ minime proſunt :nec mœrori ſuccũbere:qui plurimũ ob
ſit.Non ille primus:non poſtremus uita functus diſceſſit e uita:multi enim anteceſſerunt
Et ille quoq; non nos deſeruit ſed anteceſſit.Ea conditione in mortalẽ hanc in areã ad-
miſſi ſumus.Vt aliquando tandem exiremus. Cõſumimur enim omnes paulatimq; car-
pimur.Et concitatiſſima ut uidemus continuaq; aſtro℞ celeritate deradimur . Et enim
ex tot maximis innumerabilibuſq; rebus:quas ſub hoc aperto & uolubili cœlo ſpectam⁹
Nihil æternũ eſt nihil firmum:nihil conſtans atq; perpetuũ.Arbores ſiccantur:eruũt:do
mus : urbes atq; oppida labefactãtur: homines moriũtur fœminæ moriuntur. Quæcũq;
ſub hoc lunæ globo nata ſunt omnia moriuntur.Nec ſunt iſta humanis decreta legibus
ſed diuino ſunt potius nutu atq; imperio conſtituta.Itaq; nihil eſt quod ab hac diuina
& cœleſti conſtitutione diſcedens non aliquando parere & uiuendi numen finem im-
pendere cogatur:pauperes occidunt :diuites occidunt:Reges:pricipes:imperatores occi
dunt.Sed o caducam noſtram fragilemq; naturam:o noſtram inquam naturam fragilẽ
atq; caducã.& imbecillẽ conditionẽ humanã. Quid nos tãtope extimeſcem⁹:formida
mus:exhortem⁹ tot nobis machinas tot laqueos tẽdere iexplicabiles.Vt quacũq; ſumus
in hac fluxa & miſerabili uita tranſituri:mille nobis a morte doli:fraudes iſidiæq; ſtruã-
tur.Alii ferro crudeliſſime trucidantur:ueneno conficiũtur alii. Maris alii:tempeſtatũq;
fluctibus obruunt̃:alii a latronibus iugulant̃:alii ab hoſtibus confunduntur. Multi i cru
ce torquentur : multi etiam ardentiſſimo flãma℞ incendio concremantur.Vt mille mo
riendi generibus ſimus obnoxii:Vt illi mihi plane uideantur beati eſſe quibus tot uiolẽ
tæ mortis inſidiæ nocere uitam adimere nequiuerunt Sed nec ferro parentẽ tuũ illuſtriſ
ſimũ hoſtes interfecerunt:nec inimici ueneno:nec latrones inſidiis confecerunt:nec deni
q; uiolenter fata uitam eripuerunt. Vt uideatur mihi nõ ſolũ in uita fœlix extitiſſe.Sed ĩ
ipſa etiam morte fuiſſe beatus.Proinde collige te præſtantiſſime Gubernator.& mœro-
rem iſtum tuum angoremq; depone.Vt dignitatẽ tuam nõ ſolum in proſperis ſecundiſ
q; rebus ſerues.Sed in quauis etiam aduerſitate ſtudeas ne debilitari ac frãgi fortunæ ca-
ſibus uideare. Omnes enim quos hic uides aſtare tanta multitudine hominum : atq; fre
quentia: te unum intuentur & quo pacto calamitatẽ hanc feras nudiq; circumſpectant.Si
modo calamitas dicenda eſt quam non aliqua uis aut impetus humanus.ſed uel natura
ipſa:uel alii potius ĩmortales intulerunt:a quibus quæcunq; nobis inferuntur bona im-
mo optimã in partem accipiamus oportet Quod ſi parentẽ tuum illuſtriſſimum lachry-
mas iſtas ſentire non putas cur te afflictes ? cur uanam pietatem exhibeas non ſentienti?
Sin uero angi te mœroreq; ſentiat maximã profecto capiet ex iſto luctu atq; acerbitate
moleſtiã.Vult ille te caſus humanos moderate:tranquilleq; ferre. Vult te nõ angi quod
nunc amiſeris.ſed lætari quod uiuentem ſe diutiſſime habueris:fructuſq; ſis ab eo cumu
latiſſimos atq; ampliſſimos conſecutus.Cuius quũ omnis uita fuerit honeſtiſſima : mo-
res ſanctiſſimi.& ad cultũ religionẽq; propenſi uita quidẽ diuturna : nulla contaminata
caſu aut calamitate.Mors uero nec acerba:ut dolorem:nec uiolenta ut perturbationem:
nec externa & peregre:ut deſiderium afferre potuiſſet Satis exiſtimare poſſimus exitum
& uitæ finem in quo dii illum ĩmortales ſuis id cœlum manibus ſuſtulerunt:non modo
non lugendum uideri.ſed ſumma potius lætitia & congratulatione proſequendum.

IOANNIS ANTHOII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIENSIS IN FVNERE CAR.SANCTAE SVSANNAE SAXOFERATENSIS ORATIO.

Oneſtius actum eſſet mecũ digniſſimi Antiſtites in luctu fune-
ſtiſſimo : ſi ipſe quoq; cuius idem eſt uulnus inter hos quos hic
uidetis mutata ueſte ſqualidus ac ſordidatus iacerẽ humi:& affe
cta ceruice triſtis ac tacitus ingemerẽ fortunã meã:ne qui dolo-
re ab illis nõ uincor:officio & humanitate uideri poſſim ſupera
tus.Sed cũ in hac pompa funebri ad eũ ſit oratio delata:quẽ nõ
tam alienã uitã recenſere quã ſuã deplorare acerbitatẽ oporte-
bat:parebo obſequẽs his qui detulerunt & nihil recuſabo:nõ q̃
unus ſim ex tanto cætu hoĩum clariſſimorũ:qui optimi & ſctiſ
ſimi Cardinalis mei uirtutes ſuſcipere poſſim cõmendandas. Neq;.n.mortalis & obtuſi
igenii eſt:quæ diuina ſunt:ea humana cõplecti oratione Sed quoniã unus ſum ex oĩbus
qui hanc mihi delatã ꝓuinciam recuſare nullo modo nec poſſim nec debeã:ut quoniam
ꝓ tantis in me beneficiis:ꝓ tam Inſigni atq; eximia charitate præſtare aliquid uiuenti nõ
potui.Q uando ita placitum eſt deo:teſtimonium uitæ afferam morienti : quæ res neq;
noua eſt neq; inuſitata & priſci cõſueuerũt ut qui fuiſſent coniũctiſſimi:hi funebrẽ cõmẽ
dationẽ ſuſciperẽt Neminẽ.n.de rebus geſtis neq; uerius neq; cumulatius dicere poſſe
arbitrabant:q̃ quorũ fuiſſet:uita cõſuetudoq; cõis.Itaq; & liberi parẽtes ſuos ſæpe & parẽ
tes liberos nonnunq̃ cõmendarũt:ubi etſi luctus obſcurat atq; interrũpit orationem : ut
ſplendere inter lachrymas nequeat:cognitio tamen rerum geſtarum & exactæ uitæ : un-
de laudes oriuntur multo eſt ad ueritatem propenſior.Cõmendatio enim.omnis e uita
naſcitur:quæ hoc in loco ita eſt tota aperienda ut nihil dicatur ad oſtentationem inge-
nii:nullos locos afferemus:nihil amplificabitur.Nemo ſit qui hoc die faleras & pompas
expectet uerborum: nihil ſuperq̃ geſtum laudabimus. Satis habet laudum qui ita uixit:
ut nemo ſit qui ſecum ipſe non cenſeat:nullam laudem eſſe tantam quæ ad magnitudi-
nem meritorum poſſit accedere.Alexãdro Cardinali origo fuit ex Saxoferrato Vmbriæ
ut ſcitis oppido:parentibus ortus eſt modicis : patre Alerentio:matre Ioanna : educatus
primum ruſtice atq; inculte apud Bucelinum rus duobus milibus paſſuum procul ab op
pido:ubi nunc quoq; caſæ quædam agreſtes perpauce aſpiciuntur.Hoc in loco tertium
agens ætatis annum cum flores ut ſolent pueri ſectaretur : proximum in ſontem conci-
dit. Aderat ſoror Margarita triennio maior:hæc fratris lapſum conſpicata non auſa ipſa
deſcendere in fontem:ad proximas refugit caſas:ululatu omnia complet:fratrem in fon
tem delapſum opem atq; auxilium clamat:accurrit quæ proxima erat matrona Diam-
bra nomine:ubi puer & qua parte cecidiſſet percontata:coniecit ſe in fontem :quæſitum
aliquandiu correptumq; puerum ſuſpendit in ora:cruſculis ſublatis : ut quas hauſiſſet a-
quas refunderet:interea mater audito ululatu & ipſa ad eum locum percurrit:ubi exani-
mem uidit natum uellit comam.laniat excecatq; genas . & filium nequicquã appellans
nomine:eiulatus in cœlum tollit.Iam horis circiter nouem mortuus iacuerat puer . Hic
mater cui erat coma in tergum reiecta paſſis ad cœlum manibus factoq; in orbem gyro
terram deoſculatur.Inde ad templum conuerſa glorioſiſſimæ matris:quod procul inde
cernebatur uirginis opem implorat:filius ſi reuiuiſcat uouet:extemplo uiſus eſt puer pri
mum mouere labella:mox tollere oculos:matremq; appellare Q ua re attoniti qui ad-
erant puerum ſubito ad templum deducunt:offeruntq; altaribus hic ſacrarium ĩgreſſus
forte dalmaticam uidit ueſtem in cuius lymbo ſimulacrum inerat uirginis auro intertex
tum . Conuerſus id matrem puer : dalmaticamq; complexus ſimulacrum digito oſten-
dens mater inquit mater:hæc mihi ciathum porrexit in fonte:hæc opitulata eſt : nec ali-
quanto ſpacio adduci potuit ut inde diſcederet.Id miraculi nõ clam fuit:oppidani oẽs
& exanimem reuixiſſe puerum.& quæ de dalmatica dicta ſunt qui per ætatem ſuperant
atteſtantur.Sacellum in fonte uirgini erectum miraculi monumentum . Parentes expe-
ctato biennio quo ætas paululum confirmaretur:puerum ſacris initiarunt profeſſum di
ui Auguſtini ordinem:qui illo ipſo in templo uirginis tenebatur.Iamq; quæ initia reli-
gionis:quæ reliquæ uitæ auſpicia fuerint uideris.Non deſperatione aut inopia adducti
ſunt ut eum initiarent ope ſanctiſſimæ uirginis ſeruatum.illi cum dedicarunt a qua ſer-
uatus eſt.Prima rudimenta ingenii in patria fuerunt:ubi grammaticæ daret operam cũ
cœpiſſet Atelicæ quod prope finitimũ eſt oppidum perfecit.Inde ſexdecim natus annos

Ariminum profectus cum in dyalecticis quãtum uiſum eſt oportere profeciſſet:incubuit
philoſophiæ:porro philoſophiæ ſtudia Arimini inchoata: Bononiæ perfecta ſunt. hac
in urbe octo continuos annos ita exarſit philoſophandi ſtudio:ita altiſſimas noctes eui-
gilauit: ut iam tum oculi ei facti ſint hebetiores: quod cum multi per libidinem & in-
temperantiam ſoleant ſubire. Hic ex uehementiſſima quadam ſubiuit inhæſionẽ ſtudio
rũ. Et tamen cum uigilantia: eum æquales & ingenio non uincerent: ipſe uniuerſos mode
ſtia & uerecundia longo interuallo ſuperauit. Idq; etiam adoleſcens ſemp habuit in ore
hominis multo eſſe difficilius atq; præclarius bonum eſſe quã doctum. Nam alterum na-
turæ & occaſioni. Alterum uirtuti & propoſito uideri tribuendum. Bononia relicta. Pe-
ruſiam petiit ad theologiam percipiendam: ubi eodem candore uitæ: quum aut publice
legeret philoſophiã. aut theologiã audiret uiginti cõmoratus annos: per omnes gradus
quos habuit in clariſſimũ noſtræ ætatis theologum euaſit. Conſcripſit etiã multa: & di-
ſcipulos reliquit complures non obſcuros: qui eius ueſtigia & doctrinam & uitam ſecuti
ſunt. Et cũ adhuc in illa licentia ſui ordinis ſolutus uiueret: nihil tamen ægit unq̃: quod
probatiſſimũ & obſeruatiſſimum religionis uirũ decederet. Interrogatus ab amicis quo
pacto inter conuentuales fratres poſſet tam obſeruãter uiuere: nihil inquit phibet inter
furioſos ſanũ eſſet: aut ĩter ĩfirmos ualidum. Peruſiæ cũ generalis fratrũ conuẽtus haberet
tur: quãq̃ inuitum & recuſantẽ: eũ oẽs pari cõſenſu prouĩcialẽ declarauerũt: quod munus
tam recte moderateq; geſſit: ut contra decreta ordinis ppetuo triennio de ſucceſſore non
ſit agitatum: nec antea eſt abdicatus q̃ profectus Romã pcurator ordinis deſignatus ab
Eugenio. ſũmis uiribus reſtitit ne deſignaretur. Sed quum in altiores uitæ tempeſtates
ferri ſe uideret q̃ perferre ſine periculo poſſet: totũ ſe contulit ad Religionem obſeruan-
dam. In id animũ: in id ſtudium conuertit. Hac de cauſa pecunias publicis ſalariis cõpa-
ratas propinquis & pauperrimis in capita diſtribuit. Ipſe obſeruantiã ingreſſus quicquid
habuit librorum: ſuppellectilis: fortunarum oium: id totũ in cõmune contulit: nihil ſibi fecit
reliquũ. Hoc modo abdicatus curis rerũ temporalium omni ſtudio ad prædicandũ uer-
bum domini euangeliũq; diſſeminandum contendit. Qua re ad Cardinalem Tarenti-
num protectorem ordinis nunciata: mittũtur ſtatim: qui dehortarentur. Eunt una & Eu-
genii litteræ que hoiem ad curam ordinis & priſtinam uitam reuocarent. quas hic adfu-
turas dum præſentiret: clam oibus abiit in ſyluas & uno contentus comite: duobus circi
ter menſibus inter nemora ſaltuſq; delituit. Aperto quodam heremita ſuſtẽtatus. Inſtat
interea crebris litteris Tarentinus: mouet hortatur: ſuadet ne ſeipſum tanta gloria doctri
næ & nominis fraudet: redeat in publica Gymnaſia in quibus Principis locum obtineret
nec ordinem deſerat. Ad quæ ille rythmo quodam maternæ conſcripto ita reſpondit:
ut diceret gloriam nominis. Niſi quæ ex Deo eſſent aſinorum ruditui eſſe comparandã.
nec aliud eſſe q̃ ſonum quendam rudem & inanem. Obteſtatuſq; eſt ut perſtare ſibi in p
poſito liceret. & ei ſeruire cui parere Regnum eſſet non ſeruitium. Quod quum honeſte
negare non poſſet tandem impetrauit. Rediit deinde ſtatim in publicum congreſſum:
& quod conceperat adortus: totum ſe prædicationibus permiſit. Qua in re breui tantam
eſt gloriam conſecutus: ut qui ætate noſtra fuerit accæptior non uideam. Nulla fuit Ciui
tas in Italia: quam ille ſanctiſſimis præceptis non ut prope dicam reformauerit. Nullus
gladius in hoſtem atrocior fuit & capitalior q̃ huius lingua in ſcelera atq; flagitia. Præ-
dicauit uerbum domini Neapoli: prædicauit Florentiæ. Venetiis. Bononiæ. Senis. Fer-
rariæ. Mantuæ. Italia tota prædicauit: ſemper maximo concurſu hominum qui eius altiſ
ſima rerum ſcientia delectati: uitæ imprimis exemplo mouebantur. Nulla ne ſuſpiciun-
cula quidem exorta de ius uita. Hoc progreſſu rerum uicarius totius ordinis conſtitutus
luſtrare orbem & primum pedibus ire. Mox ualitudinarius factus aſello uehi cœpit. Tũ
inſtituta ordinis & decreta maiorum reintegrare aggreſſus: coercuit Religionem fratrũ
ſimultates per prouincias omnes compreſſit: diremit lites: Templa cultu atque ædificiis
auxit: omnibus in locis obſeruantiam introducere conatus eſt. Quæcunq; adiit loca ea
omnia redegit in formam: atq; religionis cultum reuocauit non ſine maximis contentio
nibus quum improbitiſſimi aduerſarentur. Nec defuerunt calumniatores qui q̃n aliud
non poſſint: durum illum & ſæuerum appellarent in eos qui minus ſeruare Religionẽ
dicerentur. Quæ calumnia qui habet aliud q̃ ſuam laudem? Nec ſacris duntaxat ſtudu-
it rebus: etiam prophanas non neglexit. Senis cædem illam cruentam & Ciuilem ſic cõ-
poſuit. ut multi ſint qui eius ſe opera capitis periculo liberatos eſſe fateantur. Peruſiæ ſæ-
pe auctor concordiæ Ciuibus fuit. Quum tumultuaretur Florentiæ nonnihil ægit. De
ſtatu Ciuium: familiaritates Principum ea de cauſa diligenter aucupatus: ut poſſet pro-
deſſe: ualeretq;

deſſeualeretq; auctoritate quotiens uellet quicquã ſuadere ad communem utilitatem.
Capitales inimicicias & priuata odia quocunq; profectus eſt preſſit:ſopiuit:extinxit: om
ni conatu intentus ad extirpanda uitia:fouendamq; uirtutem ad honeſtam uitam :ad pa
cem:tranquillitatemq; ſuadendam. Electus eſt deinde generalis in Conuentu Piceno.
ſed ita electus ut palam clamaret ne ſe eligerent interminareturq; electoribus perſecutu-
rum omnes:quando ſingulorum uitia moreſq; calleret. Hoc quoq; officium tam illæſe
& cuſtodie:tam integre & præter omnem auaritiam geſſit.ut quanquam eſſet inſtituto
ordinis iam ueteri ſexcentis aureis nummis ſalarium conſtitutum:nihil tamen attigerit
niſi quantum ad ſumptus itinerarios & uiaticum fuit neceſſe. Reliquum exigi uetuerit.
Nullum habet uirtus repagulum ad gloriam ſi ſeipſa tueatur:penetrat :perrumpit : ſupe-
ratq; omnia. & ſublimi uecta pede ad altiſſima quæq; peruadit : donec flagitium occu-
pet. Hæc curſu bonorum quos ſemper reiecit nunquam concupiuit : ſemper ad altiora :
ſemper maiore cum gratia atq; auctoritate conſcendit:opinione de uita eius nunquam
immutata. Sed qua probitate:quibus artibus:quo temperamento ordini ſuo præfuerit :
quã diligentia commiſſa ſibi & priuata & publica negocia confecerit:uiderit Pius Pon-
fex:qui ut eſt omnibus in rebus ſupra q̃ dici poteſt oculatiſſimus:nullius precibus :nullo
interceſſore:quæ prima fuerunt Comitia Cardinalium collegio ueſtro non ſolum con-
ſentientibus uobis. ſed etiam approbantibus coaptauit : ſolumq; dignum indicauit ex
omni orbe terrarum quem ornari uel non petentem oporteret. Nec eum fefellit opinio:
tantum ſe gloriæ apud homines:tantum gratiæ aſſecuturum:quantum communis toti-
us Italiæ:multarumq; gentium lætitia declarauit. Pii prudentiam. Pii iudicium omne in
cœlum extulerunt:tam clarum Pii facinus homines: Vrbes populi:ipſi prope lapides lo
quebantur. Nemo fuit qui Pium non tolleret ad cœlum:qui ſua ſponte uirum tam ſan-
ctum:doctum:præclarum:tam perſpicui nominis ad ampliſſimum gradum honoris ex-
tuliſſet. Itaq; uir ſanctiſſimus cæteras dignitates quas adeptus eſt ſuſcepit inuitus: hanc
unam nunquam poſtulauit Ac dicet quiſpiam potuit recuſare. Fateor potuiſſe. Sed cur:
ut ipſe dicere ſolebat:id recuſaret:quod quanto plus haberet in ſe periculi tanto maiora
eſſent propoſita præmia:ſi recte gereret. Quid ægit unquã in hoc gradu indignum prio
re uita? Qui dixit? Cui iniuriam intulit? Quem affecit contumelia? Quem hominum
laceſſiuit aut conculcauit potẽtia? Cuius imbecillitatem oppugnauit? Quæ rapinæ eius
aut flagitia circunferuntur:aut qua in re eſt habitus inſolentior? Quæ prædia coemit ſu
is? Quid argenti:auri:gemmarum accumulatum? Quid imminutum ſanctimoniæ? Pri
cipio quũ largitiones maxime fierent tota Italia nihil antea accipere auſus eſt q̃ per ſum-
mum Pontificem ediceretur ne quid recuſaret quod pertineret ad ornandam dignita-
tem. & tamen ſic quoq; modum adhibuit muneribus accipiendis:ut tantum ab his reci-
peret qui eſſent ditiſſimi : cæteros repudiaret : ſemperq; illud diceret. Boni Principis li-
beralitatem eam eſſe oportere ut nihil accipiat niſi a ditionbꝰ: cæteris ipſe largiatur:alio
quin rapinam eam non liberalitatem uideri. Nam rapaces aues eſcam ab imbecilliori-
bus capere illorumq; exorbere ſanguinem conſueuiſſe. Miſſus in Picenos ad bellum in-
ter Anconitanos atq; Eſinos componẽdum. Qua profectione proh Deum immortalẽ
quot munera diuerſarum rerum:qui cratheres:quæ uaſa argentea uarii generis confluxe
runt? Oppidulum fuit nullum quod non argenteis occurrent uaſculis. Nec tamen tan
ta fuit illorum in exibenda liberalitas:quanta huius conſtantia in reiiciendo: etiam quæ
ad uictum quottidianum afferebantur. Et quum dicerent ipſe per iocum. Quantum. M.
Curius Marſorum bello:tantum nos in Picenis ægimus prædæ. Nam quum iuraſſet ille
nihil ſe præter fagineum guſtum:quo ſacraficarat eo bello reportaſſe:nos nec quæ ad gu
ſtum quidem faciunt attigimus:conuerſus ad me. At inquit. M. Curius uenit in Marſos
ut prædaretur:nos uenimus in Picenos ne prædæ fierent. Etiam rerum quæ dabantur ni
hil cuiq̃ extorſit per iniuriam: multis multa per beneficentia relaxauit. Stephano cuidam
cognomento Capano qui nuper Laueliensi eccleſiæ præfectus eſt:quum quadraginta au
reos nummos deberet ex ædibus conductis : dicenti ſibi ſoluendo non eſſe. At inquit ſi
tibi ſoluendo non eſt nec mihi erit accipiendo :abi & liber eſto. Amicos quos numerata
pecunia non poterat:pignore aut ſponſionibus iuuabat. Quod ex rerum inuentariis li-
cet intueri. Operam iuſta poſtulantibus nemini unquam denegauit : petentibus iniuſta
præſtitit nunq̃ Familiaribus domeſticis tamen quibus nõ eſſet ſemper plus dedit q̃ quiſ-
piam poſtulaſſet. Quod ut faceremus audentius inuitabat ipſe ſæpe ad poſtulandũ :aut
ubi ſubeſſe neceſſitatem intelligeret:non expectabat dum poſtularetur:ipſe ſua ſpõte oc-
currebat. Elemoſynas præterq̃ quæ præ foribus fiunt ad oſtẽtationem & maximas facie-

bat & occultiſſime. Romæ familias quattuor ſeptimanis ſumptibus alebat. Iudei q̃ eſſẽt
ad fidẽ conuerſi menſtruis ſuſtẽtabat pecuniis. Græcos alioſq; extorres pña:uino:frumẽ
to:pecunia fouebat. Eorum Ducem quum uelle ſe redire in Grætiam diceret aureis num
mis quinquaginta donauit. Conuentus fratrum:cœnobia. & templa omnia ſuæ cõmiſſa
curæ:ultra q̃ paterentur facultatates curabat. Plagari in agro Peruſino quum anno cenſu
centum percepiſſet in refectione ædis ſexaginta contribuit. In Cœnobio ſancti Emiliani
in Eugubinis anteq̃ quicquam eſſet perceptum uiginti ad ſartutam tecti eccleſiæ Camer
ti:quadringentos ad canonicam ædificãdam. Ad ædem ſanctæ Suſannæ iam collabi cœ
ptam:quum nihil adhuc acceptum eſſet emolumenti: centum quinquaginta erogauit.
Ad ædem ſancti Stephani in monte Cœlio ne quid ædificia interminaretur: mille aure
os nummos maturius q̃ erat pactus & iniquo ſuo tempore perſoluit. Templo glorioſiſſi
mæ uirginis in Saxoferrato:cui ſe dedicauerat. & ædes fructuarias coemit. Romæ aureis
nummis circiter ducentis & calices argenteos:libros:miſſales: ueſtes ſacras: paramenta
altarium: tectoria parietum largitus eſt. Hæ diuitiæ fuerint:hi theſauri:horum cauſa ne-
gociatus. Hoc modo uir ſanctiſſimus mercabatur. Nec tamẽ publice hæc iactabatur: oc-
culta eſſe iubebat quæcunq; contuliſſet. nemini occludi hoſtium uolebat elemoſynam
poſtulanti:pauperum dicens eſſe quæ bona ei obueniſſent non ſua. Germanis & propin-
quis non quidem quantum ipſi poſtulaſſent. ſed quæ ad uictus partem cederent: nec ta-
men ſine permiſſu Pontificis:conferebat. Interrogatus quam ob rem germanũ fieri mi-
litem procuraſſet. Vt inquit ex Magiſtratibus induſtria uiuat ſua:non ut ex me quæ pau
perum ſunt aſportet. Priuatas cæremonias intermiſit nunquam Præces horarias non ab
ſorbebat:ut facimus plærique omnes. teſtor hoc ſacratiſſimũ in quo ſumus templum ſin-
gulis diebus ſex illum horas ſolitum conſumere officio exoluendo: adeo uerbum ſeiu-
gabat uerbo:clauſulam clauſula dirimebat pondere uocis raro & aperto. Audiebat miſ-
ſas tardiuſcule quum eſſet liberum. nec antea q̃ qui conueniſſent aliquid acturi audiſſet
omnes. Interrogatus cur ita faceret. Quoniã inquit ad opus dei expeditum accedere o-
portet:non inuolutum negoriis. Pendebat in miſſa attonitus:collachſymabat:nonnun-
quam extra ſe rapi uideretur. Quum quid eſſet non recte curatum a ſuis in miſſa cele-
branda:illud ſemper afferebat:eo erat obiurgatio. Maledictus homo qui opus Dei fecit
negligenter. Feſtum occurrebat nullum in quo ſuos non hortaretur ad quiete honeſteq;
uiuendum. Hæc duo petere ſe a ſuis aiebat. Concordiam. & Honeſtatem: cætera omnia
ex arbitrio permittere. Familiarem quod in æde ſacra fœminam ſalutaſſet domo eiecit.
Quum quid audiret cõmiſſum a ſuis flagitiis erumpebat in lachrymas:ſeq; e conſpectu
triſtiſſimus eripiebat. Menſa parca & proxima priuata:niſi quum conuiuæ eſſent affu-
turi:familiæ quantum abunde ac laute eſſet apparari uolebat: nullum aut per q̃ rarum
inter eius cœnam & familiæ diſcrimen. Vini ſupra q̃ ualitudini expediret parciſſimus.
Abſtinuiſſet & carnium eſu:niſi medici uetuiſſent ualitudinarium & ſenem. In cœna &
prandiis aut ſacræ hiſtoriæ: aut omeliæ ſanctorum perpetua menſa legebantur. Vbi ſi
quid eſſet ſcriptum dubiuſcule ipſe interpretabatur:cæteris in rebus ſilentium erat. Pran-
dium diſputationes quottidiane excipiebant. De rebus ſacris porro quæſtiones duas in
horas trahebantur:nunquam minus q̃ in unam. Vbi eſſet diſputatum ingredientem cu-
biculum qui uellent alloqui ſubſequebantur:nemini aditus intercludebatur. Audiebat
omnes ea comitate:ea manſuetudine qua ſolent priuati. Mox paululum ſedens quieſce-
bat:ita ut plerunq; non dormiret. Inde diurnas horas:nõnunquam ad dictandũ aliquid.
Nam & legendi & ſcribendi uſum iampridem intermiſerat oculorum cauſa. Cubiculũ
& ædes totæ tapetis ac auleis ornate ad dignitatem: ſecretiora ſacris imaginibus fami-
liæ ante eum mortuum incognitis:nitemitebant continentibus pannis parietes. ipſe aſſi
duo cilicio premebatur. Stabat pro foribus lectus pluma purpureaq; inſtratus:ipſe nun-
quam niſi quotidiana in ueſte dormiuit:habitu illo cucullari ne in morte quidem inter
miſſo:pannis lineis uſus eſt nunquam: foris faſtum & delitias oſtentabat:intus ſe quotti
dianis afflictamentis emacerabat. Continebat ſe perlibenter domi:niſi quum aut Ponti-
ficem adiret:aut uiſceret collegas:aut templa Matiæ maioris & populi frequentaret. Nã
hæc duo loca continuatis adibat Sabbatis Quod ſi ea die per pluuiam aut aliud impedi
menti non licuiſſet poſtridie:aut ſummum perendie repetebat. Hæ uenatione: hæc di-
uerſoria fuerunt Inter equitandum amicos qui comitarentur uocari ad ſe iubebat: ſuo
quenq; ſpacio ne quid eſſe poſſet inuidiæ. Sermones læti:feſtiui:periocundi ſemper: ta-
men ſancti:pudici:honeſtiſſimi fuerunt. Verbum turpitudinis perinde ac ipſam turpitu
dinem deteſtabatur. Iurabat poſt ingreſſum obſeruantiam mendacium ſe in omni uita
dixiſſe

dixiſſe nullum. Quod quidem ueniret in mentem: duo genera hominum pernitioſa eē
dicebat: qui eſſent mendaces. & qui cōmiſſa ſecreta non continerent cæteros ferri poſſe.
Congreſſus hominum litteratorum & probatæ uitæ incredibile dictu eſt quãti faciebat:
cæteros etſi pro humanitate non aſpernabatur: tamen declinabat. Viris prophanis ad ſtu
dium & cuſtodiam corporis non libenter eſt uſus. Initiatis ſacris nudum ſe uidendum:
tangendum: tractandum permittebat. Iam propinquus morti quum ſomno grauē mul-
ti excitarent & confricarent: conuerſus ad Malateſtam unum ex ſuis. Abi inquit fili mi
Malateſta ne me tange: nam prophanus es. Etiam a nepotibus ꝗ̃ diu in ſe fuit tangi ſe
non eſt paſſus. Cogitare quæſo quantum illum cenſeamus a ſcortis & meretricibus ſuiſ-
ſe alienum & abhorrentem: qui etiam a pudicis ſuorum manibus noluerit attingi. Mor
tem ei præcognitam fuiſſe multis coniicimus argumentis. Sex diebus anteꝗ̃ cœpiſſet
ægrotare diſcedentibus duobus familiaribus Gallis: quum menſes tres ad reditum po-
ſtulaſſent. Non inquit me inuenietis. Ruteno mortuo poſt confectas exequias quũ do
mum rediſſemus: incidiſſetq; in menſa de oratione habita mentio: cito inquit Eps meus
pro me oraturus eſt. Romæ in ſacello quod domi ædificauerat. Sepulchrũ erigi clam iuſ
ſerat in ſcrinii ſpeciem: ita ut aperiri facile poſſet. Intus imago inerat depicta Cardinalis
mortui iacentis eo habitu: oris & ueſtium: his liniamentis quibus ipſe erat: inſcriptumq;
in interiori latere ſepulchri. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua & non
deliques in æternum. id ſepulchrum ipſi neſciebamus. Scrinium atem Stipatorium ratis
pictor eo mortuo confeſſus eſt ſe iureiurando adactum ne cui patefaceret. Aperiebat aũt
ut poſtea cognitum eſt: quotiens oraret ibiq; ſpeculabatur: nuper enim mecum cum de
æde ſanctæ Suſanæ ſuffulcienda loqueretur. diceremq; ego: & cōmodius & magnificen-
tius futurũ ſi ædem totam demoliretur: alteramq; ſubſtrueret ſubductam & exiguam: qđ
ex materia ueteris templi tenui ſumptu fieri poſſet. Erras inquit fili mi: nam morte mea
ſtatim ſubſecutura deſertam ædem relinquerem nō refectam. Scripſerat iam pridem ſer
mones circiter centum de ortu ſaluatoris: de cœna domini: de peccato in ſpiritum ſãctũ
& rebus uariis: eos cũ iam annos multos ſuppreſſiſſet paucis ante morbum diebus emen-
dandos edendoſq; ſuſcepit. kalē. maiis delato ad eũ libello quodã mathematico in quo
euentus anni huius contineri dicebantur: cum neſcio quid de morte Cardinalium dice
retur etiam inquit: ſi hic tacuiſſet de me ſciebam: togam & cuculum cum quibus fuerat
ingreſſus obſeruantiam annos iam ſexdecim diligenter ſeruari iuſſerat: ut in eiſdem mo
reretur: profectus Tybur expandi eos iuſſit ſecumq; deferri: quod quũ eēt neglectum
uehementiſſime indoluit: miſitq; ſtatim qui deferrent. Interrogatus ſæpe ab eo qui cura
ret domum quot menſiũ prouiſionem fieri uellet: ſemp illud reſpondit. Si ſeptembrem
uidebimus nihil deerit. Repetentibus nobis & annos eum multos uicturum contenden
tibus: ac inquit nondum Auguſtum ſuperauimus: quæ omnia per contemptũ quendam
ſui tunc dicta arbitrati: nunc & mente & oraculo dei fuiſſe cognoſcimus: hæc præſagia
aperte ſuadent ut exiſtimemus præſenſiſſe illum de morte. Mortuus eſt autem anno æta
tis ſexto & quinquageſimo: quem numerũ mathematici abſolutiſſimũ & perfectiſſimũ
eſſe uoluerunt. Initium morbi pauliſper ſuppreſſit: ſiue ducentibus fatis ſiue arbitratus: ni
hil noui mali adeſſe: ubi uis inualuit acciri medicos iubet: primũq; oium afferri euchari-
ſtiã quã cũ prius ſymbolum nicenum altiſſima ſcientia expoſuiſſet: conſtratus humi paſ-
ſis ad terram manibus pronus in longumq; protenſus lachrymans ac ſingultiēs accepit.
Veſperi autē cum ardentiſſima febri exæſtuaret. & fide chriſtiana quã uera eſſet & quanta
propoſita præmia copia nunꝗ̃ antea audita diſſeruit: inhibētibus medicis cum iam uox
prope defeciſſet. Medicis autem ipſis iniunxit: ut cum appropinquare prænoſcerēt mor-
tem: inungi ſe iuberent: ne ſine unctione decederet: quod diligenter factum eſt. Glorio-
ſiſſimã uirginem ēt extra ſe ſemper habuit in ore: illam ſibi noctu aſtaret: illam interdiu
dictitans. Interrogatus quo in loco uellet ſepeliri animam inquit iam pridem deo uoui:
nunc corpꝰ pio relinquo: ubi is uolet ibi me ſepelitote. Interrogatus etiam nunquid uel-
let mandari ſuis: nihil inquit niſi ut boni ſint & recte uiuãt. Cum iam certiſſima inſtaret
mors & ipſe ſalutem deſperaſſet dicētibus nobis ne quid timeret: quid inquit ego timeã
qui ad nuptias eoꝛidq; ſæpe repetiiſſe auditus eſt: ire ſe ad nuptias. Recte ſentis pater mi
optime & ſanctiſſime pergis tu ad nuptias: nos relinquimur in luctu & lachrymis: tu ad
principem contendis deũ: cui in omni uita deſeruiſti: nos a te cui ſeruiuimus relinqui-
mur & deſtituimur in planctu & mœrore. Miſera & cæca ſors hominũ cum ad iſtã eue-
ctus eſt dignitatem: urbes: populi: nationes perſonauerunt plauſu & lætitia: nunc te mor-
tuo flent amici: luget curia: Italia omnis in mœſtitia eſt: te pauperes quos alebas: te amici

quos complectebaris:te collegæ quos tanta proſecutus es reuerentia:te boni:te docti: te religioſi lamentantur. nemo eſt qui non cenſeat extincto te lumē curiæ: decus collegii: ſacrarium religionis ornamētum litterarū: ſpecimen uiuendi eſſe extinctum: nec nunq̄ in quoq̄ fuiſſe uel mediocrem uirtutem: quæ in te non uiſa ſit eminētiſſima. Stultæ & inanes cogitationes meæ: quo euanuiſtis? pater mi: dux mi huccine reciderunt ſpes meæ? hos ego fructus colligo ex te? ubi complexus illi quos prope moriens mihi exhibuiſti? Cum uocari ad te iuſſum teneres: ſtringeres: lachrymares. Ecce pſoluit tibi quod ipſe diuinaſti futurum: ut cito de te orationem eſſem habiturus. Heu mihi me miſerum hoc cito quanto fuit citius q̄ exiſtimabam. Infœlix mitra quā nunc capiti admoui meo: quib⁹ auſpiciis indui te: de qua ille dicere eſt ſolitus: cupere ſe ut mitratū me uideret. Ecce mitratus ſum: & nō me uidet. ecce lachrymis madeo & non me ſentit. Crudele & impium Tyburtita ne nos affeciſti miſere. Ita ne ſāctiſſimum caput per omnem orbem libere uerſatum cum gloria: tu ſolum eripuiſti nobis. & in quo ſalutem quæſiuimus: inuenimus mortem. Hæc ſpacia: mœtam: hæc diuerſoria præſtitiſti nobis. Calamitoſa & miſera domus cuius uita erecta es ad dignitatem: eius morte deiceris ad præcipitiū: quid agimus? quid flæmus? in quo nos poſſumus cōſolari? amiſimus eum cuius ſplēdore oēs illuſtrabamur: nunc ſordemus in obſcuro omnes. In quo ſpes noſtræ certiſſime ac tutiſſime reſidebant: nunc quid ſperare poſſumus non habemus. Quo ſuperſtite cuncti fœlices nos futuros prædicabant: nunc eo mortuo nemo eſt qui noſtram miſeriam non deploret. Sed hæc noſtra eſt quærela: de illo autem nihil dubitandum eſt nobis. Quod ſi uita omnis ſanctiſſima acta: ſi uirtutes ampliſſimæ: uitia & labes nulla: ſi labores pro religione ſuſcepti maximi: ſi ardor in deum. & fides indubitata quēq̄ poſſunt efficere beatum. Nihil enim dubitandum eſt nobis illum iam ad glorioſiſſimam uirginem cui ſe dedicauerat naſcens: quā moriens Implorauit profectum eſſe. & cum principe deo: in illis eſſe nuptiis ad quas ire ſe dicebat ibiq̄ in ſempiterna gloria permorari.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIEN. IN FVNERE VRBINATIS DVCIS ORATIO.

m

Irantur fortaſſe plærīq; ueſtrum Proceres: uoſq; alii uiri ſummi qui adeſtis: hodiernam hanc pompam exequiarum ſuſceptam pro fœmina temporis noſtri: modū ēt pro uiro: moremq; lugēdi ueterē atq; uſitatū exceſſiſſe. Et Federicum principem cū aliis eximiis uirtutibus. Tum præcipue conſilio atq; modeſtia ætatis noſtræ clariſſimum. Semper alias inuictū animo: nec ullis ante hunc diē caſibus rerū humanarū ſuccumbentē. Nūc conſtratū & deiectum chariſſimæ uxoris iam dies mortuæ atq; ſepultæ deſideriū ferre non poſſe. & ꝓuinciales quorū magnā hic partem uidetis ſordidatos atq; afflictos oēs nouo & inaudito dolore mutaſſe ueſtē. & tot ſūmos uiros ex omni huc Italia miſſos eſſe ad honeſtandū funus. Tum me quanq̄ hominem alioquin abiectiſſimum: tamen Antiſtitem & hoc tempore aliquo in loco ſummi principis perſonam ſuſtinentem uenire huc uiſum. & qui pro uiris quantū uis ampliſſimis debuiſſem recuſare: unius fœminæ funebrem cōmendationem ſuſcepiſſe. Verum quū admirabiles eius diuinaſq; uirtutes & quantas mirum eſt mortalem capere naturam potuiſſe. & miracula quædā ſummarū laudum nunq̄ antea tot ſimul in quoq̄ inuentarū audieritis: deſinetis mirari. & Federicū dicetis optimo conſilio: iuſtiſſimiſq; cauſis feciſſe quæ fecit: nec præterire ſine magna impietate potuiſſe quin faceret. & pōpam hanc quāq̄ eſt maxima: tamen pro meritorū magnitudine exiguam & minus apparatam uideri q̄ conueniret. Tum prouinciales cauſam habuiſſe iuſtiſſimam doloris. & non modo nos qui adeſtis. ſed Italiam oēm: partim affinitate illuſtrium familiarium: partim tantarum uirtutū iactura in luctu eſſe & planctu oportere: me autem non modo non pœnitere ſuſcepti muneris. Verum ad imortalem deputare gloriam ꝙ ſuſceperim: nec illuſtriſſimæ fœminæ nullam fuiſſe adhibēdam mediocritatem in morte: in cuius uita ampliſſima quæq;: eminentiſſimaq; fuerunt: quæ omnia celebrius atq; accuratius: uel ideo fuerunt pagēda quoniam pro fœmina peraguntur. Vt enim adoramenta atq; gemmæ maiore ſūt in præcio: ubi naſci non cōſueuerunt: quū ſit ſemper raritas ipſa mirabilis. Et arbores iis in locis plus habent dignitatis & gratiæ: in quibus eas natura nō protulit. Ita plus q̄ uiriles & plus q̄ maſculæ uirtutes in fœmia: eo plus habēt laudis: quo minus inueniri cōſueuerūt in fœmina

mina.quantum enim ſexus trahit de opinione uirtutis: tãtum probitatis magnitudo cõ
mendationis addit & gloriæ. Quáobrem ne putate me nũc de fœminæ laudibus itanq̃
de fœmina. Sed de his quæ huic ſupra fœminam contigerunt eſſe dicturum: atq; ita di-
cturum ut quanq̃ ſuperate multa fidem propter magnitudinem uidebunť: tamen enar-
raturus ſim dumtaxat exploratiſſima. & quorum teſtes hic aſſunt: qui aut omnia aut plæ
raq; audierũt: uiderũt: experti ſunt: ut de nobilitate clariſſimi generis de ſanctiſſima acta
uita: diuiniſq; laudibus. Quibus de rebus ſumus dicturi: falli non poſſint. Baptiſta Sfor-
cia patrem habebat Alexandrum Sforciam clariſſimũ bello & fortiſſimi animi uirum:
& quem nemo eſt ueſtrum qui propter magnitudinem rerum geſtarum nõ norit: fratrẽ
Conſtantium Sforciam ſummæ ſpei iuuenem. & qui nulla ex parte maioribus ſuis infe-
riorem ſe promittat. Patruum habuit Franciſcum Sforciam. Apud quem aliquandiu eſt
educata: ſummũ Ducem. Et cui ex eo plurimum debuit ætas noſtra: ꝙ habuimus quem
poſſemus cum priſcis illis Cæſaribus magnitudine rerum in Italia geſtarum cõparare.
Mater ei fuit Cõſtantia Varana laudatiſſimi nominis fœmina: litteratura uero tanta ut
quanq̃ familia erat nobiliſſima. & qua neſcio an aliqua ſit in Italia uetuſtior: plus tamen
celebraretur q̃ nobilitate. Oratione & uerſu uiris eius temporis probatiſſimis compara:
Grauitate uero & modeſtia tanta: ut iure hoc inditum illi nomen Conſtantiæ uideretur.
Auiam maternam habebat: Sabectam ex gente Malateſtarum æque nobiliſſima: quæ &
ipſa litteris apprime imbuta: commendatione uitæ adeo claret: ut exiſtimetur inter æta-
tis noſtræ Veſtales: quibus ſe addixit longe ſanctiſſima. Quippe quæ relictis opibus: li-
beris: imperio. xx. iam annos nunq̃ in hanc publicã egreſſa lucem: intra clauſtra ſe ma-
cerat. Proauiam etiã maternam habuit Baptiſtam ex familia ortam Vrbinatium pricipũ
gẽtilem Federici. Vnde huic nomen ad imitationem eſt inditum: celebratiſſimam ſupe
riorum temporum fœminam. Cuius doctrina atq; eloquentia admirationi fuit etiam
his: qui doctiſſimi eloquentiſſimiq; fuerunt: ut conſtet oraſſe aliquando apud Sigiſmun-
dum Cæſarem. & Eugenium Pontificem maximũ incredibili: cum admiratione utriuſq;
neq; minore cum gratia. & ſcripſiſſe nõ pauca de conditiõe uitæ & religione: cui poſtea
maximis relictis opibus ſeſe initiauit: exemplũq; præbuit filiæ idem faciendi. Reſponſa
etiam ad eã legũtur ſummoꝝ hominũ de philoſophiæ cõmentariis & ſacris quæſtioni-
bus reddita: in quibus neſcias eloquentiæ ne plus inuenias & doctrinæ: an religionis ſã
ctimoniæ addiſcas. Iam uidetis quæ ſemina: quæ radices pulcherrimũ hunc & præcioſiſ
ſimum fructum protulerunt. Vt ſi paternum inſpicias genus facile intelligas: ſiue multitu
dine ſummoꝝ Ducum: ſiue rerum geſtarum magnitudine: ſiue latitudine parti imperii
eſſe nunc in Italia primũ. De materno autẽ quid dicam aliud: niſi cumulatas eſſe omnes
naturæ uires ad tres nobiliſſimas fœminas producendas ut eſſent: unde nata hæc quarta
per earum ueſtigia creſceret: tantoq; illis euaderet clarior quanto maius eſt alienas uirtu
tes iunxiſſe cum ſua. & imitari uoluiſſe maiores ſuos potuiſſe ſuperare. Admirati ſunt
Græci ueteres Saphon illam Mytileneam: Romani Affraniam atq; Hortenſiã: ꝙ illa poe
tica ſcripſiſſet: hæ cauſas ægiſſent in foro. Quibus de rebus ſummo honore habitæ: no
men ſibi clariſſimũ pepererunt: famamq; de ſe poſteritati imortalem reliquerunt. & ta
men ſcimus diuerſis eas in locis: diuerſis tẽporibus floruiſſe. & temeritatis accuſatas eſſe
& damnatas impudiciciæ adeo difficile uideť illo in ſexu tres ſimul uirtutes: doctrinam
modeſtiam: pudicitiam poſſe cõiungi. At in his noſtris quid nõ admiremur? non uariis
ætatibus natis. ſed uno ſæculo: nõ diuerſis in locis. Sed uno filo ſtirpis: nõ temeritate ali
qua notatis: aut impudicitia. Sed modeſtia admiranda & incredibili religionis obſeruan
tia probatis: ut ſi in comparationẽ ueniamus cum priſcis: nulla ſæcula non ceſſura nobis
in hac illuſtrium fœminarum laude uideantur. Et qui has nõ laudet: nõ efferat: nũ admi
retur: patum amicus haberi poſſit temporibus noſtris. & huic ætati ingratiſſimus iudica
ri. Hæc Baptiſtæ Sforciæ paterna: hæc materna ſtirps fuit. Iam uideamus q̃ hæc ſe illis ac
cõmodauerit. quantum ipſa præſtantiſſimis illarũ uirtutibus potuerit adiungere: alienis
enim laudibus niti nihil eſt aliud q̃ uideri ſuas proferre non poſſe. & parẽtibꝰ naſci præ
claris. nec illarum ſplendorem adaugere: obſcurare eſt maiorum genus nõ imitari. Bap
tiſta octauumdecimum menſem nata amiſit matrem: educataq; apud patrem: per inge
nue tertio ætatis anno ediſcere litteras cœpit. Quarto reducta Mediolanum a patruo &
tunc proxime imperio illius Vrbis potito: inter populi acclamationes cõgratulationẽq;
publicam. Et interfuit ludis puellaribus & oratiunculam latinam recitauit: admiratione
oĩum tanta: ut qua ætate nondum linguam ſoluere iſantes ſolent ad loquendũ: ea hæc
uiſa ſit inſtituere ſe potuiſſe ad perorãdum. Et in quo uiri iam facti ſæpe lapſi animo ex-

cidere memoria conſueuerunt. hæc his qui aderant miraculo potuerit eſſe memoriæ: fu-
it autem patruo adeo chara: ut diu remittere eam ad patrem quanq̃ maxime inſtantē, re-
cuſauerit. Tādē reuocata in Picenos a patre: nō oratores: nō legati: non Cardinales: non
principes: ulli unq̃ Piſaurenſiū fines att gerunt: quibus hæc illuſtriſſima puella oratione
plærunq; extemporanea. & tamen ſemper eleganti: nō ſtatim ſe offerret eoſq; omni ad-
mirationi impleret: ut conſtet multos dixiſſe: qui audierant prius hanc latine ſcire q̃ cæ-
teras id ætatis puellas fuſum torquere didiciſſe: ut hæc qui cogitet nihil dicat aliud q̃ aut
bibiſſe hanc ipſo cum lacte doctrinā: aut prius q̃ lacteret in uiſceribus doctiſſimæ matris
perdidiciſſe: aut interliniamenta formanda ſpiritum illum clariſſimū maioris auiæ per-
fuſum imixtumq; fuiſſe: aut cōmodo uim illi tantam ingenii: ætate tam tenera: iniectam
eſſe diuinitus. Facere enim quæ ſupra hominem ſunt nullo modo humana uidentur exi
ſtimanda: & ſi aſſit in nobis quod in homine rerum natura nō gignit: nō aliunde putan-
dum eſt proficiſci q̃ ab eo qui ſupra omnē rerum poteſt eſſe naturam. Grandiuſcula iam
facta quum fœminam ſe natam eſſe perſpiceret: quæcunq; ad grauem & maturam fœmi-
nam pertinerent: adhuc puella perdidicit: Nec ulla fuit Perſaurenſium matrona paulo in
ſtructior in tella: in acu: in phrygiis operibus: in omni mūdo muliebri: cuius hæc præcep
ta & rudimenta nō quæreret: breui familiaria inſtituta: cum litteris: litteras cum inſtitu-
tis familiaribus aſſecuta: ut nihil teneræ adhuc deeſſet puellæ: quod in conſumatiſſima
deſiderari matrona potuiſſet. Saturam rerum familiarium: curam domus: officia matro
nalia ita puella præſtabat: ut reuixiſſe ad hæc omnia mater Cōſtantia uideretur. & quod
incredibile ipſi quoq; patri uidebatur: ſtudium litterarū partiebatur cum re familiari: ut
quicquid alteri ſuffurari poterat temporis: alteri impenderet. Quæ ſi cuiq̃ mediocria &
nō ſumma uideantur: uelim illud cogitet anteire ætatē. & quæ ſunt ſenectutis in ipſa pro
pe infantia præſtari nō modo mirum putari. ſed uideri atq; eſſe diuinum. Ita quū iam fa-
ma tantæ indolis per Italiā omnem circūferretur. & diu eſſe uirtus in occulto nō poteſt
etiā propter patris: matriſq; ſplendorem quanq̃ nōdum annum attigebat undecimū po-
ſtulari paſſim in matrimoniū cæpta: quædam uelut Athlanta illa quā tradunt procorū
ita hæc illuſtrium principum contentione depoſcebatur Summū enim decus: fœlicita-
temq; maximā in eo nobiliſſimus quiſq; reponebat ſi hanc aſſequeretur: gratia oris exi-
mia: formaq; totius corporis eleganti: nobilitate & litteratura quantā audiuiſtis. & quan
ta etiam ſi fuiſſet in uiro uideri admirabilis potuiſſet. Deniq; muneribus naturæ atq; for
tunæ omnibus ita prædita ut cumulata i ea & animi & corporis ornamenta neſcio quid
regium præ ſeſe ferre atq; imperatorū maieſtate quadam maiore q̃ humana uiderentur
Ita quū multi undiq; peterent: digni alii nulli inuenirentur: ad Federicū uentum eſt: Cu
ius nomen atq; gloria maximis aucta uictoriis comparationem iam omnē ſuperauerat
Inſtante inde Alfonſo regum omniū ætate noſtra orbis terrarum præclariſſimo. Cuius
hic copiis Etruſco bello ſumma cum gloria præfuerat. Inde Franciſco Sforcia puellæ ut
diximus patruo: quem hic idem Piceno abeuntem bello Eugeniano domi exceperat:
ipſum: familiā exercitumq; eius omnem ſuſtentauerat: bellumq; ab Eugenio ea de cauſa
illatum nō recuſauerat. Tandem nobiliſſima puella. Nobiliſſimo principi deſpondetur.
fuitq; ſtatim una uox omniū: neq; illam præſtantiori uiro nubere: neq; hunc digniorem
accipere uxorem potuiſſe: nec defuere qui dicerent. Quū Federicus auctor quondam fuiſ
ſet: ut Conſtantia mater Alexandro patri deſponderetur: hanc clariſſimam puellam pri-
mo puerperio editam iure illi tanq̃ præmiū quoddam deberi cōciliatæ affinitatis: quaſi
quū de illorū ægiſſet matrimonio: de ſuo iam tunc præuidiſſet. & quū qua die quis uxo
rē ducit: ea fœlicitatē infœlicitatēq; ſortiri: atq; omnē reliquæ uitæ ſocietatē & conditio
nem ſtatuere ſibi exiſtimetur. Nemo fuit qui fœliciſſimum futurum hunc: fœliciſſimam
futurā illam nō reputaret. Tertiodecimo ætatis anno deducta ad uirum quas artes atq;
præcepta domi apud patrē edidicerat: quas illi dotes atq; ornamenta incumulauerat na-
tura: ea omnia lucere & ſplendeſcere in mariti principis domo ſtatim inceperunt. Con-
ſilia altiſſima: exactiſſima rerum domeſticarum diligentia. Cura peruigil: ordo in rebus:
ſeruor in negotiis: negotia in ocio: reuerentia familiaris & moderata quædam ciuiliſq;
religio tamq; noua quædam Lux per domum primū & ciuitatem: mox per omnē proui
ciam uiſa diffūdi. Dedit autē & illi occaſionē ueræ laudis & propriæ uiri diſceſſus. Nam
quæ antea fecerat uideri poterat illius ductu: iperioq; feciſſe. Etenī quū Federicus Dux
eſſet declaratus copiarum Italiæ aduerſus Gallos Ferdinandū Alfunſi filium regno ei-
cere conantes. & moram ſubiti hoſtiū motus excluderent: unus uiſus qui impetus Bar-
barorum comprimere: tueriq; libertatem Italiæ uiribus poſſet: cōſilio ſciret: animo uel-
let: oblitus

lenoblitus rerum aliarum totus intentus ad hoc bellum: curam domus atq; imperii ſu-
bito diſceſſu non tam cõmiſit uxori quã dimiſit. hic uero glorioſiſſimi animi adoleſcen
tula non demorata uirium blandinis atq; illecebris ad mollitiem: ſed exhortata præci-
bus ad gloriam accelerauit illius diſceſſum. Curam domus atq; imperii ipſa ſuſcepit: exi-
ſtimanſq; iam ſe uirum quoq; agere oportere. Conuerſa ad cuſtodiam finium: recenſen-
do arces: diſtribuendo præſidia: præfecturas recognoſcendo: reddendo iura ad libellos:
ſua manu ſubſcribendo: ædificando magnifice: magnificentius hoſpites excipiendo. Cõ
ſultando cum ciuibus de rebus maximis. De maioribus cum legatis gentium exterarũ
deliberando. Iam id effecerat: ut non abeſſe prouīcia Federicus. ſed geminus factus eſſet
& alter belli rem gerere: alter moderari in prouincia uideretur. Quoddam enim acceſſe-
rat temperamentum ſeueritatis atq; clementiæ. ut nunquã a iuſticia miſericordia: a miſe
ricordia iuſticia diſcederet. Comis facilis: manſueta cum bonis: cæteris triſtiorem ſe con
tractioremq; præbebat. ut omnes obſeruarent maieſtatem: manſuetudinem colerẽt: nor
mam iudiciumq; pertimeſcerent. Tum domi omnia redægerat ad diſciplinam & exem-
plum: ut reuerſus mox cum uictoria Federicus nõ ſe domum. ſed templum: non familiã
ſed religionem inueniſſe confeſſus ſit. & omnia nõ modo ſupra q̃ deſtinauerit: uerũ ſu-
pra q̃ humana fieri diligentia atq; induſtria potuiſſet. Hic ille fœlicitatem eam quã paſ-
ſim homines coniectauerant Ipſe animo conceperat: agnouit. Iam ſe tuto militiæ inten
dere. Iam foris gloriam illam bellicam: quam poſtea tantã quæſiuit: poſſe quærere: con-
tinuatione militiæ iam habere ſeipſum domi etiam cum abeſſet: iudicium: induſtriam:
diligentiam & remanſura domi cum coniuge. & ſecum itura in bellum perſpiciebat:
Incubuitq; poſt hanc ductam rei bellicæ: ſecurus rerum domeſticarũ: uehementius: unde
tantam adeptus eſt famam atq; gloriam: ut non modo ſit in Italia primus: uerum etiam
apud exteras nationes ſupremus habeatur. Quam gloriam nunq̃ fuiſſet tantam cõſecu-
tus: niſi domi regnatricem hanc & uere natam ad imperium reliquiſſet. Vocauit eam ali
quando habuitq; una ſecum in hybernis apud Mallianum Sabinorum oppidũ ubi quã-
tam Vrbini atq; tota in prouincia ciuium: tantam in caſtris militum admirationẽ ſimul
& grãm comparauit: addiditq; ipſa maieſtatem & reuerentiam caſtris ipſis: nõ illi caſtra
moleſtiam & grauitatem eripuerunt: fortunas oppidanorum ubiq; in hybernis adeo tu-
tata eſt abſente uiro ut quũ nulli nihil adimeret: præter licẽtiam oppidani quicquid ha-
bent rerum quũ domi tum in agro ſeruatum ſibi ab hac una & cuſtoditũ eſſe fateantur.
Fuit illud ante omnia præclarum puellas ac matronas percitas fama tantæ probitatis ex
omnibus oppidis certatim ad eam non tanquã agentem in caſtris inter arma & milites.
ſed ueluti media in urbe aliquo in templo reſidentem confluxiſſe: pudore tanto apud eã
obſeruantiaq; uerſatas: ut quæ uitia turpe eſt fœminas admittere: apud hanc nefas eẽt &
ſceleratiſſimũ nominare Ex Sabinis accita Romana a uiro quem bello gallico implici-
tum: biennio toto non uiderat: prodeunte in occurſum ciuitate. & oratoribus gentium
diuerſarum: quũ eſſet pro more ſingulis reſpondendum: id fecit ſemper oratione diuer-
ſa: tantaq; admiratione facundiæ & grauitatis impleuit omnes: ut complures dies nil ali
ud Romæ: nihil curia q̃ hanc unam loquerentur: uirtuteſq; in fœmina tantas admirarentur.
Audita eſt a Pio ſecundo pontifice maximo tanta cum attentione: aut ſtupore potiꝰ:
ut excuſauerit ſe ille: parem adhibere orationem non poſſe. & dolere atq; angi ꝙ tantum
miraculũ eloquentiæ publicæ & frequenti collegio non admiſiſſet: facturũ id fuiſſe affir
mauit: ſi uel dimidium ſperaſſet ex fœmina: nec minore admiratiõe proſecutus eſt fami-
liarem eius ſermonem: caſtitatum & modicum: grauitatis ſimul & prudentiæ plenum.
ut ſæpe repetierit hanc unam eẽ quæ recte ſciret & multum & parum loqui ſenſiſſeq; nũc
dicendi uim in fœmina quantam nunquã antea percepiſſet in uiro: & inique actum eſſe
cum fœminis: quibus paſſim erepta eſſet occaſio dandi litteris operam: quum in earum
aliqua tantum natura cumulaſſet ingenii. Quamobrem poſſumus cogitare quanta illi
ſuauitas fuerit in ore: quæ in lingua concinnitas: quanta in dicendo prudentia: qui orna
tus: quæ copia: quũ Pius: Pius inquam cuius diuinum fuit ingenium: cognitio rerum om-
nium incredibilis. Iudicium exactiſſimum: immortalis facundia: & cui ut uno explicem
uerbo ſæculis multis par natus eſt nemo. grauitatem ſententiarum admiratus: florentiſ-
ſimum quẽdam eloquẽdi nitorẽ obſtupuerit: & aduentũ dictaq; eius cõmentariis quos
ipſius uidimus: annotauerit: dignamq; eam fama atq; laude imortalis exiſtimauerit. Ro
mæ quũ urbis omnia templa & ſacella luſtraſſet: nullum conuentum honeſtarum fœmi
narum religioni addictarum prætermiſit: quas nõ adierit: & religionis præcepta quibus
horis: quomodo precandum eẽt nõ perquiſierit. quod inſtitutum & domi quoq; tenuit

ſemper:quotiens enim per negocia liceret ſecedens ad Vaſtales:dies cum his totos ſe cõ
tinebat.Ieiunia ſeptimana illarum more in pane & aqua peragebat:præcabatur in ſingu
las horas ſacerdotũ more:& nec punctum quidem unq̃ diurnis de precibus : nocturniſq;
remittebat:aderat imbecillitati atq; inopiæ:elemoſynas intermittebat nunq̃ : occultaſq;
eſſe cupiebat:puellas nobiles quæ penuria rerum domi hererent : multas ex toto infini-
tas ex parte dotabat.Feſta niſi quæ eſſent religionis inuita celebrauit ſemper : ut nato ei
nuper unico filio quum prouinciales omnes lætitia incredibili exultarent:plauſuq; & tri
pudiis agri:oppida:urbes perſonarent:ipſa nec ludos equeſtres ſuſtinuerit : nec ſignum
aliquod præbuerit lætitiæ pluſquã mediocris.In templis tamen omnibus gratias agi: ui
tamq; puero & ſucceſus optari procurauerit ut plane uideretur non tam læta eſſe de filio:
quam eſſe ſollicita ne aliunde id acceptum munus putaretur q̃ a deo:nec ullam unquam
uocem audiuit acerbiorem & triſtiorem a uiro quã quum purpuram induere atq; aurum
aut gemmas ferre iuberetur:quod ſi quando aut in obſequium uiri:aut ad retinendã di-
gnitatem feciſſet:non ornatam ſe uerum contaminatam exiſtimabat.& quum eſſet cor-
pore atq; aſpectu longe formoſiſſima:nulla re minus cupiebat uideri formoſa q̃ forma?.
Quare mihi ſtudium hoc tantum profectumq; in litteris:tantam curam moderationéq;
in imperio:tantam in uita modeſtiam:in fortuna manſuetudinem: tantum in religione
cultum & feruorem cogitanti:omnia glorioſiſſimæ fœminæ huius munera uident fuiſ-
ſe diuina:& mens illa archana quædam habuiſſe conſilia remota atq; abſtracta a ſenſib9
noſtris:ut quanquam terrena hæc & mortalia nunq̃ negligeret::ſemper tamen de æter-
nis & cœleſtibus cogitaret:ut iure merito Federicus non locum ea mortua : non quieté
inueniat:quod ſi quoquo modo faces illæ tedæq; ſanctiſſimæ nuptiarum amandæ ſunt:
& ut eſt in ueteri prouerbio.Vxor bona amanda :ferenda mala . & bonæ coniugis bea-
tum uirum teſtimonia eſſe diuina fateantur. Et multi ueterum clari nominis uiri mor-
tuis uxoribus non dubitauerint ſeipſos ſtatim interimere.Quidam etiam uitam illarum
anteponere ſuæ.& ut illas ſeruarent obiicere ſeipſos fato non recuſauerint.Q uis eſt qui
accuſare Federicum poſſit?aut quis potius qui laudare pietatem eius tantam nõ debeat
aut cui tot eius lachrymæ non piæ:non ſanctæ:non neceſſario fuſæ uideãtur ? Q uid.n.
habuit Cornelia illa quam prædicant.quid Oreſtilla quã Baptiſta præclarius? Quarum
alteram maritus ſeruam morte ſua uoluit. Alteram uir non dubitauit ſequi morientem.
Nullum eſt in terris uinculum beniuolentiæ ſanctius q̃ uxoris & uiri : quorum amor ca-
ſtiſſimus nunquã aut accuſari poteſt ut nimius:aut ut impudicus reprehendi : qui quum
eſt inter bonos:nihil uidetur eſſe aliud q̃ conſenſio quædam cœleſtis :conſortiumq; di-
uinum.Quãobrem ut aliquando ad te conuertar:magnã Federice immortali deo grati-
am debes:qui talem tibi dederit uxorem:non minorem uxoriq; quum eſſet talis tantũ
te dilexerit:ut uiſa ſit omnes affectus atq; habenas charitatis in te unum relaxaſſe:nec un
quã graue illi fuerit quicq̃ aut moleſtum quod tu iuberes.Duas enim fœlicitatis ſpecies
ſibi conſtituerat.Alteram in deo:quem quottidie in ſucceſſus tuos præcata magis prope
dicam tibi cupiebat q̃ ſibi eſſe propitium.Alteram in tua gloria.Diuinas laudes libenti ſ-
ſime audiebat:tuas nihilominore ſtudio referebat:reſq; a te geſtas omnes tanquã digitis
numerabat.Quotiens aliquod in bellum proficiſcere:ſuſpenſa pro tua ſalute atq; gloria
ad ſubitos nuncios anxia atq; attenta luſtrare templa urbis cum ſanctis Veſtalibus adeſ-
ſe ad omne ſimulachrum ſanctorum præcari non deſinebat.Aſſueta iam de te nõ niſi ui-
ctorias audire eo ſecuritatis uenerat:ut quotiens tu expeditionem ſuſciperes aliquam :to
tiens illa ad nouam ſe lætitiam compararet.Exiſtimabat enim eum:qui tot præliis uiciſ
ſet:nullis uictus eſſet:uinci non poſſe.Sed hanc unam poſtremam quam tu nuper Vola-
terrano bello reportaſti uictoriarum non modo tuarum.ſed omnium quæcunq; nomi-
nentur longe maximam & glorioſiſſimam perferre non potuit : quippe ut erat conſilio
& prudentia diuina intelligebat:nihil homini ætatis noſtræ ſuperiorũq; multarum eue-
nire potuiſſe Volaterrana expugnatione glorioſius.Et quod olim Demetrio Græci attri
buerunt:ut expugnator Vrbium cognominaretur.Id tibi potius uideri iuſtiuſq; eſſe tri-
buendum:qui quum alias innumerabiles:tum hanc quæ oppugnari non poterat expu-
gnaueris.Itaq; plus hic fuit lætitiæ q̃ præcordia capere humana potuerunt . Quod ſi ue-
rum fuit illud:Romanas enim mulieres bello punico lætitia ex aſpectu filiorũ ſuſcepta :
quos ad Thraſimenũ cæſos eſſe audierant cõcidiſſe mortuas : & Sophoclem uictorem in
tragœdia declaratum:& Chilonem cum filius in Olympia uiciſſe ad ſtudium nunciaret
lætitia ſubita extinctos eſſe.Q uid dubitamus chariſſimam atq; amãtiſſimam cõiugem
tuam:quæ omné ſuam fœlicitatem in tua gloria collocauerat? Audita uictoria tam cele-
bri:tam

bri:tam illuſtri:tam incredibili:& plena æternitatis:excitaſſe ſpiritus gloria:incaleſeciſſe
ſanguinem nouo gaudio.& per uenas tantũ læticie eſſe perfuſum :ut non modo geſtire
exhilaratione.Sed etiam ardere:inflãmariq; potuerit.Itaq; gladius ille tuus:ille inq̃ tuus
gladius:quem tu nuper aduolaterras uictor perſtrinxiſti: ille amantiſſimæ Baptiſtæ tuæ
pectus feriit:uulnerauit:perfodit:ut quod p ace tua dicam: nemo alius uideatur illã inter
feciſſe:q̃ tu:nõ haſta .ſed lætitia:non ferro : ſed gloria:non metu periculi.ſed magnitudi
ne & celebritate uictoriæ.Sed hoc in loco pauliſper ſubſiſtere mihi libet : ingemiſcereq;
miſeram ſortem noſtram:quũ uideamur ea nati conditione:ut nulla poſſit nobis adeſſe
fœlicitas.& nec læticia quidem : quæ nõ ſtatim paratũ habeat tantundẽ poſt ſe calami
tatis & mœroris : ut uera cenſeri poſſit quorundam uetus illa ſententia Parem oino eſſe
menſuram atq; pondus rerum omnium: quæ accidere nobis inuita ſecũdæ atq; aduerſæ
potuerunt:ut enim uerti cœlum continuo motu & ſolem lunæ:lunam ſoli occurrere:Ita
triſtia lætis:læta triſtibus ĩmiſceri:confundiq; uidemus. Quid obſecro & erat & uidebat
hoc tempore fœlicius in Italia q̃ tu:ut taceam ſplendorem illum ſerenitatemq; domeſti
cam.Fines patrii atq; auiti regni latiſſime propagaſti:amplificaſti:hoſtes quicũq; tibi ob
tigerunt unq̃ ſuperaſti omnes.Pontificum ſummoꝝ maieſtatẽ:quotiens fuiſti implora
tus fide:armis :conſiliis protexiſti . Ferdinandum regem preſtantiſſimũ inuaſum a Gal
lis fœlicitate incredibili defenſum primo in regno conſtituiſti:eumq; tibi ac tuis poſte
ris ſempiterno atq; imortali beneficio deuinxiſti:quãdiu enim culmen illud regii altiſſi
miq; faſtigii nominabitur:tamdiu tuũ erga regem:ſtirpemq; eius beneficium celebrabi
tur.Galeatio Sforriæ inſubrium principi Baptiſtæ tuæ patruele ad mortem patris in gal
lis agenti in manifeſto motu rerum nouarũ accurriſti:motuſq; ſtatim omnes tua præſen
tia:tuis conſiliis oppreſſiſti:perturbatores pacis & tranquillitatis Italiæ quotiẽs innoua
re aliquid uoluerunt: totiens tu eoꝝ conatus celeritate icredibili repreſſiſti.Loca omnia
Italiæ clariſſimis monumentis uictoriam tuarum inſigniſti atq; illuſtraſti . Tot cœpiſti
urbes:tot exercitus profligaſti.& quũ prope uniuerſis copiis Italiæ & olim præfuens &
nunc præſis:non tot geſſiſti bella :quot uictorias:triumphoſq; reportaſti. proxima defe
ctione Volaterrana quũ res ineluctabilis uideretur : ipſe ſtatim es imploratus : qui ſupra
re ineluctabilia conſueuiſti . Viciſti urbem quam olim Lucius Sylla magnæ partis Aſiæ
domitor:qui Pyrrheum cœperat:expugnauerat Athenas.Vrbem Preneſte ſitu muniriſſi
mam diripuerat.Confecerat Iugurthã·Mytridatẽ potentiſſimum Ponthi regem profli
gauerat:eiecerat.G.Marium:centum milia hominum continentibus bellis interfecerat.
Occupauerat imperium Ro.ex magnitudine rerum geſtarum fœlix cognominari pro
meruerat.Quam inquã urbem hic tam potens:tam fœlix uir uniuerſis imperii Ro.uiri
bus: biennio circũſeſſam non antea capere potui : q̃ a defenſoribus fame deſertam.Eam
tu ingenio tuo cœleſti:conſilio diuino:arte militari:præcellentiſſima ſæculis noſtris ma
iorumq; noſtrum :inaudita quanq̃ natura inſuperabilem :præſidio militum infinitorum
munitiſſimam:quarto & uigeſimo poſtq̃ obſeſſa eſt die expugnaſti: cœpiſti & diripuiſti.
Quæ dies clariſſimis rebus tuis tantam attulit lucem atq; ſplendorẽ :ut cætera quæ geſ
ſiſti:potuiſſe humanis uiribus gerere:hanc unam non niſi diuinis conſecuſſe auſpiciis ui
deare.Viciſti quod uinci humanis uiribus nunq̃ putatum eſt poſſe .Superaſti quod om
nium iudicio nõ poterat ſuperari:oſtendiſti uires corporis & animi tuas æquales eſſe na
turæ:ut nihil tam ilia ſeptum: tam montanum atq; ſperum cõmunierit quod tu pari ro
bore atq; animo deiicere & labefactare non poſſes . Plenus itaq; triumphi atq; gloriæ:il
luſtriſſima uictoria clarus tot muneribus Tuſcorum cumulatus maximis atq; pulcherri
mis.Quum nihil aliud Italia q̃ re unum loqueretur:quũ oppida :uillæ :agri obuiam pro
greſſi auctorẽ tantum admirarent & fama rerum quũ ſemp alias : tum nuper a te geſta
rum obſtupeſcerent. & ad reditum illũ tuum glorioſiſſimum frondeſcere(ut ita dicam)
arbores lætitia : geſtire lapides gaudio uiderent . & tu eam gloriam nõ tam charã habe
res:quia uiciſſes:quã ut amantiſſimæ cõiugi tuas uictorias anhelanti : talem tantumq; te
offerres.& quũ ad eam tota mente:toto animo:toto affectu lætiſſimus: glorioſiſſimuſq;
properares:ecce nuncii frequentes alii atq; alii afferuntur:iubente te accelerare ſi uiuam
eam aſpicere & extremũ excipere ſpũm uelles.hic tibi ſubito expaueſacto deficere ſol &
lux :in caligineẽ uerti uiſa:animus:lingua:cor concidit uno momẽto e fœliciſſimo infœli
ciſſimus factus ad illam miſerabilem & calamitoſam nuncii uocem teipſum:mẽtẽ tuam :
uictoriam recentẽ triumphos tuos omnes nouos:ueteresq; perdidiſti attonitus atq; exa
nimatus nullius rei niſi celeritatis memor calcaria ſubdis : domum aduolas : cubiculum
irrumpis:chariſſimam uxorem:tuam amantiſſimam Baptiſtam tuam iacentem in lecto

tendentem ad mortem complexus:coniecisti : te in illius gremium lachrymás & ſingul-nens auerſo aliquantiſper uultu:ne hanc adderes moleſtiá morienti ſi uideret te lachrymantem:quem nunq̃ antea uidere niſi lætiſſimum conſueuerat. Lẽteſcebat in ulnis tuis chariſſima coniunx:Et quia loqui iam lingua non poterat:uultu ad læticiam compoſito intuens :conſolari te oculis conabatur : manuq; perſtringens oſtendebat cõmunes liberos pignus ſanctiſſimi amoris:eoſq; tibi tacita cõmendabat: nec aliud dicere uelle uidebatur q̃ læta ſe diſcedere e uita: ꝙ prius te uidiſſet q̃ e uita diſcederet. O inquam miserã & cœcam ſortem noſtram:quem clariſſimũ triumphũ:quantis inuoluiſti tenebris:quantam ferebas domum læticiæ:quantum i nueniſti luctus. Quam tu tibi ætate atq; annis iuniorem deſtinaueras ſuperſtitem ad præſidium filioꝝ quam ſenium mox tuum conſuturam ſperabas:ea tertiadecima poſtq̃ rediiſti hora:te:liberos tuos: lucem hanc & uitá dereliquit. O diem obſcuram & tenebroſam:O immaturam fatorum acerbitatem:quũ ſextũ & uigeſimũ ætatis annum nondum confeciſſet. & multo longius eſſet ſpatium ꝙ uiuere adhuc poterat q̃ quod uixerat extincta eſt:extinctæ ſimul tot præclariſſime uirtutes:quæ apparere ſolum poterãt nobis uitæ ſpatio tam breui:diu illius frui negatum eſt:Extinctꝰ magna ex parte ſplendor illuſtriſſimæ domus:de qua iam illud paſſim cõſtabat propter mutuam uiri uxoriſq; pietatem. & uirtutes utriuſq; diuinas ut qui hoc tempore Vrbinũ nominaret domicilium humanitatis Italiæ: habitaculum gratiæ & hoſpitalitatis Italiæ: Sedem uirtutum omniũ Italiæ nominare uiderentur. Nũc morte ſanctiſſimæ fœminæ omnia lugent:omnia ſunt in obſcuro:ut nemo ſit in prouintia:pauciſſimi in Italia:q hoc die ueſtem nõ mutauerint. & ſublatum ſpectaculum rariſſimæ uirtutis nõ ingemiſcãt. Luges tu & heu q̃ iure luges :nõ es iam qui fueras: non es:Altera pars tui amiſſa eſt : nec potes amplius & foris & domi ſatiſfacere: Amiſiſti contubernalem tuam. Sociam thori matrem filioꝝ tuorum:præfectam domus tuæ:omniũ cõſiliorum tuorũ:omnis tuæ fortunæ participem:fœminam ætatis noſtræ primariam. Et ut uno complectar uerbo ſolã inuentam te dignam. Luget infœlix pater & ultro mortem expoſcit:quã mallet diu antea in ſe eſſe perpeſſum q̃ nunc in filia uidiſſet. Luget miſera Auia deteſtaturq; annos & caniciem ſuam. & ꝙ huic luctui superuixerit:infœlicem ſuam ſortem lamentatur. Luget Conſtantius frater. & quia matris memoriam nõ tenet:nõ modo ſororem perdidiſſe:uerum etiam matrem amiſiſſe in ſorore ſe dolet. Luget Robertus gener dignus ea ſocru & te ſocero. Vir & iam clarus Dux:accuſatq; fortunam ſuam. & ꝙ ante amiſerit ſocrum q̃ accipere illius manu ſpõſam potuerit. Luget Octauianus germanus tuus uirtutis ampliſſimæ uir:nec uxorem tuam mortuam. ſed ſororem ſuam:nec ſororem modo. ſed matrẽ extinctam eſſe conqueritur. Luget Antonius priuignus:nec liberatum nouerca. Sed matre pientiſſima orbatum ſe uideret. Lugent paruæ filiæ & quantũ itelligere mala ſua poſſunt: ſe id ætatulæ a matre chariſſima deſtinatas lamentantur. Solus filius infans & uix quintum natus menſem quod uideri poteſt crudelius:extra luctum eſt. Parue infans nõ intelligis iacturam tuam. & hoc tecum actum eſt calamitoſius : quod tuam ſentire calamitatem non potes:prius amiſiſti matrem quam poſſes cognoſcere. & ſcire qualem euadere te oporteat filium qui matrem talẽ habuiſti. Lugent prouinciales:qui ſi abſis tu nõ habent in quo ſe conſolentur. & priſtinam curam moderationẽq; deſiderant. Si remaneas domi:gloria tua bellica triũphiſq; aſſuetis fraudabuntur. Ita nec carere te poterunt cũ priſtina patientia nec ſolita cũ gloria. Lugent Vrbinates extinctam regatricem illã ſuã tam beneficam:tam clementẽ pati non poſſunt. Lugent Eugobini. & fortunæ inſtabilitatem accuſare deteſtariq; futurum acerbitatem nõ ceſſant. Quæ illis pauloante filium principis: unicam ſpem familiæ naſci in ipſoꝝ urbe uoluerũt : nunc in eadẽ ipſoꝝ urbe matrẽ unici filii cõſortẽ & ſplẽdorẽ principis eripuerũt. Lugẽt hæc tecta atq; tẽpla nunq̃ ãplius ab hac cuſtode pietatis & pudiciciæ frequẽtãda. Lugẽt matronæ & puellæ quaꝝ alteræ i hac filiã nõ dñam:alteræ matrẽ nõ hærã recognoſcebãt. Luget domꝰ & familiæ omnis amiſſa altrice : atq; præfecta & conſciſſi omnes ut uidetis ac laniati die ad ſolem: nocte ad lunam conqueruntur : plãgunt: uociferantur : pauperes amiſſum præſidium lugent. Diuites cuſtodem fortunarum ſuarum ereptam lugẽt. Veſtales ſublatum exemplum religionis & ſanctimoniæ lugent. Fœminæ lugent. Viri lugent. Villæ:oppida:prouinciæ lugent. Sed hic luctus hic mœror noſter eſt: nos agimur qui eam amiſimus: nos cruciamur Sanctiſſimæ fœminæ ad meliora ꝓficiſcẽti nihil triſte potuit accidere in morte. Cuius ea fuit uita ut nihil minus poſſet timere q̃ mortem. Nemini eni durum aut periculoſum mori:niſi ei qui male uixit. & qui ita manſit in corpore : ut nunq̃ ſe ex corpore diſceſſurum cogitaret. Baptiſta ſemper in templis : ſemper cum ueſtalibus : oppreſſis in-

tenta:

tenta:parata in opibus:infenſa elationi:atq; ſuperbiæ atrox inimica:atq; inſectatrix uitiorum omnium:rerum humanarum & caducarũ:præterq̃ honoris & uirtutis eximia cõtemptrix. Mortua huic uitæ & his ſordibus etiam quum uiueret uidebatur. Et ne queri Federice quicq̃ poſſis: Reliquit tibi tam circunciſa ætate: quicquid tu ab annoſiſſima expetere matrona potuiſſes:tantam famam pudiciciæ ut ne aſpicere quidem nunq̃ ſuſtinuerit fœminam impudicam. Et quod rariſſimum eſt: etiam uiris eloquentiæ gloriam atq; doctrinæ:ut mulierum:uirorum ciuium:peregrinorum omnium:qui eam allocuti ſunt:aut uiderunt beniuolentiam incredibilem. Vixit tibi triennio diuturnis q̃ mater ſua patri: florem illum iucundiſſimum iuuentæ inſperſit tibi omnem:tædio ſenectæ nullo affecit. Reliquit tibi filium ne ſine regni ſucceſſore decederes. Reliquit unicum: ne hæredum diuiſione regnum debilitares. Peperit puellas octo: ut filii imperium id quod iam cœpiſti: finitimorum principum affinitatibus confirmares. Vos autem filiæ hoc precipuum & ſingulare munus relictum habetis a matre: ut cum patrem habeatis unicum imperatorem militiæ noſtri ſæculi uictorem bellorum:nunq̃ uictum Expugnatorem rerum inexpugnabilium: nunq̃ expugnatum: tot inumerabilibus triumphis & immortalibus uictoriis clarum:uirtutibus omnibus quæ deſiderari non ſolum in maximo poſſint principe. ſed etiam in optimo atq; ſanctiſſimo eminentiſſime præditũ:nõ minus tamen poſſitis gloriari matris memoria q̃ patris. Callii anno ſalutis. M.cccclxxvi. In kalendas Mar.

FINIS

SVMMA HISTORIAE BRACHIANAE CAPITA

Oppidorũ:Ciuitatum:Montiũ:Fluminũ:Complurimoꝝ nõ ſunt annotata noĩa:quoꝝ mira in hiſtoria hac copia. Inquiret lector:nã nuſquã tanta locoꝝ in oi Auſonia: Campania Apulia:Calabria:Pelignis:Samnitibus:in ipſo Latio:in Vmbria:in Tuſcia:q̃ta hic notitia.

Quo tpe ſcripſit hiſtoriã li.primo.fo.primo
ad finem proemii.
Brachius unde noiatus:& Andreas primo
dictus. li.i.fo.i
Mõtonũ paternũ i Peruſinis oppidũ.li.i.f.ii.
Cõtractũ Brachii latus ex uulnere .li.i.fo.ii.
Crus nõ admodũ expeditũ. eodem
De amplitudine ĩperii Peruſini oli .li.i.ſo.ii.
Deploratio Italiæ cui diſcordiæ ciuiles maximum detrimentum attulere. li.i.ſo.ii.
Imperiũ peruſinũ primum ab optimatibus
Bonifacio pontifici traditum li.i.fo.ii.
Brachii magnanimũ reſponſum ad hoſtem
ſub quo recuſabat militare li.i.fo ii.
Aſpirat dux Galeacius ad ĩperiũ peruſinũ uocantibus plebeis li.i.ſo.iii.
Xliiii.oppida defecerũt ad põtificẽ.li.i.fo.iii
Mille peruſini equites uirtute Brachii capti.
Apud Viterbiũ defuit Brachio pro cœna pecunia Vide liberalitatẽ hoſpitis li.i.ſo.iiii
Brachius ſub Alberico militat contra Bononienſes cuius uirtute Albericus maxima pericula euaſit cum exercitu li.i.ſo.iiii.
Bellũ Venetoꝝ cõtra patauinos li.i.fo.iiii.
Deſerũt uexille milites ui erepta ad Brachiũ
tantus in eũ militũ omniũ amor li.i.fo.v.
Conſiliũ Alberici de occidendo Brachio &
fuga illius ac litteræ Alberici ducti penitẽtia
cum reſponſo:Brachii li.i.ſo v.
Stipendiũ trecẽtoꝝ equitũ a Legato Bononienſi li.i.fo.v.
Tres papæ Gregorius:bñdictus:Alexander.
Roccha cõtracta prima uenit i poteſtatẽ brachii fundamentaq; & initiũ dedit tanto Duci & imperio per eum acquiſito li.i.fo.vi
Pugna memoranda centum aduerſus ſeptingentos. li.i.fo.vi
Verba brachii ad ſuos in periculo li.i.ſo.vi
Pax & colloquium cũ Ludouido Firmão uicto & ad deſperationẽ deducto li.i.fo.vii
Defectio aſculanoꝝ a Ludouico:auxiliũ brachii:pugna & direptio aſculanoꝝ. eodem.
bellũ aduerſus Carolũ ꝓ Camertibus. eodẽ
Præmiſſæ equæ fatigatis equis quo illi oci⁹
mouerentur. li.i.fo.viii
bellũ cũ Cingulãis & cruẽta pugna añ mœnia & repulſi illi intra menia. eodem
Societas cũ tyranno Saxoferranteñ.eodem.

LIBER SECVNDVS.

Ladiſlaus occupaturus Hetruſcos mittit Legatos ad brachium. li.ii.fo.eo.
Conſultatio cũ ductoribus militũ de ſequẽdo Rege Latiſlao belo Hetruſco. eodem.
Virtutes i brachio quibus milites cum ſemp coluere lĩ.ii.fo.ix.
bellum in Tudertinos ut iterim nõ haberet
militem in ocio eodem.
Capiť Roma a Ladiſlao eodem.
Legati peruſinoꝝ qui dedũt peruſiam Regi
ſi exules habeat pro inimicis eodem.
Litteræ Otini ad brachiũ ut caueret a Ladiſlauo ſi ſaluum ſe cuperet eodem.
Mittiť a rege qui brachiũ diſſipato exercitu
in uincula haberet li.ii.ſo.x
Florẽtinoꝝ mores & eoꝝ legati ad brac.eo.
Obſidio Arretina & ſtipendium mille quingentoꝝ equitum brachii eodem.
Vigiti eqtũ decẽ peditũ millia ſuſa eodem.
Obſidio Cortonæ & dedũt ſe regi Ladiſlao
primi Cortoñ. eodem.
Iocoſa Ducũ irritamẽta de Cœna li.ii.fo.xi
Peruſiæ Ladis-
Exitus belli Hetruſcĩ. eodem.
Ludouicus Rex Galloꝝ a Florentinis accit⁹
in Italiam. eodem.
Virtutes in brachio eodẽ. (fo.xii
Ex militib⁹ paſtores riſit feciſſe brachi⁹. li.ii.
Vrbis peruſinæ cũ agro deſcriptio eodẽ.
Aggrediť brachius puſiã ſpe ꝓditiõis eodẽ
Perruptis portis uaſtat ſuburbiũ eodẽ.
Sũmus imꝑator exercitus Galloꝝ Italorũq;
cõſenſu aduerſus Ladiſlaũ li.ii.ſo.xiii
Gratitudo uerſus hoſpitẽ notanda eodẽ.
Rex Carolus & rex Ladiſlaus ardentib⁹ animis in pugna præſentes eodem.
Pelliť rex ex Vrbe ſequiť brachius i intimũ
regnum ille ſe recipit eodem.
Pontificis uerba ad brachiũ ꝙ brachiani duce pugnabant brachio cæteri pede eodem.
bellũ in peruſinos & pugna apud Torſianũ
poſt diceſſum a pontifice li.ii.fo.xiiii
Paulus Vrſinus & Sforcia cõueniũt brachiũ
cum ſuis copiis.
Vnius diei ſupra fidem geſta li.ii.fo.xv
Calãitates & tumult⁹ miſerabilis puſioꝝ.eo
Oratio brachii ad Camertes li.ii.fo.xvi
Virtutes in brachio eodem.
Sforcia auxilio mittitur peruſinis a
rege li.ii.ſo.xvii
Pax inter pontificem & regẽ li.ii.ſo.xvii
Dimiſſis peruſinis ſequiť pontificẽ in expeditioneñ.bononieñ. eodem
Cruenta pugna contra Fauentinos ꝓhibentes tranſitum li.ii.ſo.xvi.
Contra Miccheleſtum pugnať & capiť Miccheleſtus eodem.
Paulus Vrſinus obſideť a regio exercitu & liberať auxilio brachii cũ magna præda eodẽ

Liber tertius

Fabricius Capanus a Rege puſinis miſſus.
Reſtant pons patulus & Marſianum reliqua
brachii Fabricio ceſſerant.
Inferior numero brachianus miles ſed uirtu
te potior li.iii.fo.xix
Quales milites eligebat brachius eodē
Viginti milia equitum octo peditum i exer-
citu, Regis eodem.
Obſidet Tuderti brachius: facta eruptione ca
piunt quattuor equites aurati & remittūtur
honorati eodem.
Colloquium cū Rege. Trecenta milia nūmū
a Rege pro ſtipēdio & una ciuitatum quam
optaret promiſſa pro ſtipendio ſi ſub eo mi-
litare uellet eodem.
Pax cum Florentinis. Moritur Rex Pōtifex
ad conſilium li.iii.fo.xx
Suſpicio ne caperet a pōtifice ac neci daret.eo.
Abeūte pontifice præficitur Gubernator bo-
nonień & etiam prouinciæ eodem.
Bellum aduerſus Forolluień eodem
In phaneń.arimineń.piſaureń.agro uno die
facit prædas maximas eodem.
Defectio bononień & eo aduenięte aperiūt
portas & eo ruſ' abeūte rurſus deficiūt .eo.
Deprecatio bononień defectionis: dātur ob
ſides qui tandem redditi pro lxxx. milib' nū
mum li.iii.fo.xxi
Martinus pontifex depoſito Bonifacio. eo.
Tertium bellum in peruſinos pro recupera-
tione patriæ eodem.
Prœlium ad portas peruſinas li.iii.fo.xxii
Canes latratu peruſiam ſeruauere eodem.
Paulus Vrſinus auxilio puſinis.li.iii.fo xxiii
Florentinoꝝ Legati ad brachiū ut deſiſteret
a bello aduerſus peruſinos eodem.
Reſponſum brachii præclarum eodem.
Carolus Malateſta.d.arimineń auxilio ē pe-
ruſinis ſpe potiūdæ Vrbis li.iii.fo.xxiiii
Fit Tuderti dominus eodem.
Legati peruſinoꝝ bis ad brachium eodem.
Criſpolita familia peruſinoꝝ eodem
Deſiliunt muris peruſini ſtudio pugnādi &
tæla uenenata li.iii.fo.xxv.
Anceps cingitur brachius in tanta hoſtiū mul
titudine duplo maiori eodem
Lætícia Peruſinoꝝ ex auxilio & feſta eodē.
Noua agminis ordinādi forā li.iii.fo xxvi
Primus brachius turmatim docuit prœliari
in Italia eodem.
Peditum officiū inter equites nota eodem.
Oratio ad exules eodem.
Oratio ad milites li.iii.fo.xxvii
Oratio hoſtis ad Milites contra brachia-
nos li.iii.fo.xxviii
Prœliū cū Carolo Malateſta .d. Arimineń
ueniente auxilio peruſinis eodem
Captus Carolus ꝑnoiatus cū multis pricipi-
bus cū ſumma brachii gloria li.iii.fo.xxix

Liber quartus.

Deſperati peruſini agunt de tradenda Vr-
be li.iiii.fo xxix
Rogāt brachiū ad capeſcendum imperium
peruſiæ & recuſat brachius eodem.
Legati ad brachiū deferētes īpiū li.iiii.f.xxx
Conſultatio cum exulibus an ſuadeāt capiat
īpeiū qñ ipſe nihil factur' ſine illis erat .eo.
Legati Vrbem dedūt precibus exulum bra
chius capit imperiū eodem
Fœdura inter brabium & Peruſinos:nora
ritum eodem.
Contentio inter ueteranos & exules de ꝑce-
dentia in ingreſſu li.iiii.fo xxxi
Ornatus Peruſiæ urbis in ingreſſu eodē
De genio morib' & uirtute brachii eodem.
In Aſſiſiates compoſitis Peruſinis rebus mo-
uet li.iiii fo.xxxii
Aduerſus Paulū Vrſinū & interficitur eodē.
Reatæ & Narnień ſub brachio eodem.
Legati Venetorū ad brachium pro Carolo
Et brachii magnificum reſponſum eodē.
Redimitur Carolus centū milib' nūmis eodē
Tributarii plæriq; & Vmbria tota brachio
paret eodem.
Occupaturus Romā admouit exercitū glo-
riæ cupiditate eodem.
Oratio Legati ad Romanos eodem.
Roma in poteſtatē brachii eodem
Peſtis inuadit exercitū dū obſidet mola. eo.
Tudertini Vrbeuetani īteramnień Eſini Spe
lani Camatineń Reatini Tributarii. li.iiii.
Ludi Peruſinoꝝ eodem. (fo.xxxiiii.
Legati Peruſinoꝝ de confirmando imperio
brachio ad Martinū papam eodem
Religionis deuotus hoſtis a pōtifice habit'
brachius eodem.
Filia Odōi Fulgīatiū tyrāni filio nupſit. eo.
Seneń beneficentia in brachium eodem.
Ludouicus firmanus dū recuſat ſoluere .iiii.
cogitur ſoluere octo milia nūmum eodē.
In Lucenſes ſubitum bellū qđ ſoluit.L.M.
nūmum finitum li.iiii.fo.xxxv.
Nurſini ꝑ pace.xiiii.M.nūmū ſoluūt eodē.
Legati Florentinoꝝ eodem
Spoletum dedit ſe brachio eodē.
Traiectus pede: Gregarius miles manu : neu-
ter hic pedem ab humo : ille manū a tigno
diuellere nō poterat eodem.
De Ioāna Ladiſ. ſorore ṙgina. li.iiii.fo xxxvi
Alfonſus Valentinoꝝ & Siculorum rex ad-
optatus eodem.
Sforcia contra brachium a Regine eodē
Mittitq; Tartaliā amiciſſimū ſuū ſeperi. eo.
Circūuento Sforcia capti milites eodem
Deſerit ꝑfide Tartalia brachium eodem

Ingens

SVMMA HISTORIAE BRACHIANAE CAPITA

Ingens ducũ apparatus cõtra brachiũ eo.
Virtus in brachio eodem
Pugna ad Aſſiſium cruenta primus fertur in
hoſtes brachius li iiii.fo.xxxvii
berta uxor Moritur eodem
Tartalia Vrbeuetanos ſollitat dedãt ad ꝑdi-
tionẽ & uix ipſe euaſit uerſo in eũ dolo per
eudem proditorem aſtu brachii eodem
Legatus Matthæus Vbaldus ad pontifi-
cem li.iiii.fo.xxxviii
Fuit hic Matthæus auus ſecũdi Matthæi au-
ditoris Rotæ uir eo tẽpore clariſſimus mul-
tarum reꝝ cognitione præditus in rebus ge
rendis maximus cuius cõſilio & ingeni præ-
ſtantia ſæpe uſus brachius cum gloria eum
unice dilegit:huius prudentia & auctoritate
permotus pontifex brachio deniq; amiciſſi-
mus redditus eſt:multa præclara de illo me-
morantur tantaq; adhuc durat illius uenera
tio & obſeruantia ut ad ſingulas hoium præ
ſtantiſſimorum comparatiões unus Mathæ
us Vbaldus ſemper excipiatur quaſi q alios
uirtute & gloria præcelluerit:dignus non ſit
qui inter cæteros uulgo nominetur.
bellum & Eugubinos. eodem
Sforcia & Tartalia in Tudertinos contra bra
chium eodem
Laudes Nicolai picinini eodem
It brachius Florentiam ad Martinum cum
pompa mirabili eodem
Laus Florentinorum & quanto honore ſit
exceptus a Florentinis eodem
Statura brachii eodem
Brachii uerba ad pontificem Marti-
num li.iiii.fo.xxxix
Martini uerba ad brachium eodem
Ornatus palatii quo exceptus brachius eo.
Ludi equeſtres Florentinorum eodem
Brachius inuictus omnem debellat gentem
Martinus papa non ualet quadrantem : per
Vrbem carmen eodem
Pontifici acceptior Sforcia eodem
Fœdera cum Martino pontifice per brachiũ
percuſſa eodem

℄Liber quintus.

Filia brachii nupſit Robẽto Malare. li.v.f.xl
Nunciari curat brachius Reginæ Sforciæ
apparatum contra ſe eodem
Bellum in bononienſes iuſſu põtificis eo.
Quadringenti pedites trecenti equites con
tra ſeptuaginta equites brachianos eodem
Antonius bentiuolus li.v.fo xli
Sfortia diſcedit a Regina eam allocutus de
feneſtra finito ſtipendio eodem
Bellum Neapolitanum a Martino pontifice
geſtum eodem
Proceres regni Item Apuli Lucani Calabri
Camnites deficiũt ad Martinum : Campani
Neapolitani Venafrani perſtãt in fide eo.
Legati Reginæ ad Alfonſum adoptiuum
Legati Alfonſii ad Reginam eodem
Legati Reginæ & Alfonſi ad brachium ro-
gantes auxilium eodem
Nicola uxor ſecunda brachii uxor & nuptiæ
celebrantur eodem
Immane ſcelus præfecti arcis ulciſcẽtis adul
terium uxoris contra dños li.v.fo.xlii
Legati iterum Reginæ & Alfonſi ad brachi-
um & ſoluuntur brachio ducenta milia nũ
mum pro ſtipendio eodem
Filius domini Aſculi obſes brachio quo
uſus eſt in bello cum laude eodem
Eundo in auxilium Reginæ primo in
Samnites mouit & multa capta direpta
q; oppida li.v.fo.xliii
Iacobꝰ Caudola:Fabricius Cãpanus : Miche
lectus Sforcia duces exercitus papæ eo.
Vulturius amnis ad Capuam eodem
Turris inexpugnabilis aſtu capta iuuenis
habitu fœminæ ueſtiti eodem
Alfonſus Rex nouus applicat Neapo
lim li v.fo.xliiii
Cadit Alfonſus egreſſurus nauim multa
ſententia perfuſus eodem
Mors Alfonſi regis quanto tpe ante ſcriptã
hiſtoriam & illius laudes eodem
Primus congreſſus Alfonſi & barchii
baleares inſulæ:Sicilia:Corſica:Sardinia.Ca
talonia:Aragonia Alfonſi erant eodem
Hiſpani natura blandiores eodem
Neapolis magnificentia & exhibita intranti
primum Alfonſi pompa eodem
Verba reginæ ad brachium eodem
Fogiæ Comes & Capuæ princeps creatur
brachius eodem
Coneſtabilis & totius regni gubernator ac
totius exercitus impator brachius eodem
Alfonſus ad brachium de laudibus ſuis &
belli poteſtate eidem data li.v.fo.xlv
brachius ad Alfonſum eodem
Cõparatio militiæ barbaroꝝ & Italoꝝ eo.
De antiquis & noſtris belli ducibus & mili-
tibus li.v.fo.xlvi
Hiſpanos & Gallos nũero Italos ſupare hos
arte & cõſilio illos furore dimicare eodem
Loca uetuſta apud Neapolitanum & ba
ianum adita li.v.fo.xlvii
It in expeditione brachius & ad Samum
uterq; ſubſtint exercitus eodem
Virtutes in brachio eodem
Suſpiciones inter Sfortiam & Tartaliam do
lo brachii iniectæ

℄Liber ſextus

Tranatarunt Lyrim nunq̃ antea uado tra
iectum li.vi.fo.xlviii
Effuſiſſima præda in Sueſſanos eodem

brachii uerba ad Capuanos eodem.
Capuani accipiunt brachium in princi-
pem li.vi.fo.xlix.
Pacanus cuſtos turriũ ui & magna brachii
uirtute expellit̕ ſpoliatus oĩbus bonis eo.
Carolus filius brachii natus peruſiæ ex Nico
la ſorore Camertis tyranni li.vi.fo.l.
Acerrani obſeſſi dedunt ſe brachio eodẽ.
Genua duci Mediolani ſubiicit̕ li.vi.fo.li.
Tartalia occiditur a Sforcia eodem
Sforcia in frumentatores Capuanos eodẽ
Sforcia ad brachium eodem
Brachius ad Sforciam eodem
Sforcia reconciliatur reginæ eodem
Finis belli Neapolitani eodem
Sforcia regiis copiis iteꝝ ꝓficit̕. li.vi.fo.lii.
Prouincia Samnitiũ gubernanda brachio a
Rege data eodem
Bellum in Tyſernates eodem
Virtus peruſinoꝝ in bello li.vi.fo.liii.
Dedunt ſe Tyſernates eodem
Foſſa Thraſimena p brachiũ fieri iuſſa eo.
Legati alfonſi acciẽtes brachiũ. Et ꝓmiſ-
ſus Nicolaus picininus eodem
Sforcia male acceptus a Regina eodem
Coronat̕ brachius principatu Capuano pe-
ruſiæ ſolenniter Attende ritum eodem
Legati Florentinorum ad gratulandum
brachio eodem
Diſſidium inter alfonſum & reginã eodẽ
brachius in fines aquilanoꝝ eodem
Aquilæ deſcriptio eodem
Inſtabilitas Reginæ: pellitur alfonſus brachi
us hoſtis: Sforcia imperator exercitus a Regi
na declaratur li.vi.fo.liiii
bellũ aquilanũ in quo ĩterficit̕ brachi⁊ eo.
Florentini ſupati a duce Mediolani eodẽ
Grauiſſimũ ſngus in agro aquilano eodẽ
Sforcia merſus Aterno piſcaria alio nomine
appellato moritur li.vi.fo.lv
Iacobus Caudola: Frãciſcus Sforcia Miche-
lectus: Laurentius Cotignolanus: Nicolaus
Tolentinas duces Reginæ eodem
Nicolaus picininus iuſſus ꝓhibere eruptio-
nem aquilanorum li.vi.fo.lvi
Mors brachii eodem
Præſagia mortis eodem
Nicolaus fortebracius pulſo põtifice Roma
corpus peruſiã reportauit li.vi.fo.ultimo
Peruſini oſſa ſublimi loco in templo loca-
runt eodem

Finis.

ANTISTITI PERVSINO IO. ALEX. VI. PONT. MAX.
.·. DATARIO .·. OPTIMO .·.
PERENNI MEMORIAE .·. ET .·. IMMORTALI GLORIAE.
DICAVIT .·.
MICHAEL .·. FERNVS .·. MEDIOLANEN.

n ON parua eſt gloria pater Reuerendiſſime ei urbi cum principi dominari contingit:unde aliqñ uiri clariſſimi:bello:paceq;:domi:militiæ prodiere:Communiſq; prope eſt cum principe ciuium etiam demortuorum ſplendor & geſtorum fama:ſicut ea gloria etiam noſtra cenſentur:& nobilitas quam ex gente noſtra maiorum aliqui peperere.Inter opera quæ preſtátiſſimum illud Campani Epiſcopi poſtea Aprutini ingenium procudit:quæ ego edenda meo ſummo labore:ſtudio bonoq; litteratorum ſuſcepi:celebratiſſima habetur. Brachiana hiſtoria:ut pote in qua is omnes eloquentiæ neruos qui totus ſublimis & excelſus in omni ſcriptorum genere fuerat. Iam cum iunior:intẽdit. Vt plane doctiſſimus quiſq; fateatur nihil ab annis mille citra ſcriptum maiori gratia:ſeu ſtili maieſtate quadam & elegantia:ſeu luce:fide hiſtoriæ:& rerum geſtarũ dignitate & magnificentia. In qua re unius Brachii cuius olim & principis huius tuæ inclytæ urbis:cui. Pontificem tua te preſtantiſſima uirtus nulla ſuffragiorũ mendicatione:propriis uirtutũ comitiis ſuffecit complexus uiſus eſt mihi Q. Curtium imitatum eſſe Qui unius Alexandri Macedonis uitam:bella:geſta:uictorias:conſilia:dicta:facta:complexus fuit: niſi q̄ cũ par illi ſemper incedat:precellit interdum:nunq̃ deficiat. Et hoc gratior eſſe perenniorq; poteſt hiſtoria q̄ integra extat:illa plurima ſui parte deperiit. Et Campanus in concionibus ubi hiſtoriæ uis tota deſudat uehementior. Viuidius penetrat:urget impẽſius:ſuadet diſſuadetq; uelocius:in proponendo uarior:irritando aſperior: ſedando & diſſoluendo aptior & facilior. Summus in delectando:ubiq; docet:ubiq; delectet:ubiq; afficit:ſemper alacris grauis & magnificus:ſplendore uerborum & ſententiarum grauitate ubiq; admirabilis. Vt cum nec Curtius quicq̃ quod in hiſtoria expeti poſſit in commendando uno Alexandro poſt habuerit:facile tamen deprehendas intereſſe plurimum Italo & Barbaro Et gloriæ Brachii nihil defuiſſe:niſi q̄ illis priſcis ſæculis naſci non cõtigit. Quibus cum multi certare gloria cum Alexandro perhibeantur:rerum geſtarum magnitudine: fœlicitate & ſucceſſu. pauci etiam anteponantur. Brachius quidẽ:& is aliquanto etiam interuallo anteponi potuiſſet:qui nec maiori militum numero pauciores pugnas obiuit: nec minoribus cum regibus preliatus tenuiores cupias fudit deleuitq;:ubi hoc ad gloriã acceditq; in media Italia cum res bellica floreret pugnaciſſimos contra imperatores ſemp uictor extitit uictus niſi in morte nunq̃ fuit. Hanc ego tanti principis hiſtoriam cui dicarẽ dubium me plura diu detinere. Et erant tam magnifica geſta Pricipi dicanda:& cui dicãda integrum non erant. Tua religio. Tua ſãctiſſima uita a ſanguie:& bellico fremitu aliena:tam natura q̃ moribus & uitæ inſtituto pium aliquid ex adytis diuorum. & de ſacris penetralib' expoſcebat. Vicit me gloriæ cupiditas tuæ:expugnauit illa ipſa in te tuáq; Peruſinam urbem diſciplinarum altricem deuotio. Quaſi nefarium me piaculum committere ſentirem:niſi quod unum non multis ante ſæculis florenti illi & imperio maximæ affulſit:afflictæ iam & factionibus detritæ urbi lumen intra principes ſuos continerem. Et iocundiorem ſub tuo numine ciuibus tuis magnanimi olim principis ſui lectionem redderem Teq; hac immortalitate cui ſemper labores omnes meos:fortũas:ſanguinem: uitam deuotas habui apud ciues tuos condonarem. Fuere etiam complura quæ me in hanc ſententiam & allexerunt alia & confirmarunt. Nam ſi paulo acuratius poteris hanc hiſtoriam percurrere:fuit hic genti tuæ deditiſſimus:ut pro his aſperrima bella geſſerit:& deniq; pro illorum imperio ſtabilieñ. opes:ſanguinem:uitam non uouerint modo: ſed uel etiam effundere non parſerit. Quotus enim nationis tuæ hunc nõ ſumma ueneratione me te modo dicam non proſequatur quo cõſtet Alfonſum Aragoneñ. regum qui unq̃ in Italia regnarint pace belloq; clariſſimum:cuius nepotem alterũ Alfonſum: atq; alterum Ferdinandum pronepotem hoc anno tantis ueſtris periculis aduerſus. Gallorum tẽpeſtatem defẽdere adnixi patrio quodam ſtudio eſtis:chariorem neminem habuiſſe. Et cui maiori fide ſe:exercitum:imperium:fortunas:uitam deniq; ipſam cognouimus commiſiſſe. Huius ille uirtute in regnum appulit:huius induſtria uigiliis labore ꝛ ſtudio pacatiſſimo regno potitus. In hunc unũ cũ ſanguineas acies cruentus Mars concitaret cũ nõ

tam de imperio q̄ de ſalutē & uita dimicaretur ſecutus quieſcebat: hūc in regiam ſtirpem
aſciuit: huic Capuanū principatū tradidit & præclaris & immortalibus beneficiis affecit.
Porro cui non iocundum & plenum ſummæ uoluptatis non eſſet illas Thebas: Athenas:
Megaras: illam Corynthum. Lacedæmonem. Babiloniam. Macedoniam. Nouo princi-
pi perluſtrare: & pro religione quadā ſuſpēſo pede tātoꝶ memoria ducum peragrare: &
quærere qua in urbis parte ille Epaminundas: ille Ageſilaꝰ: ille Alcibiades: ille Themiſto
cles: ille Cyrrhus: ille Alexāder uiui cōſediſſent: quo in loco Senatus hr̄etur: illi effigiato
res: illi exactiſſimi naturæ expſſores diuerſarent. Sētio iā mecū illam mirificam cordis ti
tilationem: ſolidamq; delectationem. Hanc hiſtoriam cum legeris: quotiens aut negoci-
um eo te poſtulabit: aut ſecedēdi uoluptas alliciet. Vbi illos Bartolos: illos Baldos: illos
Angelos: ille legum ſcrinia & Iuriſcōſultorum uberrima pectora: gymnaſium omne euo
lueris. Achademiam omnem percenſueris. Vbi auguſta mœnia perluſtraueris. Fidem Pe
ruſinorum robur & uetuſtatem cōtemplatus eris. Quæres poſtremo: niſi quod magis au
tummo In primis ubi illa alta Balionum domus in qua tam celebre Brachio īſonuit præ
conium: ubi fœlix illa tellus quæ Brachium ipſum tantum imperatorem ſuſtinuit. Qui-
bus altus in ædibus: quo ſub tecto tanti principis uita peracta. Aderunt cani ſenes qui a ꝓ
genitoribus fide integra hauſerint oīa: recenſebunt ſtupido tibi anguſtias imperii Peruſi
ni auctas & unius huius uirtute conſilio & robore amplificatas. Quæ tibi expreſſior quæ
optatior poterit contingere uoluptas? Ego tibi ſemper neſcio quo ſydere propenſiſſimꝰ
fui: te colui: te Numinis inſtar habui obſeruaui. Cum hæc mecum cogitaſſem non potui
equidem hanc non hiſtoriam ex qua tantam concepturus eſſes cum tuæ gloriæ recogni
tione delectationem: paruum quidem munus: ſed quo nihil inops: qui ſola uirtute nitať
ꝓſtare maius poſſit: dedicare. Tu cuius īgeniū unicū eſt quo totus obſtupeat orbis: q nūq̄
rerum magnitudine: ſicut nec ille quidem Brachius olim frangeris: ſi non bella: ſangui-
nem: cædes bellicoſiſſimi Ducis probabis. Ingeniū tamen illud Campani noſtri proditū
ad lumen & gloriam ſæculorum noſtrorum: qua ſoles præclara omnia charitate com-
plectere. Cerne ſaltem quibus præeſſe te dederit uiris: cui: & q̄ glorioſæ ciuitati deus. Et
cum per ocium leges tui addictiſſimi Mancipii Michaelis qui in te totus uiuit didiſceris
memor eſſe. Vale.

∴ AD ∴ EVNDEM ∴

Deſine mirari ueterum iam dæniq; pompas:
Fortunas. animos: prœlia clara Ducum.
Non minor en noſtris uirtus & gloria: par eſt
Pectoris ingenium: corpore robur idem.
Quantus Alexander: quantus uel Cæſar in orbe:
Tantus & in Latio Brachius iſte fuit.
Non contra reges: populi: non Roma: nec urbes.
Vix contra ſoli præualuere dei.
Inuictus ſemper proſtrauit cuncta. nec uni
Franciſco puduit ſuccubuiſſe. Duci.
Ille uiros inter noſtros. mortalia certe
Inter nec fuerat corpora Diuus erat.
Aſpice ſed quanto nitidus ſplendore peregit
Noſter Campanus. qua quoq; cuncta fide.
Audio cum diuina fuit facundia dices
Hiſtoriæ cunctas hic habet unus opes.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI DE VITA ET GESTIS BRACHII PROEMIVM.

Itam & Res geſtas Brachii ſcripturus: ſi nihil aliud: hoc certe ſpero me aſſecuturum laudis. ꝙ ætati conſulere conabor meæ. Nã quid alii ſentiant neſcio: mihi quidem illud imprimis uideri ſolet honeſtiſſimum. qua quiſq; nat⁹ ſit tempeſtate. eam omni cura efficere præclaram: & quo maxĩe poteſt ſtudio: aut factis aut dictis illuſtrare. Nec pati eos occideř qui ſumma ope ut Immortales ſeſe facerent ſtuduerunt: Nec eſt in quo magis accuſari negligentia noſtra poſſit ſi quæ tempora nos in lucem ediderunt ea nos incognita præterire: & abdita iacere in occulto plus q̃ ingrati patiamur. Vt enim anni uices poma: ſic ætates ingenia ſuo decori atq; ornamento pepererunt. Nec tempus ullum fuiſſe cenſeo: in quo & qui gerere præclaras res: & qui geſtas ſcribere poſſent: natura abunde nõ tulerit. Alteros ut tanq̃ meterent gloriæ ſegetem. Alteros ut horreo pœnuq; repoſitam inſtruendæ poſteritati: tanq̃ familiæ alendæ: reſeruarent. Nullum enim iucundius eſt animi alimentum: q̃ memoria geſtarum rerum: qua qui careat: is neq; imitari præclara maiorum poſſit facinora: & ueluti nouum quendam eiectus ĩ orbem: rudis omnium rerum: imperituſq; uerſetur. nec maximam ac certiſſimam naturæ ſuæ partem dignitatemq; reſpiciat. Siquidem præſẽtia breuia ſunt: euaneſcuntq; uno ictu oculi. Futura uero nulli mortalium explorata. Sola quæ præterierunt & certa ſunt: & in immenſum repetuntur ut tandiu fuiſſe quis in uita: quã longe repetere præterita uideatur. Senſu enim hominis uita: non ſpiritu eſt metienda. Sed cum tanta ſit magnitudo rerum ætate noſtra mari terraq; in Italia geſtarum: ut exercere uel ſumma poſſint ingenia: feci q̃d ſolent qui in hortos atq rosaria admiſſi: quia cuncta pudet: pauca quidem illi: ſed tamẽ pulcherrima decerpũt. & grauiora ſuſcipere etiã ipſis moleſtũ eſt quæ feruntur. Tum hic mihi unus uiſus eſt: nõ modo quem noſtris hominibus anteponerem: ſed quo iuſta acie cum uetuſtate certare poſſet ætas noſtra: ſi modo ut homines: ſic etiam tempora conſiderẽtur. Quem enim ex omni antiquitate reperies nullius ope atq; auxilio fretum: eo imperii gloriæq; perueniſſe. Veterum alios Patria atq; Auita extollebant Regna: aliis Ciuitates & Reſpu. ſtipendia commeatus: delectus ſuppeditabant. Plæroſq; domi litteris atq; ocio deditos fauor populi repente ad dimidiam emittebat: quaſi idem eſſet gladio certare quod lingua: idem foro moderari quod acie. Qui ſi magna pepere imperia: non tamen uno ſæculo: non uno priuatæ opis Duce: tantum acceſſionis eſt factum. Nam & magnis copiis: & multos annos: uel circa unam hærebãt Vrbem. Huic omnia contra: militiæ & labori deditum uirtus militem: eadem imperatorem effecit: & Patria nudus eiectus intra paucos annos parua manu: totam aut domuit: aut agitauit Italiam. Nec eſt ꝙ uetuſtatem accuſem. ſed noſtros interdum homines priſcis comparo: quos ſi iure id facere poſſem: cur non libenter etiam anteferrem? Quo magis eos demiror: qui uetera conſectari: dum aliena colerent: ſua inculta deſertaq; reliquerũt. ſic probant quæ non uiderunt: quæ uiderunt tanq̃ neglecta: improbataq; prætereũt. Nã pauci ſic perieiune complexi ſunt Italiæ geſta: ut deſiderium nobis nõ notitiam reliquiſſe uideantur. Quorum ſublimia & præclara ingenia: niſi ꝙ alienis inuigilarunt: etiam in hoc ipſo ſcribendi genere ueteres æquare potuerunt. Nec tamẽ illorum me magnitudo deterrebit. Spero equidem ut ſenes puerorum ſolent ludos: ita illos mea hæc acerba atq; ĩmatura rudimenta ſumma cum delectatione: nulla cum inuidia ſpectantes errata ætati: cætera induſtriæ daturos: & forraſſe in hoc quoq; pueros imitati ſumus: qui pro laudis æmulatione grauiora q̃ ferant humeri: ſuſcipere onera conſueuerunt. Vtcunq; tamen futura res eſt: magno accedemus animo ad res geſtas tanti uiri perſcribendas. Qui ſi annũ quintum ante me natum: eſt mortuus: tanto nos magis adulandi uacabimus ſuſpitione. Et qui eius gerendis rebus interfuerunt: ita eas memoriter ſolent enarrare: ut ipſe quoq; mihi: qui nondum eram uidear interfuiſſe: Nonnulla tamen: quanq̃ certi erant auctores quia ſuperare fidem uidebantur: ſponte noſtra prætermiſimus. Satis hæc futura arbitrari quæ tanquã illius clariſſimi uiri primicias noſtræ ætati redderemus. Simulq; ut cæteros pari ſpe aut Immortalitatis: aut ſi hoc nimium eſt: nobis certæ diuturnitatis excitaremus ad gloriæ decus.

HISTORIA BRACHII

IOANNIS ANTHONII CAMPANI. DE VITA ET GESTIS BRACHII LIBER PRIMVS.

b

Rachiorum familiam ſunt qui in Brachinos Carthaginenſes referri uelint:auctoremq; originis fuiſſe Hannibalem. Quod neq; a uetuſtate generis & magnitudine geſtarum rerum:neq; a nominis ſimilitudine dicunt abhorrere. Nam & a Brachinis Brachios potuiſſe dici:& uulgus aliquid: ut ſolet in tanta diuturnitate temporis intercidiſſe putant. Sed res eſt pero bſcura:& quæ non modo in ætates multas. ſed ſupra ipſam pœne uetuſtatem repetatur Quocirca mihi neq; affirmare eſt animo propter tam longam antiquitatem temporum:diuerſitatemq; regionum:neque negare. Illud ſatis conſtat a forti ac robuſto eius familiæ uiro cui primo id inditum nomen forte Brachios appellatos:eoſq; Peruſiæ multis iam ſæculi:nobilitate atq; opibus claruiſſe. Principemq; ciuitatis tenuiſſe locum. Hoc non opinione ſolū iam inſita & inueterata:ſed certiſſimis eius Vrbis:uetuſtiſſimiſq; annalibus cōprobatur:extitiſſe ex ea familia multos foris:domiq; claros uiros:qui partim militaribus dediti ſtudiis:partim Reip. regendæ intenti:non paruam ſibi:ac ſuis poſteris gloriam pepererunt Extant enim monumenta maiorum:quæ &ſi non accurate magnificeq; ſcripta ſunt:continent tamen aliquid quod legi poſſint:& ſint cognitione digniſſima. iis præſertim qui non tam ſcriptorum elegantiam deſiderant:q̃ noticia delectātur antiquarum rerum. Sed Peruſinum Imperium haud ſane ſtabile fuit. Quippe nunc Optimates gerebāt Remp. nunc Plæbei ſuis uſi uiribus inuadebant:& Ciuitatis regimē non æquitate & moderatione:ſed ui atq; armis quærebatur. Qui uictores fuiſſent uictos alios cæde:alios exilio mulctabant. Plæbeis Remp. obtinentibus multi ex ea familia cæſi plæriq; in exilium pulſi. Contra uero quum ad Optimates perueniſſet Imperium Plæbeis magna ex parte Ciuitate eiectis:paucis etiam trucidatis. Forte Brachiorum auctoritas:atq; opes ſummæ habebantur. Illi Magiſtratus gerere:legationes obire:& cum paucis Ciuitatis ſtatum defendere ſolebant. Finitimis quoq; regionibus magni atq; inclyti. Et ſi ſcio me de uetuſtate generis & ſplendore maiorum:ſed de unius Brachii geſtis dicere inſtituiſſe. Naſcitur. Brachius Peruſiæ Calendis Iuliis Anno Religionis noſtræ milleſimo treceteſimo ſexageſimo octauo patre Oddone:uiro Iprimis claro. Matre aut Iacoba ex uetuſtiſſima Montemelinorum familia:ut utrum genus nobilitate præſtaret plane eſſet incertum potenti⁹ tamen paternum habebatur. Tradūt Andreæ huic primum fuiſſe nomen. Mox propter ingentem conceptam ſpem gentili nomine Brachium appellatum. Parentem uero qua die natus eſſet:ad Mathematicos detuliſſe:conſuluiſſe quid puero boni:maliq; portendi arbitrarentur. Reſponſumq; in ſummum:& ætatis ſuæ clariſſimum bello uirum euaſurȩ. Hinc maiore cura ac ſtudio educari cœptum. Hinc Pœdagogos:qui & incorrupte cuſtodirent:& prima litterarum præcepta traderent adhibitos eſſe. Interea mortuo patre pueriiciam ſub matris tutela ægit:nec minore cura īſtructus. Iam tum magnitudinem animi ultra ætatem oſtendebat. nec quibus cæteri adoleſcentes:deditus uoluptatibus:ſed equitandi:ſaltandi currendi ſtudiis intentus corpus per uarios labores exercebat. Traductus Montonum paterni iuris oppidum mirifice ſibi oppidanorum animos conciliauit. Sed nata ex uirtute:ut fit. inuidia:qui alterius erant factionis:nam hic quoq; erant ſimultates:tendere in eū ac duos natu grandiores fratres inſidias cœperunt. quæ quum parȩ procederent. aliam aggreſſi uiā:fraternas diſcordias ſerere. Sed cum nec iis quidem proceſſiſſent:omnia inteſtina ſeditione agitare:manifeſtas odii faces Populariū aīs iniicere conabantur:maxime eius adoleſcentis uirtus ut amicos ad fauorem:ſic inimicos ad inuidiam & maturandū facinus armabat. Res ad tumultū uenerat. Fratres primū conſilii inopes ſedare eá rem omni qua poſſent æquitate & moderatione tentauerūt. Sed inimicis noctes ac dies ad iuuenū priciem tumultuantibus. Primus Brachius arma cœpit uel iuſſu fratrū qui ætati magis īputari facinus uolebāt ſiquid accidiſſe. uel ꝙ illi magis popul⁹ fauebat. ſic clientū collecta atq; armata manu alterius factiōis:pricipes: auctores ſeditiōis diuerſa uia adortus:duos medio in foro obtrúcat:tertiū q Peruſiá forte prexeret eadē illa die itinera reuertētē excepitatq; ſua ipſe iterfecit manu. Quieta res poſthæc ab tumultu fuit:oīum aīs I eius adoleſcētis ſpē erectis. Sed cū iá natura militiæ uideret ætas decimū octauū natus annū uel ꝙ fata eū ad maiora uocarēt:uel ꝙ aīus natura magnus nihil exiſtimaret ocio turpius

ocio turpi us. Non amplius domeſticis delitiis uires emolliendas:ſed tentandam rei mi-
litaris fortunam conſtituit. quo maiores ſuos: quorum præclara facinora memorabãtur
aut æquaret gloria:aut quod magis cupiebat. anteiret. Sic animum ad maxīa quæq; pa-
ratum. incertum tamen quo potiſſimũ intenderet uariis conſiliis agitabat. Sed quum p
id tempus inter Ariminenſes & Feltranos bellum eſſet exortũ. Montono ſub matris ac
fratrum imperio relicto. perexiguo comitatu in Feltranorum caſtra conceſſit. Illi per be-
nigne acceptum. quidecim equitibus præfecere. Hoc primum eius ſtipendiũ fuit. quod
non tam uirtute. cuius nullum adhuc foris extabat exemplum. q̄ generis nobilitate ade
ptus eſt. adeo nobilitas ipſa neſcio quid magnum. etiam tacita pollicetur. Nec multis
poſt diebus cum acrius inſtaret bellum. glorie cupiditate incenſus. maius ætate ac uirib⁹
opus aggreſſus eſt. Non procul a caſtris oppidum Forum Sempronii Ariminēſium præ
ſidio tenebatur. quod non ſolum armis. ſed etiam ſitu naturaq; munitum. Feltrani cape
re non poterant. Hic Brachius ſuis appellatis militibus. paucis etiam adiunctis alienis ho
ſtilē agrum excurrit:magnaq; pecoꝶ coacta præda:cõpluribus etiam captis agreſtib⁹. læ
tus in caſtra reuertebatur. Tum uero qui oppido præſidebant a frõte ſtatim. atq; a tergo
ex occulto adoriuntur. Oppidani quoq; ſuos adiuuabant. & clamore pugnantem hoſtē
ſaxiſq; territabant. Ingens hic oritur prœlium. Illos pudor atq; ira:hos periculi magnitu
do ſtimulabat Vicit tamen multitudo paucitatem. & qui prædam ægerant. fuſi fugatiq;
terga uerterunt. Brachius multis acceptis uulneribus oppidanis morienti ſimilis capit.
Nam inter cætera uulnera. & medio pectore traiectus erat. & alterum telum ad alteram
partem humeri penetrauerat. Oppidani quem pugnantem non poterant captum interfi
cere cupiebant. non tam mortem quam non multo poſt putabant futuram. q̄ mortis ac
celerationem quærentes. Ceſſit tamen immanitas auariciæ. Quippe dicente illo. ſi ſe ui
uum ſeruaſſent duo milia nummum aecæpturos. tandem uitæ pepercerunt. Interea qui
terga uerterant:ut eſt fortuna belli:præter ſpem reſumptis animis tanto conatu referun-
tur in hoſtes:ut impetum illi ſuſtinere non poſſent: atq; ita perterriti. Brachium multis
confoſſum uulneribus reliquerunt. Exceptus ſtatim a ſuis & reductus in caſtra magna cũ
diligentia curatus:tanto periculo præter ſpem omnium liberatur. Nec multis poſt dieb⁹
quum eundem agrum popularetur ceruice uulnus accæpit:quo læuum contractum lat⁹
diu manſit immobile. Sed ætate fretus & medicorum diligentia poſt aliquot mēſes mo
uere brachium cœpit. Illi fomenta:illi balneas:illi omnia genera medicamentorum ad-
hibebant:quo reliquo lateri ſenſum motumq; reſtituerent. Brachio autem libere laxato
cruri quidem penitus mederi nequiuerunt. Sed tamen nõ ſolum ut ambulare poſſet:ſed
etiam ut ne deformiter quidem incederet effecerunt. Ea tempeſtate Peruſinorum ſtatus
penes Optimates & nobilitatem erat. Sed quo plenius reliqua itelligi poſſint pauca quæ
dam aliquanto altius repetemus. Peruſinorum imperium fama eſt:laris magnum:potēſ-
q; fuiſſe:ex altera parte Tyrrhēum mare:Adriaticum ex altera cõtingebat. Aretinos. Clu
ſinos. Cortonenſes:Thudertinos:& qui finitimi ſunt populi in eoꝶ uolunt fuiſſe poteſta
te. Sed nihil humanis in rebus poteſt eſſe perpetuum. Nam quum. Ciues ocio deditiim-
perio atq; opibus ualerent:ſuperbia ſimul cum diuitiis aucta eſt:& quibus finitimi reſiſte-
re non poterant:in ſua ruentes uiſcera ipſi ſeſe domuere. acres deinde ſedinones ortæ cœ
pta inteſtina bella. Plæbs factionibus primum elata: mox a nobilitate oppreſſa in uices
acta eſt. Optimatibus deinde inter ſe diſſidentibus. Plæbs ipſa capeſcit imperium. Opti-
mates Ciuitate pelluntur:tãdiu in exilium acti:donec armis plus poſſent In tantis rerum
fluctuationibus fines[imperii anguſtiores facti:& qui ad utrunq; mare pertinebant:uix in
paucos monticulos:modicumq; agri receſſere. Cætera finitimi ſola concordia potentio
res inuaſerunt. Satis magnum exemplum futurum poſteris:niſi mortalium oculis ſtulta
cupiditas occœcaſſet:nullum corpus conſtare poſſe:cuius membra inter ſeipſa diſſentiãt
Nemo eſt qui Remp. priuatæ anteponat atq; ſuæ. Sed eſto: concedatur hoc hominum
auidati. Nemo eſt qui dignitate ſua ſit ſine ciuiũ ſuorum calamitate contentus. Ergo no-
ſtram hanc Italiam Principem omnium terrarum:non exterarum gentium nationumq;
uictoriæ illuſtrant:ſed diuerſæ factiones:ciuiliaq; & domeſtica bella conficiunt. Quæ im
peria maiores noſtri ſua uirtute peperere:ea temeritate noſtra defecerunt. confligimus:
oppugnamus noſipſos. Et quorum: maiores uniuerſum terrarum orbem obtinebant:no
ſtri nos parietes tecta non capiunt. Ciues noſtros pellimus ciuitatibus:uicinos & familia
res nõ Vrbe ſolum:ſed tota interdũ regione præcipitamus. Et quoꝶ tueri deberem⁹ uitã

eorum ſpiritum ac ſanguinem affectamus. Nam quæ in Italia non dicam Ciuitas: ſed exi
gua & montana uilla non domeſticis factionibus deſtinet. Qua ex Vrbe: quo ex oppido
nõ exules plures nõ etiã rebelles inuenias? Quocirca illa armatillæ uires & conatus uete-
rum clariſſimos triũphos innumerabileſq; uictorias ex hoſtibus reportabant. Nos q̃a no
ſtra tæla in uiſcera noſtra perſtrinximus: noſtro frangimur impetu & ueluti maris undæ
unũ in locũ ex diuerſo concurſantes: noſtra ſola ĩpulſione collidimur. Nã quis eſt per de
um ĩmortalẽ: qui nõ magis cogit quo pacto Ciues ſuos poſſit inuadere: q̃ quẽadmodũ
fines imperii propagare: ut plane in oĩum ſæculorũ: ætatũq; ſordes: & in poſtremã morũ
fœditatem incidiſſe uideamur. Quorũ eadem ſunt tecta: iidem lares: ſepulchra: templa:
parietes aſpicere nõ poſſumus. Quibus iura: leges: inſtituta diuina atq; humana commu
nia ſunt: eos domo exturbamus alienos & peregrinos inuitamus: Sed ne feramur longi⁹
ea tempeſtate Peruſinũ imperium nobilitate obtinente. Plæbei partim erant trucidati.
partim quo ſua quenq; ſors ægerat: uagi atq; exules ferebant. Qui Ciuitati præerant cũ.
Bonifacio ſũmo Pontifice fœdus percuſſerant. Non multo poſt quo tutiores forent ad
eũdem Ciuitatis cura: imperioq; delato: adeo libertatem ſuam amittere q̃ alienã reddere
maluerunt. Inter hæc qui alterius erant factiõis oppidũ in agro Peruſino Derutã intraue
runt quorum Dux Biordus Michiloctus bellicæ rei laude inſignis: atq; illa ætate clariſſi-
mus: quum magnum in Gallia exercitum comparaſſet: ubi exules inualuiſſe: & captũ op-
pidum a ſuis accæpit: in Peruſinum cum ſeptem milibus delectorũ militum proficiſcitur.
Caſtris deĩde ſecũdũ Tyberim locatis Vrbem obſidere inſtituit. Qui Ciuitatem regebãt:
uel q̄ inter ſe diſſiderent: uel q̄ hoſtium extimeſcerent potentiam reſiſtere hoſti atq; in
prœlium uenire minime auſi. Procedẽte obſidione: quũ res frumẽtaria: & quæ ad tolerã
dam eam rem neceſſaria ſunt indies fierent arctiora oĩa: legatos qui de pace agerent ad
Biordum miſerunt. Auditi ſunt ab illo perbenigne: ut cui nihil patria eſſet optatius. Pa-
cis conditiones fuere: ut legati ad ſummũ Pontificem mitterentur. Ille Peruſiam profect⁹
rem ſtabiliret. aduentu Pontificis cæteri exules: quorũ erant circiter duo milia reuocant.
Biordus cum omni exercitu in agrũ Picenũ contendere iuſſus eſt: tranſireq; Apenninum
montem: proculq; a Peruſinorũ finibus cum olbus copiis quadraginta paſſuum milia de-
cedere. Sublata iam diſcordia: uel potius ſedata uidebatur quum Plæbei maioribus freti
uiribus repente arma capiunt: forum inuadunt: nobiliſſimũ quẽq; trucidant: imprimiſq;
Optimatium principem Pandulfum Balionũ domi potentem: atq; antiquiſſima narũ ſa
milia confoderunt. Optimatibus interfectis: armati Vrbem excurrunt: cæſæ nobilitatis
opes: fortunaſq; diripiunt: domos aut funditus diruunt: aut igni atq; incẽdio uaſtãt. Vr-
be per hunc modũ amiſſa: Pontifex & cum eo octingenti Ciues ſecuti nobilitatem Aſſiſi
um confugerunt. Multi Optimatium: quos hoſtes in tumultu capere non poterant: per
Vrbis mœnia ſeſe deiicientes: Montonũ ubi Brachius morabat̃ profecti oppidũ in pon-
tificis fide continuerunt. Quædã etiam Peruſinorũ munita caſtella in pontificis manſere
poteſtate. Fracta quoq; flumine munitũ oppidũ: illius fidem ſequæbat̃: arcẽ Tutius qui-
dam Præfectus optinebat. Sed aĩos hoĩum mutante fortuna: ubi plæbeios imperium in-
uaſiſſe accæpit: tradendi oppidi conſilium cœperat. Qua re per oppidanos cognita: Bra-
chius quod & finitimũ erat oppidũ. & ĩter montiũ ſitum anguſtias: ut hoſtium uel impe-
dire: uel aperire tranſitum poſſet: parua coacta manu de tertia illuc uigilia proficiſcitur:
quo aut confirmaret oppidanorum animos: aut ſi hoc facere non poſſet: ui ſubita in arcẽ
irrumperet. Tutius uero: qui eius aduentum: neſcio quo pacto præſenſerat: duo expedita
agmina non procul ab oppido iuſſit inſidere: quæ tranſeuntem per anguſtias ex occulto
adorta primo ſtatim impetu cœperunt: deductumq; ad arcem in uincula coniecerunt.
Dum hæc in Peruſino gererentur Biordus: de quo ſupra diximus: audita primum popu-
li ſeditione: mox de uictoria ſuorum certior factus. Peruſiam cum omni exercitu conten
dit. Qui quum & Fractam ab hoſtibus deſeciſſe: & captum Brachium accæpiſſet: ĩter Fra-
ctam ipſam & Montonum poſuit caſtra: miſitq; qui Brachii fratres: qui Montonum tene-
bant ad deditionem ſollicitarent. Illi ſæpe ante Brachium redimere conati tradito oppi
do fratrẽ receperunt. Fert̃ Biordus anteq̃ ille rediret ad ſuos perbenigne hoĩem allocutus
obtuliſſe ſi ſecũ militare uellet ſtipendiũ quãtũ ne apud Feltranos habuiſſet. Magna & i
hoſte & in uictore clæmẽtia. Illũ uero ægiſſe grãs tradũt: & in hũc ferme modũ rñdiſſe:
Nõ uolũtatẽ ſibi deeſſe ſub illo militãdi: cæterũ fortunã aduerſari. Si tua inq̃t ſtipẽdia ſeq
uelim: aut ipſe ignauũ me ſẽties: aut priæ proditorẽ. Si.n. tua ſecutus ſigna in acie nõ fuero: ſi
tuum hoſtẽ

tuum hoſtē non feriam:ſi caſtra deſerā:quid niſi ignaui militis & perfidi tranſſugæ opus
ægero?Sin uero inter primos in acie conſtitero:contra quos erit eundum?Si egregie pu
gnauero:quos petā?Si fugientes pſecutus fuero:ſi gladiū pſtrinxero:nō ſratres inuaden
di erunt?nō feriendi amici?nō patria deniq; ipſa uiolāda?Proinde quod fortuna noſtra
nō patitur:nec tu petere debes:nec ipſe pſtare. Ille animi magnitudinē admiratus abeun
di ptāte facta hominem apud ſuos ſæpe poſtea cōmendauit:ut ſæpe uirtus etiā apud ho-
ſtem laudari ſolet. Brachius amiſſo paterno oppido armis equiſq; ſpoliatus Burgū in exi
lium proficiſcit. Per id tēpus Florentini:uel ut ſui fines imperii tuerent:uel ꝙ bellū finiti-
mis inferre ſtatuiſſent:ingentem peditū atq; equitū exercitū cōparauerant. Omnibus aūt
copiis preerant duo clari bello uiri. Craſſus Venuſinus & Binnus Montopolitanus:ad
quos ſcribā cum miſiſſet Brachius triginta equitū ſtipendiū accepit:atq; ita rebus oībus
quæ bello uſui forent:equis armis militibus cōparatis:in Florentinoꝝ caſtra puenit:ani
mo nunꝗ amplius rei militaris intermittendæ. Inter hæc Biordo:quē ſupra ab exilio re-
uocatū oſndi:a ſuis īterſecto uariæ res ſecutæ ſūt. Exules in ſpē recupandæ ciuitatis erecti:
crebra inter ſe conſilia agitabant:& qui Vrbē obtinebāt morte eius uiri pculſi:nouis fa-
ctionibus laborare:crebroſq; tumultus facere nuntiabant. Qua ſpe elatus Brachius pau-
co coacto milite ad Mitiam quēdam Peruſinū proficiſcit. Erat autē Mitias uir imprimis
bellicoſus:domi nobilis:ex Oddonū familia:qui & ipſi nō poſtremum inter Optimates
nobilitatis locū obtinebant:hominē hortat:ut impetū faceret in Peruſinū agrū:facile op
pida quædam in eoꝝ poteſtatē eſſe uentura Plæbeis capitali inter ſe odio diſſidentibus.
Ergo primo īpetu Motītēmelinū & Caſtellū uetus duo motitana oppida receperūt. Bo-
nifacius quoq; Pontifex haud oblitus iniurias Broliā quendā magnum illa tempeſtate
uirum:legionibus:exercituq; Præfectum bellum mouere i Peruſinos iuſſit. Ille apud Aſi
ſium caſtris locatis hoſtium agrū excurrere:populari:uaſtare oia:& ſi aperto bello nō poſ
ſet:inſidiis opprimere conabatur. Sæpe ad urbis portas una cū Brachio ſeſe oſtentare: ut
& Plæbeios conterreret:& Optimatium qui clam fauebant amicos excitaret. Plæbei tan
tis difficultatibus circunuenti tuendæ Galeacio Mediolanenſium duci urbis conſilium
iniere. Miſſi legati:qui & deferrent ultro imperiū:& ducis auxiliū implorarent. Non īgra
ta res Mediolanenſi fuit:miſſa ad defendendā urbē delecta militū manu ꝗdiu Peruſini in
fide manſere auxilium preſtitit. Anno ſequenti mortuo duce maiora ꝗ unꝗ antea ſecuta
bella. Brachius:cæteriq; exules:qui nihil niſi de recuperanda patria cogitabant:ꝗ ipſi per
exiguas haberēt copias cum Pontifice agere cœperunt:ut ꝗtum maximum poſſet exerci
tum cōpararet. exules Optimateſq; reduceret:futuram profecta deidc Peruſiā ſub Ponti-
ficum poteſtate:quieturūq; eccleſiæ īperium. Optimates ꝗdiu ciuitatis gubernacula geſ-
ſiſſent ſummis Pontificibus paruiſſe ſemp. Plæbeios quum ad delendum eccleſiæ imperi
um finitimoꝝ auxilia defuiſſent:externa & peregrina iuexiſſe arma:atq; ex alio cœlo tæ
la:milites:duces accitos eſſe. Mouere Pontificem iuſtæ exulum preces. Itaq; nouis factis
auctionibus:maioreq; decreto ſtipendio:copias ꝗtas nunꝗ ante compauit. Duces exerci
tus fuere quattuor. Paulus Vrſinus uir armis & cōſilio clarus. Muſtarda cuius nomen bel
licis in rebus haud obſcurum fuit Comes Carrariæ tertius:cuius ætate noſtra multæ res
geſtæ:uariaq; bella memorantur. Hi oēs Pontificis fratri parere iuſſi Ille ducebat exerci-
tum:illi datū imperiū mouēdi belli:ſed tamē ut eoꝝ quos pauloante dixi:cōſilio uterer:
ꝙ locorū ſitum tenerēt:& rei militaris peritiores haberent. Florentini quoq; qui ſuperio
re anno cū Pontifice ſocietatē fecerant auxilia miſere. Duces Florentini exercitus fuere
Craſſus & Binus:ſub quibus:ut ſupra dictum eſt. Brachius paulo ante militauerat. Tan-
tis unum in locū coactis copiis Nonis Octobribus in fines hoſtiū peruenere. Peruſini qd
ad ſe tuendos expedire arbitrati ſūt. ne improuiſos hoſtis adoriretur:equitatū nō paruū
ſed pro tempore nō ſatis magnū coegere. Brachius oī ui atq; ſtudio duces ut Vrbi appro
pinquarent hortabat. Quod eo cōſilio faciebat ut Plæbei aut in deſperationē adducti de
derent ſeſe:exuleſq; reciperent:aut quod magis futurū exiſtimabat totis uiribus in certa-
men egrederent. Quod ſi feciſſent non dubitabat paucos a multis imperitos ab exercita
tis poſſe ſupari. Ipſe interea toti⁹ exercitᵒ gratiā inire:amicos ſibi ex optimis fortiſſimiſq;
uiris plurimos facere ſtudebat Sed amator uirtuti non deeſt Iā cūcto exercitui charus:&
ducibus non minus ꝗ militib⁹ acceptus erat. Itaq; multi eū benigne alloqui:nōnulli ſuā
polliceri operā:atq; omnes eius uirtutē admirari. Ille quos ſibi amicos feciſſet ſecum una
ducere ex oī pte hoſtiū fines excurrere uexare oīa atq; icendere. noctu haud aliter ꝗ inter
diu pdæ undiq; agebantur. hoſtibus igēs terror icutiebat. milites. ꝑterea nōnullos ſub
ornat qui ad hoſtiū caſtra tranſeuntes trāſſugas ſeſe eē ſimularent:explorarētq; qd pſidii

quid ſpei:quid etiã conſilii apud hoſtes agitaretur:qui ſtatim ĩperata faciẽtes:oĩa ad Bra-
chium ipſum certa exploratataq; referebant. Quædam etiam oppida partim moetn ſollici-
tata partim corrupta promiſſis ſeſe Pontifici quum dederent:plæraq; unius Brachii no-
men interponebant:illum pacis:illum fœderis auctorem inuocantia. Intra paucos dies
quattuor & quinquaginta caſtella ab hoſtibus ad Pontificem defecere. Interea Peruſini
omnem peditatum equitatũq; dies atq; noctes in armis eſſe iubent:quo libere uagãtem
hoſtem:aut procul a finibus arcerent:aut ſi hoc facere non poſſent a continuis excurſio
nibus populationibuſq; prohiberent:aut ſi ne id quidem liceret:hoſtes non longo inter
uallo ſequerentur:oppidaq; oppugnare aggreſſos:ipſi a tergo incompoſitos pturbatoſ-
q; inuaderent. Paulatim deĩde audaciores facti:maioribuſq; accitis copiis:cum ereptam
hoſtibus oppugnandi facultatem putarent:nõ iam illatum propulſare bellum:ſed ultro
ipſi inferre uidebantur. Itaq; per eos dies quaſi deleto & nõ a tergo relicto hoſte Oppidu
lum plæbeis ſex milia paſſuum procul ab urbe Peruſia ſitum quo plæriq; Optimates ini
tio belli conuenerant omnium generum machinis oppugnare ſtatuerũt. Hac re per trãſ-
fugas cognita:Brachius cui pro magnitudine animi cuncta tardius geri uidebantur & ui
ctoriam meũre conceperat. Ducum tarditatem plærunq; criminatus:nunc per imprudẽ-
tiam elapſam nunc:per ignauiam neglectam uictoriam exprobrabat. Cognoſcere illos
pro aliena gloria:alienoq; certare imperio:ſe uero ac cæteros exules pro uita:pro ſalute:
pro dulciſſima patriæ charitate dimicare. Hæc totis iam caſtris efferebantur unum eſſe:q
maledicta in duces extorquere non dubitaret. Eam rem plæriq; in bonam:nonnulli dete
riorem:ut fit:in partem accipiebant. Duces ad ſe uocatum paucis increpant. Mox quid
ipſe faciendum putaret:quaſi ludibrio quærunt. Ille non eos:ſed cupiditatem ſuam accu
ſandam eſſe reſpondit:cui pro deſiderio Patriæ quicquid factum non eſſet fieri potuiſſe
uideretur. Cæterum ſi ſuum conſilium non aſpernarentur:breui Peruſinum exercitum
poſſe deleri:modo dignum putarent:cuius monitis uterentur Ducibus conſilio inter ſe
iniro placuit primum quid ille cogitaſſet audire. Mox omnes eius probata ſentẽtia rem
illi uno conſenſu detulerunt. Poſtridie eius diei Brachius duces monet:ut exercitũ oẽm
arma caperet:totaq; die in equis eſſe iubeant:ſe quid hoſtes facerent expedita manu explo
raturum:atq; eorum inuaſurum caſtra:ipſi paulatim appropinquantes:eius fugam expe-
ctarent:daturũ operam ut irritari hoſtes ultra Ducum caſtra ſeſe a læua inſequerentur. Ip
ſi deinde a tergo palantes:diſſipatoſq; adorirentur. Affuit benigne fortuna. Nam quum
Peruſini milites ſuos qui pabulatum ierant fugientes:atq; inimicorum inſequentia ſigna
conſpexiſſet. magno clamore atq; impetu in Brachium feruntur. Ille fugiendi reſiſtendi-
q; dubitabundus paulatim cedẽdo iam a læua ſuorũ caſtra reliquerat. Tum uero ingen-
ti ſublato clamore ſimul ipſe a fronte reſtitit:ſimul a tergo uniuerſus exercitus perturba-
tos inſequendi ſtudio ordines:effuſamq; hoſtium aciem inuaſere. Pugnatum eſt magnis
utrinq; animis:alteri ꝙ propriis ſedibus decertarent:quæ res excitare poteſt etiam igna-
uos:accerrime prœliabantur. Alteros partim gloria bellicæ rei:partim patriæ cupiditas ĩ
cendebat. Hic unius Brachii uirtus claruit maxime:cum quod eius conſilio geſta res eſſet
tum ꝙ ubi gladio decertandum fuit unus multorũ ſuſtinuit impetum:& quẽ cœperat lo
cum quoad reliquæ appropinquarent copiæ fortiſſime defendit. Demum ubi permixtæ
fuere acies:alios haſta pcutere:alios ſtricto mucrõe ferire:hoſtiũ ictus ſcuto excipere:gra
dum ſibi uictoria facere cerniebatur. Poſtremo cum illi uim hoſtium diutius ſuſtinere nõ
poſſent:alius alium in locum diffugere. Hoc prœlium haud ſane cruentum fuit:paucis admodum militib9 cæſis. Cæterũ capti equites circiter mille:ſigna militaria & machi-
næ complures. Hac tam ſubita uictoria potiti duces:nõ amplius ꝙ̃ mille paſſus procul ab
Vrbe caſtra poſuere. Brachius tametſi oĩa recte procedebãt in ſumma celeritate ſuorũ tar
ditatem atq; ignauiã accuſabat. Ipſe cum cæteris exulibus noctes atq; dies ĩ armis:in eqs
eẽ uexare hoſtes:plærũq; ad Ciuitatis portas manus cũ hoſte conſerere inimicos contu-
melioſe appellare. His reb9 pterriti Plæbei:quũ obſidionẽ ĩdies acriorẽ atq; oẽm ſpẽ au-
xilii uiderẽt eſſe ſublatã:uerin ne qs in Ciuitate tumultus per alterius factionis uiros con
citaretur. Legatos ad Pontificem miſere:qui pacem peterent:& ſi alio pacto impetran nõ
poſſet. Vrbem imperiũq; deferrent:obſideſq; promitterent. Pontifex cæteris conditioni
bus repudiatis:patrum ſe pacẽ reſpondit:ſi modo & exules reciperentur:& imperium ſi-
bi traderent Ciuitatis. Ad hæc legati reſpondere:de imperio quidem tradendo cõditio
nem accepturos eſſe:de exulibus autem recipiendis nihil iniuſſu populi promiſſuros.
Habere certos legationis ſuæ terminos:ultra quos nihil ſine Populi conſenſu:atq; aucto
ritate ſuorum Ciuium poſſent ſtatuere. Pontifex:ut eſt natura mortalium plærumq;

ad utilia

ad utilia q̃ honeſta propenſior. Vrbem eo pacto recepit in poteſtatem: ut Ciues ſtipendia
ſoluerent: cæteraq; impata facerent: exules autem a finibus uiginti miliū paſſuū interuallo
decederent. Hac re exulibus nunciata: quibus uictoria iam manibus prænſa teneri uideba
tur. & patrii Lares quo plus affuerat ſpei: eo magis obuerſabantur animis: incredibili do-
lore affecti ſunt: in deſperationem adductus etiā iniuria ſtimulabat. Quippe qui magna
ſpe plenos extrema ſubiiſſe pericula: ſoloſq; uictoriā Pontifici ſe dicerent peperiſſe: nunc
ab illo deceptos: a diis atq; honeſtibus deſtitutos eſſe: nunq̃ amplius patrios lares: nunq̃
maiorum ſepulchra reuiſuros. Sed ubi uis nominatur: una eſt: etiam ſi ſit iuſta quæreia.
Poſt Peruſiæ deditionem cæteri exules q̃ procul iuſſi erant profugi abiere. Brachius Bi-
mium & Craſſum ſecutus duces Florentiam ad militiam proficiſcitur. Inter hæc mortuo
Bonifacio: nouoq; ſuffecto Pontifice Coſma Sulmonēſi: qui cognominato Innocentius
ſeptimus eſt appellatus. Roma tumultus afferebātur. Ludouicum Pontificis nepotē duo
decim Ciues Romanos: q̃ ſeditionē excitaſſent: ſecuri percuſſiſſe: uniuerſam deinde Ci-
uitatem concitatam ad arma in molem Hadriani feciſſe impetū Pontificem occulte per
Ianiculum Viterbium effugiſſe. Hac re audita. Brachius: qui nihil niſi bella quæreret. Ro
mam ſe contulit: ubi quum forte Muſtardā: quem Bonifacii copiis præeſſe dicebamus:
primo ſtatim aduentu offendiſſet: militare ſub eo ſtatuerat: q̃ & illi cognitus eſſet. & Mu
ſtarda ſummo cōtenderat ſtudio: ne uir ſtrenuus ac manus promptus ſub alio quoquam
militaret. Sed fortuna totiens ſpes eius iam conceptas abrumpente: poſtridie q̃ ipſe Ro-
mam ueniſſet Muſtarda per inuidiam interficitur. Nouum conſilium capiendum erat.
Tandem multis ultro citroq; agitatis Viterbium petere conſtituit. ſeptem eum comites
ſequebantur. Huc quum ſatis ueſperi ueniſſet: ſe cœnādi gratia in meritoriam diuertiſſe
tabernam. Cœnatum uero quum pecunias: quas hoſpiti ſolueret nō haberet: alteram ue-
ſtis partem diſſuiſſe: argenteis lymbis Hetruſco & Gallico more diſtinctam: atq; eā hoſpi
ti pro pecunia dare uoluiſſe. Illum autem hominis liberalitatem admiratum ſimul & mi-
ſertum neceſſitatem: non ſolum non accæpiſſe tunicam: ſed ultro quattuor aureos num-
mos inuito tradidiſſe: ſcripſiſſeq; ad filium: qui Volſinii forte idem exercebat: ut Brachi-
um tranſeuntem ſuſpiret hoſpitio. & quattuor præterea aureos dono daret. Filium uero
parentis iuſſis magnifice paruiſſe. Summa profecto libertas: ſi & dantis conditionem &
accipientis fortunam conſideres. Brachius omni ſpe deſtitutus: quum Florentiam redire
decreuiſſet: iter Fulgineo fecit: ſed forte domo qua dormiebat incenſa: equos: arma: ue-
ſtes uno incendio amiſit. Erant hæc: ut arbitror: fortunæ prælụdia: quo gratiora quæ ſe-
cuta ſunt uiderentur. Nudum ducem nudi comites intuebantur. & quid iam miſeri age-
rent: aut quid conſilii caperent neſciebant. Qui Fulginei regnabant: diu antea eius nobi
litate & familia cognita tam acerbum caſum miſerati: ueſtes: equos: arma: pecunias cōtu-
lerunt. Vbi Florentiam uentum eſt: quum omnia quietiora uiderentur: in Galliam profi-
ciſcitur. Per id tempus bellum inter Albericum Barbianeū & Bononienſes aſperrimum
gerebatur. Brachius quo liberiorē p̄dandi occaſionē naciſceretur: in Alberici caſtra cōceſſit
acceptoq; duodecim equitū ſtipendio ſingulis diebus clā aperteue: quæ melior dabatur
occaſio: in hoſtiū fines impetū faciebat: ſæpeq; magnū hoſtibus incutiebat terrorem. Ma
gna eius facinora utriſq; caſtris p̄dicabantur. & quo plus peperiſſet gloriæ: eo militibus cha
rior. Duciq; accæptior euadebat. Habet hoc uirtus bellica: ut admiratiōe q̃ inuidia p̄ſter.
Bononienſes poſt magnos delectus habitos Berardonē quendā exercitus imperatorem
fecere. Hic nō minus copiarū magnitudine: q̃ uirtute militū fidens: nō multum procul ab
Alberici exercitu poſuit caſtra: hoſtiū deinde ſpreta paucitate ſæpe aciem expediebat: ſæ-
pe ad hoſtium caſtra faciebat impetum: quo nō ſolum pugnandi præberet facultatē: ſed
etiam hoſtium animos ad pugnam irritaret. Alberici caſtra inter Caſtellum Bononienſe
atq; Imolā: nō procul a flumine recedebant. Hoſtiū uero ſtatiōes ſecundū flumen ipſum
Sanguinariū accolæ uocant: poſitæ cōſpiciebantur. Vtraq; acies ad decertādum parata: ſpe
tñ plenior Berardonis exercitus. Hic Brachius: ut erat natura impiger atq; ardens ſtudio
gerendarū rerū. Albericū hortatur: ut cohortes ī armis eſſe iubeat: totūq; exercitū cōtineat
in ordine. Videre hoſtes q̄dem magno animo capeſcere bellū. contra uero ſuos nō parū
multitudine eē perterritos: ideoq; opus eſſe cōſilio. Primū locū occupari oportere quo ſui
cōmodius ī hoſtes p̄liarentur. ſe cū cētū delectiſſimis eq̄tibus ſeceſſurū in læuā: p̄culq; ide
flumen mille paſſuū interuallo traiecturū. Mox cū in certamen utrinq; itum eſſet: hoſtes
pugnantes & perturbatos a tergo aggreſſurum. Placuit Duci conſilium: ſtatimq; pauca

pro tempore locutus.Brachio cum equitibus:quos mallet abire iuſſo:aciem & ipſe expli
cauit.Principio hoſtes:quanq̃ maioribus freti copiis:militum tamen uirtute repelleban-
tur.Mox paulatim labente paucitate maiore facto impetu ordines perturbant.Albericus
deſperata uictoria terga uerterat:fugientem hoſtes perſequebantur.Inter hæc Brachius a
tergo ſe oſtendens:mittit qui Alberico nuntiarent ſiſti a fuga militem.& in hoſtem con-
uerti:ipſe interea clamando perſequentes adoritur.Illi ſubito tumultu perterriti:in fugā
ſeſe uertere conabantur.Sed iam a fronte atq; a tergo inſtante hoſte:omnes ad unum aut
capti aut cæſi ſunt.Pauſis poſt diebus nondum hoc finito bello Albericus a duce Medio
lanenſium accæpto ſtipendio nouam expeditionem parabat.Proficiſcentes interfluentē
amnem:traiicere oportebat.Hac re cognita hoſtes non multum procul.inde locatis ca-
ſtris tranſitum prohibeant.Rhenum flumen uocant accolæ:qui iugis Apennini deflu-
ens.Bononienſem irrigat agrum.Erat a tergo explicata hoſtium acies parata:ſi traiicere
cœpiſſent extremos adoriri.Tum fluminis ingens altitudo:uadumq; perangustū ut non
ſtatim totus ſimul exercitus:ſed uix ſinguli:aut ad ſummum bini equites trāſmittere poſ-
ſent.Hoſtes non procul a flumine foſſa altiſſima munierant caſtra animo non prius ab-
eundi:q̃ aut inuaderent tranſeuntes:aut fame conficerent.Hac re permotus Albericus in
certus quid conſilii caperet:milites in Concionem uocauit:tum etiam a minimis poſtu-
lata ſententia:alii rates ædificandas:alii equitatum noctu natIoni ſubiiciendum:plærīq;
expectandum hoſtium diſceſſum cenſebant.Brachius ſententiam rogatus.Haud dubiū
inquit non antea diſceſſurum hoſtem:q̃ nos exercitum traiecerimus:quod ſine periculo
noſtro non putant futurum.Habeo tamen conſilium:ſi uobis etiam probetur:nullo cum
periculo tranſeundi.Iuſſus aperire.Materiam inquit cenſeo ex proximis ſyluis cæden-
dam:treſq; ſimul ædificandos pontes:foſſam poſthæc:quia ſubitus aduentus hoſtiū:quo
ad traiiciantur cohortes:impediatur:procul inde deducendam.Placuit res duci:multaq;
deiecta materia:tres uno die pontes nō multo iteriecto ſpacio ædificant:foſſa deinde nō
longe a pontibus duum milium paſſuum complexa longitudinem:ſubdibus:trabibuſq;
ex altera parte munitur.Q uod ubi Bononienſes intellexerunt impedituri munitionem
liberum in captum exire:nec tam ut facultatem præberent pugnandi:q̃ ut intra munitio-
nem ſi tranſire hoſtes cœpiſſent magno impetu irrumperent:foſſamq; tranſilientes cæ-
derent ultimos atq; diriperent.Interea Brachius:cuius diligentia placebat Duci:impedi
menta & leuiter armatos milites per omnes ſimul pontes anteire iubet:ſtatim deinde Al
bericum cum cæteris cohortibꝰ ſubſequi:ipſe cum delectiſſimis equitibus ad foſſam:quo
iam hoſtes peruenerant conuerſus:ad illorū conatus atq; impetum reſiſtebat.& ne ual-
lum tranſilire poſſent impediebat.Sic ubi omnes copiæ ad alteram fluminis ripam eua-
ſerunt:ipſe paucis accæptis uulneribus:priuſquā hoſtes foſſam ſuperarent:proximo pon-
te celeriter recepit ad ſuos.Hæ res adeo gratæ duci fuererut unius Brachii conſilio atq;
opera & uictum Berardonem.& flumen traiectum eſſe fateretur:ſtatimq; ubi ad ſorna-
ces eſt uentum ſtipendium auxit:equos largitus eſt.& qui ante id tempus duodecim præ
erat equitibus:ſeptuaginta præfecit.Hoc primum uirtuti præmium datū.Paucis poſt die
bus Albericus caſtris inter Mutinam & Caſtellum francum locatis.Brachium ad ſe ueni
re iuſſum magnifice pro concione laudauit.& centum quinquaginta equitum aucto ſti-
pendio hortatus eſt cæteros:ut non inuiderent hominis fortunæ:ſed eius potius ſimiles
eſſe conarentur:ſatis multa præmia habituros:ſi illius cum fidem:tum uirtutem imitaren
tur:ſolum eſſe cuius opera & profligaſſet hoſtium copias.& pontem incolumi exercitu
traieciſſet.Q ui niſi fuiſſet aut ferro:aut fame:omnibus fuiſſe pereundum.Tum nō ſolum
ſtruxiſſe tot pontes & foſſam uallumq; duxiſſe:ſed cum paucis hoſtium gladiis ſeſe obie-
ciſſe:totum exercitum eius conſtare beneficio:a quo dum alienæ ſaluti conſuleret:ſuam
eſſe neglectam.Proinde uelle oſtendere apud ſe & ignauiam & uirtutem internoſci:al-
teram ornaturum ſe præmiis:contempturum alteram & nomine quidem appellaturum.
Hæc quum dixiſſet Arcenum.Galdarinum.Arnaldū:atq; alios qui cum Brachio ad ual-
lum ſubſidio remanſerant:ſub eodem militare iuſſos equeſtri ordine & militari dignita
te donauit.Qui poſtea ſuū ſecuti Imperatorem in clariſſimos uiros euaſere.Brachio au-
tem exercitus:imperium:militarium ſignorum cuſtodiam & præterea ſua domeſtica inſi
gnia maiorumq; ornamenta conceſſit:quibus eius poſteri in hunc uſq; diē uſi ſunt.Dum
hæc geruntur Veneti:quorum opes late mari terraq; patebant.uel ꝙ de finibus conten
derent:uel ꝙ latius propagarent imperii terminos.Patauinis bellum inferre cœperunt.

Albericus

Albericus propter affinitatem: quæ erat ſibi cum Patauinorũ Tyranno: nouo audito bello: legiones in expeditionem eductas auxilio miſit. Tres uiri iuſſi legionibus exercituiq; præeſſe. Brachius primus: alter Laurentius Cotignolanus: tertius Ruffus Aquilanus: omnes manu & cõſilio prompti. Patauium profectis: quod uſu euenire ſolet: ex gloria & uirtute liuor atq; inuidia conflata eſt. Nam Brachiũ multa facinora rei bellicæ fortiter cauteq; gerentem: fauor militum ingens eſt ſubſecutus. Illum omnes comitari: eundem in acie ducem habere cupiebant. Quos ille duxiſſet in prœlium nõ poſſe uinci arbitrabantur. Nam & locum ad prœliandum æquum: iniquumq; dignoſcere: aciem q̃ aptiſſime ordinare. & boni cum militis: tum imperatoris munus obire: omniaq; & fortiter audere & conſulte facere cognoſcebant. Reliqui duces tametſi grauiter ferebant: primum tamen iracundiam tenuere. Mox ubi paulatim intumeſcens inuidia ſe amplius cohibere nõ potuit: diſcordias ſerere. & ſeditionis cauſas captare cœperunt. Poſtremo imperium: quod erat cõmune tribus menſtruo iure ſuo quiſq; ſibi menſe arripuerunt. Tertio iam adueniente menſe: quo Brachio debebať exercitus: conſilio inter ſe inito tradere uexilla recuſabant: Rati duobus unum uiribus & auctoritate imparem reſiſtere nullo modo poſſe. Milites ubi rem cognouerunt: concitati ad arma impetum in ſigna faciunt: ſigniferis erepta ingenti cum clamore ad Brachiũ deferunt: illum Ducem: illum imperatorem ſuum magno plauſu fauoreq; appellantes uirtutem in cœlum tollunt: eius auſpiciis atq; ductu ſe inuictos eſſe: reliquos nõ honeſta gloria: ſed turpi ambitione cõtendere. Hæc de re quæ tectior erat inuidia in apertum odium ſimultatemq; conuerſa. Litteræ ad Albericum datæ: quæ grauæ ambitionis crimen inuaſum a Brachio Imperiũ deferebant. Deniq; ubi cõfecto bello ad Albericum redierunt quiſq; aut oratione ſubdola: aut apertis conuiciis ualebat infenſum illi ſuſpectumq; facere conabantur. Qui ut ſunt aures hominum nimis in re ſua credulæ: facile perſuaſus eſt aduerſante nemine. Quocirca illis ipſis quorum impulſu hæc faciebat ad ſe uocatis: cõſilium de interficiendo Brachio iniuit. Vxor erat Alberico honeſta imprimis. & manſueti ingenii mulier. Hæc Ruffi & Laurentii orationibus ſæpe apud uirum interfuerat: criminaq; totiens ad maritum delata perceperat: quæ cum non inicia conſilii uirum magna incenſum ira non potuiſſet mitigare. Brachio per fidelem nuntium ſignificat: ut q̃ primum Alberici finibus decedere feſtinaret: cœpiſſe illum conſilium eius interficiendi docet: deinde quo modo & a quibus perſuaſus id agere ſtatuiſſet. Scire ſe eius uirtutem marito ſæpe opitulatam. fidem uero plurimis argumẽtis perſpectam eſſe: ideo ſuam etiam gratiam interpoſuiſſe ut eum uiro reconciliaret: illum falſa oratione adductum ira præcipitem agi. Proinde fugeret ſtatim: ac tempori cederet: ſe quidem pati nõ potuiſſe ut & uir ingratus. & parricidæ uoti compotes efficerentur innocentiſſimi & fortiſſimi uiri morte. Hoc nuntio accæpto Brachius: qui procul inde duũ milium interuallo ſtationes habebat de tertia uigilia ad hoſtium caſtra perfugit. Magna pars ſuorum militum nudis equis ſine ſella: ſine fræno uecti: tanta erat fugiendi feſtinatio. Albericus non prius de fuga certior factus: q̃ exercitus omnis ſublatum paucorum inuidia clamaret: iam homines ignauos: quibus nihil niſi uerba magnifica forent: aſſecutos eſſe quod ſæpe antea tentaſſent: quem ipſi offendere nequiuiſſent duci perdendum curaſſe. Habere tamen gratias deo immortali q ſceleratorum manibus incolumem eripuiſſent: iam ſtatim audituros qua gratia hoſtes eſſent recepturi: quæ daturi uirtutis præmia: mox ſenſurum Albericum quantam acceſſionem hoſtibus feciſſet. Dum hæc totis legionibus efferuntur. Albericus ſera pœnitentia ductus ſcripſiſſe ad eum fertur: habere gratias deo: qui ne furori locus eſſe poſſet: de fuga eũ admonere uoluiſſet. Scire ſe nihil Brachiũ niſi nobilitate ſua dignum molitum eſſe. Memorare deinde cœpiſſe fortia geſta & fidem laudare: quã cum ſæpe alias: tum proximo bello perſpexiſſet. nec negare de eius morte cogitaſſe: affirmare tamen non ſponte motum ſua: ſed alieno impulſu cõcitatum. ſatis illi magnas penas & pœnitentiam ſuam & calumniatorum contemptum eſſe daturum. orare per priſtinam amiciciam ad ſe rediret. id non ſolum tute facere poſſet: ſed maius etiam ſtipendium accæpturum: modo iniurias ipſe obliuiſceretur: ſæpe ex huiuſmodi ſuſpitionibus arctiores conflatas amicicias. Hæc ab illo ſcripta referuntur. Ad quæ Brachius in hæc uerba reſpondit: extant enim exemplaria litterarum eius ſubſignata manu: quanq̃ uulgari & quotidiano ſermone perſcripta. Ego quidem Alberice q̃ diu tuum ſecus ſum imperium: nulla in re offendi dignitatem tuam. Quod ipſe interficiendi mei conſilium cœperis facile putarem ignoſcendum: niſi ſcire debuiſſes imperatorem

nemini utranq; autem pendere oportere:ſed alteram conuiciatori accommodare:defen-
ſori ſeruare alteram:ipſum deind e medium:tanq̃ arbitrum inter duas aures ſententiã fer-
re. Q ui autem tibi de mea:ut ego cenſeo uirtute:ut ipſi uolunt ambitione detulerunt:ſe
cerunt callide. Q uod enim ipſi præſtare non poterant:id in altero accuſauerunt. Nam ſi
in acie fortiter dimicare:pericula pro laude adire:exercitum aut uictorem aut incolumẽ
in caſtra reducere:gloriã quærere imperatori ſuo ambitio dicenda eſt:fatebor equidem
ambitioſum me fuiſſe. fatebor:ſi hoc eſt eripere imperium:me tibi imperium eripere uo-
luiſſe. Sin quæ in rem tuam conducerent omnia diligenter executus:mortem tamen ti-
mere a te potui. Non eſt mihi conſilium iterum uel fidem tuam:uel meam fortunam ten
tare. Magna illa & ampla tua in me beneficia etiam ſi noua preſidia uiolata non eſſent:
ingratum certe me nõ habuerunt. Sæpe periculo capitis mei gratũ me cognouiſti:tãetſi
prouide geſſimus omnia:quæ ſi æquum iudicem nacta foret:non tu curator meæ mortis
ſed ultor eſſe debuiſſes. Nunc uero quando:ita res tulit:habe tibi:atq; amplectare:qui ma
gis amicos tuos lingua pellere:q̃ hoſtes manu fugare didicerũt. His litteris acceptis Al-
bericus quo ſibi eum:aut omnino reconciliandum:aut ſaltem leniendum tentaret Ponti
ficis legato:qui Bononiam præſidio tenebat Brachium per litteras:q̃ ampliſſime cõmen-
dauit. Legatus cui multa eius uiri iampridem erãt audita facinora trecẽtis equitibus præ
eſſe iuſſit:quæ res partim eius uirtuti:partim Alberici cõmendationi tributa eſt. Paucis
poſt menſibus finito ſtipendio ad Mediolanenſiũ Ducem profectus:illo quieto nec bel-
lum cum quoq̃ gerente ad Bononienſes reuerſus eadem qua prius cognitione receptus
eſt. Quum autem in itinere agreſtes:quod ad pabulationes frumentationeſq; extra callẽ
milites exirent:impetum in eum feciſſent:in fugam conuerſos:intra oppidum Oſſam cõ
pulit:ſtatimq; ex omni parte aggreſſus:ſine machinis:ſine ſagittariis expugnauit:cætera
in prædam militibus data:ipſe quattuor milibus nummũ accæptis captiuos liberos dimiſ
ſit. Aliquot poſt deinde menſibus Bononienſium finito ſtipendio:animo ad patriam in-
tento in Hetruriam cum ſuo equitatu uenire contendit. Multi eum ſine ſtipendio ſecuti
partim diuturna conſuetudine:partim futuri belli ſpe moti. Exiſtimabant enim uirũ ſtre
nuum cupidum gerendarum rerum nullo pacto quieturum. Itaq; magna ad eum militũ
frequentia cõfluẽte:q̃ primũ Burgum peruenit octingenti equites luſtrato exercitu in ca-
ſtris reperti ſunt. Iam in ipſo itinere Imolæ Tyrannum quattuor milia nummum dare ſi
bi coegerat:bellum minatus niſi dediſſet. Inter hæc Innocentius Pontifex montur:ſuffi-
citurq; Gregorius: qua tempeſtate tres ſimul Pontifices creati memorantur. Gregorius.
Benedictus. Alexander. Quæ ſeditio aliquot menſibus agitata diuina atq; humana cun-
cta permiſcuit. Peruſini quorũ res penes plæbeios alterius factionis erat: quum Brachii
ſubitum aduentum intellexiſſent. Iam enim tantus euaſerat ut inimicis terrori eſſe poſſet
ſolliciti de imperio:ſtatim ne quid ille de improuiſo moliretur exercitum undiq; coæge
re Paulo Vrſino omnibus copiis profecto ſolum in menſem ſtipendium datum. Miſſus
deinde magnus peditatus atq; eqtatus ad oppidũ Fractã in extremis eo℞ finibus ſitũ ad-
mõiti:ut qd ille cõſilii capet explorarẽt:& ſi copias traiicere in Peruſinũ agrũ uellent:tran-
ſitũ p anguſtias facere ꝓhiberent. Dũ hæc geruntᷣ Ludouicus Firmanus: quẽ ſuperioris
Pontificis nepotẽ oſtendi:reliquo Piceno agro armis ſubacto. Rocchã contratã: quæ ab
eius defecerat imperio:magno apparatu omnium rerum oppugnabat. Equitũ erant cir-
citer duo milia:par peditum numerus. Poſita caſtra non procul ab oppido:quod in mon
te editiſſimo ſitum:niſi diuturna obſidione capi non poterat: montis radices occupaue-
rant Oppidani alterum obſeſſi menſem:cum re frumentaria deficiente: fame grauiſſima
præmerentur:duriſſima quæq; experiri: q̃ deditionem facere malebant. Conſilio igitur
inter ſe inito:legatos ad Brachium mittendos decreuere:qui oſtendentes quãto in peri-
culo uerſarentur: auxilium per omnem conditionem implorarent:orarentq; ut obſeſſos
beneficio ſuo liberaret in poteſtatemq; reciperet:dicerentq; non ſe ad libertatem reſpice-
re. ſed dominum mutare ſtatuiſſe. Brachius data dextra legatos bono animo eſſe iuſſit:
ſeq; ut biduo:aut ad ſummum triduo expectarẽt admonuit:aut omnino liberaturũ ipſos
obſidione:aut præſidium atq; annonam impoſiturum. Poſtridie eius diei incertis omni-
bus quo proficiſceretur Picenos uerſus caſtra mouit: uix decem milia paſſuum progreſſo
litteræ oppidanorum nomine redduntur: quibus ſignificabatur obſidione liberatos pa-
cem feciſſe:non amplius auxilio opus eſſe: deſceſſiſſe Ludouicum cum omnibus copiis
atq; in ultimos Piceni agri fines exercitum eſſe dimiſſũ. Brachius cognita fraude celerius

ſuccurrendum

ſuccurendum iudicauit:continuoq; diurno ac nocturno itineri properanti alliæ reddunt
litteræ:quibus idem quod prioribus cõtinebatur. Nec iis quidem demoratus quominus
q̃ citiſſime poſſet in Picenos perueniret. Quum iam ſex milia paſſuum oppido appropin-
quaſſet:miſit qui obliquo tramite procul hoſtium caſtris ingrediens auxiliũ ueniſſe nun
tiaret. Venienti portæ aperiuntur:atq; una uoce:uno conſenſu omnium dominus eſt ap-
pellatus Hæc prima iacta fundamenta futuræ magnitudinis:primũ tam magni Imperii
domicilium. Hoſte ſtatim abeunte Brachius porta egreſſus. Calzarolum:quod ab hoſti-
bus tenebatur oppugnare adortus primo impetu irrupuit. Hic triginta equites qui præſi-
dio erant relicti capiuntur. Oppidanorũ opes direptæ ſunt. corpora illæſa liberaq; per-
manſere. Altero deinde die Caſtitionũ:quod erat finitimum caſtellum:eodem impetu ca
pit Ranerius Peruſinus cum quinquaginta equitibus præſidio collocatus a Brachio di-
miſſus:a Ludouico pro re male geſta in uincula coniicitur:continuo proximũ caſtellum
Montem altum uocant incolæ:ſitu egregiæ munitum expugnauit. Huic Rodulphus Pe-
ruſinus cum triginta milibus præſidebat Capti ad unũ:quibus redimendi facultas eſſet:
in uincula coniecti ſunt:cæteri ſine armis:ſine equis dimiſſi. Quattuor continuis diebus
quadruplici uictoria potius:hoc modo paulatim fundatũ imperium proferebat. Interea
Ludouicus ſubita ſuorum defectione atq; expugnatione permotus:proxima caſtella mu
nire:præſidium diſponere:turres:muroſq; reficere. foſſa ualloq; mœnia præcingere. iter
uariis locis interrumpere:ramis:trunciſq; impedire. deniq; cuncta quæ ad reprimendum
hoſtilem impetum conducerent parare feſtinat. Sed ubi omnia ui ſuperari uidet:ueritus
ne ſubito hoſtis aduentu inire prœlium cogeretur:in extremos Picenos refugiendũ con
ſtituit ſibi diffiſus ipſi:ſi forte manus conſerere:aut in apertum certamen uniuerſis copiis
uenire contenderet. Igitur Præfectis militum ad ſe uocatis:quid ſibi faciendum uideret:
aperuit:adiecitq; munita eſſe uicina oppida:obcluſos hoſti aditus:anguſtias proximorũ
montium occupatas quos diutius illic cũ reliquo exercitu moreretur:hoc plus rei frumẽ-
tariæ conſumpturos. Satius eſſe frumenti quod ſupereſſet relinqui oppidanis:q̃ milites
ne quicq̃ aſſumere Brachii impetũ perbreuem fore:frumentum illi & cõmeatus breui de
fecturos. ſuis uero ſi in fide manerent ſe aliunde ſubminiſtraturũ:omniaq; belli adiumen
ta ſuppeditaturum. Plena deſperationis uidebat͛ oratio. Angelus Pergulenſis. Perius Na
uarinus:reliquiq; Præfecti militares uno conſenſu dehortari cõſilio abeundi dãnato cœ-
perunt:ſi hoſtibus cederet nõ oppida ſolum:ſed etiam illa ipſa præſidia quæ impoſuiſſet
in eorum uentura poteſtatem. Quæ proxima caſtella non defectura:ſi fugientem aſpe-
xiſſent illum:in quo retentura ſpẽ auxilii:ſi ab eodem deſerantur. Plurimũ intereſſe fuge
re quiſq̃ an timere uideatur. Illud temere deſperantis eſſe:hoc cõſulte ꝓuidentis. quanq̃
ne timorem quidem præſeferendum eſſe bella gerenti. Probum imperatorem aut ſpe:
aut ſpei ſimulatione plenum eſſe oportere. eius frontem atq; oculos intueri cæteros:eo
animo exercitum eſſe quem præſtari ab imperatore ſuo uideant. ſi timidum:ſi hæſitantẽ:
ſi deniq; rebus diffidentem ſuis aſpexerint:ne boum paria detinere fugientes:ſin ducem
alacrem & magna ſpe plenum circumeuntem & hortãtẽ ſuos uiderint:ne in magno qui-
dem periculo pertimeſcere. Sæpe dubiis in rebus ſpem profuiſſe:metum ne in ſecundis
quidem iuuare Brachium hominem eſſe nouum:non ſuis opibus:non alieno ſtipendio:
ſed ſola uirtute nitentem. Pecunias perpaucas:quas ui & rapinis coegiſſet iam omnes cõ-
ſumptas. conductos milites ubi ſtipendio fraudentur turmatim transfugituros:proinde
reſiſteret ſtatim itermoriturae procellæ:nã ſi hunc fugeret quid iudicaturos finitimos po
pulos. Quo porro in amicicia:quos in ſocietate manſuros. Quod ſi nec ſe fortunæ cõ-
mittere:belliq; diſcrimen adire ſtatuiſſet:cõmodius tamen uideri hoſtes a rapinis:excur
ſionibuſq; prohibere:obſiſtere:a fronte ſemper infeſto agmine:nec tamen pugnandi præ
bere facultatem. Non illos palantes populaturos agrum:non ſegetem ſubciſuros:nõ in
oppidanorum oculis ædificia & uillas incenſuros. Sin prœlio certare mallet:ſe copiis ſu
periorem fore:præſtare numero exercitum ſuum:tum ſuis in agris:ſuis in domibus ante
ſuorum oculos pugnaturum. Magnum id eſſe uirtutis incitamẽtum:nec minus terroris
incutere hoſtibus:q̃ animi ſuis addere. Multa in eam ſententiam præfecti adiecere:ſed ti-
miditatem animi uix unq̃ uerborũ attollit oratio. Ludouicus multis ultro citroq; dictis
Angelo Pergulenſi oppidis præſidiiſq; præpoſito in ultima Picentum loca fugienti ſimi
lis proficiſcitur. Remanſere in exercitu equites mille & quingenti:pedites fere totidem.
Sed Angelo ut minus auctoritatis:ita plus induſtriæ atq; animi erat. Itaq; aut ui ꝓpellere

hoſtem decreuerat:aut belli dilatione fatigare.Per hos dies Brachius:cui iam non exer-
citus ſolum:ſed etiam oppidi cura habenda erat:forte ad ſubterfluentem riuum deſcen-
derat.Cauſæ deſcendendi fuere oppidanorum preces:quibus diuturna obſidione uexa-
tis frumentarias etiam molas hoſtes eripuerant:caſamq; diruerant:illi reficere cupientes
q̄ hoſtium exercitus prope eſſe:deſcendere ſine magno præſidio non audebant.Secuti
erant Brachium centum equites ex omnibus quos haberet delectiſſimi:non tam ſtudio
pugnandiq̄ ne hoſtes furtim excurrentes in ſe inciderent.Quippe incognitam hoſti-
bus eam profectioné arbitrabantur.Angelo:ut ſunt praua hominum ingenia per tranſfu
gas nunciatum eſt.Brachium prima ſtatim aurora cum paucis ad riuum profecturū.Sic
ubi primū illuxit dies cum ſeptingentis equitibus ad eum locum contendit.Prior tamē
Brachius ad riuam peruenerat:qui conſpecta appropinquantium hoſtium acie:magno
in ſe clamore atq; impetu uenientium equum conſendit:conuerſuſq; ad ſuos.In magno
inquit periculo aut fugiendum eſt nobis:aut fortiter reſiſtendum.Indecorū illud & igna
ui militis opus:hoc uero magni eſt animi & præclara cupientis.Poſſumus nos quidē tu-
te fugere:ſed quid aliud optare hoſtem putatis:q̄ fugientium terga deſpicere?Nō inſcius
ad hoc diſcrimen ueni:ſciebam hoſtes impetum in nos eſſe facturos:eamq; ob rem ex om
ni uos exercitu delegit:ut hic dies & uirtutem noſtram.& hoſtium ignauiam teſtaretur.
Scio non opus eſſe hortationibus:nec ſtrenui militis eſt plus de aliena multitudine:q̄ de
ſua uirtute cogitare.Totius uos exercitus noſtri robur obtinetis.Si reliquis copiis decre-
ta rem miltes iam dudum de fuga ſtatuiſſem.gladios ueſtros nō magis ipſe hoc bello ui-
di:q̄ hoſtes ſenſere.Soli uos in acie dimicaſtis:ſoli in caſtella impetum:irruptionemq; ſe
ciſtis.Reliq milites niſi q̄ ornamēto ſunt:impedimēto nobis nō auxilio fuere.Plura di-
cerem niſi hoſtis appropinquaret.State animo præſenti.& uenientium impetum ſuſtine
te magnam hodie reportaturi gloriam.Hæc quum dixiſſet milite in ordinem:atq; agmē
diſpoſito:collem proximum paululum editum occupauit.Putabat enim uniuerſum ho-
ſtium adeſſe exercitum.Nam & ingens uenientium ſtrepitus exaudiebatur.& puluis late
ſurgens quominus omnes eorum cerneret copias impediebat Suos deinde iuſſos expe-
ctare hoſtem in collis radicib9 collocauit.Collis autem nō præruptus atq; aſper:ſed mol-
li accliuiq; iugo ſurgebat:ut ſi multis pauci reſiſtere nō poſſent:in ſupremum recipere iu
gum ſeſe equites potuiſſent.Hæc agentem magno cum impetu hoſtes adoriūtur.Arma-
ti milites ſuperiōre pugnantes loco uenientium agmen exceperunt:fortiſſimeq; reſtite-
runt.Hoſtes nunc paululum regreſſi:nunc recentem ſubmittentes turmam quaſi murum
ariete percuterent:aſſiduos in Brachium impetus faciebant.Ille ſuos ut ordinem ſerua-
rent:nec locum niſi dato ſigno dereſerent admonebat:ipſe nunc eminus haſta:nunc co-
minus gladio uenientium aduerſa ora feriebat.Mox laſſatos hoſtium ordines conſpica
tus:ſignum manu dat:ut apertos inordinatoſq; adoriantur.Illi imperata facientes in ad-
uerſam efferuntur aciem.Mox multa ædita cædene circumuenti a multitudine receptu
prohiberentur:colligunt ſeſe:multiſq; accæptis illatiſq; uulneribus ad tumulū reuertun-
tur.Hoſtes inſtaurāt ꝑlium.& recētes feſſis:uulneratis iteg ri ſuccedūt.Brachius ne laſſitu
dine milites afficerentur omnes quidem in acie eſſe:ſed a fatigatis tutiore loco dimicari
iubet:obſeruataq; occaſione erumpendi:hoſtes primos in fugam cōuertit.reliqui ad ſub-
ueniendum excitantur.Hoc modo quattuor continuis horis pugnatum eſt.Denum ho
ſtes multis cohortibus unum in agmen accæptis delectam peditum manum in duo cor
nua partiuntur:his præcipiunt ut dum equeſtre agmen ad radices totis decertarent uiri-
bus:ipſi dextra læuaq; in interiora colliculi iuga penetrarent.Hac re cognita Brachius qn
decim equitibus deſcendendum ab equis.& ne pedeſtris acies pugnantes a tergo ſuper-
ne adoriretur:ordinemq; perturbaret:iugum mature occupandum demonſtrat.Pedites
quorum pauci ad medium iam euaſerant collem:ab equitibus multis cum uulneribus re
pelluntur.Interea conſerti hoſtium cunei ad radices uno totius agminis impetu dimi-
cabant.Brachius primum in multam deſcenderat planiciem:mox paulatim cedēdo pro
tumuli radicibus decertabat.Hoſtes uictoriam conceperant animis.& ſpreta paucitate
acerrime prœliabantur.Brachiani qui quanto numero uincebantur:tanto animis & uir
tute uincebant.ordinum laſſationem expectabant:intentiq; de ducis nutum uno momē
to & recipiebant ſeſe.& ubi aperta hoſtium latera uiderent:aduerſam in aciem erumpe-
bant.Hoc modo reſiſtendo inuadendo ad noctem uſq; traxere prœlium.nox pugnam
diremit.Nec deſunt qui affirment hoc prœlium:ſi numerus utrinq; ſpectet:oia quæcūq;

in Italia

In Italia geſta ſunt periculo & magnitudine ſuperaſſe. Cæſi ex hoſtibus duodecim equi:
confoſſi ferre omnes Brachiani: omnes uulnerati: inter quos Spitta quidam: qui ſub Bra
chio iam inde a puero militauerat una cum equo centum & quinq; cōfoſſus uulneribus
Gulielmus Mecha duobus & ſeptuaginta. Res omni poſteritate memorabilis. Hac pu-
gna perterriti hoſtes nihil minus ꝗ æquo loco: iuſtaq; dimicare acie cupiebant. Quo præ
lio omnium finitimorum animi ut alienati ab hoſtibus: ſic Brachio conciliari ſunt: fortu-
nam belli magis ꝗ fidem ſecuti. Proxima caſtella non modo non expectabant obſidio-
nem: ſed ultro miſſis legatis: præſidiiſq; hoſtium direptis portas aperiebāt. Intra paucos
dies capti ex præſidiis equites recenti: qui armis equiſq; ſpoliari: atq; una ueſte dimiſſi: cæ
teris incuſſere terrorem. Angelum quoq; tanti modo exercitus Ducem milites deſeruere:
atq; ad Brachium aſſidua bella molientem ſe contulerunt. Ille cum paucis Firmum con-
ceſſit Per id tempus Tudertini orta ſeditione: qui Ciuitate eiecti ſūt cum Brachium ſocie-
tatem iniere. Rebus proſpere geſtis. Brachius cui nihil ocio & quiete moleſtius erat: cum
omnib⁹ copiis in maritimam agri. Piceni oram impetum facit Anchonitanis: pecora ere-
pta: frumenta deportata: agri uillæq; uaſtatæ ſunt: agreſtes multi capti: deniq; ingens rerū
omnium coacta præda. Ergo ſuo magno incommodo prudentes facti: legatos qui capti
uos redimerent. & quanto cōmodius fieri poſſet de pace tractarent: ad Brachium miſerūt
Legatis perbenigne acceptis: data pace: captiuos quod legati ipſi ſtatuiſſent: præcio reſti
tuit: qui magna agentes gratias ſeptem milia animum pro captiuis & reliqua præda pro
miſerunt Stetit inde cum Anchonitanis amicicia. Paucis poſt diebus educto in expedi-
tionem exercitu Montem Coſcium munitum ſitu oppidum ui cœpit. Inter hæc Ludoui-
cus omnes Italiæ duces ſollicitare: ſpe promiſſis: pecunia allicere: copias undiq; compara
re. & omni conatu hoſtem: quem uenientem arcere nō poterat: iam præmentem ſubmo
uere conabatur. Aſcitis deinde ſibi Martino Fauentino. & Cartariæ comite: equitibuſq;
ad tria milia comparatis aduerſus Brachium qui ad montem Conſcium paucis ante die-
bus captum ſtatiua habebat: cum omni exercitu proficiſcitur. Eorum aduentu cognito
Brachius ne detractare pugnam crederetur: paſſuum duo milia proceſſerat: ibi parua in
planicie ſtructis utrinq; ordinibus quod erat reliquum diei pugna conſumptum eſt pu-
gnatum eſt aliquot continuis horis: hoſtium equi attriti multi: capti etiam nōnulli: belli
finis repulſi duces fuere: qui magna ui reiecti in proxima ſe caſtella receperunt. Brachius
haud dubie uictorem exercitum in caſtra reduxit. Fama inuicti ducis iam undiq; per fini
timos uagabatur Sed cum ceteri pacem poſtularent: ſoli Fanenſes non miſere legatos:
uel ꝙ maritimam incolentes oram multo interuallo ab inimicis diſtare ſe crederent: uel
ꝙ Ludouici præſidio tenerentur. At Brachius qui omnem eam regionem aut ui ſubæge-
rat: aut ſocietate cōiunxerat cum parte copiarum expeditiſq; militibus Fanum cōtendit:
fineſq; depopulatus aliquot non ſatis munitis caſtellis expugnatis petentibus pacem de-
dit. Hac fama belli ingens ad eum militum multitudo prædæ copia confluebat. Ludoui
cus cum uideret nunꝗ ſine ſuo detrimento. & ſuorum pernicie contendiſſe: oppida præ-
terea alia ui expugnata: alia ſua ſponte ſecuta uictorem. & quæ in fide māſiſſent: quæ pau
ca erāt: uectigalia tardius pendere: plæraq; etiam omnino recuſare. Milites ꝙ liberior præ
dandi eſſet occaſio quottidie ad hoſtes tranſire: animos Popularium: aut repentinis reb⁹
perterritos: aut more ſuo cupidos nouarum rerum odio & ſocietate eſſe mutatos. Conſu
lendum rebus ſuis: nec omnium defectionem expectandam decreuit. Mittuntur igitur le
gati: qui cum Brachio pacem atq; amiciciam facerent. Initaq; ſocietate: fœdus æquo iure
percuterent: dicerentq; placere Ludouico ad colloquiū uenire uelle ſe cum Brachio mul-
tis de rebus agere: ipſe diem locumq; conſtitueret: ſe eius fidei ſalutem ſuam crediturum.
Legati pace impetrata de colloquio rettulerūt. Placuit ea res Brachio: ſequens dictus eſt
dies: quo die in agrū Cingulanum Dux uterq; cōueniret. Ludouicus cum quindecim eq
tibus ſine telis: ſine armis ultra eum locum proceſſerat. Brachius etiam cum paucis iner-
mibus obuiam profectus eſt cōplexi mutuo ſeſe multa in eam ſententiam dixere Nū de
ſanguine & uita inter ſe uerū de gloria atq; imperio eſſe certatū: conſuluiſſe tandem utri-
q; fortunam: quæ omni ſublata cōtentione inceptum bellum uicti ac uictoris amicia cō-
poſuiſſet. ſperare ſempiternam eam fore beniuolentia: modo alter acceptas bello in-
iurias obliuiſceretur: alter illatas obliuioni traditas non dubitaret. Profecto nihil morta
lium animis cum furore: ſtulticiaq; armantur pertinacius. Inde cædes: inde quæ ſedari ſæ
pe nullo modo poſſunt: odia & ſimultates oriuntur. Contra quū humanitatē & rōnem

Induerunt:nihil mollius flexibiliuſq; reperies. Paucis uerbis uno nutu:uno officio:ardentiſſima quæq; odia reſtringuntur. Duos duces paulo ante infenſiſſimi non prius ex eo loco diſceſſere:q ex inimicis atq; hoſtibus ſocii atq; amici facti:omnia inter ſe pollicerentur. Sæpe inde alter alterius uſi opera. Quibus diebus hæc facta ſunt ex caſtris Ludouici quingenti equites tranſfugerunt:atq; Aſculum cōceſſerunt. Opinio eſt ſollicitatos ab Aſculanis qui paulo poſt rebellionem fecerunt. & pecunia eſſe corruptos. Ludouicus Aſculi defectione audita:ingenti dolore affectus:q; Vrbs erat ſitu munitiſſima. & a ſuis etiam militibus:qui tranſfugerant:defendebatur:odio atq; ira icenſus:ut alteros fugæ:alteros rebellionis crimine punire poſſet:conſilium capiebat. Placuit tandem mittere qui a Brachio peterent auxilium:periculum facturo an uerbis facta reſponderent. Brachius ſtatim ut & amici & ſocii ulciſceretur iniurias:ſimulq; ut ſuis militibus prœdandi occaſionem non denegaret:exercitum in expeditionem eduxit. Vinctis copiis Rogerium ac Fabriciū ſuæ factionis uiros:qui & ipſi Peruſia exulabant:exercitumq; mille & quingentorum equitū comparauerant:uocandos per litteras adiungendoſq; conſtituit. Illi acceptis litteris cū omnibus copiis ad Brachium conuenerunt. Paratis quæ ad expugnationem erant parandа Aſculum qua parte adiri expugnariq; poſſet tanto impetu ſui milites irrupuerunt:ut qui in mœnibus erant collocati:omnibus delecti propugnaculis Brachianorum impetum ſuſtinere non poſſent. Tranſfugis omnibus equi armaq; erepta ſunt:fugæ auctores trucidati. Vrbem diuturna pace opulentam milites diripuere:auctores rebellionis capitali ſupplicio damnati:alii in crucem ſublati ſunt:alii ſecuri percuſſi. Ludouicus Aſculo recepto Brachianis quidem militibus dona diſtribuit. Brachio autem ingentes ægit gratias:expertus & hoſtem pernicioſum. & ſocium fidelem ſibi:utilemq; fuiſſe. Dum hæc ad Aſculum geruntur. Carolus Malateſta:qui Ariminenſibus imperabat bellum contra Camertes ſuſcepit:cauſa ſuſcipiendi non ſatis certa:niſi q auiditas imperii quo plura habet hoc maiora concupiſcit. nec ulla re tam facile poteſt:q aliena calamitate ſatiari. Camerini Imperium duo fratres obtinebant. Ii ſuis diffidentes uiribus auxilium a Brachio atq; opē per legatos implorauerunt. Iam hoſtes caſtellum Rammuni:quod erat in Camerti agro expugnauerunt:proximumq; agrum ſtrage atq; prœda late populati:quæ aſportare nō poterant incendendo uillas:ædificia diruendo:cuncta uaſtabant. Brachius omni cunctatione abiecta cum omnibus copiis in Camertium fines peruenit:eius aduentu perterriti hoſtes:primum præda rapiniſq; abſtinuerunt. Mox illuc adducto exercitu:nec pugnā facere:nec obſidionem expectare ſunt auſi. Itaq; fuga præcipites acti caſtellum:quod ui cœperant:metu relinquerunt. Tuti celeritate hoſtes fuere. Vix enim quinq; paſſuum milia Brachius appropinquauerat:quum illi non prius conſulere de conflictu q de fuga ſtatuerunt:ac Fabrianum finitimum Camertibus oppidum q celerrime confugerunt. Brachius ne milites longo itinere laſſos nimio ſtudio inſequendi fatigaret:ingreſſus caſtellum unius diei quietem conceſſit. Omnibus deinde corpora curare iuſſis ad inſequendū hoſtem profligandumq; cōtendit. Ipſe de tertia uigilia delecto equitatu antecedens ſubſequi reliquos iuſſit. Id eo conſilio factum:ut paucitatē deſpicientes hoſtes:in certamen uenire. & multi cum paucis manus conſerere non dubitarent. Quod ſi facerent facile interuentu reliquarum copiarum opprimi poſſe exiſtimabat. Sin uero intra mœnia ſe illi continerent:totum ſe agrum ante eorum oculos uaſtaturus. Oppidanorum oculis triſte ſpectaculum. Hoſtes primum non auſi ſunt ad prœlium deſcendere:mox per exploratores de eorum aduentu ac numero certiores facti:quadrato agmine ut redeuntes cum præda:graues impeditoſq; inuaderent:duo milia paſſuum proceſſerunt. Quippe aut fugituros Brachianos putabant:aut ſi prœlium inire uellent:prædam eſſe dimiſſuros. Prœlium aliquandiu induſtria tractum:donec reliquæ cohortes:quas ſubſequi iuſſas:oſtenderam aduenire potuiſſent. Illæ prædæ cupiditate adductæ:diuerſo itinere per hoſtium agrum ſuſæ:palanteſq; uagabantur. Quæ res ubi per ſuos Brachio eſt nunciata:ueritus ne ſi ipſe pugna diſcederet cohortes ab hoſtium equitatu diriperentur. Simul ipſe bellum fortiſſime ſuſtinet:ſimul mittendos curat:qui reliquas copias a præda reuocarent:aut ſi ægiſſent prædam reducerent. Milites ſtatim dicto audientes fuere. Hoſtes ubi ingentem conſpexere prædam:greges:atq; armenta abduci:agreſtes uinctis trahi manibus:tabulas:ligones:ſartas aſportari:magno pudore:atq; ira perciti:impetum in diſſipatos facere uoluerunt. Conuerſos Brachius a tergo adoritur:ordines perturbat. & qui recuperare prædam uolebant:præda & ipſi efficiunt. Capti ſunt equites ducenti. Reliqui Fabrianum pcipiti fuga delati.

ſuga delati. Ibi collectæ reliquiæ confirmatiq; ad reſiſtendum animi maxime omnium ad iniquitatem loci cogi hoſtem atq; opprimi poſſe arbitrabantur:& Brachiani æque recenti prelio & longo diſcurſu fatigari deficiebant. Iam ad Apennini radices peruenerat: quum non procul a tergo Fabrianenſium ingentem ſub armis manum conſpicatur modico interuallo a dextra properantium. Horum conſilium erat inſtare ad montis uſq; ſuprema iuga:eaq; ſi poſſent priores occupare:hoſtemq; aſcenſu prohibere. Brachium multa impediebant. Nox iam imminēs:loca ſalebroſa atq; ardua & hoſtibus q̃ ſibi notiora: maxime omnium laſſitudine equorum permouebatur Non illi urgeri calcaribus. Non uirgis excitari poterant. Singulo quoq; gradu ſubſiſtere:ac ſpiritu:ac ſpuma & ſudore labore. Milites periculi magnitudine attoniti eſſe:plæriq; muniēda uallo & foſſa caſtra cēſere:quæ res ut prode neceſſaria uidebatur:ita plus periculi. nihil cibariorum:nihil pabuli habentibus afferebat. Brachius primum anceps animi:mox omnibus ultro citroq; agitatis & omni prœda equas ante mittit atq; iis equos alios intermiſceri alios hærere ueſtigiis permittit. Illæ recentes ſtimulis actæ:magno curſo ad montis iugum euadunt. Equi natura:ut fit:libidine incitati fortius ſubſequuntur:curſum quãuis fatigati adæquãt. Hac celeritate effectum ut prior ipſe occuparet cacumen: atq; equi laſſitudinem quaſi natura ita iubente deponerent. His rebus geſtis Brachius aduentu Brumæ militem ad hyemandum dimittit. Nec multis poſt diebus quum apud Roccham hybernaret: nuntiatum eſt trecentos, Martini equites oppidum Lepirum: quod ſitum eſt non longe a Cingulanorum finibus occupaſſe Qua re nunriata Brachius omnibus copiis ex hybernis deductis illuc noctu agmine infeſto proficiſcitur:oppidumq; egregie munitum aggreſſus oppidanos ſe dedere uolentes non audiuit. Captum oppidum:atq; direptum eſt. Trecēti Martini equites rebus omnibus ſpoliati dimittuntur. His rebus permoti Cingulani:q; nimis uicinum haberent bellicoſum hoſtem agri uaſtationem cauſati quinq; milia nummum ſi agro diſcederet:oppidũq; traderet obtulerũt. Accæpta conditione ſtipēdium ex ea pecũia militibus datũ eſt:exercitus ite℞ ad hyberna reductus. Quieturus iam Brachius uidebat cũ Cingulãi: Lepiro oppido in poteſtatē recepto timere de fortũis ſuis cœperũt:uetiti ne Vere adueniēte hoſtes meliorē nacti tēpeſtatē aliquã belli cauſam occaſionemq; perquirerent. Nunc demũ priuſq̃ periculum incumberent prouidendum eſſe rati. Conſilio inter ſe inito legatos ad Martinum Fauentinum mittunt:petentes quantum præſidii opus eſſet ad hoſtium excurſiones:rapinaſq; cohercendas malle ſe affirmantes eius copias ſuis rebus alere q̃ hoſtibus diripiendas:uexandaſq; præbere. Fauentinus probato conſilio gratias ægit:quod in ſe fidem habuiſſent:mittitq; ſexcentos equites:ex iis quos haberet delectiſſimos:his iubet ut Cingulanorum fines ab hoſtium populationibus tueantur:ſimulq; ne temere prœlium cũ hoſte cõmittant. Satis habere dicens ſi a rapinis atq; īcendiis prohiberent. Brachius datam ſibi occaſionem ſuſcipiendi belli nõ putauit negligendam:confirmantis ſuorum animis Nos inquit bella o milites ſæpe quæſiuimus:at illa tunc ſua ſponte:quũ ſeſe offerant nobis:eamus quo pauor hoſtium longa quiete ſopitos excitauit. Satius eſt inferre bellũ q̃ propulſare. augeamus ſane terrorem: ne ocio noſtro confidentes:erigantur animi. Facilius enim opprimuntur qui de fuga & calamitate q̃ qui de uictoria & prœda cogitauerunt. His dictus per omnes ſtationes militum edici iubet poſtridie in armis eſſent. Et quæ ad profectionem multorum die℞ neceſſaria forent comparare ut. Paucos deinde præmiſit:qui a proximis oppidis peterent cõmeatus: negãtibus bellum indicerent:ipſi cogendo frumento imprimis hoſtium finibus eius aduentũ expectarent. Quod eo conſilio faciebat:ut ſi diutius in Cingulanorum agro morãdum eſſet:magna frumenti ſuppeteret copia. Nam aſperitate hyemis rara pabula reperiebantur. & hoſtes omnia quæ exercitum alere poſſent:aut in oppidum ex agris contuliſſe:aut quæ ſupportari nequiuerant:incendiſſe ferebantur. Circiter kalendas Martias cum omnibus copiis in Cingulanorum fines profectus haud procul ab oppido duum milium interuallo conſedit:uix caſtra erãt munita:quum per exploratores:quibus ille militari more:etiam minimis in rebus utebatur:nunciatum eſt Cingulanum populum armatum occurrere:eſſe equitum ſeptingentos:peditum duo milia. Brachius quod equitatu præualebat in patentem proceſſit campum:atq; ibi ſtructa acie hoſtium aduentum expectabat. Oppidani magna ſpe deſtituti:quod ſperauerant de improuiſo caſtra munientem adoriri:pugnam eo in loco cõmittendam non putauerunt:ne ſi quid aduerſi accidiſſet recipiendi ſui in oppidum:quod procul certaretur facultas eſſet erepta. Hac de cauſa paulatum

cedendo ne ordines perturbarentur:ad oppidi muros peruenerunt:parati expectare ho-
ſtem:ſi manu decernere ſtatuiſſet. eum locũ peropportunum fore: nec oppidanos ab eq
tatu hoſtium circumueniri poſſe arbitrabantur. Et ſi acrius premerentur:facilem in oppi-
dum eſſe receptum. Contra Brachiãos:aut nullam uictoriã:aut inſignem calamitatem
reportaturos. Si uincerent paratum eſſe uictis perfugium in oppidum. ſi uicerentur: quo
ſe reciperent non habituros. Brachius etſi cognoſcebat hoſtium conſilium:cõfiſus tamẽ
militum uirtute:belliq; peritia:quadrato & ipſe agmine incedebat:ratus oppidanos ubi
mœnibus appropinquaſſent:conuerſos in ſe prœlium inituros:fieri poſſe ut freti uicini-
tate oppidi ab ordine diſcederent:diſſipatos facile opprimi poſſe. Nec ſua eum conſilia
ſefelliſſent:niſi qui præſidio erant relicti:aſſueti bello uiri in ordine continuiſſent popu-
lum. & quid ſi non parerent futurum eſſet periculi oſtendiſſent:iubẽtes ut extra mœnia
belli exitum expectantes:ſinerent militem cum milite:equitatum cum equitatu conten-
dere:tunc ſe oppidanorum opera uſuros:quum prœlii rano poſtularet. Quod ſi omnino
aliquid & ipſi facere uoluiſſent contenti eſſent procul conſertum in hoſtem conicere tæ
la:& pugnantem ſaxo:ſagittaq; propellere. Inito bello acriter utrinq; pugnatum eſt. ho-
ſtes ſæpe repulſi intra portas ſe recipiebant. mox maioribus reſumptis uiribus in Brachia
nos magno cũ impetu eruptionem faciebant. quos cum rurſus intra portas agerent:ab
oppidanorum tælis confodiebantur Perdurante ad noctem prœlio tribus continuis no
cturnis horis:facib⁹ lichiniſq; accenſis:& per oppidi mœnia diſpoſitis tanto utriuſq; ſtu-
dio pugnatum eſt. Nam & oppidani uictoriam ex fatigato hoſte ſperabant & Brachiani
bellandi ſtudio tenebantur. Hæc duo prœlia. Cingulanum:& quod apud Roccham ge-
ſtum eſt maxime omnium quæ geſſerat illuſtria & periculoſiſſima fuiſſe memorãtur:mi-
lites ex utraq; acie uulnerati fere omnes:equi plæriq; euiſcerati:cæſiq; traduntur. Pugna-
tum eſt q̃din pugnandi facultatem hoſtes fecerunt. Brachius inſigni & illata & accæpta
calamitate uictorem exercitum q̃ hoſtem intra mœnia compuliſſet. pro Concione lau-
dauit. Medici ex ꝓximis Vrbib⁹ acciti:qui uulneratos diligentiſſime curarent. In ipſo re
ditu Fabrianenſi depopulato agro. Saxiferrati Tyrannum in ſocietatem recepit.

I O A N N I S A N T H O N I I CAMPANI DE VITA ET GESTIS BRACHII LIBER SECVNDVS

d

Vm hæc in Picentis gerũtur. Landiſlaus Rex Neapolitanorũ
magnis ex omni Italia coactis copiis:quum Hetruſcis iferre bel
lum. Romamq; occupare ſtatuiſſet. legatos ad Brachium miſit:
Ortinum Neapolitanum ſummæ auctoritatis uirum:& Matthi
am Peruſinum. qui nobilitatem ſecutus i exilium cum cæteris
Optimatibus eiectus:aliquot annos ſub Rege ipſo militauerat.
Legati magnifice accæpti Regis mandata expoſuerunt. Nunc
tempus eſſe recuperandæ Patriæ:non negligẽdam eam occaſio
nem Regẽ modo ſequerẽt:haud defuturũ exulibus auxiliũ Re-
gem ad paucos dies in Hetturiã magnas traiecturũ copias:atq; ipſum i expeditionẽ eſſe
uenturũ. Comparaſſe equitũ uiginti milia:quibus nõ modo Peruſiam oppugnare poſſe:
ſed omnẽ Italiam breui eſſe ſubacturũ. Proinde ſequeretur inuicti. Regis auſpicia:nec of
ferenti ſeſe fortunæ deeſſet. Exules ſi nunc in tanta rerum opportunitate negligerẽt:non
ſemper eam occaſionem habituros. Polliceri Regem ſtipendii quantũ ipſe copiarũ coe-
giſſet:non equitibus:non peditibus pecuniam defuturam. Haud difficile fuit perſuadere
cupientem:tamen ne quid inconſulte facere uideretur. Legatis reſpondit. Se quidem tã-
to Regi imortales habere gratias:uelle tamen cũ militibus conſultare:poſtero die q̃ ple
niſſime reſponſurũ. Omnibus igitur equitatus peditusq; Ductoribus a ſe uenire iuſſis:pri
mum Regis mandata aperuit. mox etiam a minimis poſtulata ſentẽtia:quum adieciſſet
nihil ſine militum conſilio ſtatuere uoluiſſe:ingens omnium clamor eſt ſubſecutus:eius
eſſe conſilium capere:utrum ſtatueret in eius arbitrio:& poteſtate eſſe. quod ad ſe pertine
ret:nunquam deſerturos imperatorem:ſuum maxima quæq; adituros pericula:duceret:
mitteret quo uideretur Se quotiens opus eſſet:omnes pro eius dignitate morituros:illũ
Ducem:illũ Parentẽ eſſe. Multis animi ſtudio excuſſæ lachrymæ uocẽ ferre prohibebant

Conſtat

Conſtat enim omnium ætatum Imperatorum:neminem ſuis milibus fuiſſe chariorem.
Nam animi magnitudinem in admirationem conuerſam:iſita a natura linguæ ſuauitas
adornauerat:nemo blandius appellare milites nemo nec lenius errata caſtigare:nec ardẽ
tius ad bellum excitare conſueuit. Tum milites ſumma diſcrimina non mittere:ſed duce
re:labori:uigiliis:inediæ:non magis q̃ cæteri ſuccumbere prædam reliquam militis face
re:ſibi ſolum imperium quærere:hinc amor exercitus:hinc illa ingens militum beniuo-
lentia conflata eſt igitur kalendis Aprilis quattuordecim milibus nummum acceptis a
Rege:ſtipendioq; militibus diſtributo cum omnibus copiis Romam uerſus contendit
Erant in exercitu equites ad mille:& ducentos pedites circiter mille:pauci Picentum pre
ſidio:relicti:inter erat per Fulgineatem agrum:ciues:eius tranſitum ægre ferentes:frumen
tum & commeatus exercitui præbere noluerunt. Quare permotus Brachius agri parte in
feſta poſtulatione uaſtata oppidum Verchianum decem milibus paſſuum procul ab ur-
be præcipiti:atq; edito in colle ſitum expugnauit:diripiendumq; militibus dedit:plenũ
erat oppidum frumenti quo agreſtes ex omni agro ueluti ad munitum & commune hor
reum comportauerant Poſt hæc in Tudertinorum fines caſtris permotis ſecundum Ty-
berim aliquot dieb; ſtatiua habuit:quo ad reliquæ copiæ quas undiq; acciuerat:conuenẽ
rent:quum nec Legati quidẽ.x.q; regis litteras expectabant:profectionem accelerarent.
Dum in Tudertino moram traheret:ne milites continenti bello aſſueti ocio torpeſcerẽt:
collem medium Tudertinorum oppidum:quod non longe a Peruſinorum finibꝰ aberat
Duriſſima oppugnatione aggreſſus in Regis ditionem ſubægit. Hac re permoti Peruſi-
ni:quibus iam pridem eius potentia ſuſpecta erat. Ruffum Aquilanum:& Ciccholinum:
Micchilottum plebeæ factionis principem ad proxima tuenda caſtella miſerunt: qui cũ
apud Derutam munitiſſimum ſitu oppidum cum ſuis copiis morarẽtur:collis medii op-
pugnatione audita inconditum Brachii exercitum & capiendo oppido intentum de im
prouiſo adoriri:hoſteſq; aut cedere:aut oppugnatione prohibere ſtatuerunt:itaq; uix cœ
pta oppugnatione Ruffus Aquilanus:& Guido Peruſinus cũ quadringentis equitibus a
tergo ſeſe oſtenderunt. Hos ſubſidiarii equites quingenti:quibus Ciccholinus præerat:
cum magna agreſtium multitudine:quanto interuallo cerni ab hoſtibus nõ poſſent ſub
ſequebantur. Brachius hoſtium aduentu per ſpeculatores cognito. Gulielmum Mechã
cum duabꝰ cohortibus procedere:& prœlium committere q̃ equiſſimo loco iubet. Eius
impetum hoſtes ſubſtinere non potuerunt:in fugam terga uertentibus Cicchollinus quẽ
ſubſtinere non potuerunt:in fugam terga uertentibus Cicchollinus quem ſubſidio ſuis
uenire monſtrauerat:infeſto accurrit agmine:factoq; in perſequentes impetu. Brachia-
ni multitudinis uim nõ ſubſtinuerunt. Tum Brachius centum delectos atq; haſtatos im-
mittit equites iuſſos hoſtem ſuis imminentem quanto maximo poſſent conatu adorirẽ-
tur. Ii tanto impetu in aduerſam ſe intulere hoſtium aciem:ut pleriſq; æquo excuſſis reli-
qui in fugam uerterentur:non prius fine ſugiendi facto:q̃ derudam ſuſi:conterritiq; per-
ueniſſent. Brachius uictum ac diſſipatum hoſtem perſequendum militibus demonſtrat:
qui imperata facientes uulneribus tardatos corripuere:pedites ægre fugam moliẽtes ad
unũ capti:uinctiq; in caſtra retrahuntur. Gulielmus cum duabus illis cohortibus:reliquiſ
q; haſtatis equitibus. perſecutus hoſtem ad Derutæ portas peruenit. Deruta in colliculo
paulo editiore ſita planiciem habet ad portas late iacentem:in qua cum alia quædam edi
ficiarum meritoriæ tabernæ plurimæ uiam qua Romam itur:hinc atq; hinc cingũt. Hic
quũ omnes hoſtium copiæ:quæ ex conflictu euaſerant:colligere ſeſe ac inſtaurare bellũ
cœpiſſent. Auxiliantibus oppidanis:& in Brachianum militem de ſuperiore loco tæla ac
ſaxa iacientibus. Pugnatum eſt aliquãdiu acerrime. Sed hoſtes priore calamitate perter
riti:plærîq; intra oppidum refugere:capti equites ducenti quadraginta:inter quos & Ruf
fus Aquilanus paulo ante exercitus ductor uictoriam inſigniorem fecit. Edificia illa quæ
diximus direpta atq; incenſa omnia. Interea Brachius oppugnationem oppidi nõ prius
dimiſerat q̃ intra mœnia milites plurimis circum erectis ſcalis irrupiſſent. Igitur duplica
ta uictoria utrunq; militẽ:& qui profligauerat hoſtes & qui oppidum expugnauerat pro-
contione laudauit Hæc in Tudertino gerenti regis litteræ perferuntur:quibus ſignifica-
batur captam eſſe Romam. Ad ædem Hadriani:& præterea Phanũ Diui Petri obſeſſum
habere aditus undiq; eſſe precluſos. Venturũ ſe cum oĩbus copiis in hetruriã nec opus eſ-
ſe obſidionẽ ſuo pſidio firmare Romanos ipſos urbano exercitu:& arcẽ & tẽplũ obſeſſu
ros:ſe nullo pacto exercitũ diſtrahere ſtatuiſſe:hr̃e ĩ armis equitũ.xx.milia peditatũ dimi
dio minorẽ.maturatuꝝ: ut q̃ primũ totũ bellum in Hetruriam transferretur. orare Bra-

chium quas coegiſſet copias:ut cuiq; opus eſſet:equis atq; armis cõmuniret: expectaretq;
eius aduentum:interea augeret quoad poſſet exercitum:& quot poſſet pedites undiq; :&
ſagittarios compararet:his maxime opus eſſet:oppida atq; urbes oppugnaturo. His litte-
ris acceptis Brachius quod exiſtimabat Regem nõ ita ſtatim uenturum. Munitis ad me-
dium collem caſtris ſæpe nũc Tudertinum:nunc Peruſinum excurrens agrum finitimis
magno erat terrori. Fama erat Regem nulla humana ui contentum:regna atq; imperia
ſubuerſum uenire:eiecturum eos qui regnarent:atq; exules:quorum poſtea fide uteretur
in ſuas urbes:atq; in ſuam quenq; patriam reducturum. Peruſini iam pridem hac fama p-
territi:ubi capta Roma tantas regis copias aduentare ad inuadendum Hetruriæ imperi-
um acceperunt:conſulendum rebus ſuis:nec tantam belli molem expectandam ſtatue-
runt:ita quæ publico inito conſilio legatos:qui niſi de reducendis exulibus nullam pa-
cis conditionem recuſarent:cõmeatus auxiliaq; promitterent:poſtremo ſi aliter omnino
non poſſent:ciuitatem atq; imperium dederet:ad Regem mittere decreuerũt. Legati,Ro
mam profecti:de pace primum agere cœperunt:ſed Rege in exules propenſiore multum
diuq; ne quicq̃ peractum eſt. Illi pace non impetrata:ſocietatem facere contendebant.
Quem ille impetraſſet eundem Peruſinos uel amicum uel hoſtem habituros eſſe affirmã
tes:tranſitum:arma:tæla:frumentum:militem præbituros. Nec hanc quidem conditio-
nem accepit Rex:ratus conſtantius in fide manſuros exules qui ſua opera ciuitatem recu
peraſſent. Hac re animaduerſa:Legati frangendum Regis animum imperii cupiditate tẽ
tauerunt:aditu itaq; rerum ad Regem poſtulatio:noua interpoſita conditione : ciuitatẽ
atq; imperium obtulere:ſi modo exules omnes pro hoſtibus haberi : & Regio exercitu :
ac regno decedere iuberentur. Rex tantam inuadendæ Hetruriæ occaſionem non puta-
uit repudiandam eam unam eſſe urbem bello q̃ paci cõmodiorem:nec frumentum ſolũ
cuius eſt feraciſſima ſuppeditare. Sed uiros bello aſſuetos. ſed arma etiam ſubminiſtrare:
poſſe utraq; enim re Peruſini abundare ferebantur. Quippe factiones iam inueteratæ:cre
breq; ſeditiones & popularium animos ad bellum aſſuefecerant: & omnis generis inue-
xerant arma: Tum ſæpe ex multis audierat gentem eſſe ſua quadam natura bellicoſam.
Hæc regem mouere. Sunt qui fuerint opinati inter cæteras conditiones rem ſceleſtam ac
nefariam adiectam eſſe. Promiſiſſe Regem quum primum Brachius ad ſe ueniſſet ſtatim
in uincla coniecturum. Receptaq; deinde ciuitate aut ſuoꝝ manu necaturum:aut Peruſi
nis necandum traditurũ. Quam perfidiã: & ſi a regia dignitate alieniſſima cẽſẽda eſt: tñ
quæ ſecuta ſunt:uериſimilem effeciſſe indicant. Et Rex ille ſanguinis q̃ gloriæ auidior
multis cladem intuliſſe ferebatur:atq; aliis inedia:aliis ferro uitam ademiſſe poſt legato-
rũ diſceſſum Rex priuſq̃ traiiceret copias ad Brachiũ : ſcribit ut q̃ maturiſſime fieri poſſet
cum omni exercitu cõtenderet Romã. Statuiſſe non ante mouere caſtra:q̃ cum de eo ra-
tione mouendi belli cõmunicaret:exercitumq; cõiungeret. Quũ litteræ eſſent redditæ
cõſuetudine ſua Brachius oĩbus ductoribus ad ſe uocari iuſſis regis imperata oſtendit:ſi-
mulq; edicit:ut equos atq; arma in parato habeant prima luce iter ingrediendũ eſſe. Hæc
dicenti litteræ Ottinii regii legati:quẽ diximus afferunt:is erat longe acceptiſſimus regi
& eam ipſam ob rem omniũ particeps conſilioꝝ:quem Brachius quũ legatus ad ſe uene
rat magnifice acceptum honoratũq; remiſerat. Pollicitationes quoq; multæ quũ interceſ
ſiſſent utriuſq; animum ſumma ut fit beniuolentia & ſingulari amore deuinxerant. Igit
Ottinius amici magis q̃ legati officio functus. Brachiũ de regis conſilio certiorẽ facien-
dũ putauit. litteræ fuere eiuſmodi. Quũ Rex legatũ me miſiſſet ad te ſollicitãdum nihil
feci iliquũ quo minus eius tibi ſocietatẽ perſuaderẽ. Sperabã ueſtrã amiciciã regi quidẽ
uſui:tibi uero & uſui & ornamẽto fore:nec exiſtimaui ut cui⁹ fœdus atq; amiciciã poſtu-
labã:ei cladẽ atq; exitũ iportarẽ. Maiores mei quũ opib⁹ & potẽtia claruiſſent:magis tñ
fide & uitæ itegritate claruerũt. Habeo ꝑpoſita mihi exẽpla maioꝝ: malle cũ fide o petre
mortẽ q̃ pfidã uitã agere. Sic mei me parẽtes edocuerũt nõ aliter ſeruiendũ eſſe regibus:
q̃ honeſte:& cũ nullius calamitate ſeruiendũ. Eã ob rem cuius ego curaui dignitatẽ:eius
indigniſſimã mortẽ ſubſtinere nõ potui. Proide caue ne i regis deuenias manus. Video
illũ magis alieni cõmodi:q̃ ſui decoris habere rationẽ:caue cuiq̃ te credas:ne ad eũ profe
ctus:nimis bona fide capiare. Quid ille parauerit:ne quæras nihil tam honeſte ſileri i q̃
ſcelus poteſt. Vale:& tibi curã habe. His lrĩs acceptis Brachius ſuſpẽſus aliq̃diu & attoni-
to ſimilis nõ mõ ſermõe abſtinuit:ſed uultũ:colorẽq; uariatũ admirati milites ſũt. Taber
naculũ deĩde igreſſus hoſtio obſerari iuſſo:lectaq; iteꝝ epiſtola aĩum ĩ diuerſa cõſilia agi
tabat:nõ

tabat:nō poſſe credere tantum Regem dolo eum petere a quo nulla in re eſſet offenſus:
Id ne Tyranni quidem eſſe. tum Ottinium Legatum: haud temere in ſuſpicionem ſe con
ieciſſe. Repetere deinde altius cœpit:iuſſiſſe primū Regem: ut ipſe cum ſuo exercitu in
Hetruria remaneret:expectaretq; eius aduentum. Mox ubi Peruſinorum Legati ad eum
ueniſſent ſtatim mutaſſe ſententiam:& pacem cum Peruſinis factā audiebat:et ſi nihil cer
ti de deditione referebatur:quid eius equitatu Regi opus eſſe Roma capta? Non hoſtes
prope adeſſe:non illic geri bellum. ubi cōmodius q̄ in hoſtium finibus copias iungi poſ
ſe? Nam ſi conſulere de bello uelit:quid euntem militem fatigaret:paulo poſt rediturum
Si Hetruſcos bello petere decreuiſſet:quid Romā in Hetruria bella gerentem exercitum
reuocaret? Cum multa ad ſuſpitionem concurrerent:imprimis tamē Ottinii litteris mo-
uebatur: hominis fama & nobilitate clari. Sed ne fraudem odio incenderet ad Regem
miſit:qui dicerent:aduerſa teneri ualitudine:eamq; ob rem ſtatim litteris parere non po-
tuiſſe:cæterum q̄primum ceſſaret morbus cum equitatu profecturū Romam:& quæ eſſēt
imperata facturum omnia. Eam rem moleſte tulit Rex:cum q᷑ uerebatur detecta fraude i-
gentem Regio ſplendori maculam profuſam:tum q᷑ Peruſia q̄ maturiſſime potiri cupie
bat:cui rei maxime obſtare putabat Brachii ſalutem. Sed quo celeriter incepta perficeret.
ſex milia delectorum equitum in Hetruriam q̄ociſſime traiecit. Ducemq; his Troiæ Co-
mitem præfecit eiq; imperauit:ut celeriter ad Brachii caſtra contendens direpto exerci-
tu ipſum in uincla coniiceret:nec cuiq̄ profectionis ſuæ cauſam: niſi re perfecta pateface-
ret. Brachius:quum eſſet nuntiatum tantum copiarum Regem præmittere: crebros ſpe-
culatores in uenientium caſtra mittēdos curauit:qui omni uia. atq; ſtudio tam ſubiti ad
uentus cauſam certam ad eum: exploratamq; referrent. Et quum Thudertinum ingreſſi
agrum ad decem milia paſſuum appropinquaſſent. Gulielmum Mecham ad eorum du-
cem cum muneribus mittit:eiq; imperat ut Ottinium:quem una uenire intellexerat q̄oc-
cultiſſime poſſet conueniret. Ille ut erat imperatum ad caſtra profectus hominem conuē
tum per fidem atq; amiciciam orat:ut ſi quid Brachio impendat periculi:certiorem facerē
eum uelit:ſua opera in Regis amiciciam ueniſſe:ſua opera inſidiis non eſſe circunuentū:
nunc accumulandum beneficium eſſe. Ille rem omnem ut ſeſe haberet edocuit. Promiſiſ
ſe Regem Peruſinorum legatis:cæteros:quidem exules perinde atq; hoſtes habiturum.
Brachium uero aut necare:aut tradere necandum. ea conditione Peruſinos Ciuitatē atq;
imperium eſſe pollicitos. His rebus cognitis Brachius haud amplius expectandum ratus
trecentis equitibus Thudertinorum præſidio relictis:ipſe cum cætero exercitu in agrum
Picenum conceſſit:primaq; habuit ſtatiua iter Senogailiam & montem Alboddi. Mox
Eſi Vrbe recepta in poteſtatem Regis copiæ: quas aduentare monſtraueram:ad Vrbem
oppugnandam uenerunt:munitamq; ſitu:& armis obſidione cinxerunt. Hic Brachio eru
ptionem faciente ſæpē acriter pugnatum eſt. Hoſtes poſt aliquot prœlia multis accæptis
uulneribus diſceſſerunt. Interea Rex cū reliquis Copiis modico Romæ præſidio relicto.
Senas placidiſſimam Hetruriæ Vrbem contendit. q᷑ ſperabat inita prius cum Senenſibus
ſocietate:opportune bellum Florentinis mouere poſſe:q᷑ agrum Senenſes haberent fini-
timum:& commeatus abunde ſuppeditare poſſent. Tum ex altera parte ad inferum ma-
re pertinerent. Qua ſpe adductus complures onerarias naues ædificandas curauerat: ut
quæ res bello uſui forent:ſagittæ:tormenta:& alia machinaæ: armorumq; uaria genera
mari celerius q̄ terra uectarentur. Florentinorum opes ea tempeſtate haud ſatis magnæ
erant: ſed anguſtos imperii terminos: inſita genti calliditas tuebatur. Is nullæ gentes
neq; animo ad res magnas gerendas:neq; conſilio præſtant. Sæpe cum finitimis populis
rem geſſere. quum aut ipſi ultro inferrent bella:aut ab aliis illata propulſarent:nū q̄ tamē
ſuccubuiſſe:ſed latius ſemper propagaſſe imperii fines traduntur. Non ſatis bellicoſi illi
quidem:ut plane poſſit intelligi bella ipſa non magis ui corporis q̄ animi conſilio proce
dere. ſed induſtria rerum gerendarum mirifice præditi:tum lautitiis & Domeſticarum
rerum magnificentiā clari. Templa:fora:parietes:priuata atq; publica ædificia cuncta ſub
limia:multo ſpacio circum Vrbem altiſſime ſurgunt uillæ:nec preſſius agreſtes caſæ:quā
Vrbanæ domus erectæ conſpiciuntur. Florentinum ingreſſus agrum alium quendam
cenſeas patere Orbem. Vbi Vrbem intraueris: alterius orbis domicilium uideas. Hanc
Ciuitatem multi Reges:multi populi bello petiere. Sed tanta in libertate defendēda uis
fuit:ut ſæpē neceſſitate inueniente:conſilium Regum ac populorum incepta: conatuſq;
perfregerint:& ubi bellum a potentioribus eſſet illatum:uno ſtatim momento concita-

rent finitima bella:& cum ſemper Italiam:tum plærunque magnam orbis partem ad ar-
ma impellerent. Reges atq; auxilia:ex alio quodam acciꝛent orbe. Iam nunc reliquæ Ita-
liæ non tam uiribus:quam & illæ ſupra modum auctæ ſunt:q̄ conſilio atq; aſtu metuen-
di. Ergo ubi tanti exercitus aduentū acceperunt:peritos rei Militaris ad conducendum
ex omni Italia exercitum dimiſere. Ad Brachium quoq; quem iampridem ſuſpectum re-
gi:atq; inſenſum audiuerāt:eorum uenere Legati:petentes ne peregrinum & icognitum
Hetruſcæ genti Regem Patriam atque Auitum Regnum occupare permitteret:nunc ul-
ciſcendas eſſe acceptas iniurias:non ſolum deceptum eſſe a Rege.ſed etiam proditum eſ-
ſe hoc ipſe ſibi perſuaderet. Florentinos non ante libertatem:q̄ uitam amiſſuros. nec ulla
re alia q̄ Regis aut diſceſſu:aut fuga deſtitutos a bello. iam pecuniarum tantum exactum
eſſe:ut totum biennium exercitum quantum opus foret:queant cōducere. illos in patrias
Regem in alieno ſolo inter ignotas:atq; ideo infirmas gentes dimicaturum. ſperare ultro
rem affuturum deum. Nullis illum laceſſitum iniuriis:nulla in re offenſum a populo Flo
rentino. Quietis & nihil ad ſua iura pertinentibus inferre bellum. Quid facturum putaret
Hetruria ſubacta? Quibus inſidiis eius caput petiturum:cuius nunc uiolata fide ſanguinē
uendere auſus eſſet. Proinde reſiſteret inimici nefario:ſceleratoq; furori:& ut cæteri He-
truſci auxilio ueniret. Regem etiam ſi eſſet amicus unum eſſe & multis periculis expoſitū
hominem:breui:aut ſuorum inſidiis:aut hoſtili ui. aut quod neceſſe eſſet ætatis maturita
te occiſurum Populum Florentinum immortalem fore. Nec libidine legere amicos:ſed
fide atque officio tueri ſolitum. nunc illi & perſequendi inimici:quod etiam ignaui cupi
unt:& inuicti populi beneficio deuinciendi occaſionem datam. Brachius hæc cuncta ꝗue
riſſima reputans:ſimulq; ſuorum omnium hortatu in caſtra Florentinorum:quæ non ꝓ
cul ab Arretio erant poſita:cum omni exercitu proficiſcitur. Eius aduentu ingēs totis ca-
ſtris lætitia eſt exorta. Vix equo deſcenderat:quum iidem illi Florentinorum Legati mil
le & quingentorum equitum ſtipendium denumerauere. Interea Rex motis ad Arretiū
caſtris. Vrbem muro foſſaq; munitam nec oppugnari facilem. obſidere cōſtituit. Qua re
præuiſa. Florentini Sfortiam non parui exercitus Ducem Vrbi præſidio collocauerant.
Qui quum ſe obſideri uideri uideret:& prius q̄ arcti⁹ ab hoſtium Copiis clauderet:ſi emit-
tit clam qui Brachium conſulerent:quid in tanto diſcrimine faciendum putaret Brachi-
us Poſtridie eius diei ex ſuperiore parte Vrbis erumpendum cenſeret:atque in hoſtes ſubi-
tum & improuiſum impetum faciendum:daturum ſe ſignum erumpendi:atq; ſtatim ho-
ſtibus a tergo incubiturum. Proinde uenientem ſe & tuba canere iubentem obſeruaret:
ſtatimq; extra murum compoſitum educto agmine prior explicaret aciem quo ipſe faci-
lius a tergo pugnantis & altero prœlio intenti hoſtis ordines perturbaret:facile hoc mo-
do præclarum aliquod facinus prœlio eſſe facturos. Ille ut erat imperatum poſtero die i-
tra murum componi agmen:acceptoq; ſigno extra portas inſtructam paratamq; aciem
educit. Apud hoſtes undiq; ad arma eſt concurſum:paucisq; oppoſitis turmis:quæ erum
pentium impetum morarentur:utrinq; egregie pugnabatur. Quum hoſtes armandi ſui
ſpacium nacti undiq; ui magna confluerent. Brachius qui non procul inde ad fluminis
ripam ſeſe contulerat:inconditum & temere concurrentem hoſtem a tergo inuadit. Tan
tus terror Regi eſt iniectus:ut repulſis longo interuallo ſuis:ipſe de fuga cogitauerit. Cæ
terum multitudine fretus inter reſiſtendi:fugiendiq; conſilium triuim nullū paſſuum in-
teruallo reiectus eſt. Equi arma. tæla & reliqua belli inſtrumenta paſſim iacentia uideba
tur. cecidereq; ex hoſtibus multi:capti etiam fuere nonnulli. Hac inſperata calamitate per-
territus magis q̄ attritus Rex Cortonā uiginti paſſuum milia receſſit:confeſſus nunc pri-
mum ſcire aliud eſſe magni:aliud ſtrenui exercitus Ducem eſſe. Quippe fuſa fugataq; ui
ginti:milia equitum:decem peditum:a paucis non prius conſiſtere auſa eſſe:q̄ pſequendi
finem hoſtis feciſſet. Cortonæ regnabant tres fratres:qui ꝙ Arretinis:multiſq; aliis Florē
tinoꝝ municipiis finitimi erant:eoꝝ ſocietatem atq; amiciciam ſequebant̄. Rex monta-
nā urbem & muro egregie munitam obſidere cœpit:ſperans quos ui nō poſſet:aquarū
penuria domiturū. Nec multis poſt diebus ciues facta conſpiratiōe:& urbem & dominos
Regi prodiderūt. Hoc primū peregrini:atq; externi militis receptaculum in Hetruria fuit
nā Peruſinos ꝙ remotiores a finibus hoſtiū erant:nondū adierat Rex. Brachius tantæ ur
bis defectiōe audita:ne hoſtes nouo imperio exultantes uaſtādo & populādo latius ua-
garent̄ ꝓximaq; oppida rebellionē Cortonēſium exēplo facerēt deſendēte nemīe:ad ca
ſtellum Aretinū regiis copiis mature occurrendū decreuit. oppidū erat ꝓcul ab hoſtium
castris milia

caſtris milia paſſuum quinq; Hic licentius uagantem & excurrentem hoſtem diu in : ca-
ſtris continuit. Sed nec faciebat cum uniuerſis Copiis pugnandi facultatem:& diſſipatos
mira cum celeritate paulatim carpendo profligabat:ut quoniam aperto non auderet bel
lo:arte atque inſidiis cum hoſte contenderet. Tum Florentini nihil aliud ꝗ dilationem
quærentes iam ab initio ipſius belli : ne collatis ſignis in pugnam deſcenderet inhibue-
rantut quibus ſatis foret ſi ab expugnationibus & uaſtatione agrorum arceret hoſtem :
paulo poſt fame confectum abiturum. Multa ſecunda prœlia a Brachio facta. Nam inter
diu ſi qui hoſtium frumentatum : pabulatumq; exirent : intercipiebat:& noctu ad caſtra
uſque magno cum impetu delatus:non arma exuere:non dormire ſinebat Regem : qui
ſæpe quos in primis ſtationibus & uigiliis diſpoſuiſſet : capi atque abduci nōnunquam
extremis caſtris ignem iniectum audiebat. Itaque pudore atq; ira percitus ſæpe Brachi-
um ad apertam pugnam prouocare tentauit. Quod cum parum ꝓcederet: & hic quoq;
confeſſus eſt non ſe ui atque armis ſed:celeritate atque induſtria eſſe ſuperatum. Tandē
re frumentaria deficiente Cortonæ præſidio relicto Peruſiam proficiſcitur. Brachius iuſ-
ſus a tergo inſectari hoſtem Regis audito diſceſſu:ꝗ exiſtimabat aliūde bellum eſſe mo-
turum Tyfernum. Vrbem:nunc Caſtellum uocant:eum omnibus Copiis pergit. Cuius
profectione cognita. Rex hortatu Peruſinorum duo milia equitum:quibus Iulium Cæ-
ſarem quendam:nomine ꝗ factis illuſtriorem præfecerat : ad oppidum Fractam dimiſit.
Hic ſtatim ingreſſus oppidum:caduceatorem: ad Brachium mittit: qui : ut eſt hominum
uana iactantia:ad cœnam cum omnibus ſuis Copiis inuitaret. Quod ſi forte recuſaret:
diceret ſe cum ſuo ad eum Exercitu cœnatum uenturum:atque ante Caſtelli mœnia pul
cherrime cœnaturum. Brachius tam lepide inuitatus ad bellum. Abito inquit ꝗprimum
& iſti tuo Imperatori ſic dicito. Me quidem ita conſueſſe : uocatum in conuiuia recuſare
nunquam:cæterum raro mea ſponte quenquam inuitare:Si qui ultro me appellent: acci
pio equidem oppidare. Quanquam non adeo demens ſum: ut uelim meæ domi Cæſa-
rem expectare. Dignus eſt quem ſuæ conuenian::illic : ſi me inuitabit:ſentiet ſpero : non
parū edacem conuiuam inuitatum:& ꝗ apparitoribus ne ipſa quidē oſſa relinquet. Hæc
ultro citroq; delata. utrunq; Ducem ad pugnam irritauere. Ergo poſtridie eiꝰ diei Brachi
us ducentis equitibus Caſtelli præſidio relictis:orto iam ſole: exercitum tuba in expedi-
tionem eductum ita componit:ut quacunque occurrat hoſtis:parata atq; inſtructa ſit aci
es toto itinere:quadrato agmine inceſſum eſt. Hoſtis uerbis ꝗ factis magnificentior : ni-
hil interea:nec de cœnæ:nec de belli apparatu cogitauerat : ubi Brachium non longe a
portis infeſto agmine inſtare uigiles retulerunt:partem Copiarum præmiſit: quæ ueni-
entis retardaret impetum. Ipſe interea partem reliquam:ut quiſque celerrime ſe armaue
rat:ita primum portis emiſſum:ita prœlium accendit. Poſtremo omnibus eductis Copi
is:ipſe pauco ſtipatus equitatu:fugientibus ſuis ſubſidio uenit:trepidos ac fuga ſalutem ſi
bi petere contendentes excipere:tardos excitare:omnes priſtinæ uirtutis ſuæ :egregiæ di
gnitatis admonere. Sed brachiani Militis tanta uis fuit:ut perturbati hoſtes:& plærique
ipſis excuſſi equis impetum ſuſtinere non poſſent. Brachius inſecutus hoſtem quum fu-
gientem in Oppidi mœnia compuliſſet:dixiſſe fertur. Se quidem ueniſſe ad conuiuium.
Sed Cæſarem conuiuas ſuos bona fronte aſpicere noluiſſe. Capti ex hoſtibus Equites
quinquaginta:quos dum hoſtes aſcendente Brachio liberare contenderent : facto a ter-
go magno impetu Sinidučium Brachii Nepotem uagantem extra ordines:& longo in-
teruallo ſubſequentem cœperunt:ſtatimq; non expectato Brachianorum impetu in pro
pinquum ſeſe oppidum receperunt Ea res minus lætam uictoriam fecit. Brachius agro
uaſtato Tyfernum cum uictoria reuertitur. Regem interea multis diebus Peruſiæ com-
moratum Thudertini Peruſinis finitimi uocauerunt. Illo profectus : poſt aliquot dies
compoſitis Tudertinorum rebus Romam pergit. Hunc exitum habuit Hetruſcum
bellum:longe maiore apparatu ꝗ robore geſtum. Inter hæc Florentini:qui conſuetudi-
ne ſua iam inde ab initio bella aliunde opem excogitauerant : Ludouicum ex nobiliſſi-
ma Gallorum familia in Italiam acciuerant : ſpe quadam iniecta Neapolitani Regni re-
cuperandi:quod a maioribus ſuis longa uetuſtate obtentum Patrium:atq; Auitum ad ſe
quoq; hæreditario iure pertineret facile perpulerunt auidum ſimperii animum :ut quum
Copias ea ſpe paulo poſt ad ipſos in Italiam traieciſſet:cum Florentino exercitu coniun-
geret. Communem eſſe hoſtem afferentes:alterius occupaſſe Regnum:alterius occupa-
re uoluiſſe. Populum Florētinum ubi ſuis finibus expuliſſet Regem:in Regnū iniecturū

manus:& pro Ludouico bellum ſuſcepturum.Ergo Florentini magna Gallorum acceſ-
ſione facta paribus copiis Regem inſequi decreuerunt.Tum Roma magni motus afferе
bantur Paulum Vrſinum a Rege defeciſſe:& eam Vrbis obtinere partem: quæ Trans ty-
berim pertinebat.Regem uero Capitolium.& reliquã Vrbẽ habere in poteſtate Magnoſ
fieri apparatus bellicos.Regem a ſuo Regno integras accire copias. Paulũ ab Hetruſcis
auxilia petere.munitiones & propugnacula in utraq; Tyberis ripa cõſtrui.Brachius Flo-
rentini exercitus imperator Romam profectus:copias cum Paulo cõiunxit.Sæpe grauiſ-
ſime pugnatum eſt:flumine tamen altiſſimo:duos exercitus interfluente magis eminus
tormẽtis:ſagittis:cæteriſq; miſſilibus:q̃ cominus haſta:gladioq; cernebatur. Bruma iam
aduenientе Brachius charitate annonæ Roma abiens in Thudertinum hyemãdi gratia
conceſſit:captoq; oppido Fractula tota hyeme in hybernis habuit exercitum Fractula ex-
pugnata Peruſinis nouus metus iniectus eſt.Neq; enim Regem præſidio habebat: & Flo
rentinos quorum animos ſuperiore Hetruſco bello uehementer offenderãt:ne quid ipſi
quoq; alia parte concitarent belli metuebant.Sed trepidatione ĩ ſollicitudinem uerſa co
gere nouum exercitum:ſtipendia maiora decernere: uectigalia iuſta atq; iniuſta exigere
cœperunt.Mox ſatis magnis:pro tempore conductis copiis.Tartaliam egregium bello
uirum exercitui præfecerunt.Hic ad oppoſita inimicis oppida traducere exercitum iuſſus
Brachio quocunq; proficiſcenti ſeſe a fronte montoſis: & ſitu munitis locis oſtendebat:
nec tamen deſcendere audebat in pugnam.Qua re animaduerſa Brachius ne tẽpus ocio
tereret.Cluſina arua pecorum:atq; agreſtium: plena excurrere decreuit.Ea Thraſimenum
lacum claudunt ad occidentem ſolem Peruſini tunc agri:nũc etiam Imperii terminus la-
te ſane & uaſte patentia loca tota herbida partim nemoroſa.& cuncta pecori paſcendo ac
commodata.Ex altera parte Thraſimeno:ex altera Cluſinis paludibus concludũtur. Pro
xima etiam caſtella lignatum illo:pabulatumq; accedunt.Peruſini ſem per alias opportu
nitate loci:nunc etiam belli metu pecora cuncta ex oppidis.caſtelliſq; deducta: eadem in
arua uniuerſa compulerant.Igitur Brachius magnam partem equitatus cum paucis pedi
tibus hoſti montana:ſaltuoſaq; petenti loca opponit.Ipſe cum quadringentis equitibus
totidemq; peditibus per medios hoſtium fines nihil hoſtiliter agens trãſitum fecit. Quũ
iam uiginti milia paſſuum proceſſiſſet:tantũ enim ſpacii intercedebat:in patentes diffun
ditur campanos.Tum uero paſtores nihil tale metuentes:omnes uertuntur in fugam gre
ges atq; armenta paſſim errantia in prædam abigũtur.Agreſtes lignatores: pabulatores
capti ſunt omnes.Omnium maximum fuit octoginta captiuos:decem milia minutorũ
pecorum:boum quiq; milia:mille equas per media hoſtium oppida a tam paucis agi po
tuiſſe.Erant in illo Duce multæ præclaræq; uirtutes conſilium rerum gerendarum : ma-
gnitudo animi:gratia militum:omnia tamen perficiendi celeritas ſuperabat.Peruſini au
dita hoſtium profectione.Ciccholinum:quem parti copiarum præpoſuerant ad occupã
da munita loca:reditusq; intercludendos miſerere:qui magna cum celeritate profectus:
non procul a Thraſimeno editiſſimum collem:cuius radicibus Brachius tranſitum factu
rus erat occupauit Anguſta ſane & ſalebroſa:uia nec ſolum ingẽtibus impedita ſaxis: ſed
nunc præceps ad infimam ducebat uallem : nunc ardua atq; aſpera : etiam recentem atq;
inermem militem fatigatura ſurgebat.tum hinc atq; hinc præruptis:atq; altiſſimis impen-
debãt limites:ut facile multi a paucis uel gleba ſi lapides deeſſent:nedum armis opprimi
potuiſſent Brachius per exploratores:quos omni ſua profectione præmittere conſueue-
rat:inſidiis cognitis Militibus omnibus præter paucos qui pecora agerent:equis deſcen-
dere iuſſis:utrunq; uiæ ſuperiorem limitem:atque anguſtias: maxime qua collis radices
attollebantur occupare contendit.Interea qui æquis uehebantur pauci:pars ſtrictis mu-
cronibus : pars intentis haſtis pecora præcedebant . Reliqui agentes prædam:greges:at-
que armenta ſubſequebantur.Hoſtes qui peditatu ſuperiores ſe fore putauerant : tantam
peditum multitudinem conſpicati:non auſi ſunt in pugnam deſcendere . Sed Brachio ĩ
ſuperiorem euadente uiam : illi in ſuprema collis iuga ſe collegerunt.Iam Milites con-
ſcenderant equos : quum hoſtes equitatu pro peditatu uſum Brachium cognouerunt
tum ſe : tum fortunam accuſare : q; graues atq; impeditos armis leuiter armati fati-
gare : opprimereq; ſubiecta atque anguſta in ualle potuiſſent : in reliquo autem itine-
re ſecuti a tergo ſæpe prædam eripere : & quum loci opportunitas affuiſſet manus con-
ſerere tentauerunt . At Brachius qui omnia : quæ euenire poſſent euentura cogitaue-
rat : aptaque inſidiis notauerat loca : equitatum omnem in geminam partitum aciem:
medium

medium recipere prædam iubet. Peditatum non longo interuallo ad occupanda grada-
tim loca præmittebat. Hoſtibus plærumq; a tergo adorientibus leuia fiebant certamina.
quum nec illi Brachii impetum expectare: nec Brachius prædam relinquere ſtatuiſſet. Mi
litibus in caſtra reductis prædam uirium diſtribuit: ſingulis Militibus dena circiter con-
tigerant pecora. Poſtero die illis: unoquoq; ſua pecora paſcentibus: dixiſſe per iocum fer-
tur. Secum quidem actum eſſe præclare: qui ex Militibus paſtores effeciſſet. His rebus a
Brachio geſtis. Peruſinis qui pauloante quieti ſub Regis tutela uidebantur: noua ſol-
licitudo eſt iniecta. Q uippe inſenſis cæteris finitimis ꝙ incognitum & externum ſecuti
Regem: bellum ipſi ſuæ genti uel intuliſſent: uel illatum commeatu: frumento: armis ad
iuuiſſent: ſolliciti ne reliqua Hetruria ob recentem offenſionem: facta cum Brachio ſo-
cietate: magnum aliquod. & periculoſum bellum excitararet: exercitum quantũ maximũ
poſſent conducendum. & præſidia per omnia caſtella diſponenda curauerunt: maxime
qua arcendi. & excurſionibus hoſtes prohibendi erant. Inter hæc Brachius a Pontifice ac
cerſitus omnibus relictis copiis. iiſq; Iacobo Archipræſbytero: magnæ inter Optima-
tes auctoritatis: atque ex illuſtri familia uiro præfecto. Bononiam proficiſcitur. Iacobus
poſt multa præclara facinora Tartalia: quem Peruſini Marſiano oppido præſidii cauſa
impoſuerant: captus: atq; in uincla coniectus eſt. Igitur exercitus. & imperatore abſente.
& rectore capto ſpoliatus: quum intra mœnia ſe contineret. Gulielmus Mecha accuſata
timiditate: animiſq; Militum accenſis. Gallazonum aſperum ſitu. & montoſum oppidũ
oppugnare adortus eſt. Prodita per quendam arce: captum ſtatim reliquum oppidũ: dir-
ripiendum Militibus eſt datum. Brachius non multis poſt diebus Bononia reuerſus aſci
to ſibi Sforcia bellicoſiſſimo & fortiſſimo uiro. Torſianum Peruſinorum oppidum non
procul ab Vrbe paſſuum milia quinq; ſitum: capere cupiebat. Igitur Milites ad ſe uoca-
tos: primum magnam uim ſcalarum cogere: deinde corpora ante noctem curare: nocte
incipiente itineri paratos eſſe iubet. Deinde poſtquã eundi tempus uiſum: milites leui ar-
matura ſcalis oneratos: incertos quo profecturi: aut quid molituri eſſent: nocturnum iter
ingreſſus: ſequi ſe iubet: paucisq; horis ad oppidum multa nocte in itinere cõſumpta per
uenit. Torſianum quidem magna ex parte duobus fluminibus. Tybri. & propinquiore
Chiaſio clauditur. Q ua uero Chiaſius præterfluit ripæ aliquanto præruptiores: ſalictis at
q; alnis obumbrãt. Igitur idoneum nacti locum: ibi inter fructeta ſeſe occuluere: nec mul
to ante primam lucem muro ſcalis admotis oppidum irrupuerunt. Torſiano capto. Bra-
chius Sforcia præſidio relicto: in caſtellum Leonis editiſſimo in monte ſitum: impetum
fecit: oppidoq; celeriter expugnato. Milites omnia in prædam habuere. Ingratiſſima hæc
fuere Peruſinis: Iam enim duo propinqua ſpicula quottidie oculis intentatum iri. & Vr-
bi atq; agro perniciem illatura uidebantur. Brachius quo infeſtiora eſſent omnia reliquis
eductis copiis: ſolos exules Torſioni præſidio collocauit: ꝙ ſciebat certiſſimum robur.
& belli & fidei contra hoſtes futurum. Ipſe a Legatis Thudertinorum: quos ingens exu-
lum manus aliquot occupatis oppidis toto agro infeſtabant. & Vrbi factioſe & inteſtino
malo laboranti: haud mediocrem iniecerunt metum ſollicitatus motis in Thudertinum
caſtris primo ſtatim aduentu exules Calonicam fugere coactos adortus expugnauit: dir-
ripuitq; paucorumq; dierum interpoſita mora Rucelleſcum in ſupremo cacumine editi
montis poſitum: haud diſſimili euentu captum ui eſt. & Militi in prædam datum Reli-
quum erat exulum receptaculum oppidum Q uadra: quod modico & inualido obten-
tum præſidio: nullo prope negocio redactum eſt in Ciuium poteſtatem: nec tamen be-
nigniorem: q̃ cætera expertum fortunam. Q uippe expectato Militis impetu cuncta in
prædam rapinamq; conceſſerunt. Compertum erat Ticiniani Comitem ſecutum aduer-
ſam factionem: exules cõmeatu ac militie iuuiſſe. itur ergo in hoſtilem ſocium ſignis ani
miſq; infeſtis: ſed oppugnatione loci nequicq̃ facta. Oppidani cũ muros egregie defen-
diſſent. ꝙ plæriq; erant eo prœlio a ſagittariis uulnerati: ſponte deditionem: ea tñ condi
tione fecerunt: ut eiecto Comite: arcem ipſi ædificarent ꝑpetuũ ac ſtabile fieri futuram pi-
gnus. Qua poſtea ualido firmata præſidio: diu Brachius oppidanos habuit in fide. Non
multis poſt diebus Interamnenſiũ fines magna atq; improuiſa excurſione uexaſſe compe
rio. & prædam q̃tam uix unq̃ antea eſſe coactam. Nam Interamnenſes Regẽ ſecuti a Pon
tificis imperio defecerant. His diebus duo Milites qui Peruſiam transfugarũ ſpecie cõſu-
gerant: in queſtione: tormẽtiſq; adhibitis: de prodenda Vrbe cõſilium cœpiſſe cõfeſſi ſunt.
q̃ nocte futurũ hoc dixerũt. Brachiũ nõ ꝓcul ab urbe cõſediſſe cõſtat. & ſigno diu neq̃cq̃

expectato tatum proditionem detectam ingreſſu atq; aſpectu Vrbis abſtinere nequiuiſſe
Suburbanaq; ingreſſum ædificia:magnam aſperimamq; geſſiſſe pugnam. Sed quoniam
res admonuit ut de Suburbanis dicerem pauca de ſitu eius Vrbis dicenda conſtitui.
PERVSIA:niſi ꝙ Tyberim flumen ad orienté relinqt:media iter Hetruriæ atq; Vmbriæ
fines editiſſimis in collibus proiecta uaſte magis ꝗ ſita eſt. Vrbis ambitus paulo eminen
tior.& ueluti celſam in arcem exurgens:uetuſtiſſimo & quadratis lapidibus erecto cingi
tur muto. Ad eius muri radices:quinq; in longitudinem porrecta Suburbia exoriuntur.
Tria paulo longiora recto:planoq; iacent tractu. duo ſub ipſum Vrbis caput ad Occiden
tem & Septentrionem paulum recurue excurrentia. tertium in meridiem uergens pari
longitudine in Vrbis ueluti caudam extenditur. Reliqua duo anguſtiora contractioraq;
cæteris per collium pendentia iuga deſcendunt. Vniuerſa deinde perpetuus ac latior cõ-
cludit murus. Igitur Vrbis in medio:atq; in edito ſita ꝓſpectus hẽt oẽm in partẽ late pul-
cherrimos.& niſi ꝙ altitudine ꝓſtat. Suburbia ueluti ſtella minores maioreſue radios cir
cũfundit tria ꝗ diximus:ut planiora porrectioraq; reliqs:ita maiora celebrationaq; ſũt an
guſtiora reliꝗ cõtractioraq; magis:ueluti minores radii ab Vrbis gremiũ receſſerũt. Quin
q; Suburbiis:qnq; magnificæ erectæ portæ:totidẽq; extra portas opa ſtructiſſimi ,ſontes
aſpiciuntur. Vrbem leni cliuo ſpendentes excipiunt colles. hinc uineta:oliuetaq; dorſis la
te conſita cum ipſis collibus delabuntur. Mira omnium rerum fertilitas:nec minor faci-
es atq; amœnitas. Hæc omnia paulatim ad orientem & meridiem in amœniſſimam deſi
nunt planiciem. Eam quoq; Tyberis fluuius mediam præterlabitur:qui alueo lato magis
ꝗ alto:perpetuis ad Chiaſium uſq; trãſitur uadis. inde maiores incipiens moliri undas al
tioreq; fluens gurgite rara præſtat & profunda uada. Nihil hac ipſa Tyberis ora fœlici-
us:nihil proximis a planicie ſurgentibus cliuis lætius. Qua enim parte Peruſia ad meri-
diem ſpectat:perpetui quidem illi:ſed non multum editi ſtant colles. Eorum colliũ ma-
gna fertilitatis cum amœnitate certatio. Quippe duodecim milia paſſuum:tantum enim
ſe porrigunt:duodecim caſtella:pari interuallo diſtantia:recto per iuga uiſuntur tractu:
quæ in læuam leniſſimo deſcenſu:nec diſſimili cultu:ad Thraſimenum occidentem uer-
ſus proferunt:tanta ſoli æquabilitate:ut colles ſint an campi non facile dignoſcas. Thra-
ſimeni ora nulla beatior:ueluti ubi multum terræ peragraueris in maritimam plagam te
pentiorem amœnioremq; deſinatur. Igitur qui benignius ſentiunt:agrum Peruſinum to
tius Italiæ cẽſent cultu & amœnitate pulcherrimũ. Qui uero patriæ ſuæ ſtudio quicꝗ de
trahunt:hoc affirmant:nullam montanam Italiæ regionem huic eſſe:neq; aſpectu:neq;
ubertate comparandam. Sed qua inter ſeptentrionem & occidentem uergit:loca ſũt pau
lo uaſtiora:quibus rara.& ea ipſa aſpera:atq; montoſa prominent caſtella:ut nec lignan-
di quidem:pabulandiq; copia deſit. Sed iam ad Brachium redeamus:qui quum ad con-
ſtitutum ueniſſet locum:magnamq; partem noctis in occulto conſediſſet:ubi uigilias ci-
uiũ in armis agi & Vrbem diligentius munitam ſtrepitu nocturno reſonare ſurrectæ au-
res captauere. Deſperata proditiõe:uel deſiderio patrii ſoli aſpiciendi:uel:quod ueriſimi-
lius eſt:belli cupiditate incenſus:impetum in meridionale Suburbium facit:ciuitatis por
tas effringit:imiſſoq; celeriter equitatu ad interiorem Vrbis murũ:pugnãdo:uaſtandoq;
peruenit. Ciues partim qui pro ſtationibus uigilabant:partim igenti clamore excitati un
diq; ad arma concurrunt. Qui ſuperiore loco pugnantes hoſtium equitatum ſumma ui
repellere conabantur tæla ſaxaq; deiicientes. Mulieres quoq; aliæ cinerem:ſerui damq;
aquam ſuggerebant:aliæ feneſtris:nutu:manu:uoce:uiros ad pugnam cohortabãtur. In-
ter hæc Tartalla:quem ad urbis:atq; agri defenſionem ſuperiore menſe conductũ oſten-
deram:cum omni equitatu delatus in hoſtes. tantum conatum in ſublectos milites fecit:
ut perturbati ſtatim:atq; extra portam repulſi:eius impetum ſuſtinere non poſſent. Vbi
ad portas eſt uentum Brachio icendente:militum animos.& iam maniſeſtam ſiſtente fu-
gam:tum uero acerrime pugnari cœptum Tartaliam primo impetu ꝗ reliqua pugna fe-
rociorẽ intra portas Brachianæ acies compulerunt:quæ in ſecutus eſt ſtatim omnis equi
tatus. Erat res admiratione digniſſima inter tot Ciuium milia:nunc fugere:nunc actius
inſtaurare prœlium:nec quenꝗ niſi armatum gladio haſtaq; ferire. Etſi ingentem tælorũ
ac lapidum uim circunfuſa inermium turba in Brachianum militem coniiciebat. Dum
hæc ab equitatu gererentur:pedites prædæ magis ꝗ prœlio intenti per Suburbium late
excurrere cœperunt. Tum uero ianuas excidere:dirripere:atq; incendere cuncta uideban-
tur. Iam Tartalia ſuis equitibus fatigatis intra Vrbis mœnia ſe recipiebat:quũ ſubito in-
gens armatorum

gens armatorum Ciuium multitudo:quibus arma capiendi temporis ſatis fuerat cõflue-
re undiq;.& in ſubiectas turmas facere impetum cœpit.Brachius ubi nimis augeri hoſti-
um copias uidet:ueritus ne a multitudine circunuentus caperetur:ſignum receptui dedit
tandiu hoſtibus incumbens:donec diſſipati.& præda onuſti pedites:colligendi ſui tem-
pus habere potuiſſent.Mox quadrato agmine paulatim prœlio excedendo portas egre-
ditur:præmiſſo equitatu:ne hoſtes præcipiti lapſu deſcendentem adorirentur:peditatum
omnẽ obſiſtere præminentibus iubet:qui & cõcitatius accurrere.& firmius prærupto iugo
conſiſtere poſſent.& quum opus eſſet:donec in æquiorem locũ equites deueniſſent:pro
equitatu dimicarent.atq; ita:ne urgente quidem hoſte:incolumem exercitũ reduxit.Dũ
hæc ad Peruſiam geruntur.Ludouicus quem piſas ueniſſe oſtendit.& Pontifex qui per id
tempus Bononiæ morabatur.Florentinum in agrum cum omnibus copiis cõuenerunt.
Florentini quoq; ſuum cõmiſere exercitum.Brachius a Pontifice acceritus Hetruriã cum
ſuis & ipſe copiis in Florentinorum fines peruenit:eiq; ſtatim omnium copiarum ſũma
delata eſt.Gallorum Italorumq; conſenſu.Tanto coacto exercitu primũ Viterbium:mox
relictis impedimentis.Romam ad opprimendum Regem proficiſcuntur.Quum Viter-
bium eſſet peruentum.Brachius ſtatim de ſuo hoſpite percontatus:cũ magnitudine æris
alieni cõlectum in cathenas audiuiſſet:primum creditoribus ſatiſfecit:mox uinculis exẽ-
ptum:ſecum in exercitu poſtea habuiſſe traditur & liberaliter magnificeq; tractaſſe.Rex
interea omnibus quæcunq; bello uſui erant comparatis:certior de Pontificis aduentu fa-
ctus:per Tranſtyberim ad Ianiculum penetrauerat:Ianiculoq; occupato:præſidium fir-
miſſimũ impoſuerat:ipſe ad arcem Hadriani:quæ Pontificis fidem ſequebatur:uenientes
hoſtes infeſto expectabat agmine.Omnem Pontificis exercitum Brachius in frequentia
partiuerat agmina:unicuiq; cohorti ſua ſigna:ſuus Dux præerat:nec tamen uniuerſo exer
citu:ſed uno gradatim agmine certabatur.Primo congreſſu duorũ exercituum Galli qui
primũ cum ſuo Rege locum obtinebant:ante omnes prœlium ſuſceperunt.Pugnatum
eſt aliquandiu atrociter.Gallis pro gloria bellicæ laudis in hoſtium ruentibus tela.Nea
politanis:qui ſub Rege militabant:nobilitate:& æmulatione prœliantibus.Vtriq; au-
tem q de regno certari dicebatur pro dignitate ſui Regis fortiter mori:q̃ turpiter fugere
malebant.Aderant prœlio fortiſſimi Reges:illi militis:illi imperatoris officium gererent
illi infeſto ſe aſpectare lumine.& alter in alterum pertinatius magis q̃ fortius tela dirige
re:manu quidem dimicare:ac ferro locum ſibi in acie facere.uoce autem incendere mi-
litum animos:atq; in ſuum uterq; hoſtem irritare aſpiciebantur.Nuſquam certatum eſt
ardentius:nuſquã ætate noſtra tot milites prœlio deſiderati.Galli pugnæ diuturnitate fa
tigati:enſes dimittere:leuiſſimos incurrere ictus:paulatimq; ſudore ſimul ac labore defice-
re cernebantur.Ludouicus quoq; nimii laboribus impatiens:quum deficere ſuos uideret
terga uertit.At Brachius:qui ſubſidiariã cohortẽ in parato habebat:ubi uictum Gallum
prœlio excedere cognouit:partem copiarum urgenti obiicit Regi:ipſe cum delectiſſima
manu:modico interuallo regreſſus:in anguſtum atq; inflexum penetrat uicum.Interea
Neapolitanus ne a feſſis cum integris pugnaretur:recenti producto equitatu pugnã for-
tiſſime inſtaurauerat.& iam ſubſidiariæ quoq; cohortes inclinare:perturbariq; ordines cœ
perant:quum repente Brachius a tergo adortus hoſtem:tanta in prœliantẽ Regem con-
citatione fertur:ut ſubito ſtatim diſſipati ordines.& milites incerti a fronte an a tergo ſe
defenderent:nihil niſi de fuga cogitantes:perturbarentur.Tum uero reliquæ Pontificis
acies ubi aperta hoſtium latera proſpexere:omnibus ſimul Cohortibus aggrediũtur.Ea-
rum aduentu hoſtes:quum iam dudum impetũ ſuſtinere nõ potuiſſent:uſi fugatiq; per
Ianiculum in alteram fluminis ripam euaſerunt.præſidia quæ Ianiculo erant relicta dir-
ripiuntur.Hæc pugna adeo Regis attriuit animum:ut ſtatim poſt cõflictum munitionẽ
pro pontibus faceret:foſſam latiſſime productam uallo atq; agere percingeret.Quæ
omnia una nocte mira cum celeritate confecta ingenti præſidio firmauit.Poſtridie eius
diei:quum uaria belli conſilia agitarentur.Brachius anteq̃ Rex nouas acciret copias ten-
tandam eius munitionis expugnationẽ cenſuit:eam ſi perrumperent facile Tyberi amne
traiecto Regem reliqua Vrbe poſſe depelli.Galli cum ſuperiore die parum fœliciter pu-
gnatum meminiſſent:quo priſtinam belli gloriam uendicarent primũ ſibi certamen im-
petrauere.Sed patentis belli q̃ oppugnationum peritiores:a Regiis militibus multis cum
uulneribus repelluntur.Hos poſtridie ſecutus Paulus Vrſinus diu atq; acriter ne quicquã
ad hoſtium munimenta pugnauit.Eius milites magno impetu reiecti.& a Regiis ſagitta

rils uulnerati receſſerunt. Tertii diei oppugnatione Laurentius Cotignolanus & Roſadi
Milites collecta nullo Duce manus aggreſſi ſunt impetu q̃ unquam antea maiore. Sed
hi quoq; poſt multa accæpta uulnera aut uicti: aut fatigati prœlio exceſſerunt. Sic Male-
teſta Ariminenſis: qui Pontificem erat ſecutus. Sic Sforcia ſuo quiſq; die munitionem fru
ſtra oppugnauerunt. Nam & Rex ipſe primo pontis aditu obſiſtebat. & præter incredibi-
lem multitudinem ſagittariorum: machinæ uarii generis intendebantur. Sexta iam ade-
rat dies quum reliqui duces nihil profeciſſent. Brachius ad quem ultima uel gloriæ: uel
periculi reſtabant diſcrimina: præter cæteros bellicarum rerum apparatus: magnam uim
aggerum totam noctem comportari iubet. Prima deinde luce uocatus ad ſe Milites: tūc
magnam illius datam oſtendit occaſionē: qua totius Italiæ milites gloria ſuperarent: me
miniſſent priſtinæ uirtutis: non dubitare quin primo aut ad ſūmum altero impetu intra
hoſtium munitionem irrumperent: atq; intra uallum proſilirent. Gallos inſcicia. & inſue
tudine belli eſſe reiectos: cæteros duces nimis temere atq; incaute ſuum militem hoſtium
tælis obieciſſe: atq; ideo & ipſos eſſe ſuperatos. Se uero leui expedita manu foſſam agge-
re completurum: lectiſſimoſq; milites. & armis munitiſſimos contra hoſtes immiſſurum.
nō diffidere ſe militum uirtuti: ſi modo ipſi ducis prudentiæ confidant. Proinde erant in
prœlium bono fœliciq; auſpicio: hunc illū illuxiſſe diem in quo ſi acri fuerint animo: flos
atq; robur totius Italiæ reputentur. Ex breui periculo perpetuam gloriam parari oporte-
re. Nec ſegnius hoſtes: quæ ſuperioribus diebus excuſa erant propugnacula: mira cum
celeritate refecerant. Putabant enim: quoniam continuis ſuperioribus prœliis nihil ho-
ſtes profeciſſent: maximū atq; ultimū conatum eſſe facturos. Vallum altiſſime munierāt
turres & tabulata erexerant: atq; hæc omnia ſolida compleuerant terra: ſaxa: tæla: calcem:
cinerem in turres & tabulata conuexerant. Tormenta præterea. & omnium generum ma
chinæ a fronte oppoſitæ minabantur. Hac re animaduerſa. Brachius ueritus ne temeri-
tas in periculum uerteretur. Militem tandiu continuo: donec duæ lignæ turres impoſitæ
atq; enixæ rotis conficerentur: opportuniſſimum facturatus: ſi pari loco: nec alter altero
ſuperior dimicarent. Turribus confectis. & omnibus rebus atq; armamentis importatis
grauiter armatis militibus prœlium capere & in munitionem facere impetum iubet. Ho
ſtes ſuperiore loco pugnantes ingentia ſaxa præcipitabant: tormentis quoq; a fronte di-
rectis pleriq; traiiciebantur. Virtus militum: q iniquo loco prœlium committeret: in irri-
tum recidebat. ducis tamen hortatu: non prius ab oppugnatione deſtitere: q̃ propugna-
cula quadam ex parte labefacta deiicerent. Tum uero dato ſigno: qui rotas agebant in
munitionem quanto maximo fieri potuit clamore atq; impetu cōfertas militibus turres
admouerunt. Hoſtes nihil tale cogitantes q lapidibus ſe certaturos exiſtimauerant: eaq;
ob rem paucas conuexerant haſtas & tormenta ad inferiora feriebāt tælis atq; haſtis con
fodiebantur. Iam ipſis excuſſi propugnaculis: uix intra uallum ſe continebant. Tum Bra-
chius leuiter armatis militibus imperat. ut foſſam media inter duas acies compleant ag-
geribus: atq; intra munitionem irrumpant. Breui foſſa æquata ſolo. Brachiani Milites in
pontem ſumma ui proſiliunt. Rex ipſe inter primos pugnabat: ſed pontis anguſtiæ quo-
minus toto exercitu decerneret fuere impedimento. Vix enim centum: aut ad ſummum
ducentos milites capiebant. Pulſus tandem Rex: omnibus deiectis munimentis & pote
ab hoſtibus occupate: in interiorem ſe recepit urbem: utriuſq; ne libero aditu hoſtes ſe
adorirentur: proxima nocte cum omnibus copiis effugit in Regnum. Ea res mirifice Bra
chium conciliauit Pontifici: cui uocari ad ſe iuſſo per læticiam dixiſſe fertur. Eius milites
Brachio: cæteros Pede Duce dimicare. eam ob rem illos pede fugam moliri: ſuos Bra-
chio pugnam facere conſueſſe. Placuit deinde Roma capta fugientem perſequi Regem
Igitur biduo ad quietem militibus dato: magnis itineribus in Sorianorum fines: quo fu-
giſſe Regem audiebant: cum omnibus copiis peruenerunt Rex ubi aduentare hoſtem
intellexit: ſperans uictoria exultantem ad loci iniquitatem adduci poſſe: aciem ad mon-
tis radicem explicauit. Brachius mira gerendi belli ſollertia præditus: quum manus
cum hoſte conſerere. & paulatim de induſtria in planiciem cedere cœpiſſet: ſignum
reliquo exercitui dedit: ut inter montem & planiciem ad hoſtium terga penetrarent. Re-
gii milites duplici malo circumuenti ueriti ne ſi terga uerterent a Brachio cederentur. ſin
acrius prœlio inſtarent: reliquæ hoſtium copiæ a tergo inuaderent. Hoc periculo perter-
riti: q propinquum habebant receptum: manifeſta fuga ſe in oppidum receperunt: pau-
ciſq; poſt horis Rex per auerſam egreſſus portam: in intimum Regnum conceſſit. Soram
ſtatim expugnatam

ſtatim expugnatam Milites dirripuerunt. Romam deinde rediens. Brachius cum Ponti-
fice ægit ut facta ſibi poteſtate abeundi. Torſianum quod eius tenebatur præſidio: petere
licere. Pontifex ample: magnificeq; locutus memorare cœpit quicqd ille pro ſua dignita
te atq; imperio geſſiſſet: eius manu atq; opera deuictum & profligatum Regem: recupe-
ratam Romam: attritum paulo ante & pœne extinctum Romanum imperium reſtitu-
tum: quod ad ſe pertineret nõ immemorem futurum tantarum rerum. bono animo eſſet
uirtutem ac fidem: duo mortalibus maxima bona aditum illi ad ampliſſima quæq; pate-
facere. Acciperet: ſuarum copiarum quantum uellet: non ſe pecuniis nõ exercitu defutu-
rum. Inter hæc litteræ Brachio redduntur ut q̃ maturiſſime fieri poſſet Torſianum con-
tenderet: oppida nos & qui præſidio erant relicti ad ſummam rei frumentariæ egeſtatem
atq; inopiam eſſe redactos. ſegetem omnem ab hoſtibus eſſe ſucciſam. agros undiq; in-
cenſos: nec portas egredi audere. continuas incurſiones pati. His litteris acceptis Brachi
us maturandum ſibi q̃ occiſſime cõſtituit: ne hoſtes munito & firmo oppido quod ui
capere non poſſent: fame atq; inopia potirentur. Igitur altero die continuis: diuturnis: no
cturniſq; itineribus Torſianum peruenit. Quod ubi peruſia eſt nunciatum perinde quaſi
inermem hoſtem eſſent inuaſuri ad arma concurritur. Ciccholinus & Tarthalia qui Peru
ſinorum Copiis præerant: omnem peditatum: equitatumq; in expeditionem eduxerunt.
Hos quinq; milia armatorum Ciuium nullo habito delectu: ſed utcũq; libido inceſſerat:
ſecuta tradũtur. Qui tanta multitudine: aut ſtatim profligare Brachium: aut itra oppidũ
obſidere ſtatuebant. Brachius ubi eorum aduentum cognouit: ſimul de numero hoſtiũ
certior factus: ſimulato de induſtria metu: exercitum intra mœnia reduxit: ubi parata atq;
inſtructa acie frequens agmen componit. & quem primũ: quem ultimũ egredi uelit oſtẽ
dit. Cohortibus per hunc modum ordinatis: primũ uiginti equites: qui prœlium caperẽt
extra portas emittit. Quos quum adorti hoſtes circumuenire conarentur: centum ſtatim
deinde haſtatis ſubſidio ſuis ut erant imperat. Qui uno ueluti globo collecti: ſtrictiq; in
confertiſſimo hoſtes incurrerunt. At Peruſinorum tanq̃ de laude & gloria: non de ſalu-
te & uictoria certaretur: uniuerſa agmina in paucos undiq; temere corruunt. Brachiani
dum acerrime ſe defenderet: hoſtium ordines diſſiparunt: qui paululum ſecedendo: par-
tim ſeſe capere permittebant: partim ueluti deſperato auxilio ſimulata trepidatione in di
uerſa fugiebant Iam hoſtes inſequendo & capiendo ſparſim: ſuleq; ſine modo: ſine ordi-
ne ferebantur. Tum uero Brachius ſigno erumpendi dato: uniuerſa acie per duas oppidi
partes educta infeſtis in hoſtem tælis impetum facit. Tanto quidem conatu: ut non ocu-
los illi: aut uultum intueri: nedum impetum ſuſtinere potuerint. fuſi fugatiq; alii ex altiſſi
ma Tyberis ripa ſe deiicientes: ad alteram fluminis oram euadebant. Alii in propinqua
ſe recipiebant oppida: Nonnulli dum fugere: armis impediti: non poſſent: paſſim ab ho-
ſtium exercitu capiebantur. Capti ſunt equites ſexcenti: deſiderati nulli referuntur Ciui-
um qui arma ferre potuerunt: ingens capta multitudo: qui in uincla coniecti multis mili-
bus nummũ: quibus ſtipendium militibus datum: ſe redemerunt. Hac calamitate mirum
immodum attriti ſunt Peruſinorum animi. Per hos dies Paulus Vrſinus. & Sfortia: de q-
bus ſupra feci mentionem ſuperiore Romano bello ſocietate facta: ad Brachium uene-
runt. coniunctis caſtris: exercituq; luſtrato: iuuenta ſunt equitum circiter quattuor milia.
peditum numerum perexiguum fuiſſe comperio. Tantis unum in locum coactis copiis.
Brachius ne tempus ocio tereret. Notis Auguſti Torſiano ingenti relicto præſidio exer-
citum mouit: ea die amplius q̃ duo milia paſſuum progreſſus inter Tyberim & Bucarel-
lum nunc dirrutum oppidum: poſuit caſtra. Poſtero deinde die prima ſtatim luce ſigno
expeditionis dato per ripam Tyberis itinere celeriter facto ad pontem Patulum conten-
dit: oppidum ad occidentem flumine abluit Tyberi. qua uero in campos liberos ad ori-
entẽ exit latiſſimo cinctũ muro: foſſa ẽt ualloq; munit. Multis alii de cãis eo potiri oppi-
do Brachi⁹ cupiebat: maxie tñ oium ꝙ põtis aditũ ad traiiciẽdũ flumẽ neceſſariũ cogno
ſcebat: ubi ad locũ puẽit oppidanis iprouiſis: cõcitatiſſimo impetu plurib⁹ ſimul admotis
ſcalis: quæ conſuetudine ſua a leuiter armatis militibus ferebant: oppidum cæpit: eadẽq;
celeritate traiecto ſtatim ponte i ſuperiora & monticulis poſita caſtella pcurrit. Plurimis
dirreptis atq; incenſis uillis. & præda quanta nunq̃ antea abacta illo ipſo impetu. & cele-
ritate ad Ciuitatis portas ſe oſtendit. Hac de re tantus Ciuium animos inuaſit pauor: ut
cum ſuperiore calamitate: tum hac ſubita incurſione perterriti: nemo arma capere: aut ur-
bem exire auſus ſit. Quarta die poſt captum Pontem: inferiorem agrum: qua Tyberis in

terfluebat cum leuiter armatis militib⁹ depopulatus Prætulam:quæ in fluminis ripa ſita
eſt direptam milites incenderunt.Plures eo die molæ frumentariæ affractæ atq; diiie-
ctæ.Cæterum ꝙ Ciues pecora atq; armenta ſubduxerant:parum prædæ eſt actum.Vil-
læ atq; ædificia paſſim igni:ferroq; uaſtata.Paucis poſt diebus ad ſuperiorẽ fluminis orã
caſtris permotis multa caſtella ſua ſponte uenere in poteſtatem.Petramelina magnum
& munitum oppidum ui expugnata atq; direpta eſt . Paulus Vrſinus quum proximum
quoddam caſtellum oppugnaretur:tælo per alterum oculum traiecto confoditur.Ea de
re ſtatim eſt ab oppugnatione ceſſatum.His rebus in Peruſino geſtis.Brachius ad Pon-
tem & reliqua caſtella duabus Cohortibus prædio relictis:quo liberius copia frumenti
commeatus ſuppeditare poſſet.in Thudertinum conceſſit:commodiorem eum arbitra-
tus excurrendi:ac prædandi futurum locum.Nam Peruſini qua parte Tyberis præterla-
bitur:pecora inter mœnia & munitiſſima quæq;:proximaq; Vrbi caſtella compulerant.
Poſtridie q̃ in Thudertinum eſt acceſſum Peruſinum agrum ex aduerſo latere cœpit⁹ ex-
currere.Sed qua parte Peruſia ad Derutam pertinet Tyberis confluente Chiſiſio:atq; un-
das intermiſcente minus frequentia habet uada.Tranſeuntibus iter eſt per pontem:quẽ
Nouum appellant:nunc quidem totum pœne collapſum pontem:tunc uero etiam ho-
minibus habitatum.& arce munitum oppidum.Brachius traiecto per ſuperiora uada flu
mine.Pontem ex utroq; latere oppugnare aggreſſus:duabus continuis horis prœlio con
ſumptis expugnauit.Hac re mirum immodum elati ſunt militum animi:q; uidebant etiã
ſi pluuiis creuiſſet flumen:libere iam in hoſtium fines excurſuros.Nec multis poſt dieb⁹
agro undiq; uaſtato.Brachius ad lacum Thraſimenum cum duabus milibus equitum p-
ficiſcitur.Cauſa fuit ſpes potiendi montis ſitu & natura muniti loci:Oppidũ eſt in Thra-
ſimeni littore poſitum:a quo tribus fere lateribus abluitur:reliquo latere lato & eminen-
ti cingitur muro.tam crebræ per eius mœnia erectæ turres mediam aſpiciunt & tuentur
arcem:undiq; foris eminentia alte aſſurgunt propugnacula Q uidam ex oppidanis fa-
ctioſi homines.& ipſi dum res Optimatium ſtetit domi potentes:prodendi oppidi con-
ſilio habito.Brachium in ſuos fines uocauerũt.Thraſimenus duabus pulcherrimis & cul-
tiſſimis interiectis inſulis:tertia deſerta adornatur.Earum incolæ:ut cæteri qui extrema
incolunt littora:multis uariiſq; nauigiis utuntur:aliquo exorto bello nauigia omnia in
inſulas ſubducunt.Q uod eo faciunt conſilio ut & ipſi ſuccurrere finitimis queãt.& ſi qđ
forte oppidum hoſtes capiãt:nauigandi ad inſulas facultas eripiatur.Igitur cognito Bra
chii aduentu:ingens accolarum multitudo ad oppidum Montem lacu terraq; confluxit.
Q uocirca qui oppidum ſtatuerant prodere:perterriti multitudine:ſignũ nõ dedere.Bra
chius quum multis horis non longe ab oppido conſediſſet:ubi rem minime procedere
intellexit:omni uaſtato agro:re infecta reduxit exercitum.nec multum procul inde Ca-
ſtilionum & Monticellum duo exigua oppida modico impetu expugnata diripiuntur.
Præſidio relicti ducenti pedites:qui finitimũ agrum uexarent:aliquot poſt diebus ex om
ni parte infeſtaturus hoſtem:oppidum Caſilitum oppugnare aggreſſus.Iam uallum atq;
pontẽ tranſilierat:iam undiq; ſcalis muro admotis:milites hoſtiũ compleuerant mœnia:
cũ ex aduerſo excuſſa bombarda.Gulielmũ Mechã altero crure corripuit.Caſu tanti uiri
non tam ab oppugnatione deſtitere milites:q̃ manifeſtam dimiſere uictoriam.Ille exce-
ptus a ſuis.& Thudertum delatus ad medicos:paucos poſt dies pridie Calendas Septen-
bres moritur:uir manu ſtrenuus & ſuo Duci fide atq; conſilio ĩprimis charus.Huius mor-
tem Brachium moleſtiſſime tuliſſe ferunt.Nam citra dignitatem & magnitudinem ani-
mi temperare lachrymis nequiuiſſe.& magnificentius q̃ opus eſſet iuſſiſſe ſepeliri.mor-
tuum etiam in caſtris pro Concione laudatum:non minus ſibi:q̃ omnibus militibus ex-
cuſſiſſe lachrymarum:multiſq; diebus inceſſiſſe ſqualidum.& illum in cœna:illum in ſer
mone appellare auditum.Sed ubi uidet dolorem atq; incõmodum nihil aliud q̃ incõ-
modum adicere:accuſata hominum fragilitate.& inſtabilitate fortunæ:animũ ad bellũ
conuertit.Interea Peruſini tanta belli mole oppreſſi:proximis caſtellis partim expugna-
tis ac direptis:partim uaſtato ĩcenſoq; agro bellum ſuſtinere nequeuntibus:ultimum co
natum ad excutiendum hoſtem facere decreuerunt.Plurimis ad conducendum per om-
nem Italiam exercitum cum pecunia dimiſſis:domi ĩgentes apparatus:machinas:arma:
tæla faciebant.Caſtella quæ nondum in hoſtium ueniſſent poteſtatem:omnia præſidio:
& frumento muniebant:quæ defendi mœnium imbecillitate non poſſent:ipſi incende-
bant.Agri finitimi hoſtibus ne pabula ſuppeditare poſſent:ferro atq; igni uaſtabantur.
denīq; quacunq;

deniq; quacunq; hoſtes aditum ſibi armis facturi:quacunq; agrum depopulaturi uiderentur:quæ in Vrbem ſubduci non poterant:omnia corrumpebant. Seuire in ſeipſos crederes:quum uniuerſum populum pari conſenſu ſua quenq; parata exutere:incendere:ædificia demoliri:uillas:caſaſq; uideres. Brachius per uaſtatū & exinanitū agrū iter ſibi ad interiora proximaq; Vrbi armis facere:pecoris quod fuerat reliquum in prædam agere. Iam Peruſinæ magnæ copiæ conuenerant:ut obſiſtere hoſti & bellum non modo propulſare ſed etiam inferre poſſe uiderentur. Albericus Babianeus ſub quo Brachius aliquot ante annos militauerat:equitum duxerat duo milia & quingentos. Comes Carrariæ quingētos. Ciccholinus ſexcentos. Tanti coactis copiis:coniunctoq; trium Ducum exercitu:milites qui in hybernis paſſim per arua morabantur:placitiq; Fractulæ ad Brachium conuenere. Hoſtes ne fruſtra tantum exercitum coegiſſe uiderentur:ſimul ne paulatim copiæ deficerent. Fractulam obſidere ſtatuerunt. Itaq; eo traducto exercitu:non procul ab oppido ſtationes & caſtra muniebant. At Brachius ueritus ne ſi hoſtes munimenta perficerent prohiberi commeatibus. & quum uellet exitu intercludi poſſet:repente capere arma. Milites iubet. ordinibuſq; intra mœnia diſpoſitis:quadrato agmine & ueluti uno globo conſertis:ſibiq; inſtantibus Cohortibus aliquot leuiter armatos:qui fugam ſimularent ex inferiore porta dimittit:ordine q̃ longiſſimo:ueluti copiæ omnes ex oppido demigrarēt. Hoſtes qui ſuperiorem occupauerant locum dimiſſis munimentis in fugientem Militē diſſipantur. Ille ad inferiora de induſtria tendens:ſpem capiendi ſui faciebat. Hec cum eſſent Brachio cognita per ſuperiorem portam educto agmine:uacua præſidio ac prope derelicta hoſtium caſtra nullo cæpit negocio. Duces deinde perſecutus ꝙ in editum euaſerant locum profligare non potuit. Illi ſoluta obſidione:omnibuſq; amiſſis impedimentis in proxima ſe caſtella receperunt. Poſtridie reliquis copiis quæ ſuperiori prœlio non interfuerāt ex hybernis deductis. Brachius in hoſtium fines cōtendit:ſperās Duces ipſos multitudine fretos præbita facultate pugnandi ad prœlium eſſe uenturos:tum quo magis hoſtium irritaret animos per ipſas oppidorum portas:tranſitum faciebat occurrente nemine. Marſianū eodē die profectus ꝙ de ꝓdendo oppido agebatur:nō ꝓcul a mœnibꝰ in ripa fluminis cōſedit. Sed ſigno diu nequicq̃ expectato:iratus terri detectam ꝑ Collinā frequentibus caſtellis cultiſſimā Regionem. Querquetum peruenit. Magna hic hoſtiū conuenerat manus ad oppidum defendendum. & præter innumeros pedites. & eos qui confluxerant. Comes Carrariæ cum aliquot Cohortibus delectorum equitū eius loci ꝑſidio erat impoſitus. Brachius quadrato agmine ante oppidi portas tranſitum fecit. Ille parata atq; inſtructa acie eduxit quidem extra portam exercitum:ſed pugnā magnifice detractans:ſuos munito & ſublimi loco:nec multum procul a mœnibus continebat. Brachius ubi uidet metu laborare hoſtem:leuis armaturæ Milites geminas dimittit in partes. Alteros ut in oppidanorum oculis ſubiectum depopularentur agrum. Alteros ut intra hoſtium frequentem aciem tæla cōiicerent. Ipſo cum delectis equitibus denſo & glomerato agmine paratus ſubſidio:intentus haſtis expectabat Tum Comes metu diſſimulato ſignum dat extra munimenta proſiliendi:ratus id quod erat futurum. Brachianū Militem dimiſſa populatione ad prœlium recurſurum. Interea oppidanos:qui in agros pabulatum:lignatumq; exierant colligendi ſui facultatem habituros. Hic prœlio a paucis leuiter cōmiſſo Brachius paulatim loco cedens:patentes in campos eliciebat hoſtem:qui quanq̃ ſuorum confidebat uirtuti:non tamen iniquo loco pugnam committendam putabat. Vbi in campos eſt uentum:aciem paulo ante:ne terrori hoſti eſſet conſertam quantum opus uiſum eſt:explicauit atq; magno facto in hoſtes impetu:ordinibuſq; late perturbatis:mira celeritate conuertit in fugam. Capti præter agreſtes:quos leuis armaturæ Milites interceperant:equites octogin:a:cæteri quod proximū erat in oppidū refugerūt. Hac celeritate non intermiſſa. Brachius per proxima quæq; caſtella excurrens:ad Vrbis uſq; portas progreſſus:præda quanta nunq̃ antea coacta Fractulam exercitum reduxit. Hæc uno die:uno curſu geſta ſunt omnia:ut ſi iter:ſi prœlia:ſi interualla conſideres:ultra humanam uim putes:milia paſſuum circiter quadraginta decurſa. Marſiani cōſeſſum in inſidiis Querqueti cum uictoria pugnatum:uentum ad portas urbis:prædam maiorē q̃ ſuperioribus bellis peractam. exercitum cum præda reductum Hæc omnia uno die geri potuiſſet uix ipſe credo qui ſcribo:etſi omnia certa a nobis:exploratáq; ſcribuntur. His rebus in Peruſino geſtis:cogitare cœpit ſi quo pacto Montonum recuperare poſſet Paternum atq; auitum oppidum. Sed ꝙ erat natura atq; opera egregie munitum:ut ui expu-

gnati non poſſet:agere cum oppidanis cœpit:qui ei plurimum afficiebantur de tradenda arce dictum tempus dicta dies eſt qua die prodino conuenerat in agrum Montonenſem cum omnibus copiis ſub occaſum ſolis profectus:tota nocte Militem in armis habuit.Fertur paterna in ſylua conſediſſe exercitum.Sed Militibus ignes nimium late facientibus:reliqui oppidani cognito hoſtis aduentu uigilias duplicauere.cuſtodes arcis pleriq; mutati.excubiæ circum mœnia tota nocte in armis habitæ.Re per hunc modum patefacta:milites ſyluam omnem.& paſtoria quædam tiguria latiſſimo incendio uaſtauere quos quum Brachius per iocum increparet:q in ſe bellum conuertiſſent paterno uaſtato prædio:reſpondiſſe nonnullos ferunt.immo uero tu tibi inferebas bellum:cum tuis hoſtibus belli alimenta præberes.Omnibus deinde populatis finitimis locis ad ripá fluminis Tyberis caſtra promouere:nec procul ab oppido Fracta:quod Peruſinorum præſidio tenebatur agere prædam cœperunt.Oppidani nihil hoſtile metuentes in agros pecora deduxerant:paſſimq; toto agro ſuis intenti ſtudiis aratores aſpiciebatur Ingens pecorum atq; agreſtium captus numerus.Ciccholinum qui Fractæ præſidii cauſa morabatur milites ad pugnam concitauere.Sed primo impetu repulſus aliquot amiſſis equis in editum & oppido finitimum collem effuſiſſima fuga ſe recepit.Brachius omni fluminis ora uexata ad Pontem Patulum exercitum perduxit Inter hæc Ciccholinus ex proximis caſtellis accito milite Peruſinam primum:deinde ut hoſtem anteuerteret Bruſam cótendit inico loco hoſtem inuaſurus:hoſtem ſperans iter fluminis montiumq; anguſtias:aut oppreſſurú tranſeuntem exercitum:aut ſi id nó poſſet:prædam repturum:aut ſi ne id quidem daretur incurſionibus atq; reliqui agri uaſtatione prohibiturum.Nec Brachio quidem cóſilium defuit.Compoſito enim procedens agmine prædam omné in medio collocauerat.Tum ubi ad anguſtias eſt uentum leuiter armatos milites ad occupandum ſupremú montis iugum præmittit.Qua re cognita hoſtes ueriti ne de ſuperiore loco inuaderentur:non ſolum abſtinuere prælio:ſed etiam loco excedentes liberum iter Militibus reliquerunt.Sed anguſtias celeriter prætergreſſi:proximiſq; Bruſæ collibus occupatis ſuperiores a latere prædam atq; hoſtem inſequebantur tam modico iteruallo:ut duorum agminum ſeſe ad prælium irritantium uerba exaudirentur:telaq; utrinq; coniicerétur.Quæ res Brachianum militem ne latius prædari poſſet in ordine continuit:hoſte nec facultatem pugnandi:nec excurrendi poteſtatem faciente.Brachius continuo itinere per medium hoſtilem agrum facto:ad oppidum Fractulam cum exercitu incolumi reuertitur.Illic laudatis pro Concione militibus prædam diſtribuit.Continuos deinde cóplures dies excurſionibus factis locupletam aſſidua præda militem:ad ſua quenq; hyberna dimiſit.Peruſini ex omnibus partibus infeſtante hoſte iam non ſolum ad bellum acrius ſentire:ſed maniſeſta premi obſidione uidebantur.Quippe ſuperiorem agrú uergentem ad Septentrióem aſperum & montoſum:qui ad pontem Patulú præſidio erant relicti late pabulabantur:inferiorem qui Torſiano præerant:quiq; Fractulæ diripiebant Qua uero pertinet ad occidentem ſolem Caſtilionum & Monticellum ſuperioribꝰ diebus expugnata finitimos duriſſime laceſſebant.Parua quidem illa oppida:ſed libero patentia tractu & peditum præſidio egregie munita.Cum igitur tantis undiq; excurſioná quaſi ſtimulis uexarentur:non portas egredi:non ſuburbanos agros uiſere audebant omnia pauore atq; metu hæſitantia.Vrbs magna:munita populoſa ſemper noctu:nonnunq̃ interdiu portas claudere:totas noctes uigiliæ in armis fieri:plærunq; incerti tumultus excitari:concurri undiq; in forum cum armis.Vrgebat præterea inimica plæbi fames:quá exuſti agri:ſuccíſa frumenta maiorem indies acerbioremq; promittebant.Et quo minus aderat ſpei:hoc plus formidinis inuadebat.Murmura erant uaria Reip.miſeriam deplorantium:ciues inter ſe diuerſa ſentire.Principes qui erant Ciuitatis:reliquo populo non ſatiſfacere:ipſi frumentum abunde eſſe:cæteros quorum maior eſſet numerus egere:aut carius ſanguine conſtare:a paucis de induſtria trahi bellum:qui pacem poſſent uel pecunia:uel aliqua paucis conditione redimere:cóductum exercitum magis augere famem q̃ agrum defendere:quas non uillas incenſas:quæ caſtella:quos agros nó ab hoſtibus eſſe direptos dicere.Duces omnes eſſe ſuperatos:ſeq; in oppidis timidius q̃ ipſos oppidanos continere:eoſq; ipſos rapinis intolerabiliores q̃ hoſtes eſſe.illos aperte gerere bellum ut caueri poſſet:hos quo nihil eſſet remedii clam furtis:latrociniiſq; uexare.& ſe magis quá hoſtes laceſſere:tum non modo pecunias publici ærarii:ſed ſanguinem populi ſtipendiis exauſtum eſſe.Hæc palam publiceq; iactabantur & prope erat ut niſi alia res auertiſſet

hoſtem:ſeditio

hoſtem:ſeditio in ciuitate fieret. Per id tempus Camertes: quibus Berardus imperabat:
quum uaria inter ſe agitarent conſilia:magnam domino ſeditionis:rebellióíſue ſuſpitio-
nem iniecerant. Nam illi quoq; factionibus accerrime laborabant. Quorum plærıq; uel
ꝙ ſeruire domino non poterant:uel ꝙ aliis imperare cupiebant eiiciendi Berardi conſili
um cœpiſſe dicebantur. Quam ſuſpitionem augebant permulta. Iuſſi uenire ad curiam
non parebant. Noctu per forum armati atq; inermes: ut cuiq; erat libido graſſabantur.
Nocturnos cœtus:turbulentas conciones facere. Deniq; omnia inſolenter ſuperbeq; agi
tare. Domini auctoritas contemptui habebatur. Veritus igitur Berardus: ne qua tumul-
tuoſior orta ſeditio Imperium ac Ciuitatem & fortaſſe uitam eriperet. Brachium acciuit
ueteri familiaritate officioq; deuinctum:ut eſt deuinctus qui nõ referre magis q̃ accumu-
lare debet beneficium. Quem Brachius a Ludouico Firmano:quem a Martino Fauenti-
no:quem a Fabrianẽſibus paulo ante defenderat. Cum omnibus igitur copiis profectus
in Camertes:ut ſi gratia ſedare non poſſet ſeditionem: auctores ui Ciuitate depelleret.
Vrbem placide amiceq; ingreſſus eſt:ac poſtridie primum ſingulos allocutus:deide uni-
uerſos uocatos in Concionem paucis benigne. modiceq; caſtigauit:cuius mihi digna ui
ſa eſt oratio quam eius geſtis infererem. Equidem inquit uiri Camertes non tam Be-
rardi gratia:q̃ periculo permotus ueſtro huc ueni. Nam illi ſæpe alias prodeſſe poteram:
uobis ſi nunc defuiſſem:amplius non poteram. Imperium ubi eſt amiſſum recuperari po-
teſt aliquando ubi Ciuium animos inteſtinæ cædes iuaſere:perpetuum eſt malum. nec
facile ſedatur odium quod per uim atq; iniuriam hominum animos inflãmauit Illud in
filiorum:illud in nepotum penetrat mentes nec ulla poteſt extingui uetuſtate ubi ſemel
gladii uis incubuit:nequicq̃ obſiſtas uerbis:aut moriendum eſt tibi:aut quod æque miſe
rum eſt Ciuium tuorum clade uincendum. utrunq; ſane calamitoſum & miſerabile. Nã
pelli Ciuitate:ſpoliari:uita:fortunis. liberis:quid hoc tandem poteſt eſſe miſerius? Ciues
autem tuos ferro interimere: quid hoc magis calamitoſum. atq; nefarium: Prætereo
amicos: affines: propinquos: quos ubi offenderis: metuas neceſſe eſt. Nec tui erit
arbitrii: quos potiſſimum offendas: diuerſam factionem ſecuturos: & parentes a libe
ris Ciuili bello ſæpe diſſentiunt: Atq; ideo Ciuile diſſidium cætera bella immanitate
uincit:ꝙ non barbari:non incogniti aut alieni uirtute atq; robore:ſed tui propinqui: ſed
quod neſcio an arctius eſt uinculum Ciues tui erunt offendendi ſcelere atq; iniuria. Præ
tereo illorum ipſorum umbras:quos occideritis:quæ cõtinue uerſari uobis ante oculos
& magnas in uos concitare furias uidebuntur. Quid dicam ultorem deum:qui cogita-
to nedum perfecto ſcelere penas petit. Ille uobis unas ædes:una templa:una ſepulchra eẽ
uoluit. Vos ueſtros Ciues ſuis in domibus quieſcere non ſinetis. Ruitis in factiones:per-
petuum & pernicioſum:etiam ualidis Vrbibus malum. Quid agitatis. Camertes:ueſtrã
ne uultis exinanire Ciuitatem? An quoniam ueſtrum non capitis:alieno populo mœnia
complere ſtatuiſtis? An & hoc quoq; non cernitis grauiora eſſe arboribus aliena poma:
q̃ ſua? Si qui eodem cœlo nati:iiſdem orti progenitoribus:iiſdem moribus inſtructi ſũt.
ferre non poteſtis:quo pacto feretis incognitos? Quid exiſtimatis ſi factiones &. Ciuilia
excitaueritis bella:num putatis liberos ueſtros:num etiam nepotes eſſe quieturos. Sæpe
in matris utero latuit:qui paternas iniurias perſecutus eſt. nunc etiam quum hæc agitatis
in matrum uiſceribus ad inimicicias ſimultateſq; ueſtras armãtur. Sugitur enim atq; ebi-
bitur cum ipſo lacte Ciuile odium. & ubi ſemel eſt deguſtatum: ſanguine: atq; cædibus
ſatiari nunquam poteſt. Turpe eſt prædia quidem liberis ueſtris theſauroſq; relinquere:
quos amittere illi uaria fortuna poſſint:odiis autem & inimiciciis quæ deponi non poſ-
ſint:uacuos non relinquere. Ponite uobis ante oculos Ciuilis belli incommoda: cædes
Ciuium:eiectiones liberum:domorum incendia:ſpoliationes agrorum:opum: fortuna-
rumque direptiones:nocturnos:diurnoſque tumultus. Tot metus. Tot pericula. Tantas
& tam continuas clades. Cuncta libidine. nulla legibus moderanda. Hæc etiam ei poſſũt
diſplicere qui fecerit:& tamen in incerto eſt:cui belli fortuna arriſerit. quæ etiam ſi ſecun
dã ſe oſtendat:non poterit eſſe diuturna. Veluti concuſſa domus cuius altera ps prior la
befactata conciderit:altera diutius conſtare non poteſt:niſi ꝙ altius cadunt Vrbes q̃ dom⁹.
Maiores mei Ciuitate fuere eiecti & me quoq; eadem fortuna uexauit: quid facere puta-
tis illos ipſos quorum nos maiores eiecerunt:non ſomnium:non quietem capere poſſũt.
accuſant parentes atq; auos ſuos q ad hæc ſe diſcrimina:picula q; gẽuerũt:& quæ ipſi nõ
conceperunt:odia atq; inimicicias:ea nunc alere inuiti exercereq; coguntur: qui ſi etiam

dormirent:ſi quieſcerent ſi nihil timerent periculi:humanius tamen putarent nos domi
eſſe q̃ fons.Sed quid hæc cõmemoro.Ego mulros annos continuũ bellum gero : ut Ci-
ues mei domi eſſe poſſint.Vos ueſtros ſua:& uoſipſos ueſtre tentatis eiicere.Nõ hæc agi
mus dicetis.Ego quoq; ſcio uos iſta non agere habent enim ſumma mala . leuia atq; in-
firma:nonnunq̃ etiam honeſta principia: & paruæ radices in magnas arbores paulatim
excreuerunt.Nondum eo uentum eſt:at ſerpit occulte hoc malum:& ubi ſemel mentem
innaſit:recidi nullo modo poteſt.profert ſeſe latius : & cuncta Ciuitatis uiſcera peruaga-
tur.Nunc enitendum eſt uobis extirpare nondum corroboratam peſtem: nequicq̃ pau-
lo poteſt ubi omnium animos occupauerit extirpatum.Nam quid per deum imortalem
uobis habetis?Quid quæritis niſi ueſtra uos nimia bona corrumpant.Ciuitatem habetis
imprimis opulentam:dominum iuſtum:clæmentem:magnificum:liberalem.Quid ab il
lo concupiſtis unq̃ quod nõ ſtatim impetraueritis?Sed hæc omnia perinde ſunt ut quiſ
q; utit.Nam ubi neq; tuis rebus contentus ſis:neq; ei pateas cui leges parere te iubeant :
quid tandem remedii erit Camertes?Copia in faſtidium uobis:liberalitas in contemptũ
uerſa eſt.nec iuſticiam in uobis pati uultis :nec eadem in aliis carere poteſtis . Omnium
malorum origo ueſtra ſimultas eſt:quã niſi hodie depoſueritis:uereor ne mihi quoq; do
lendum ſit:qui iampridem afficior uobis.Superiore bello quod cum Arimineñſium Du
ce geſſiſtis:quod opem ferre potui:nihil equidem ceſſaui . implorantibus uobis auxiliũ
domeſtico intermiſſo bello cum omni exercitu præſto:fui.hoſtem ueſtrum aut uici : aut
fugaui.Satis mihi tunc quieti eſſe uidemini:ocio corruptis:& in factionem euntibus ue-
reor ne opem ferre non poſſim:ueluti intemperanti ægro nulla poſſunt medicaméta cõ-
ferre Qua enim in Vrbe Ciuium ſtudia uoluntateſq; diſſentiunt:eam nulla arma : nulla
mœnia tuebuntur.Dicerem hoc mihi ſatis futurum ſolatii :q; quotiés de calamitate ue-
ſtra cogitaré:totiens huc me ueniſſe:præmonuiſſe: futura hæc uobis dixiſſe recordarer.
Magnum etiam in parente nedum in amico ſolatium.Sed propenſior eſt animus meus
in Ciuitatem ueſtram:quam ab hoſtium prope manibus eripui:eam a domeſticis factio-
nibus defendere.Vtinam ſic poſſim ut cupio.Quum ueſtra mœnia quum uoſipſos intue
rer:uidebam nonnulla beneficii mei extare ueſtigia.Quum uero muliercularum more
de domeſtica uenuſtate contendere uos audirem.interponendam putaui:& gratiam : &
auctoritatem meam:ne priora beneficia ueſtra internicione delerentur,.Siquid unq̃ ægi
pro uobis fortiter uiri Camertes:ſi hoſtem ueſtrum iam uobis ad portas imminentem a
ceruicibus ueſtris reppuli.ſi quæ illi oppida expugnauerant:ea ego in fidem ueſtram:po
teſtatemq; reuocaui:oro uos obteſtor.ut iſta odia.ſimultates.diſſidia. ſi nõ ĩ ſaluti ueſtræ
meæ ſaltem gratiæ condonetis.ut quos ego ab hoſtili ſeruitute liberaui:gloriari poſſim
a domeſtica cæde:inteſtinoq; diſſidio defendiſſe.Hæc cum dixiſſet ingens populi ſecu-
tus eſt clamor.illum amicum.illum dominum.illum Ciuitatis parentem eſſe.Se uero ĩ-
dignos eſſe quos ipſe cum oĩm bello.tum nunc etiam in pace ſeruaſſet.Iam eo ſuperbiæ
uentum a paucis.ut nullum ſui modum:rationemq; haberent.& domino æquari uelle :
quos multi Ciuium dignitate anteirent.Cæterum daret ueniam omnibus:ſperare nunq̃
poſthac in eam demẽtiam redituros.Componeret rem dominum Ciuibus:ciues domi-
no reconciliaret.Sperare hunc diem Ciuitati:Populoq; Camerti fœlicem .fauſtumq; fu-
turum.Multis admixtæ uerbis lachrymæ profluebant.Brachius utendum occaſione ra-
tus dum Ciuium animi recenti perſuaſione tenerentur:totum triduum cõmoratus :om-
nes priuatas publicaſq; contentiones ſuſtulit.Erat in Brachio non ficta:& ſimulata calli-
ditas orationis.ſed grauius nudaq; in dicendo ſuauitas.non arte.ſed natura.nonnihil ẽt
induſtria comparata.Nemo iratos hominum animos remiſſius demulcere.nemo horta
ri uehementius:ardentiuſq; excitare:in milites blandus . nec tamen rigidus aut triſtis in
cæteros Admixta præterea ingens quædam cum bellica ſæueritate Ciuilis atq; Vrbana
modeſtia.ut non magis belli:milinæq; uerſatus eſſe:q̃ domi ægiſſe ætatem uideref.His
rebus Camerini confectis ad oppidum Fractulã reuertitur Productoq; ut erat in acié ex-
ercitu:nouas excurſiões quottidie facere hoſtes:qui eius diſceſſu reſpiraſſe aliquãtulũ pu
tabant:multo acrius:atq; infeſtius q̃ antea uexare ne unus quidẽ:aut ad ſummũ alter præ
terire dies:quo non ille ad Vrbis ſeſe portas cũ præda:cũ exercitu oſtẽtaret : quũ ad Fra-
ctulã ſtatiuæ haberent.Brachio nunciatũ eſt Gualdũ:qđ uocãt Cataniæ opulẽtũ ac mu-
nitũ Ciccholini oppidũ ſeditioné feciſſe.repẽte igif expeditis Cohortib' Gualdũ ſũma
cũ celeritate ẽ ꝓfectus:captoq; ſubita atq; ĩprouiſa oppugnatõe oppido:eqtes qnq̃gita,q
præſidio erant

præſidio erant relicti præde militibus dati oppidum a direptione ſeruatum. Nec multo
poſt Fulginenſium Tyranno quattuor milibus nummum acceptis traditum. Interea ho
ſtes audita Brachii profectione ſpeculatores ad Fractulam miſere: quod ubi nullo teneri
præſidio eſt nuntiatum: parua & expedita manu expugnatum ire ſtatuerunt. Ducenti eq
tes erant quos Peruſini ad Papianum oppidum tuendum reliquerat quorum ductor An
thonius Neapolitanus animo ꝙ ingenio uaſtior. Ergo pulcherrimum geſturi facinus ad
Flactulæ mœnia peruenerunt. Forte Brachius paulo ante Gualdo reuerſus: uix equo de-
ſcenderat quum cognito hoſtium aduẽtu claudi portas oppidi iuſſit: metum ab oppida-
nis ſimulari Ipſe interea expeditiſſimo milite in Cohortes diſtributo agmina leuiſſimæ
armaturæ non procul a porta diſponit. Hoſtes rati oppidanos metu laborare iam ſcalas
admouerant muris: turbariq; a ſtationibus oppidanos conabãtur. Tum uero apertis por
tis: ſubitaq; militum facta magno cum impetu eruptione: hoſtes ingenti terrore perculſi
per oppidi foſſas ſeſe præcipites dare: fugere: ſalas equoſq; deſerere. ſed a leuiter armatis
militibus plæriq; inuaſi capiuntur. Anthonius cum quinquaginta equitibus in proximã
Thudertinorum confugit arcem. Sed a cuſtode in interiorem turrim non receptus: inter
extrema & leui foſſa tenuiq; muro præcincta munimenta ſe coniecit: robuſtioribus dun-
taxat equis in arcem ſubductis. Hunc cum paucis inſecutus Brachius cætero exercitu pau
latim confluente totam noctem munimenta oppugnauit: pauloq; ante primam lucem.
Anthonius deſperata ſalute hoſti ſe permiſit. Cuſtos arcis cum dedere quos ſubduxerat
equos recuſaret. Brachii iuſſu emiſſa clam ſagitta traiicitur. Quo paulo poſt mortuo: &
turris & equi uenere in poteſtatem. Capti ea profectione equites quinq; & ſexaginta. Po
ſtero die Brachius nulla quiete militibus data Tyberis põtem: qua iter eſt ad Aſiſium im
poſitamq; ponti turrim occupauit: propius iam infeſtaturus hæſitantem hoſtem. Nec
enim amplius duobus milibus paſſuum diſtabat ab Vrbe. Quattuor deinde intermiſſis
diebus duo parua caſtella proxima Torſiano in fidem recepit. Marſianum armata manu
proficiſcenti oppidani portas ſtatim aperuere. Hæc tanta celeritate conficiebantur: ut ho
ſtes neq; conſilium capere: neq; qua parte magis tueri ſe oporteret ſcire poſſent: adeo cun
cta Brachii celeritate præueniebãtur. Ciuitatem interea uarii metus: uariæq; formidines
agitabant: ſiue propior: ſiue paulo remotior eſſet hoſtis plus ſemper periculi incumbere:
plus detrimenti capere querebantur. Itaq; publico inito conſilio legatos qui ſignificarẽt:
quo in ſtatu eſſent eorum res: ꝗq; in periculo uerſarentur: ſimulq; ut ſubſidium implora-
rent: mittendos ad Regem decreuerũt. Acres fuere legatorum querelæ: poſt Hetruſcum
bellum ſolos fuiſſe quos undiq; bella. rapinæ: incendiaq; uexaſſent: finitimos ꝙ cum Re
ge ſenſiſſent. infeſtos eſſe magnis hoſtium conatibus eripi Imperium. nec tam periculo-
ſum ipſis ꝙ Regi turpe eſſe ſuam ſecutos fidem: ſuo deditos imperio non defendere. Bra
chium non iam agro: quem totum aut ſubægerat. aut uaſtauerat: ſed ipſis Vrbis mœni-
bus imminere. Quod ſi cum finitimis de regno: aut finibus certarent: oia fuiſſe paſſuros.
potuiſſe ſe urbano tueri præſidio: nunc cum his bellum eſſe aduerſus quos nihil magis
ꝙ Ciues extimeſcerẽt. Nec de agro & laude bellica. ſed de uita: ſanguineq; dimicari. Nec
queri ut nouo pareant Imperio: ſed ut omnibus affecti malis domo & Ciuitate pellan-
tur: ut præbeant iugulum. Denique ut perpetuo patria & uita careant. Rex Legatione
accepta: quod de inferendo iterum Hetruſcis bello conſilium teneret: ſimul ne deſeruiſ-
ſe uectigales: ſocioſque uideretur Sfortiam qui paulo ante ſub ſe ſtipendium facere cœ-
perat cum aliquot Cohortibus Peruſinis auxilio mittit. Sed ante Sfortiæ aduentum ali-
quantum temporis atque belli intercurrit. Brachius in ditionem accepto. Marſiano
commodiorem belli locum nactus cuncta hoſti difficiliora faciebat. Nam fertile ac mu-
nitum oppidum intra primos Peruſinorum fines ſitum: & pabulationis: frumentatio-
niſque magnam copiam ſuggerebat: & ꝙ præterlabente abluitur Neſtore flumine. la-
te hoſtibus minabatur. Inter hæc Carranæ Comes: quem Querqueti præſidio dixi-
mus impoſitum: ut ipſe quoque egregium aliquod moliri facinus uideretur. Marſianen
ſium agrum excurſus: quo tutior procederet res: magnam & bene armatam: equitum
manum ante oppidi mœnia de tertia uigilia ſub ripa fluminis collocauit: ſperans Bra-
chium parua manu occurſum prædatoribus uenturum: caſurumque in inſidias. Sic reli
quis copiis late agrum depopulari iuſſis: ipſe cum paucis rei euentum expectabat: aut
ſubſidio uenturus ſuis: aut palantem: effuſumque militem a præda reuocaturus. Igitur
prima luce agreſtes: qui partim pecora colebant: partim colebant agros: cum Brachii
ſtatiuis: tutos ſe eſſe arbitrarentur: late diffuſi per agrum: ab hoſtibus inuaduntur.

tolluntur undiq; ad cœlum clamores nam hoſtes ut terrori eſſent:oppidani ut auxilium
accirent altiſſimis uocibus conclamabant.Brachius non temere prouectum hoſtem arbi
tratus:repente omnibus militibus arma capere iuſſis : duas Cohortes ad occupandum
reditum permittit:ipſe cum cæteris copiis in palantes effuſiſſime facit impetum.Qui ad
ripam fluminis conſederant.Brachianis Cohortibus a fronte ſeſe oſtenderunt: factoque
in eas incurſu manus conſere cœperunt.Comes ubi conſertam aciem eſt conſpicatus:ra-
tus eo prelio Brachium implicitum:de ſuperiore ſtatim occurrens loco ſuorum confir-
mabat animos.Sed Interea Cohortibus acri animo ſe defendẽtibus : milites qui præda-
tum ierant uim Brachianorum ferre nequiuerunt:dimiſſa Præda:conuerſiq; in fugã pars
capti ſunt:pars ſeſe ad Comitem receperunt.Ille cum icolumi exercitu ſe recipere potuiſ-
ſet:q; Brachium prœlio adeſſe exiſtimabat:ſperãs capere eum poſſe ultimum belli diſcri-
men adeundum conſtituit:Brachius cognita ſuorum pugna:partem militum mittit ad
occupandum tranſitum:quo peruenire duæ priores Cohortes non poterant.ipſe cum re
liqua parte copiarum ſuis iam feſſis ſubſidio uenit tanto curſu & clamore:ut hoſtes non
expectato impetu ſtatim in fugam conuerterentur Fugientibus præmiſſæ Cohortes oc-
currerunt:magnumq; ex his numerum confoderunt Comes equi pernicitate per mediũ
hoſtem prætereuectus incognitus euaſit.Centum quinquaginta equites capti eo prœlio
referuntur.inter quos Obecium Comitis filium Brachi⁹ magnifice donatum poſtero die
remiſit ad patrem.Peruſini qui iam ſpe Regii auxilii animos erexerant:confirmato exer-
citu ad defendendam Derutam:ſimulq; ad arcendum hoſtem exercitum miſerunt: oppi-
dum magis ſitu:ſed tamẽ etiam opera munitũ.Huic proximũ erat caſtellum. Collempe
pum uocant incolæ:quod in mõte ſitum Brachius initio belli Peruſini cœperat:præſidi-
umq; impoſuerat.Comes in ſpem potiundi oppidi adductus : ſperans incognitam pro-
fectionem ſuam hoſti futuram:cum omni exercitu ad collem oppugnandum contendit
Quod ubi Brachio per exploratores eſt nunciatum.Tybri magna cum celeritate traiecto
Comitem oppugnationi intentum:a frõte:a tergo:a latere ſimul adortus:grauí commiſ
ſa pugna profligauit.Capti equites galeati centum.duo præterea Comitis filii:Obetius:
quem ſuperioribus diebus captum dicebamus:& Ardicio natu grandior:quos ſtatim cũ
muneribus remiſit.Poſt hanc pugnam adeo fuere attritæ Comitis copiæ:ut nunq̃ ampli
us eo bello:niſi aliis aſcitis Ducibus in aciem prodierint.Dum hæc geruntur Sfortia Pe-
ruſinis auxilio miſſus tertio Calendas Maias in eorũ fines peruenit:iunctiſq; cum cæteris
ducibus copiis:ac hoſtium ſpreta paucitate Marſianum obſidione cinxerunt.Brachi⁹ ue-
ritus ne hoſtium potentia conterriti oppidani a ſe deficerent:omnibus copiis quæ i agro
Thudertino hyemauerant ex hybernis deductis:non procul ab oppido poſuit caſtra:aut
ab obſidione prohibiturus hoſtem:aut totis uiribus belli diſcrimen aditurus.ducibus in
ter ſe diſſentibus:alii prælium ineundũ:alii ſoluendã obſidionem cenſebant.Inter hæc
Brachius parata atq; inſtructa acie : ne hoſti pugnandi facultas deeſſet:q̃ æquiſſimo lo-
co ſe oſtendit.Duces & ipſi compoſito agmine ad ripam Tyberis receſſerunt.Quos ubi
fugã magiſq̃ pugnã optare cognouit:quadrato agmine a tergo inſecutus paucos ex ulti
mis cecidit Eodemq; ſeruato ordine:quum hoſtes ad alteram fluminis ripã euaſiſſent:ip
ſe Marſianũ cum uictore exercitu reuertitur.Hæc dum ad Peruſiam geruntur poſt tantas
rerum fluctuationes inter ſummũ Pontificem:& Ladiſlaum Regem:confecta tandẽ pax
eſt haud ſane multũ duratura.Hæc res Peruſinos aliq̃diu quietiores habuit.ſublata bella
ſunt:ſublatæ offenſiones:quum Peruſini ſub Regis eſſent imperio:& Brachius Pontificẽ
pacis:belliq; auctorem ſequeretur Nihil exulibus quidem incõmodius accidere potuiſ-
ſet.Ciuibus autem nihil magis in tempore atq; utilius euenire.Duces uicti:exercitus pro
fligati:uaſtatus ager:incenſæ uillæ:oppida partim ſua ſponte dedita:partim ui expugna-
ta.Ciues publice:priuatimq; pecuniis exinaniti:annonæ ingens caritas:ingentior fames:
atq; ex hoc ipſo bello nata diſſidia.Hæc omnia inuaſerant Ciuitatem:niſi ſubita pax iter
ueniſſet:paulo poſt perituram.Per id tempus Pontifex Romæ compoſitis rebus Bononi
am recipiendæ Vrbis gratia proficiſcitur.Brachius ſequi Pontificem iuſſus Fractulæ:cæ-
teriſq; caſtellis:quantum ſatis eſſet præſidii diſpoſuit.Ad Pontem Patulum Iacobum Ar
chipræſbyterum clarum domi ac militiæ uirum : prædio reliquit . Cætera oppida ſub
Berardi Camertiũ Tyranni tutela atq; imperio eſſe iuſſit.Ipſe cũ octingentis equitibus:
pauciſq; peditibus qui præſidiis diſponendis ſuperfuerant Bononiam uerſus contendit.
Ariminenſes & Fauentini Camertium bello laceſſiti:tranſitũ per ſuos fines facere prohi
bituri:quingentos equites & tria peditum milia: collectã agris & inſuetã bello manũ ad

iter atq; aditus omnes interclude͂dos tra͂ſeu͂di oppoſuere:iuſſos ſi arcere aliter nõ poſſent
manu belloq; decernerent. Ventum erat ad Fauentinorum amnem. Canalem accolæ uo
cant quum:ex aduerſa fluminis parte crebræ militum ſtationes ſecundum ripam diſpoſi
tæ uidebantur. Poſt ubi paulum progreſſum eſt:pontem quoq; inueniu͂t occupatum. Ia͂
hoſtes non ſolum infeſta direxerant tæla: ſed ad impediendum pontem ingentem uim
trabium:tabularumque conuexerant. Hic Brachiani equites nouo exorto bello indigna
bundi:quum impetum facere in pontem uellent plærią; confodiuntur:pediteſq; temere
inuadentes hoſtem pars multis acceptis uulneribus repelluntur: par in ipſo ponte inie
ctis q̄latiſſime cathenis interclusi capiuntur. Andreas Campanus peditum Ce͂turio cum
quinq; & uiginti militibus ab hoſte correptus. Brachius ubi uidet iniquitatem loci nihil
ſuis q̄ cladem afferre poſſe:milites a pugna reuocauit: eoſq; leuiter increpatos docet ni
hil prœliantibus incommodius eſſe q̄ iniquo loco prœliari. Nocte interueniente ad pro
ximas uillas reduxit exercitum:militibus deinde imperat: ut nocti uſi beneficio: alii qua͂
longiſſimas poſſent trabes:roboraq; ſuccidere͂t:alii ſucciſa ad ſuperiorem fluminis ripa͂
comportarent. Duo milia paſſuum procul a ponte ipſe cum paucis: ne quid hoſtes per
ciperent:longo atq; obliquo interuallo ſegreſſus:quaſi aliud acturus:quo materiam com
portauerunt milites proficiſcitur: latiſſimoq; ſtructo ponte ſupra Canalem ex aduerſum
extendi iubet. Mox reuerſus ad ſuos fortiſſimum quenq; præmittit equite͂:qui ponte oc
cupato totius militis aduentum expectaret. Quos ubi eo perueniſſe cognouit:uix prima
expectata luce ſignum militibus dat per fluminis ripam incede͂di. Hoſtes ubi moueri co
pias ac ſurſum tendere uiderunt. ipſi quoq; per aduerſam ripam quadrato agmine inſeq̄
bantur. At Brachius q̄ prior in expeditionem mouerat exercitum:quum hoſtes uix me
dium confeciſſent iter:flumen cum omni equitatu: peditatuq; traiecerat grauiſſimo cõ
miſſo prœlio. Fauentini dedere terga. Hæc pugna aliquanto cruentior eſt habita: q̄ qui
bus ætate noſtra uti ſolent. Cauſam quidem fuiſſe ferunt militum iram indignantiu͂ tra͂
ſitu ſe ad alienas terras:ne belli quidem tempore eſſe prohibitos. Ego uero non parum
cauſæ fuiſſe arbitror inermium hoſtium ſtolidum conatum. Agreſtes erant imperiti mi
litaris rei:quos nõ uirtus bellica aut animi magnitudo:ſed temeraria multitudinis emu
latio domo ad bellum exciuiſſet. Itaq; paſſim aut inermes:aut ad ſummum loricati cæde
bantur. Nec tamen militis iram auxiſſe cædem negauerim:quem tradunt agreſtium ſan
guine perfuſum uix inhibente Imperatore contineri a ſtrage potuiſſe. Cecidere pedites
centum quinquaginta. trecenti capti. equi cæſi perpauci:capti ducenti referuntur. His re
bus ad Fauentiam geſtis. Brachius magnis itineribus ad Bononiam contendebat. Eun
ti Michilectus Cotignolanus pari equitatu: peditatu multo maiore ꝓceſſit obuiam ani
mo militis. Duciſq; diripiendi. Brachius ueritus ne miles re improuiſa moueretur: pau
cis hortatus eſt: ut priſtinæ uirtutis meminiſſent: neq; hoſtium magnitudo terreret ani
mos:quorum plæroſq; imperitos eſſe rei militaris:magnamq; partem ex proximis caſtel
lis ad ſe diripiendos concitatam:plus illam prædæ q̄ belli importaturam. pugnare͂t acri
animo:& primum quenq; inuade͂rent:perrumperent magna ui in honeſtium equitatum
non dubitare pedites primo ſtatim impetu fugituros. Hoſtis quoq; orabatur ſuos ingen
tem gloriam atq; prædam eſſe paratam. Brachianum militem rece͂ti & diuturno bello lo
cupletatum:præda honuſtum eſſe:facile paucos itinere defeſſos a pluribus integris circu͂
ueniri ac uinci poſſe. Hæc & ſimilia quæ utriq; Duci ad ortandos ſuos occurrere diceban
tur. Igitur inter Imolam & caſtellum Bononienſe congreſſi: prelium collatis ſignis inie
runt. Pugnatum eſt aliquot continuis horis. Neq; enim de controuerſia Ducum. ſed de
militum preda:communiq; gloria certabatur. Tandem inſtante Brachio & ardentiſſime
excitante militem:hoſtes ſe in fugam perturbatis ordinibus conuerterunt. Captus Dux:
capti equites quadringenti. multum gloriæ:nec minus prædæ uictoribus attuleru͂t. Bra
chius duplici uictoria:prædaq; potitus Bononiam perueniens. Eius aduentu Pontifex q̄ ſa
tis iam uideretur habere uirium:multa de conſtituenda ciuitate ac confirma͂dis Ciuium
animis agere cœpit. Nam ante id tempus factioſos & diuturna licentia corruptos attin
gere auſus nõ erat:ueritus ne quid ſeditionis aut tumultus excitaretur:quod futurum ne
ceſſe erat ubi diuturna licentia ſummam. impatientiam peperiſſe. Brachio urbem ingreſ
ſo:ciues magis uereri Pontificem:modeſtiam & æquitatem tueri. deniq; boni liberta͂te͂
cognoſcere:improbi detractatum diu ſubire iugum cœperunt. Hæc dum ad Bononiam
geruntur Paulus Vrſinus Romanæ defectiõis auctor:quum & ipſe ac rege defeciſſet. Sfor
tia & Malateſta ad eum perſequendum miſſis a Rege ad Roccham contratam perfugit:

receptum in arcem regis exercitus obſidebat. Oppidum editiſſimo in monte ſitum aſcenſu perdifficili atq; arduo ab omni erat oppugnatione tutiſſimum: quod ut primũ omnium in Brachii uenerat poteſtatem: ita in eius fide q̃longiſſime manſit. Tris menſes obſidio proceſſerat. Oppidani obſeſſi longe minus q̃ qui obſidebant defatigati aſſiduam immanium ſaxorum molem deiiciebant: quibus præcipiti ſaltu decurrentibus pleriq; hoſtium conterebantur: nec iam ipſis montis radicibus: ſtationes tute habere poterant: ſed aliquo interiecto ſpacio tendere ad multam planiciem tentoria erant coacti. Quippe tum ſuperne deuoluta ſaxa cum ſuo decurſu: tum prærupti montis aſperis præcipitiis concitata nõ ſtatim ſiſtebant impetum: ſed ubi ad planiciem erant delapſa ingenti per campos ſaltu rapiebant. Brachius obſidione audita ſuccurrendum ſuis omni abiecta cunctatione decreuit nec inuito quidẽ Pontifice. Igitur quãto maximo poterat coacto exercitu primũ ad Ceſenæ portũ procurrit. Hic omni excurſo: populatoq; agro ſurgentem medio in portu arcem expugnauit. Capta Caroli Malateſtæ concubina: quã illæ tyrannicæ libidinis diuerſorium clam uxore in arcem abduxerat diruta ſtatim atq; incenſa arce omnem maritimam oram excurrit: tantum pecorum: atq; hominum in prædam actum: ut niſi qui ea die atq; his rebus interfuere. alii crederem nemini. Pro omni præda octoginta milia nũmum accepta: pecunia: pleraq; uiritim militibus diſtributa: reliqua imperatoris fuit. Brachius magnitudine prædæ demoratus Bononienſem in agrum reduxit exercitum.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI DE VITA ET GESTIS BRACHII LIBER TERTIVS.

Ecutum eſt deinde Hetruſcũ bellum: primũ cum Rege: mox aduerſus Peruſinos geſtum. Sed mihi eã tẽpeſtatem: qualem a patribus accæpi cogitanti omnia diuina atq; humana promiſcue tũc exercita: uexataq; uidentur. Rex potẽtiſſimus animo uaſto magis q̃ magno. Italiæ cunctæ imminebat. nec tam quid ad ſua ſpectaret iura: q̃ quid rapere poſſet uerſabat animo. Pontificem ſacratiſſima domo expulerat: ipſe nefaria manu Romanum inuaſerat imperium. Senenſes laceſſiuerat. Florentinis totis uirib9 mouerat bellum. Cortonenſes fraude ſubægerat. Peruſinos receperat in poteſtatem. Roma pulſus uicto profligatoq; exercitu ad intima Regni ſui refugerat. facta deinde pace nouos apparatus bellicos moliuntur ſus immortalium numinum ſedibus inhiare: deniq; iure atq; iniuria cuncta infeſtatum: diripturumq; uenire nunciabatur. Ergo nouo & maiore comparato exercitu rupto fœdere: cõtra dei Optimi Maximi phana ſimulacraq; geſturus bellum. Romam iterum inuadit. Vrbe ſibi atq; imperio extorto: nõ deſunt qui pauiſſe ad altaria ſacrarũ ædium equos tradant. Mox Viterbium eodẽ illo exercitu nefario cõtendens Ciuitate eſt potitus. Sed ne cũ ſolis numinibus gerere bellum uideretur. Fabricium Campanum cum parte copiarum in fines Peruſinorũ præmittit: eiq; imperat: ut quæ oppida ad Brachium defeciſſent: ea in Peruſinorum redigeret poteſtatem. Ille: ut erat imperatum primum Torſianum expugnare aggreſſus oppidanos prœlium nõ expectantes recepit in fidem proxima deinde caſtella pars ui expugnata direptaq; ſunt pars: ſitu muniora ſua ſponte deditionem fecere. Vltimum reſtabat oĩum longe difficillimum. ut Pontem Patulum: quod ualidiſſimo fidiſſimoq; tenebatur præſidio: & præterea Marſianum reciperet. His captis oppidis: nihil fuiſſet reliquũ quominus omnem agrum Ciuium imperio ſubægiſſet. Igitur omni ad Pontem traducto exercitu magnoq; Ciuium habito delectu: oppidum: obſidere ex utraq; ripa fluminis ſtatuerunt. Hec ubi Brachio ſunt nuntiata: ueritus: ne qui præſidio erant relicti diutina obſidione: frumentiq; egeſtate fatigati: ab hoſtibus caperentur. Tum ꝙ obſiden adhuc Paulum Vrſinum intelligebat. Bononia diſcedens magnis factis itineribus puẽit ad Burgum. Nocte ſequenti cum parte copiaꝝ profectus ad Montonũ arce per oppidanos prodita: oppidum cæpit. Inde ſuum aduentũ Paulo ſignificat. & quid uterq; facturus ſit oſtẽdit. dicta dies. dicta hora: qua eruptionẽ Paulus faceret. addit ſe Eugubiũ nõ ꝓcul ab illo decẽ milia paſſuũ profectuꝝ. exiſtimare tñ hoſtes cognito ei9 aduẽtu obuiã ituros qđ ſi facerẽt. nihil ipſe ampli9 poſt auerſum hoſtẽ: ſolutaq; obſidionẽ expectaret: ſed data euadendi occaſione in ſua caſtra concederet. Sin hoſtes in obſidione pſiſterent ſe eoꝝ caſtra inuaſurum:

inuaſurum:prœliumq; cōmiſſurum:ipſe ſupreme,cum ſuis impetum in ſubiectos faceret
Sed quum hoſtes audito Brachii aduētu obuiam profecti ab obſidione diſceſſiſſent.Pau
lus ut erat monſtratum aſpero ſaltuoſoq; itinere ad Brachii caſtra penetrauit. Poſt iūctas
duorum Ducum copias hoſtibus uiſum eſt nouum conſilium capiendum : qui etſi mili-
tum numero ſuperiores erant:plus tamen ex uirtute aliena terroris q̄ ex ſuorum multitu
dine animi capiebant.Eorum exercitus erant duo.Alter ad obſidendum Ponté aliquot
iam nequicq̄ triuerat menſes.Alter quem primum Paulum obſediſſe:deinde in Brachi-
um conuerſum dicebamus.Sed ueriti ne partitæ copiæ opprimi:ac deleri poſſent:ad Pō
tem altero ducto exercitu copias & ipſi coniunxere . Fuere in hoſtium exercitu equitum
quattuor milia pedites octingenti.Brachius duo milia equitum:paucoſq; pedites in ca-
ſtris habebat:qui quanto numero erat inferior:tanto militem uirtute præſtabat . Hoſtiū
plærīq; tyrones.Brachiani ueterani omnes.Illi ornatu equorum:hi armorum nitore ful-
gebant.Illos Regia purpura:auro atq; argento diſtincta uenerandos:hos ingentes haſtæ:
præacuta expeditaq; tæla formidanos faciebant.Deniq; illis emolliti domeſticis delitiis
animi ferri aciem expaueſcebant.Brachianis durata ſole:uentoq; & aſſueta uulnerib' cor
pora:ne ictus quidem gladiorum formidabant.Hoc milite non dubitabat uel iniquo lo
co pugnam maiore cum hoſte committere:ille ad nutum Ducis uno momento currere:
recipere ſeſe:nunc a fronte inuadere hoſtem:nunc a tergo cedere perdidicerat.& quo Du
cis oculi non perueniſſent:ipſe ſibi moderari:ſeruare ordinem:locum æquū : iniquumq;
dignoſcere:imperatoris gloriæ q̄ ſuæ prædæ auidior. Nam illud quoq; conſtat in militi
bus deligendis ſingulari uſum diligentia.nec magnos aut proceros ne quod dicere ſole
bat.equos nimio fatigarent pondere:ſed breues & infra mediocres:robuſtos tamē ac bo
næ habitudinis conducere libentius conſueſſe:maxime omnium quos aduerſa fronte ci
catrices:& deformata plagis:ac uulneribus membra inſignia bellicæ uirtutis notarent .
Igitur hoſtibus in Ponte obſidione præſtantibus.Brachius ſæpe cum Paulo ægiſſe dicit'
ut incautos improuiſoſq; aggrederentur:quem quum ſuam in ſententiam flectere nō po
tuiſſet.Thudertum una profecti:agrum Peruſinum ſæpe alias uaſtatum nouo bello dir-
ripere:uexareq; cœperunt . Nec multis poſt diebus Paulus ad Vrbem ueterem cum ſuis
copiis eſt profectus.Brachius in agro Thudertino ſtatiua quum haberet:caſtellum Leo-
nis:quod ad hoſtes pauloante defecerat:ſubita ui expugnatum:militi diripiendum con
ceſſit.Mox deinde quo propinquiore metu ſollicitaret hoſtem.Marſianum:quod in fide
manſiſſe dicebamus:contendit.Hic noui belli tælis ueteres Peruſinorum cicatrices exul-
cerari cœptæ:ager longe lateq; populari:oppida plæraq; diurna ui:quædā etiam noctur-
na fraude debellari.Deniq; ex omnibus locis prædæ agebantur.His reb' perterriti Peru-
ſini:ſoluta Pontis obſidione:ad finitimum hoſtis agrum exercitum promouerunt:ut uel
multi cum paucis aperto decernerent bello:uel ut clam depopulatores:ut ſit:interceptos
rapinis:excurſiōibuſq; prohiberent. Aduentu hoſtium Brachius ꝙ eius copias Pauli di-
ſceſſu:plus q̄ dimidio impares uidebat:intra oppidum militem cōtinebat:nihil magis q̄
apertum fugiens bellum.Hoſtes quoq; niſi æquiſſimo loco magnifice detractabant pu-
gnam.quoꝝ nimis cauto metu cognito paulatim laſſare militem cœpit:& nunc a læua :
nunc a dextra per occultos tramites ſubitas excurſiones facere:tanta celeritate nonnunq̄
ut intra primas hoſtium ſtationes irrumperent:& prius q̄ arma capere illi poſſent : ſeſe in
columes cum præda reciperent. Aduentu deinde hyemis utrinq; ad hyberna ſubductus
exercitus.Sed nec hyeme ſemper quies militibus fuit.Plærūq; leuia cōmiſſa ꝓlia:nōnūq̄
peditū factæ excurſiones Ciuitatem ſollicitā habuere. Interea Peruſini ueriti ne aduentu
æſtatis hoſtium copiæ augerentur militem undiq; conducere nouaſq; auctiones facere
decreuerunt.Paulus Vrſinus magnis promiſſis ſollicitus a Rege : partem exercitus auxi-
lio his miſit ipſe Regis aduentu expectato : ſæpe Brachium clam : aperteue magis q̄ ho-
ſtem laceſſebat.adeo ſtatim tam preclarum exciderat beneficium Dum tot belli appara-
tus agerentur profectus in Thudertinos.Brachius militibus noui anni ſtipendium dedit
non expectato Regis aduentu.quem mira fama preceſſerat:uiginti equitum : octo pedi-
tum milia in exercitu habere:tanta mole belli Pontificem inuaſurum quāta nuper Hetru
ſco bello reiectum. Thudertini qui Pontificis fidem ſequebantur . q̄q̄ ſitu & loci natura
muniti:tamen ꝙ ciuitas eſt factioſa Brachio cum omni exercitu in urbem recepto.Regis
ingentem procellam expectabant.rati quod erat futurum:magnos illum facturum cona
tus ut media inter Romam Peruſiamq; urbe potiretur.Igitur Rex aduentu ſuo proximis
urbi collibus ac uallibus occupatis urbem cinxit obſidione:ſi ferro expugnare nō poſſet:

ſame domiturus. Brachius qq̃ ſuperiore loco facere potuiſſet in ſubiectos impetum: cognita tamen ſuorum paucitate primum intra mœnia ſe cõtinebat. Mox crebra facta eruptione ſic infeſtabat hoſtem: ut non tam obſidio illa: q̃ pugna uideretur. Iam & militibus creuerãt ai: ut nõnũq̃ facto ĩpetu ad Regis uſq; tẽtoriũ penetrarẽt & hoſtes ꝓcul ab oppido ſtationes ponere ac ſeſe uallo munire cogerentur: ſed multitudine freti: alii excurrebant agrum: alii uillas incendebant: alii ædificia ſuburbana diruebant. Erant qui uineta oliuetaq; ſuccideret. Quæ quum ante Ciuium fierent oculos: unumquenq; ſua tangebant incommoda ſed quum proximas Vrbi plantulas paſſim arbuſtis euelli conſpicarẽtur: tunc demum maximo affecti deſiderio: conſilium dedendæ Vrbis inierunt. Mittuntur ad Regem ciuitatis principes: qui pacis conditionem: deditioniſq; deferrent. Imprimis legati poſtulauere: ut Brachio cum omni exercitu: quo uideretur abeundi poteſtas eſſet. Eam conditionem libenter repudiaſſet Rex. ſed ĩſtantibus legatis: & regiam fidem ac dextram implorantibus uix quidem: ſed tandem eſt recepta. Statim ad Vrbẽ recipiendam quingenti pedites miſſi ſunt. Brachius facta poteſtate abeundi cum exercitu ad oppidum Fractulam ſe contulit. Sed quum pedites a Rege miſſi Ciuitatem furtis: rapiniſq; uexarent additaque temeritati licentia domos alienas clam noctu diriperent: cunctaq; more milit ri libidine ac ui uulgo miſcerentur. Ciues pœnitentia adducti rurſus ad Pontificem defecere uocatoq; ad defendendam Vrbem Brachio Regis deiectis ſignis. Pontificis uexilla ſuſtulere. Cinguntur ergo noua obſidione Thudertini. Qua die hæc acta ſũt Rex miſſa ſuorum manu aliquot equites Brachianos qui pabulatum in ſubiecta prata exierant: ducentos præterea qui erant in pabulis equos corripuit. Proxima nocte Brachius militibus arma capere iuſſis de prima uigilia egreſſus Vrbem tanto impetu hoſtem inuaſit: ut munitionum effractis repagulis: deturbatiſq; ſtatione uigilibus uallum tranſiret: milites ſomno excitati quum ad arma concurrerent: extra munimenta capti: uinctique trahebantur. Quattuor equeſtris ordinis uiri: qui Regis præerant ſignis: dum ad Regis tabernaculum armati feſtinarent capti: atq; in Vrbem ſubducti ſunt. Brachius ubi hoſtes armandi ſui ſpacium nactos prodire in aciem uidet: ueritus ne multitudine circumuentus caperetur: ſignum receptui dedit. Nihil hac eruptione inter tot geſta magnificentius. Rex ipſe ad Vrbis portas inſecutus. ſignariorum ſuam opem implorantium audiebat uocem: qui tamen tanto impetu per collum iuga trahebantur: ut quum Rex ad eos ſe crederet perueniſſe: multo interuallo reclamantes exaudiret. In Vrbem ſubductos: ſpoliare iam cœperat in obſcuro miles: mox admoto lumine reuerentia retardauit. Veſtes erant multo intertextæ auro: calcaria quoq; aurea pedibus internitebant: loricæ galeæq; aureis lymbis criſtatæ aſpiciebantur. nec equi quidem humilius erant adornati. phaleræ: ſellæ: lora denſiſſimo & ipſa interlucebant auro. Brachius Signarios ad ſe uehi re iuſſos perbenigne humaneq; accæpit. Poſtero die quos redimere belli iure potuiſſet: prima ſtatim luce remiſit ad Regem. Detracti ſunt ea nocte ex hoſtium ſtationibus equi ſeptuaginta. Fertur Regem a Signariis ſæpe de Brachio diligentiſſime percontatum: cuius quum illi mirum inmodum commendaſſent: & humanitatem & magnitudinem animi: miſiſſe ſtatim caduceatorem: qui gratias ageret Regis nomine. Poſtero die leui commiſſo prœlio quum captus eſſet a Regio comitatu. Brachianus miles ſuo Duci imprimis charus: purpurea ueſte donatum: remiſiſſe. dixiſſeq; cupere ſe uehemẽter cum Brachio colloqui. Erant inter duas acies præter uallum & foſſam intexta frequenti trabe munimenta: hinc: atq; hinc armati milites occurrentibus inter ſe gladiis ac telis conſiſtebãt: alteri perrumpere trabium obſtacula: defendere alteri: atq; hoſtem arcere conantes. Hic miles Ducem proxime accedens. Regis pertulit mandata: ipſumq; ex altera ualli parte dimicantem oſtendit. Tum Brachius: tu inquit & Regi ſi quid me uult: hic eſſe dicito: illo ad munitionem appropinquante. Brachius galea ſtatim ſublata: detecto capite: gladioque procul abiecto: equo deſcendit. deflexoq; ad terram poplite regio more ſalutauit. Tum ambo ad læuam ſecedentes militibus non procul inde pugnantibus collocuti ſũt: loquentes interiecta & trabibus munita foſſa dirimebat. Rex ii ſecum ſtipẽdia facere uellet trecenta milia nummum: & totius exercitus imperium obtulit. adiecit præter unam Neapolim: quam mallet urbem ſuo in Regno delegeret: nihil ſe denegaturum. Hoc per ſuam dextram: per Regiam fidem: maieſtatemque polliceri. Brachius primum gratias ægit Regi: qui ſe priuatum: atq; infimæ fortunæ hominem alloqui eſſet dignatus. Adiecit deinde ſic ſe inſtitutum eſſe: quibus parendum fuiſſet: quorum ſequeretur ſtipendia ei ſe fidem pure integreq; ſeruare didiciſſe: nunc ſub Pontifice ſtipendium facere: quo

re:quo perdurante:etiam ſi moriendum eſſet in fide manſurum:non prætio:non amore:
non metu aut periculo deſecturum.nihil ſibi fide eſſe præſtantius.cæterum ſi priuato offi
cio conferre quicq̃ Regio poſſet faſtigio:eo demum pacto reſtitutum eſſe:ſi nulla in re
offenderet Pontificis dignitatem.eius completo ſtipendio:ſi Regi ac ſibi cõmodum ui-
deretur:illius maieſtati eadem fide qua nunc Pontifici pariturum. His utrinq; dictis.Rex
eius laudato propoſito:amiceq; multa pollicitus colloquio diſceſſit:prœlium fortius eſt
inſtauratum:utroq; ardentius ſuum militem excitante.Sed nec perrumpere munimenta
potuit Rex:popularibus etiã crebra ſagitta reppellentibus.Sic quattuor & uiginti diebus
nequicquã in obſidione conſumptis:exercitum mouit:nec multis poſt diebus pace cum
Florentinis facta:capto Paulo Vrſino:atq; in uincula coniecto Romam primum:mox
in Regnum reuerſus moritur.Rege mortuo magnæ per omnem Italiam ſublatæ formi-
dines:quietiora tempora ſecuta ſunt.Habere ſe iam Hetruria cœpit:tam recidiua & diu-
turna belli peſte uexata.Inter hæc Pontiſex ad concilium uocatus:ne uacuam præſidio ꝓ
uinciam relinqueret.Brachio per litteras edicitur maturæ cum omnibus copiis.Bononi
am pergat.Ille ut erat imperatum biduo ad ſe parandos militibus dato:profectionem q̃
ocissime accelerandam curat.Luſtrato militari more exercitu per agrum Cluſinũ iter fa-
cit Omni agro Cocchus Senenſis uir domi nobilis imperabat.Hunc ferunt anno ante eã
profectionem:quum ne ſuſpitio quidem belli interceſſiſſet:quadraginta equos:qui per
ſuos fines iter faciebant.Brachio nihil tale metuenti eripuiſſe.Eam ob rem Brachium ua
ſtato agro:aliquot etiam direptis caſtellis non prius finibus diſceſſiſſe:q̃ triginta milia
nummum extorſiſſet a Coccho.Vbi Bononiam eſt uentum relicto procul ab Vrbe exer-
citu ad Pontificem ſalutãdi gratia conceſſit Duplex eſt hic.& quidem diuerſa fama.Alii
Pontificem de capiendo Brachio cogitaſſe dicunt.Cauſas uero capiendi fuiſſe duas.Alte
ram Pontificis auariciam:qui quum octoginta milia nummum Brachio e merito ſtipen-
dio deberet:ne pecuniam ſoluere cogeretur interficiendum curaſſe.Alteram imperii aui-
ditatem.Quippe Peruſini mortuo Regem:quum de ſtatu atq; imperio dubitarent.Pon-
tificem in rem dictu nefariam ſollicitaſſe ferebãtur:polliciti ſi Brachium interimeret Ci-
uitatem daturos.Quam rem quum ex Pontificis quæſtore reſciuiſſet:ueritum ne ſi palã
cum omni cõmitatu portas Vrbis egredi properaſſet:a præfectis uigilum prohibitus ca-
peretur:aliquot præmiſiſſe milites:qui exeuntem exciperent:præſtoq; cum equis ueloci-
ſimis eſſent:ipſum Vrbis luſtratione & quibuſdam in locis refectione mœnium ſimulata
cum aliquot Ciuibus pererrata Vrbe pedetentim ueniſſe ad portas.Inde paulatim ꝓgreſ
ſum:exceptum a ſuis:conſcendiſſe equum:ſubitoq; ad exercitum ſumma cum celeritate
confugiſſe:quædam deinde proxima cæpiſſe caſtella:nec prius q̃ accæptis octoginta mili
bus nummum reſtituere uoluiſſe.Poſtea uero pontifici reconciliatum:ad cuſtodiendam
urbem:exigendaq; uectigalia eſſe reuerſum.Alii negant Pontificem quicq̃ de capiendo
cogitaſſe:affirmant tamen ab Hetruria in Galliam accitum.Acciundi cauſam non aliam
fuiſſe niſi ꝙ Pontifex ad concilium accerſitus nõ putabat Vrbem factionibus & Ciuili diſ
ſidio laborantem ſine fide præſidio relinquendam.nec quenq̃ illi fideliorem q̃ Brachiũ
uiſum:cui ſtatim in Galliam profecto Vrbem atq; arcem tuendam dediſſe:proximaq; ur-
bi oppida in fide retinenda:exigenda omnis Galliæ uectigalia.Deniq; Ciuium curam an-
te Pontificis diſceſſum omnem in eum eſſe reiectam.Illum cum Pontifice dies noctesq;
uerſatum.Illum quottidie ſine comite:ſine armis ad cubiculũ intromiſſum.Pontifice diſ
cedente Vrbis præſidio eſſe relictum.Non uideri ueriſimile ſummum Pontificem inno-
centiſſimi & de ſe optime meriti uiri ſanguinem uendere cõmuni hoſti uoluiſſe.Hæc ma
gis animũ inducunt ut aſſentiar:tametſi imperandi cupiditas animos mortalium plærũ-
q; præcipites agitat non tam quid liceat:q̃ quid libeat ſoleant cogitare.Vtra fama ſit ue-
rior ne illi quidem ſatis conueniunt:qui interfuere.Hoc utriq; affirmant:poſt Pontificis
ꝓfectionem Bononienſes Brachii imperio totius Ciuitatis conſenſu paruiſſe:atq; illi fini
timorum tributa:illi Vrbana uectigalia perſoluta eſſe.Igitur Ciuitatis gubernatiõe ſuſce
pta:cum ad alios multos:tum imprimis ad Forliuienſes legatos:qui uectigalia peterent
miſit:illis recuſantibus exercitum agro admouit:crebriſq; factis excurſionibus:incredibi-
le dictu eſt quantum pecorum:quantum hominum in præda ſit auerſum.Ferunt ſexcenta
carra frumento onerata.& ex his plæraq; cum aurigis:cũ bobus una excurſione eſſe cor-
repta.Hac re irritatis Forliuienſium animis mittendos ad conducendum Craſſum Ve-
nuſinum legatos:tuendoſq; fines ſuos a bello ſtatuerunt.Craſſus magnis coactis copiis:

qua die Brachius exercitum ad populandum iterum agrú dimiſerat:infeſto agmine palantem militem eſt adortus. Vix Brachianus miles a fuga retentus .eſt:nec ſine ſumma Ducis prudentia:qui quæcúq; euenire poſſent:omnia tanq̃ uentura cogitauerat. Equitatu enim in duas diuiſo partes:alteram leuium armatorum prædatum uage fuſeq; dimiſerat:alteram delectiſſimorum equitum ſubſidio relictam:unde latus eſſet proſpectus collocauerat. Hæc Craſſum in expeditos temere:inconſulteq; craſſantem circumuenit:qui graui commiſſo prœlio uix cum paucis uictus : profligatuſq; euaſit. Brachius ducentis captis equitibus omnem equitatum:peditatumq; ad maiorem cogendam prædam quã latiſſime:atq; effuſiſſime iubet excurrere. Quadringenti agreſtes ea die capti referuntur. Militibus & qui equis.& qui pedibus militabant:libere uſquæquaq; populantibus diripientibuſq; omnia:ut quos nec hoſtis:nec metus uicto hoſte deterreret. Poſtero die cum omnibus copiis in agrum Rauennantem:qui Forliuienſium ditióis erant:paulo ante ortum ſolem profectus eſt. Hic prædæ actum eſt quantum ſuperiore die in Forliuienſium agro. His rebus attriti Forliuienſes legatos qui & uectigalia perſoluerẽt.& redempta duodecim militibus nummum præda:pacem poſtularent:ad Brachium miſere Data poſtulantibus pax eſt. His rebus geſtis Brachius qui nihil magis q̃ militum quietem atq; ociũ fugiebat:longa expeditione exercere ſuos conſtituit. Conuocato ex omnibus partibus milite pauciſq; diebus ad quietem datis:primum. Fanú:deinde Arriminenſium. Piſauriẽſiumq; fines incredibili celeritate peruolauit:tripliciq; ſtructa acie:prima Fanenſem:altera Atriminenſem:tertia Piſaurienſem agrum eadem die:eodem impetu excurrit:omnibuſq; imperat:ut Piſaurum uerſus:quo ipſe cum tertia parte copiarum penetrauerat prædam agant. Vt erat imperatum ita milites fecere:cuncta undiq; depopulata maritima ora ingentiq; coacta præda in Piſaurienſium fines conuenerunt. Tum Brachius q per media hoſtium oppida redeundum cum præda erat:aciem omnem in tria conſertiſſima partiẽ agmina. Ex his duo prædam anteire reliquũ ſubſequi iubet. Paucis præmiſſis expeditis militibus:qui iter explorarent. Quum in fines Arriminenſium uetitũ eſſet. Pandulphus Malateſta cum octingentis equitibus a fronte ſe oſtendit:qui per ſuperiores latere incedens colles:prœlio quidem abſtinuit:ſed prædæ imminens nunq̃ inde flectebat oculos: ſuorum fortunam & calamitatem miſeratus:quibus præſens atq; uidens tam expectatam opem ferre non poſſet. Tum deumũ acerrimo dolore confectus:quum longiſſimum trahi captiuorum ordinem:ſeq; ſuamq; opem implorantium intueretur:quorum plæriq; iuncti:pulſiq; fruſtra tendere manus conabantur. Agmine ſic tripartito iam extra fines Arrimitenſium exitum erat:quum ille uel pudore ſui:uel miſeratione ſuorum laceſſere hoſtẽ a tergo cœpit:leuiq; cõmiſſa pugna hoſtes Brachiani militis non ſuſtinuerunt impetum ſed aliquot accæptis uulneribus in edita ſeſe collium iuga receperunt:quominus in fugã uerſi ſtatim profligarentur:impedimento fuit præda:ad quam undiq; intentus miles:nõ putabat rem certam pro incerta defendendam.& copias diuidere partemq; ad inſequendũ hoſtem mittere periculoſum uidebatur. Eius prædæ magnitudinẽ uix illi numerare potuerunt:qui fuere participes. Quinq; continuis diebus eundo redeundoq; conſumptis plus q̃ centum uiginti paſſuum milia decurſa ſunt. Prædam quoq; tam longo dignam itinere nihil magis quã ex induſtria in longiſſimum ſpacium captiuorum protractus ordo decorabat. Nam greges atquæ armenta uix latiſſimi capiebant campi. Omnia ubi ad ſtatitiones eſt reditum uiritim militibus diſtributa. Bononienſes cognito Brachii diſceſſu orta ſeditione inter Ciues defectionem fecerant:rati Brachium in Peruſinos mouiſſe exercitum:diuturno atq; extremo bello uacaturum:ſe iam excuſſo rectore liberius omnia tumultuoſiuſq; concitaturos. Hac re cognita Brachius q̃ maturiſſime ſibi accelerandũ putauit:ut prius Vrbem obſidione cingeret:q̃ Ciues arcem:quæ eius præſidio tenebatur:expugnare poſſent. Accito ex proximis oppidis magno peditatu ad Vrbis conſedit mœnia Bononienſes ueriti ne ſimul ab exercitu muri oppugnarentur:ſimul qui arci præerant eruptionem facerent:ſtatim Vrbis portas aperuere:miſereq; qui dicerent nihil ſe contra Pontificis imperium eſſe molitos:cæterum Ciuiles illos fuiſſe motus:ſe quidem imperata eſſe facturos. Brachius cum exercitu ingreſſus Vrbem:duplicato præſidio arcem:frumentoq; muniuit. Mox ad ſtationes reducto exercitu:aliquot menſibus in hybernis habuit militẽ Sextus iam prætererat menſis quum in ſtatiuis moranti nunciatum eſt Bononienſes in arcem feciſſe impetum:ſed eam egregie defenſam:capere non potuiſſet. Ciuitatem totã eſſe in armis:omniaq; tumultuoſius agitata miſceri:niſi celeriter occurrat:ultimum diem Vrbi adeſſe.

Vrbi adeſſe. Tantam enim concitatam multitudinem:ut ſi cædem eſſent exorſi:niſi totius Ciuitatis internitione ſedari tumulus non poſſet. Brachius ſubito ad eum:quem arci præſidio relliquerat litteras dat:ut proxima nocte contiguum arci murum:quãtum decẽ ſimul equites ingredi potuiſſent:demoliendum curaret:quo diruto:pontem extra arcem ſupra foſſam eodem ſpacio ædificaret:oſtendit quãta celeritate opus ſeret. Ille ut erat imperatum:murum diruit:ſtructoq; celeriter ponte:prima luce uenientem exercitum recepit in arcem. Brachius confeſtim multas bombardas:quæ mediam in Vrbem ingentia conicerent ſaxa incendi iubet. Ipſe quadrato agmine ſtrictis militum telis occupat forũ & quo plus Ciuibus incuteret terroris:anguſtos & foro proximos uicos ſtructa ac parata inuadit acie. Tum quo ſuorũ falleret paucitatem:bis terq; ueluti in gyrũ eundem quaſi nouum aliumq; militem circunduxit:ſignumq; dat:ut ex arce plurimis ſimul bumbardis ignem admouerent:quibus late excuſſa ſaxa domos ac tecta ſternerẽt:nec ſonitu minus q̃ ictu perterrerent Ciuium animos. Bononienſes his rebus attoniti:quanq̃ omnes aditus Vrbis trabe cathenaq; impediuerant:depoſitis extemplo armis:legatos celeriter pro tempore creauerunt Principes ciuitatis:quorum auctoritatem & gratiã plurimum ualere apud Brachium cognouerant:qui orarent ut Vrbem pulcherrimã a Ciuibus ſuis perditã a militum incendio ſeruaret nõ ſe negare totam Ciuitatem temere ac tumultuoſe arma cæpiſſe:uerum eos qui expugnare arcem tentauerant:paucos extremæ ſortis ex infima plæbe fuiſſe hoĩes:non tam ſanguinis q̃ prædæ cupidos:quos ſi uellet ulciſci:polliceri ſe in manus tradituros:cæteros ciues qui aliquid haberent auctoritatis:priuato atq; inteſtino odio concitatos:nemini niſi ſibiipſis iniuriam facere uoluiſſe:ignoſceret ſatis ſuo malo laborantibus:ueterem eam eſſe nimis corroboratam Vrbis peſtem:ſæpe alias in ſuam ipſos fuiſſe perniciem:quos ſi ſanare pergeret:omnia Ciuium uiſcera eſſe diſſecanda:alioquin fruſtra eum mederi inueterato iampridem uulneri. & omnium medullas peruaganti. hoc eum exiſtimare oportere:ſi boni regere prauos. & moderari potuiſſent:non itum fuiſſe ad arma:non tumultum in Ciuitate factũ. ſatius eſſe ſi in altero peccandum ſit. ignoſcere malis bonorum gratia:q̃ bonos malorũ odio perſequnti:atq; inocentes alieno ſcelere punire. teſtari deum immortalem:poſthac aut Ciuitatem in fide detentos eſſe:aut ſi quid accidiſſet pro Pontificis imperio morituros:ignoſceret priuatæ amiciciæ:ſi publice eſſet iratus. Brachius grauiter increpatis legatis. Non ſe ignorare inquit tum demũ ueniam poſtulatum ueniſſe:cum armis nec ſe:nec Vrbem defendere potuiſſent:non uoluntatem precibus:ſed periculi metum affuiſſe. bis ſe procul inde mouiſſe exercitum. bis a ciuibus ſeditionem excitatam:nunc etiam rebellione facta ſignis allatis arcem oppugnaſſe:mirum id quidem:niſi quum ipſe abeſſet omnes inter ſeſe diſſentirent:atq; ideo ſeditione excitata defectionem facerent:quum proprius admouiſſet exercitum inter ſe reconciliari:quia quem abſentem uniuerſi pati non poſſent:præſentem ſinguli metuiſſent:appellent quam uelint ſeditionem. & leni nomine rem grauiſſimã extenuent:ſe nõ minus cognoſcere:bis rebellionem eſſe factam. nam quem Ciuem nõ arma cæpiſſe:quem Pontificis partes ſuſcepiſſe defendendas:quem ſeditione Ciuitate eſſe deiectum. Non igitur blandis inteſtinæ ſimultatis nominibus ſe demulcerent:quaſi in arcem fuiſſent:qui alteram factionem tuerentur:atq; ideo ad eam uno conſenſu omnium Ciuim cum armis fuiſſe cõcurſum:ſcilicet illic eorum inimicos:illic ſeditioſos. & turbulentos auctores factionum potuiſſe opprimi:quam tanto conatu:tantoq; impetu oppugnare uoluiſſent. Cæterum animo ſibi eſſe:aut diripere Ciuitatem:atq; incendere:aut arctiſſimo aliquo uinculo in Pontificis fide retinere. illi ad pedes procumbentes orant ne ſe fruſtra populus legatos miſerit:omnem conditionem accepturos:modo Ciuitati parceret totiens ſuo beneficio cõſeruatæ. Brachius quinquaginta obſides:quos arbitratu ſuo e tota Ciuitate deligeret imperauit. Conditione accepta quinquaginta Principum atq; Optimatum liberi Brachium in caſtra ſecuti ſunt. Manſere poſt hæc in fide Bononienſes. Per id tempus Brachio renuntiatum eſt Pontificem quem ad Concilium uocatum diximus:profectum Conſtãtiam:Pontificatu abdicatum:atq; in eius locum Oddonem Colũnam:cui poſtea cognomentum Martino fuit:ſuffectum eſſe. Qua re cognita prius q̃ ad Ciues nuntius peruenit:arcem quanto fidiſſimo potuit:muniuit præſidio:Tum obſides diligẽtius obſeruati iuſſos procul inde mittẽdos curauit:Hoc modo tam diu ſtetit in fide Ciuitas:donec prioris Pontificis dignitate deſperata:cum Ciuibus de tradenda arce:remittendiſq; obſidibus ageretur. Igitur acceptis centum octoginta milibus nũmum:quæ illi ex ſuperiore

ſtipendio debebantur:atcem obſides.& proxima Vrbi caſtella agrũq; reſtituit. Sunt qui
affirment Brachium audita noui Pontificis ſuffectione admoniſſe Vrbi exercitum:reſe-
ctoq; ad arcem ꝗlatiſſimo ponte militem in acie compoſito tenuiſſe agmine. Ciues no-
uitate rei perturbatos receptis obſidibus:atq; arce pecuniam eam exactam per ciuium ca-
pita tradidiſſe. Brachius ſtipendio militibus dato:intentus toto animo ad patriam nouã
expeditionem parare.& in fines Inſubrium a Mediolanenſiũ Duce ſollicitatus:traiicien-
dum exercitum ſimulabat. Interea copiis peditatu:equitatuq; auctis in Hetruriam cõuer-
terat animũ:ultimam uim conatũq; facturus:ratus id quod res admonebat. Mortuo Re-
ge Peruſinis omnino præſidio deſtitutis. Pontifice nondum a Germanis reuerſo.& pro-
pter nouitatem rei de ſuo Imperio ſollicito ſimul ꝙ ipſe nunc pecunia atquæ armis uale-
ret:ꝗopportuniſſimã; inferendi belli. Patriæq; recuperandæ adeſſe occaſionem:quã ſi ne-
gligeret:nunꝗ amplius tantam rerum omnium cõmoditatem habiturum:ſed quo alius
deſcenderet:uulnus improuiſis:nec quicꝗ hoſtile metuentibus mouendum inſtituit bel-
lum. Iam uulgo ferebatur in Inſubres propediem cum omni exercitu profecturum. Con
firmauerant eam opinionem pauca de induſtria præmiſſa impedimenta.& Ducis legati
qui ad eum ſollicitandum uenerãt. Interea ꝗocculitiſſime poteſt mittit cum pecunia qui
Tartaliam:tunc forte Thuſculi cũ ſexcentis equitibus morantem:cõducerent:hominem
plus quidem manu:tamen etiam conſilio promptum. Peruſini poſt mortuũ Regem om-
ni agro redacto in poteſtatẽ:nihil niſi de pace atq; ocio cogitauerant. Captis Ponte Mar-
ſianoq;:exauctorato Cicchulino exercitum dimiſerãt:repudiati milites etiam finibus pel
lebantur. Quæ quum Brachio eſſent explorata:omnia ſexto Idus Quintiles Bononia
mouit tanta celeritate:facto per Arriminenſiũ fines tranſitu:ſuperatoq; Apennino mon-
te ut prius Burgum peruenerit ꝗ hoſtes ne de motu quidem ne dum aduentu quicꝗ ſcire
potuiſſent. Hac re permoti Peruſini ad conducendum undiq; militem uarios nuncios di
miſere. Cicchulinum e Campania reuocarũt Paulo Vrſino dedere ſtipendium:nihil re-
liqui facientes quod uel ad improuiſum repellendum hoſtem:uel ad reſiſtendum perti-
neret. Munita ſtatim finitima oppida ꝑſidia undiq; per caſtella diſpoſita:ſed ſubita cõſilia
Ciuiũ ꝑcogitata Ducis celeritas anteuenit. Iam ad tybrim puenerãt copiæ:iã tribus occu
patis pontibus amnẽ traiecerãt. Cõtinuos deinde cõplures dies paſſim actæ ꝑdæ:caſtella
expugnata:nec multũ ꝓcul ab Vrbe conſeſſum. Oppidũ erat tria milia paſſuũ diſtans ab
Vrbe:quod Diui Fortunati uocant. Hic ingens peditum atq; equitum præſidiũ erat col-
locatum. Qua re cognita:tentandam eius loci oppugnationem cõſtituit Brachius. Itaq;
præmiſſis qui præſidiarios milites ad dediti õem hortarentur:ſcalas:uariiq; generis ma-
chinas comportari & circum mœnia:non longe a propugnaculis hoſtium:longo ordi
ne:quo magis inſueta rerum facie terrerentur oppidanorum animi:diſponi iubet. Mili-
tes mœnia:ſtationeſq; cõpleuerant tanta erat præſidii magnitudo. Quum Brachius ag-
geres afferendos & in foſſam coniiciendos demonſtrat:imperatq; ut ꝗlicciſſimã queant
materiam portis admotam ſuccendant:oppoſitis a fronte ſagittariis:ne extinguere ho-
ſtes portarum incendium poſſent. Hac re animaduerſa oppidani & qui præſidio erant
collocati ſaxa ingentia & magnam uim terræ congerentes ꝗ latiſſimo ſpacio interiorem
proportis ædificant murum. Interea exuſtis portis Brachius ſignum datur omnibus ſi-
mul locis admotæ mœnibus ſcalæ erigerentur. Sagittarii militem a propugnaculis ar-
cerent:ipſe facto ad portas impetu recentem & uix bene confectum perrumpit murum
Cohortes iam & ſcalis in mœnia euaſerant:quæ intra oppidum proſilientes cuncta di-
ripuere. Milites partim capti ſunt:partim ex aduerſa parte oppidi ſeſe mœnibus eiece-
runt. Centum equites tradunt capti qui equis armiſq; ſpoliati diſſimi ſunt. Franciſchinus
Miraldola:quem præſidio hoſtes præfecerant:captus atq; in uincla coniectus eſt. Qui
die hæc geſta ſunt. Brachius præmiſſa parte equitatus:ad Vrbis portas impetũ fieri iuſſit
Ipſe cum reliquis copiis ad Phanum Conſtantii:quod extra Vrbem ad teli iactum ſitum
eſt:ſubſecutus:ingenti coacta præda Thraſimenum uerſus ire fecit:ut ex omni latere ue-
xato hoſte:acriora magis ꝗ finitima bella concitaret. Iam intra paucos dies omnia quæ
ſecundũ Tyberis oram ſita ſũt oppida:aut ui:aut ſponte uenerant in poteſtatẽ. Plæraq; ẽt
proximis eminentia collibus ab hoſte defecerant:partim metu ne ui capta militi in præ-
dam darentur partim ꝙ exulum partibus ueteri maiorum amicicia fauebãt. Peruſini
qua die hoſtes impetum ad portas fecerant. Suburbium quod ad meridiem pertinet me
tu deſeruiſſe.& in ſuperiorem Vrbis ambitum domeſticam ſupellectilem conuexiſſe di-
cuntur. Quippe

cantur. Quippe quos ſuperioris belli eodem in loco accæpta calamitas admonebat:nec
minus terroris in Vrbe erat ꝙ̃ in agro periculi. Pauca iam oppida obſidionẽ:multo pau-
ciſſima oppugnationem expectabant. Ciuitatis metus deſperatio reliquis oppidanis erit
Interea multis factis excurſionibus Tartalia cum ſuo delecto milite aduertans copias du-
plicauit. Quæ res quantum animi Brachius addidit:tantum Ciuibus incuſſit terroris.
Huc accedebat ingens exulum multitudo:qui patrio audito bello undiq; ad exercitum
confluebant. Brachius Querqueto & Marſiano receptis in poteſtatem. Papianum. Mor-
cellam. & proxima quæq; caſtella ne uno quidem prœlio cæpit. Poſtridie uero ꝙ̃ cõiun-
ctæ ſũt copiæ Vrbi. cum exercitu ad ducentos paſſus:qua parte uergit ad Septentrionem
appropinquauit:tribuſq; sacratarum uirginum templis:quæ quanꝙ̃ arcibus munita:bello
tamen deſerta erant occupatis iam proprius iminebat Vrbi. Poſtero die facto impetu in
portam Suburbium magna ui ingrediuntur:ſed populo ſuperne reſiſtente:paucis cæſis
militibus:compluribus uulneratis Vrbe reiecti ſunt. Hoc prœlio irritatis magis ꝙ̃ terri-
tis militum animis maiorem in ſequentem diem conatum moliuntur:factoq; iterum ad
eandem portã impetu de militum gloria certari crederes:tanto quiſq; animo etiam ini-
quiſſimo loco in prœlium ferebatur. Sed loci iniquitate præualente maior eſt edita cæ-
des. tantoq; plus accæptum uulnerum:quanto acrius bellandi ſtudium fuit. & milites ni-
mia intra Vrbem proceſſerant. nec minus cruenta res Ciuibus ſtetit quos ſimul ſagitta-
rii & baſtati milites fodiebant:ſimul equites ſtricto gladio reſiſtentes aduerſo feriebant
ore. Brachius ubi cædem magis ꝙ̃ pugnã augeri uidit. & Ciues ꝙ iam ad decliuia Vrbis
erat uentum:non ſolum defendere ſe armis:ſed præcipiti lapſu ingentia ſaxa deuoluere
cani receptui iuſſit:exercituq; extra portas pugnando ſimul cædendoq; reducto:militem
magnifice cõmendauit:oſtenditq; eam loci difficultatem non fuiſſe ſubeundam. Cæteꝝ
ubi uirum in certamen fuit:neq; fortius:neq; ardentius pugnari potuiſſe. Peruſini duplici
& accæpta & illata calamitate occludendã eam portam trabibus:muroq;:& mœnia mi-
litum deiecta impetu celeriter reficienda curauerunt. Qua die intra portam eſt pugnatũ
uicinorum oppidorum curatores. Syndicos uocant. Bruſani. Collini. & qui his finitima
incolunt loca ad Brachium uenerũt:oppidorum claues oleaſtro inuolutas deferentes:pe-
titæ pacis:ac ultro delati Imperii ſignum. Poſtero die nulla interiecta mora uexilia belli-
ca multis militaribus ſignis adornata non procul ab Vrbe iuſſit collocari quo ſignifica-
batur obſidionem iam adeſſe non bellum. Ciuitatẽ multa mala:pauor:metus:fames agi-
tabant. nec deerant qui etiã in poſtremo periculo diſcordias graues fererent. auxilia pars
nondum cõuenerant:pars hoſtili ferocitate defecerant. deniq; cuncta magna & acerba
mala uerſabantur animis. Quicqd ab inimicis de uita & ſanguine certantibus non fieri
ſolum:ſed etiam excogitari poſſet:rapinas:clades:ſtupra:incendia metuebãt. Caſtris cir-
ca urbem poſitis:Brachius ne uno quidem intermiſſo die militem continuam irruptionẽ
tentare. & ex pluribus ſimul partibus Ciuitatem oppugnare iubet. Quæ cum parũ pro-
cederent:exercitum in duas diuiſit partes. Alteram ad Phanum Iulianæ. Veſtalium uirgi-
num templum:quod ad radices meridionalis ſuburbii ſitum eſt:oppugnandum dimiſit.
ratus Ciues aut uniuerſos illo:aut delectiore manu occurſuros. ipſe cũ altera parte copia-
rum ad totiens effractam portam:quam appellant Solis:maiore ꝙ̃ unꝙ̃ antea deſert im-
petu:murum quem ſuperiore die Ciues confecerant perrumpit:penetrat magna ui ad in-
timũ Suburbium occupaturus ſuperiorem Vrbem:ſi forte Ciues alio auerſi uacuam præ-
ſidio reliquiſſent. & dies erat nebuloſa atq; pluuia:facile tectura dolum aſpirante fortuna
Sed Ciues primo exaudio clamore:diuiſioneq; exercitus per coniecturam cognita. & ipſi
iuuentutem duas in partes diuiſere. Alteram ad reſiſtendũ a Phano oppugnantibus miſ-
ſam. Alteram egregium ætatis florem:delectaq; iuuenum robora interiori Vrbi præſi-
dio relictam:ut ſi quid reliqui hoſtes a Solis porta molirentur:paribus occurri uiribus
poſſit:magno utrinq; cõſilio. multo maiore conatu pugnatum eſt aliquot continuis ho-
ris:alteros bellica uirtus:alteros metus mortis. & morte crudelius exilium:nonnullos ar-
dentiſſima odia. & concepte iampridem animis crudeliſſimæ cædes armabant. Non ho-
ſtes cum hoſtibus de imperio congredi:ſed inimicos cum inimicis de ſanguine ſæuire:
uel ipſi uultus atq; oculi demonſtrabãt. Brachius cõcitato milite nunc ultimum reſtare la-
borem exclamat:nunc præmia tanti belli ſubeſſe. Vrbanam iuuentutem:non ſenes mo-
do:ſed feneſtris ſaxo & ipſæ pugnantes fœminæ adhortabantur. Nunc pugnandum for-
titer. nunc inimicos manu:ferro. dente feriendos. nũc deniq; pro diis patriis:pro liberis:

pro capite & uita dimicandum eſſe:omnino niſi uincant crudeliſſime oĩbus eſſe pereun-
dum. Senes qui per ætatem arma ferre nõ poterãt:liberos:nepoteſq; obteſtabantur:ut ſo
lum quo paulo poſt quieturi forent:acerrime fortiſſimeq; defenderẽt:ne procul a patria
modicum quod eſſet uitæ reliquum agere. & alienis in ſepulchris:aliena terra miſeri atq;
inopes iactari cogerentur. Nebulæ ſtragis magnitudinem celebrant. Quippe aut progre
dientibus aut regredientibus militibus magna utrinq; cædes edebatur. & paſſim fuſa hu-
mi cadauera pedibus calcabantur. Iam ad Vrbis inferiora mœnia uentum erat:qua diffi-
cilis:atq; arduus ſurgebat in forum aditus:hinc Ciues ingentia ſaxa deuoluere:hinc do-
lia in ſubiectos lapidibus plena præcipitare. tum mulieres euulſam manu tegulam te-
ctumq; deiicientes:indigno uulnere feriebant militem. Demũ iacto a Ciuibus ſuperiore
de dolo impetu:milites q̃ iniquiſſimo certabãt loco magno tælorum ſaxorumq; impul-
ſu repellebantur. iam ſaxis:iam cinere ſuperne cadentibus reculcati:in æquiorem locum
paulatim cedendo receſſere. Interim qui ad Phanum ſe oſtenderant leui cõmiſſo prœlio
reiecti ſunt. Brachius fatigatum labore ac uulneribus militem plurimis utrinq; deſidera-
tis in caſtra reduxit. Hic dies utriſq; longe difficillimus fuit. Nam & ſi milites grauiores
armis peritioreſq; erant:iniquiſſimo tamen loco certauerunt. Ciues leuiter armati & plæ-
riq; inſueti rerum bellicarum:uix militis impetum ſuſtinuerunt. Cæſi fuere eo prœlio ex
Vrbana iuuentute plures:ex Brachius plures uulnerati. Brachius deſperata Vrbis oppu-
gnatione:non amplius loci ſubire iniquitatem:ſed premere Ciuitatem obſidione con-
ſtituit. Poſtero illucente die ꝗ partem copiarum aduerſum in agrum emittit:qui inter Se-
ptentrionem & occidentem pertinet:aſperum & montoſum. Eam ob rem nunquã antea
neq; bello:neq; incurſione uexatum auxit prædam oppidanorum nihil tale metuentium
ſecuritas Mantinianum:Miſianum. & quæ ſunt finitima his oppida:pars montibus:pars
in montium anguſtiis ſita ingentem ea die calamitatem accæpere. Porro ubi alter illuxit
dies:moto ad Phanum quod dicunt trinitatis exercitu:haud amplius centũ paſſibus pro
cul ab Vrbe conſedit. Erant aliquot præmiſſi milites:qui occulte murũ in deſertiore par-
te Vrbis diruerent. Sunt qui affirment ut in ueterem cuniculum crebro occluſum muro
penetrarent. Submiſſaq; ſtatim alia militum manus ad ſuperiorem Solis portam oppu-
gnandam:ut quod ſuperiore die Ciues fecerant ad eam reliqua relicta Vrbe concurre-
rent locum. Quod ſi feciſſent cæterum exercitum per cuniculum recipere præmiſſi mi-
lites potuiſſent. Sed re canum latratu detecta Ciues reiecto magna ui milite:locum fir-
mo præſidio muniuerũt. Brachius ubi nequicq̃ omnia tentata uidet:ne tempus aut ocio
aut periculoſo magis q̃ utili negocio tereret:caſtris foſſa ualloq; munitis:ac ualido impo
ſito præſidio ipſe quæ circum Vrbem eſſent occupare caſtella properauit. ratus id quod
res admonebat:nullam acriorem futuram obſidionem q̃ ſi Ciues omni occluſi aditu por
tas Vrbis exire:alimentaq; ex agro ſupportare non poſſent. Militibus autem frumentum
& cõmeatus abunde ſuppeterent:ſi proxima quæq; oppida libere ad exercitũ comporta-
rent:uel ipſos oppidanos ſatis belli facturos:ſi nec annonam ſuppeditarent Ciuitati. & Ci
uem Vrbis egreſſu prohiberent. Ergo ad inferiorem planiciem:quam Tybeiis fluuius
mediam præterlabitur deducto exercitu. Ripam & Columellam ac proxima caſtella re-
cepit in poteſtatem:omnes fluminis pontes:præter Patulũ:uno curſu occupauit. His per
actis rebus:reductoq; exercitu:corpora curare militẽ iubet. Tertia deinde uigilia in eum
agrum:quem ad Thraſimenum ſpectare diximus:profectus. Corcianum oppugnare eſt
aggreſſus:quod oppidũ in inarido & olearũ feraci monticulo ſitum totius agri Peruſini
natura magis q̃ opera eſt munitiſſimũ:collectum propemodum ac rotundum ſupremũ
montis uerticem complectitur. Muri exercitus præalti:intus uero denſiſſima completi ter
ra æquabili accingunt:atq; excurrũt ſolo. Aditus etiam ad muros nõ undiq; liberi:quip-
pe magna ex parte præruptis:atq; altiſſimis clauditur rupibus. Nec ſegniores oppidano-
rum animi. Nam præter multitudinem quam belli tempore etiam ex ſubiectis conci-
piunt uillis:fide:atq; ingenio ualent. Nec tam priuatas amicicias q̃ cõmune ſequunť Im-
perium. Vrbi parent magis q̃ Ciuitati:Nobilitate Vrbem obtinentibus parent Optima-
tibus:contra Plæbeis q̃diu illi Vrbem teneant obſequuntur. Hoc oppidum oppugnare
adortus duriſſimo cõmiſſo prœlio nihil præter militum uulnera:cædeſq; reportauit. Mo
tis inde caſtris uillis omnibus incenſis:proximoq; direpto agro ad montem Vbianum
contendit. Poſtero die Spinam munitiſſimũ. & ipſum oppidum magna ui adortus oppu-
gnauit:ubi duobus cõmiſſis prœlius aliquotq; deſideratis militibus re infecta ab oppu-
gnatione diſceſſit.

gnatióne diſceſſit. Scalis deinde & muralibus machinis:quæ oppugnationi uſui forent:
comparatis:q̧ fatigati milites erant:in alterum diem rem diſtulit. Quo die oppidú ma
gno militum inuaſum impetu:captum:direptumq̧ eſt ſed ſtrenuiſſimo quoq̧ aut cæſo
aut uulnerato. Cruenta uictoria fuit Spina capta:finitima ſtatim caſtella uictorem ſecuta
ſua ſe ſponte dediderunt. Poſtridie q̄ hæc geſta ſút. Brachius incredibili celeritate ad por
tas Vrbis profectus:proxima & contigua Vrbi ædificia incendit:effregit molas frumen-
tarias:frumétum & qui ſubſidio uenerát corripuit. Quinq̧ & uiginti fuere equites:mox
eadem celeritate in alteram Vrbis partem:ubi caſtra munierat ſecundú mœnia ſtricto ex-
ercitu penetrauit. Peruſini tantis intra paucos dies affecti incómodis:mittút qui Pauli Vr
ſini aduentum ſollicitent. Item qui Ciccholino q̄ occiſſime maturandú ſignificent:oſten-
dantq̧ Ciuitatem ad ultimum ueniſſe diſcrimen. nihil ex agro reliquum eſſe:uix ſe intra
mœnia continere perterritos Ciues:atq̧ pluries inde paulo minus eſſe deiectos. Huc ac-
cedere intolerabilem Plæbi famem. Legatos præterea Florentiam miſere:orantes ut pro
amicicia:quæ eſſet Florentinis cum Brachio:eorum interpoſita auctoritate bellum com-
ponerent. Sperare nullos cũmodiores pacis auctores futuros. Interea Brachio nunciatú
eſt per ſpeculatores Paulum Vrſinum:quem fama erat Peruſinus auxilio uenturum:ma-
gno cum exercitu aduentare:iam Tyberim eſſe traiectum:iam Vtriculum:iam deinceps
Narniam proceſſiſſe:maturatione opus erat:ut cum altero ducum ante confligeret:q̄ tot
ſimul copiæ iungerentur. Igiť ex omni parte collecto milite. & corpora curare iuſſo:no-
cte intempeſta mouit exercitum:continuoq̧ itinere nó die:non noctu intermiſſo ad ur-
bem Interamniam plus quadraginta milium ſpacio decurſo peruenit. Interamniam Nar
fluuius duobus alueis circúfluit:inde Interamniæ:inde Narniæ datum nomé:qui tanta
uelocitate delabitur:ut nuſq̄ uado:raro nauiculis tranſiri poſſit. Interamnenſes rei nouita
te permoti:negant ſe armatis per mediam Vrbem tranſeundi poteſtatem eſſe facturos:
delectamq̧ pro portis & egregie armatam iuuentutem opponunt. Leui cum his cómiſſo
prœlio fuſi:fugatiq̧ intra mœnia compelluntur. Paulus audito hoſtium aduentu in edi-
tos Narniæ montes ſe ſubduxit:ut ſi cómittere prœlium cogeretur:munitiſſimo eſſet lo-
co. Brachius qui hoſté repente de iprouiſo adoriendú ſperauerat:ubi de fuga eius cogno
uit Interamnenſem depopulatur agrum:eadem qua profectus eſt celeritate reuertitur. In
terim legati Florentinorú in caſtra ad Brachium uenerant iuſſi exponere mandata:orát
ut cætera quieta Italia ipſe quoq̧ bello abſtineret:timere Florentinos ne ſi diutius trahe-
retur bellum emulatione partium finitima concitarentur arma. Iam audire Carolú Ma-
lateſtam & Paulum Vrſinum utrunq̧ magno cum exercitu ad Vrbem defendendá ueni-
re:totam Hetruriam armis completum iri. Iam nunc itinera ſuſpecta eſſe:latrones obſi-
dere uias:nec qui ſint:aut quo recipiantur ſcire licere. Quid futurum ubi tot fortiſſimoꝝ
Ducum acceſſerint copiæ:non uias:nó aditus:q̄ Vrbem ipſam tutiores fore. Nam ut du-
ces militem a præda contineant:ut ſupplicium mortemq̧ proponant:quem utra ex acie
latrones prodierint cogniturum. Tum ſatius eſſe uictorem bello diſcedere. & accepta re-
ſtituere oppida:q̄ uaria fortuna amittere. Quæ ſi etiam tueri poſſet:fore tamen illi de có-
meatibus & ſtipendio cogitandum. Si facere pacem uelit Florentinos cómode interceſ-
ſuros:polliceri quantum pecuniæ conueniret:ſponſoreſq̧ futuros:ſi modo ipſe depone-
ret arma. & agrum Ciuibus liberum:pacatumq̧ reliquiſſet. Brachius in hunc modum le-
gatis reſpondit. Sciebam inquit ubi primú de legatione ueſtra audiui quátum hoſtibus
animi ſpeiq̧ attuliſſet aduentus ueſter:nec decipiebantur illi quidem quum de gratia atq̧
auctoritate in me ueſtra cogitarent. & ego fateor parendum uobis fuiſſe pro amicis:pro
ſociis:pro finitimis orantibus ueſtris. Verú aliter hæc res ſeſe habet:de quorum uos ſalu-
te tantopere ſolliciti eſtis communes Hetruriæ fuere hoſtes:niſi propterea hoc me abſti-
nere bello iubeatis:q̧ prementem atq̧ hærentem ceruicibus ueſtris inimicum Regem.
Illi aduerſus uos nó ſolum irritauerunt uerbis:ſed cómeatu:delectuq̧ iuuerunt. Ego peri
culo capitis mei reppuli. illi tranſitum aduerſus Ciuitatem ueſtram aperuere. contra uos
armati in acie fuere:ueſtra capita:ueſtrum iugulum petiere. Ego pro uobis cum imaniſſi-
mo & capitis mei inimiciſſimo Rege dimicaui. Ingrati animi eſt non recordari quæ ac-
ceperis:hoſtem contra ſocium:inimicum contra amicum defendere:impium atq̧ nefar-
rium. Nec iccirco iſta cómemoro:ut aut me pœniteat collati beneficii:aut uos acceptum
non ſatis ample proſecuti ſitis. Satis præmii eſt ubi ſtudio atq̧ amore deuinciuntur ani-
mi. Sed quænam hæc eſt miſeratio:hoſtes ueſtros domi in quiete:in ocio eſſe:ut contra

nos illorum uires augeantur. Nos amicos & belli ac periculi ſocios in exilio conſeneſcere: aliena in patria mori: atq; inſepultos iacere cupietis. ut uobis: ſi res exigat: opem ferre nequeamus. Non hic de Imperio agitur: uter ſit regnaturus. Exilium illi uolunt noſtrum non Regnum timent. quanq̃ nec exilio quidem contenti ſunt: qui totiens aut ui: aut fraude uitam nobis eripere tentauerunt. Nec tamen nobis bellum placet: ſi domi eſſe poſſimus. non arma: non finitima concitamus bella: qui ad patrios lares: ad parentum noſtrorum: quos iſti media in pace necauerunt: tecta: domoſq; reuertimur. Quid ſi armis abſtinendum eſt nobis: num iſti legibus obtemperabunt? quæ uim atq; iniuriã fieri cuiq̃ prohibentes: ſua cuiuſq; eſſe non rapi aliena iubent. Vbi legibus nõ paretur armis eſt decernendũ. Equidẽ quũ hoc gero bellum nõ mea ſolum: ſed multorum iura cauſamq; defendo. quorum calamitates atq; exilia: ut ipſi taceamus. uobis incognita eſſe non poſſunt. Latior enim ac diuturnior fuit miſeria noſtra: q̃ occulta diſſimulari potuerit. Num igit̃ nos ſumus qui finitima concitamus bella? Præclare uos quidem de latronibus admonuiſtis: obſideri uias: itinera eſſe ſuſpecta. Credo equidem ita rem ſeſe habere. Noui q̃ late excurſitent militum manus. Sed quæſo quid ſi Muliones: ſi iumẽta ueſtra. nam his plurimũ utimini: a latronibus correpta fuerint. Si hæc tam procul a uobis impedita itinera: quo id ſeretis animo? At nos latrones eiecerunt domo: iter ad patriam intercluſerunt: opes fortunaſq; noſtras corripuerunt: parentes noſtros indicta cauſa interfecerunt. niſi minus peccauerint qui media in pace: intra Vrbis mœnia: q̃ qui in ſyluis & bello latrocinant̃. Qui quum ipſi latius latrocinia exercere non poſſent: aliunde infeſtiſſimũ uobis: nõ dicerem latronem: niſi ille quoq; ad iniuſtas uetuiſſet rapinas prouocauerunt. Receptaculum prædandi: rapiendi graſſanti Regi præbuerunt. Cum his nobis eſt bellum: quod non concitauimus ipſi: ſed quia defendere quondam fortunas noſtras pace nõ potuimus: nunc ereptas ſi diis placet bello recuperare contendimus. Noſtra enim repetimus: non extorquemus aliena. Nec eſt nobis pecuniarum controuerſia Habeant ſibi quas noſtra calamitate: noſtro exilio: noſtrorum parentum ſanguine accumulauerunt. Patria eſt quæ nunc in cauſam uertitur: reuocent domũ: ſatis diuturna exilia perpeſſos. Ego uero ſic habeo conſtitutum: aut honeſta morte: aut glorioſa uictoria exilii iugum excutiendum eſſe: dicerẽ etiam concordia: niſi ſcirem nocentes ſontium animos nimia teneri pertinacia: nec ſperare ignoſci ſibi ab inimico poſſe: cui ipſi amico non putauerunt ignoſcendum: aut recipiant nos noſtro tecto: aut bellũ ſi propulſare non poſſint: eo ferant animo: quo nos acerbiſſima exilia: quo parentes noſtri cædes crudeliſſimas: nefariaſq; pertulerunt. Nec exiſtimo Florentinorum gratiam hoſtibus magis q̃ ſocis: inimicis q̃ auxiliaribus prodeſſe oportere. Faciunt illi quidem perhumane: qui acceptas obliti iniurias: nõ quid ipſi detrimenti accæperint: ſed quid beneficii conferre poſſint cogitandum putant. Sed latior patet ea gratia q̃ mortalium capiant mentes. Nam prodeſſe interdum inimico pulcherrimum eſt. Amicum ad omnia iuuare neceſſarium. Sed nimis ſtulte ſentio qui exiſtimem Florentinos alienis ſollicitatos præcibus id a me uelle exorare quod orãt. Sæpe enim poſtulamus quæ nõ cupimus. q̃ ſæpe etiam quæ cupimus nõ poſtulamus. Credite mihi gratem eſt uobis hoc bellum. quod ſi per humanitatem liceret: non ſolum non diſſuadentis nobis: ſed ultro ad idipſum faciendum hortaremini: ut qui non ignoratis tutius uobiſcũ agi ſi prope amicum: q̃ inimicum: ſocium q̃ hoſtem habeatis. Legati pauca ad ea reſpondere. Populum Florentinum in memoriã habere quæ cõmemoraſſet omnia: nec quicq̃ præter æquũ ac bonũ quærere: ſtudere tñ plurimũ Hetruriæ paci: ſi ſine ſuo incommodo fieri potuiſſet: ut plurima accæpta pecũia bello diſcederet. id erat quod poſtulãdũ iuſſiſſet Sin aliud cõmodius uideretur facile fuiſſe Florentino Populo uerba præſtare belli opem implorantibus: atq; hæc in mandatis ſe habere. Eo die Brachius præſentibus legatis Pilam oppidum ui cæpit. Poſtridie motis caſtris. Derutam cinxit obſidione. Oppidani biduo obſeſſi deditionem ſub conditione fecerunt. Legati re infecta Peruſiam reuerſi ſunt. Magna ſpe excidere Peruſini: q̃ exiſtimauerant legatorum auctoritate: quam plurimum ualere apud Brachium rebantur: bellum compoſitum iri. Ergo alia uia excuſſuri hoſtem Legatos ad Carolum Malateſtam mittunt: polliciti ſi opem tuliſſet octoginta milia nũmũ daturos. Carolus reſpondit ſe quidẽ pecuniis nõ egere: ſatis ſibi magna eſſe uectigalia: nec unq̃ cupiditate pecuniæ Regnum ſuum in belli diſcrimen deuocatorũ. Ceterum ſi tradere Ciuitatẽ uellent omnia pro ſua gloria & eorũ Rep. facturũ eſſe. nec ſe mercennarium eſſe Ducem: ſed pro magno imperio ſumma pericula putare adeũda. Legati nec

deculare eam

recuſare eam conditionem nec promittere poſſe reſponderunt:ſperare tāmen ſi libere Ci
nibus in tanto diſcrimine rerum ſubueniret: facile imperium conſequi poſſe ad ſe deſen-
ſe ciuitatis. Qua ſpe adductus Carolus cētum delectos equites auxilio præmittit: ipſe ad
reliquum expediendum exercitum demoratus: militem ex hybernis deductum in para-
to eſſe iubet. ratus ubi tanto beneficio deuinxiſſet Ciuim animos: paulatim largitioni-
bus paucorum cōmunem, Vrbis ſuperbiam emolliturum. Per hos dies Brachius ne q̃d
reliquum ex ea parte agri hoſtibus foret: Caſtellum Planum & Balneariam: nō parua op-
pida per conditionem recepit: uno intermiſſo die: caſtra non procul ab Vrbe quingētos
poſuit paſſus. Sed quoniam dies fuit nebuloſa atq; pluuia: militem in caſtris continuit.
Poſtero die quum prima ſtatim luce ad Ciuitatis portas infeſto ſe agmine oſtendiſſet: Ci
ues omnes qui per ætatem arma ferre poſſent eodem concurrere: & ꝙ loco erant ſuperio
re: & natura egregie munito: Vegium uocant Peruſini: cum ſubiectis hoſtium Cohorti-
bus prœliabantur. Sed loco fieri ciues acerrime: fortiſſimeq; ſe defenderunt. Prœlio com
miſſo: multis acceptis illatiſq; uulneribus: militem in caſtra reduxit. Idem ſequenti die
fecit: ſed alia parte non tam aſpera: & præcipiti aggreſſus Vrbem: & fracta deiectaq; porta
miles intra ſuburbium irrupit: peditibus aliquot qui reſiſtebant cæſis. Ciues quod ſupe-
rioribus fecerant prœliis parte iuuentutis fori præſidio relicta: cæteri ad defendendam re
liquam Vrbem concurrere: eorum concurſu acrius inſtauratur prœlium. Sed ubi aliquā
diu dubio marte pugnatum eſt milites quanto magis procedebant: tanto iniquiorē ſub
eundum locum intelligebant. Sic languidiores deſperatione uictoriæ facti magno cum
impetu repelluntur. Nuſquā Peruſino bello: quantum hoc prœlio ſanguinis fuſum. Nā
& pedites qui pro portis dimicauerant ab exercitu plæriq; fuere occiſi: & milites eo erāt
progreſſi: ut niſi ſcutis ſe protegerunt: ſuperne coniectis tegulis opprimerentur. Tum tan
tus utriuſq; impetus: ut Ciues quādiu æquo loco pugnauerant magna cum ſtrage reiecti
ſint donec ad præcipitem fori cliuum compulſi de loco ſuperiore conuerſo in militem i-
petu magnam & ipſi cædem ediderunt: perturbatoſq; extra portas magnifice repulerunt.
Quæ res tantum animorum addidit Ciuibus: ut poſtridie uniuerſus populus armatus ꝓ
dierit: prœliumq; poſtulauerit. Brachius ꝙ uidebat hoſtem quid loci poſſet iniquitas ma
gno exercitus incomodo edoctum: in colle ſeſe egregie continere: ueritus rurſus ad ini-
quitatem loci compelleretur: militem & ipſe continuit: proximaq; nocte uel metu ne q̃d
de improuiſo repente hoſtes molirentur: uel timore ſimulato: ut commodius iuadere ſe-
curos poſſet: uel quod magis putauerim: ne tempus periculoſa magis q̃ utili pugna con-
tereret: motis inde caſtris ad montem Melinum quinq; milla paſſuum procul ab Vrbe re
ceſſerat: quum legati Florentinorum iterum ad Brachium uenere: qui multis ultro: citro
que habitis fruſtra conſumpſere diem. Nondum aberant Legati quum Agellani. Paccia
nēſes. Panicanni. Cobottulani. Plagatini: & qui his finitima incolūt loca miſere: qui op
pidanorum clauis: atque Oliuam deditionis: paciſq; ſigna deferrent. Ponſpatulus rotiēs
ante utriſq; belli cauſa: & Caſtellumuetus: diuerſa ſitu oppida ſua ſponte deditionem fe-
cere. Iam confecto quaſi terreſtri bello: ne quid intentatum eſſet: in Thraſimenum totius
Italiæ amœniſſimum ac fertiliſſimum lacum: tanquam ad maritimam expeditionem ꝓ-
ficiſcitur. Thraſimeni ambitus triginta paſſuum continet millia. Littuſq; habet placidum
atq; arenoſum: & in ſpeciem maritimi ſinus longe uaſteq; extēſum. Rotūdus fere: ac ma-
ri ſimilis. Nec recipit alienas aquas: nec refundit ſuas. Oppida ex omni parte lacum cin-
gentia fœlici ac perpetuo iacent littore. Nihil ea plaga uel fertilitate agrorum. uel piſci-
um ubertate fœlicius. Medio autem lacu tres interiectæ inſulæ: quarum duæ hominibus
frequentes aſpiciuntur. Igitur Brachius tanquam ad bellum nauale profectus: primum
monte Columnolo recepto in poteſtatem. Paſſinianum: quod Thraſimeni fluctibus ab-
luitur: exercitum perduxit. Oppido in fidem accepto: qui inſulas colunt: etſi nauigia om
nia ueteri more ſubduxerant: cognita tamen finitimorum defectione ueriti ne aut graui
fame domarentur: aut nauigia hoſtes ædificarent in continētem cum omni claſſe exeun
tes inſulas dediderunt Nihil Brachio hac inſularum uictoria gratius Partim fama rerū
geſtarum: quod terreſtri bello uinci non poterant. partim ne inacceſſibilem a tergo ho-
ſtem relinquere: aut tempus conficiendis nauibus terere cogeretur. His rebus ad Thraſi-
menum geſtis. Autriā populoſum oppidū oppugnatū cū exercitu ꝓfectus: dū quæ oppu
gnationi uſui forent: cōparat. Legati Peruſinorū ad eum uenerūt. In his erat Cinellus ex
Brachii natus matertera: qui iam prope centeſimū natus annum ætatis fructū: & pruden-

tiam:& memoriam retinet. Legatio erat nomine:cæterum re ipſa belli dilatiõem: donec
Carolus:quem omnia parare ad bellum audiebant:cum ſuis aduentaret copiis agitebãt.
Legati multum de pace agere:ſermones longos de induſtria quærere:ſpem magis q̃ con
cordiam præſeferre:deniq; omnia quæ tardare hoſtium poſſent impetum ſimulabãt. Bra
chius ꝙ dare ſibi uerba intelligebat:ipſe quoq; de pace agentes ſtudioſius audire bellum
tamen interea non intermittere:nec dũ diſcedẽtib⁹ legatis facto propter Vrbem tranſitu
cum omnibus copiis Tyberim amnem traiecit. Vix ad alterã ripam uexilla peruaſerant
quum Torſianenſium Legati occurrerunt orantes ut oppidum olim ſuum reciperet ĩ po
teſtatem. nõ ſe ſponte ſua:ſed obſidione diuturna coactos ad hoſtem defeciſſe. Poſtridie
q̃ Torſianum eſt receptum. Legati Thudertinorum in caſtra uenere atq; Vrbis quã Rex
olim oppugnare non poterat:deditionem fecere. Tanta Vrbe recepta in poteſtatem:Bra
chius exules omnes:quos ſuperiore ſeditione eiectos dicebam:in patriam reduxit: arbi
tratus id quod erat futuꝶ:reuocatos beneficio ſuo diutius in fide manſuros. Hac re uehe
menter permoti Peruſini:nimiã Regni acceſſionẽ & hoſtis quottidie auctas opes metue
bant:iam eo potentiæ uentũ intelligentes:ut etiam ſi omni agro pelleretur nimis proxi
mum habiturus foret receptaculum. Vnde ut ui pelli non poſſet ſit exhauſtum bello Pe
ruſinum Populum inuaſurum:& agrum quottidiana uexatione depopulaturum. Tum
ſuas uires adeo attritas eſſe:ut ſi iam conducti milites reſiſterent hoſtium ferocitati: nõ ta
men tantum exactionum diutius pati poſſe rediuiuum futurum id malum: quum hoſtis
etiã pulſus agro:non amplius q̃ uiginti milia paſſuum procul manſurus eſſet:atq; inde ꝑ
petua clade Vrbem:agrum:itinera infeſtaturus. Hæc quum inter Ciues agitarent̃:nõ mi
nor q̃ ſi eoꝶ mœnia intraſſet hoſtis pauor:& trepidatio cũctoꝶ inuaſerat mẽtes. Vna ſpes
erat aduentantis exercitus:ſi uno prœlio bellum omne conficeretur. Nec dubitabant ho
ſtem numero longe imparem:aut non uenturũ in certamen: aut ſi ueniret facile a multi
tudine profligatum iri. Repetebant qui rerum euentus eſſent:quæ fortũa belli. Si aut ui
ctus hoſtis effugeret:aut pugnam non caperet:magnã tamen reſtare moleſtiam. Sin pro
fligatus forte caperetur:omnia in tuto atq; in portu fore. Hanc unam extare tranquillita
tis ac pacis ſpem. Interea legatos iterum qui eadem qua ſuperiore legatione uia hoſtem
eluderent:mittendos placuit. Brachius legatis reſpondit:illos maxime ſtultos eſſe q alie
næ confiſi ſtulticiæ ſolos ſeſe ſapere arbitrarẽtur. Iampridem cognouiſſe quid eiuſmodi
legationes pacis belliq; afferrent:ſibi unam eſſe hanc:fuiſſeq; ſententiam:non aliter bello
diſceſſurum:q̃ ſi exules in Vrbem reuocarentur. Scire quantum auxilii Ciues expectarent
eamq; ob rem belli dilationem quærere:ſed expectarent ſane quam uellent: aut ibi pro
ſuis moriendum eſſe:aut in patriis ſedibus repoſiturum miſertimos Ciues. Hæc quum di
xiſſet preſenbus legatis claſſicũ cani iubet:armatoq; ſtatim milite ad oppugnandũ oppi
dum Baſtiam:quod eſt in agro Aſiſiatium:proficiſcit̃. Eunti in itinere Vectonienſium le
gati cũ muneribus congratulatũ occurrere. Accepti ſunt pbenigne Vectonienſes:qui ꝙ
oppidum haberẽt magnũ ac montoſum:& natura ſituq; egregie munitũ:& Peruſino im
minentes agro Chiaſio amne:qui eoꝶ fines ſecat tranſitũ:& apire:& claudere ꝑ arbitrio
poſſent adeo Optimatiũ fuerant partibus:ut maximis primũ ſollicitati ꝑmiis:deinde an
niuerſario incendio & populatione agroꝶ uexati:nunq̃ a nobilitatis ſocietate deficerent
& Torſianũ a Ciuibus obſeſſum cõmeatu:& aliaꝶ reꝶ ſupplemento iuuarent:idq; opera
Criſpolitoꝶ factũ:qui inde oriũdi eodẽ in exilium acti oppidũ in fide ꝑ extrema & diffi
cillima quæq; tenuerunt. Inter hæc Peruſini legationibus eluſum hoſtem rurſũ miſere le
gatos qui nihil aliud agere potuerunt:niſi ꝙ pacis:quã aut quærebant:aut ſimulabãt:ſpẽ
ſublatã reportauerũt. Vltia Ducis fuere uerba:ſi alia cõditiõe q̃ de recipiẽdis exulib⁹ poſt
id eius caſtra ingrederent̃. legationis iura uiolaturi:& pro hoſtib⁹ nõ ꝑ legatis habituꝶ.
Motis deinde caſtris propius q̃ unquam antea ad Vrbem conſedit. pauloq; poſt leui ad
Ciuitatis portas nequicq̃ cõmiſſo prœlio:partem copiarum Corcianũ:quod oppidum
ſitu munitiſſimũ eſſe monſtrauimus obſeſſum dimiſit. Oppidani qui grauiſſimam oppu
gnationem magnis ſuſtinuerant animis obſidionẽ pati non potuere. Facta deditione.
Antria. Miſianum. Mantinianum:quæ reliqua ex omni agro præter pauca admodũ ho
ſtibus ſuperfuerant ad Brachiũ defecere. deniq; centũ uiginti oppida: & octuagita uicos
redegerat ĩ ptãtẽ. iã ſolã urbẽ bella reſpiciebãt nec erant amplius diuidẽdæ copiæ:exerci
tuſq; diminuẽd⁹ ad unũ locũ uniuerſis itẽris uirib⁹. At ciues undiq; obſeſſi nõ mõ cõtine
bãt ſe menib⁹:ſed exteriores portas latiſſimo clauſerãt muro & iã totiẽs oppugnatã urbẽ

iic præteritam

ſic præterritam ſecerat hoſtis:ut ne cuſtodibus quidem portarum qui pro ſtationibus &
propugnaculis uigilare conſueuerant:credere ſe auderent. Nam Ciuitatis uaria erant ſtu
dia:diuerſæq; Ciuium uoluntates. Alii domi potentes & factioſi:quib⁹ de uita & ſangui-
ne erat dimicatio:quottidie dies atq; noctes in armis eſſe:nec quicq̃ magis q̃ inſidias pro
ditionemq; timere Hos plæriq; poſtremæ fortunæ homines : prædis : rapiniſq; publicis
aſſueti ſequebantur:ſed nec hi tam acri erãt ad bellum animo: quos uictos uictoreſue ut
multum rapinarum:ita nihil periculi dignitatiſq; maneret. Alii erant boni & æqui ama-
tores domi opulenti:pecunioſiq;:contenti ſuis artibus. Hi nec arma niſi coacti capiebant
nec belli huius exitum magis q̃ bellum ipſum extimeſcebant. quorum maiores ſua quiſ-
que ſtudia ſecuti Ciuilibus diſſidiis:domeſticiſq; cladibus abſtinuerant: Ab his pecuniæ
exigebantur:his ſtipendia conducendo militi extorta:nec ulla re magis q̃ domeſtica ue-
xati. Tyrannide:pacem quam uerbis petere non licebat:animo auidiſſime cupiebant. VI
timum erat genus:quorum maiores nobilitatem ſecuti:q; aut frigidiuſculæ factionibus
ſtuduiſſent aut affinium & propinquorum ope freti in exilium eiecti non eſſent:in Ciui-
tate remanſerant:ſed nec Magiſtratus gerere:nec dignitates:ciuiliaq; munia obire pote-
rant. Ii erant:qui maxime omnium ſuſpecti habebantur:etiam ab illiſipſis:qui ne in exili
um præcipitarentur affinitatis iure effecerant. Quippe illa tempeſtate unis in tectis : una
unis in tectis una in familia:uel a parentibus liberi diſſentiebant de uita & ſanguine . In-
ter tot diuerſa Ciuium ſtudia etſi potentiores erant qui armis:clienteliſq;:q̃ qui ſuis arti-
bus uiuerent:aut qui alieno eſſent animo:tamen metus & ſuſpitiones undiq; in Ciuitate
uerſabantur. Alios imperii ſollicitudo ſuſpenſos tenebat. Alios fortunis exinanitos aſſi-
dua exactionum magnitudo terrebat Alii ne quid ſuſpitionis : aut eſſet aut conflaretur:
ſummum periculum atq; ultimos cruciatus metuebant. Multorum erat timor ne aucto-
res rapinarum:quorum ipſi ductu raperent ſpoliarentq; aliorum fortũas:imperio deiice-
rentur. Hæ res effecerant ne cuiq̃ portæ Ciuitatis:niſi muro crederentur. Brachius ubi ui
det tantum pauoris:ac trepidationis inuaſiſſe Vrbem:etſi intelligebat unicam ſpem Ciui
um in Caroli aduentu eſſe repoſitam:nihilo ſecius quo magis aut perterreret attonitos:
aut ſperantes in certamen prouocaret cum quadringentis equitibus:trecentiſq; peditib⁹
ad muros Ciuitatis ſeſe oſtendit:pugnamq; milites poſtulauerunt. Ciues : ut eſt ea gens
totius Italiæ longe bellicoſiſſima:quum portis egredi nequirent:muris qua parte preſſio
res erant cum armis ſeſe iacientes ad pugnam animis pleni deſiliebat. Magna corruente
multitudine accerimum: initum eſt prœlium. Ciues etiam illiipſi quib⁹ bella diſplicebãt
ſtudio pugnandi:& gloriæ ac laudis æmulatione trahebantur. Qui muris hærebãt diſpo
ſiti propugnaculis lapides ac tæla coniiciebant. Multi utrinq; uulnerati:deſiderati etiam
nonnulli. Brachius reducto nec uicto:nec uictore exercitu:quum aliquot militum uulne
ra ſubito liuore intumeſcerent:comperit tæla quædam mortifero tincta:atq; oblita medi
camine. Eamq; ob rem mittit qui ad rectores Ciuitatis tæla ipſa deferrent:ſimulq; nuntia
rent:ne belli iura uiolarentur:alioquin ſibi quoq; conſilium non defuturum . Inſuetam
hanc pugnæ ſpeciem Italicæ genti:& ne cum barbaris quidem hoc modo ſolere dimica
ri. Decem uiri:tot enim præerant Ciuitati:ſtatim decernunt:ſi qui eo genere tælorũ uſus
fuerit:capitali ſupplicio eſſe damnandum. Ad Brachium reſpondere : eius rei ſe ignaros
eſſe:non placere ſibi nec gentiũ:nec belli iura uiolari . Et quoniam controuerſia eſſet de
Ciuitate contentos eſſe rem ſuam non magis aliena pernicie q̃ ſalute ſua defendere. Præ
conio deinde edici iubent qui ueneno tæla tinxiſſent contra Rempublicam eſſe facturoſ
quo crimine nullo apud eos maiore animaduerſione & ſupplicio dignius. Dum hæc ge
runtur Brachio per ſpeculatores ſignificatum eſt :multum copiarum ab Ariminenſibus
coactum eſſe. Carolum Malateſtam Ciuibus auxilio uenire. ducere I armis equitum duo
milia peditum mille & ſeptingentos. iam in fines Aſiſiatium perueniſſe . eſſe cum illo in
exercitu Angelum Pergulenſem:& præterea ductores alios non mediocris in re milita-
ri auctoritatis. Hac re nuntiata per alios exploratores quos conſuetudine ſua late dimit-
tebat certior fit. Cicchulinum præterita nocte cum mille equitibus:totidemq; peditibus
ad Spellum:quod & ipſum eſt Vbriæ oppidum conſediſſe:& fama increbuerat : non pri-
us inde moturum:q̃ copias iunxiſſet cum Caroli exercitu Huc addebant Paulum Vrſinũ
in itinere eſſe:iam Narem flumen eſſe traiectum. Brachius tot ſimul rebus nuntiatis:ado-
riri ſingulos hoſtium Duces inſtituit:ne ſi cũ uniuerſis cõfligendũ eſſet:nimium diſcrimi
nis ac piculi ſubire:militeſq; a multitudine circũuenien iendos ad cædem nõ ad pugnã obſi
cere cogeretur : citato ſtatim milite : quod maturandum ſibi q̃maxime intelligebat ſub

occaſum ſolis monit exercitum:multoq; ante primam lucem tota nocte ĩ itinere cõſum-
pta Spellum peruenit. Hoſtium pedites ſtatiuis circa portas ac muros crebri ſtipatiq; con
ſederant. Fit nocturnus impetus in ſomno grauẽ hoſtem. tum uero q̃ tum ſubitæ res mo
menti habeant:q̃q; mortaliũ animi terreãtur maxime patuit. Primo ſublato clamore tre
pidus hoſtium peditatus nõ arma capiendo:ſed huc illuc fugiendo:latitabat:nõ ordinẽ
nõ Ducem:non ſigna ſequebantur: ſed qua propiores eſſent portæ in oppidũ ſe pterriti
recipiebant:arma:ueſtes:tæla paſſim relicta:plæraq; in ipſa fuga:trepidis elapſa: atq; hu-
mi iacentia calcabantur. Interea Cicchulinus audita ſuorũ fuga:ubi de hoſtium aduentu
cognouit:equitatum:quem omnẽ ne agri pabula uaſtare. aut frumentum noctu abſpor-
tare milites poſſent:intra oppidi mœnia compulerat:extra portas cõpoſito educit agmi
ne. Sed quo magis res erat improuiſa:eo minus explicare aciem:proculq; a mœnibus ꝑ-
cedere audebat. Qua re cognita. Brachius tripartito agmine tertiam partem copiarum
obliquo tractu clã ad occupãdas portas:hoſtẽq; ĩtercludendũ dimittit. Cæteris copiis a
fronte atq; a latere inuaſurus hoſtem. Nec conſilium feſelliſſet: niſi oppidani qui uiden-
di ſtudio ad mœnia confluxerant:& quãtum nox permitteret:proſpiciebantur. Ciecho-
lino iter obliquum hoſtium nuntiaſſent. Ille reducto ad portas equitatu: ne circumueni-
ri poſſet:intra prima oppidi munimenta ſe continebat. Mox prouocatus:ut fit:ad pugnã
leui commiſſo prelio:paucisq; ex ſuis amiſſis intra mœnia compellitur. Hæc uictoria.q̃q̃
minor ſpe fuit:peditatus tamen direptione ĩſignis eſt habita. Brachius ꝙ ex captiuis co-
gnouerat omnes hoſtium copias in Aſiſiatum finibus conuenturas.quod ubiq; erat uiri-
um:unum in locum coægit:ſperans Pauli Vrſini aduentum tardiorem:fore:cæterum Ca
rolum animo eſſe uaſto:& ad gloriæ cupiditatem q̃ periculi metum cogitandum procli
uiore:minime expectaturum Pauli aduentum exiſtimabat. Hoc conſilio nę hoſtibꝰ quo
minus coniungere exercitus poſſent impedimento eſſet: in ſua caſtra reuertitur ſperans
cõiũctis copiis in præliũ ꝙ peditatu & eqtatu præualerẽt:eẽ uẽturos. Poſtridie eiꝰ diei ho
ſtes uterq; ex diuerſo Aſiſium conuenienis:caſtra exercitus coniunxere. Peruſini ubi pri-
mum de auxilio eſt nuntiatum ſubita lætitia priuatim publiceq; affecti:portas iampridẽ
muro ſeptas aperiunt. Mox turribus:mœnibus:palatio:priuatis etiam ædificiis lumina-
ri flamma diſtinctis:quo ſigno magnis proſperis in rebus uti conſueuimus: ſe quoq; ad
pugnã parant. iuuentutem conſcribũt:arma tælaq; expolrũt. Videres ſeipſos hortari atq;
excitare. muta iampridẽ conſilia magno celebrare plauſu. alteꝝ alteros geſtienti ſimilẽ
intueri. & qui minus lætus ex ea re eſſet:eum plus lætitiæ ſimulare. Brachius in caſtra re-
uerſus Tartalia:cæteriſq; præfectis militaribus ad ſe uocari iuſſis: edicit ut oĩa quæcunq;
cõmittendo prœlio uſui forent:q̃optime poſſent:compararẽt:proximã inſtare pugnam:
aut huius belli:aut utrũq;futurũ ſit:laboꝝ atq; exilii finem. Ipſe cum ad multam noctem
uigilaſſet:tabernaculũ ſolus ingreſſus:multa ſecũ cogitaſſe dicitur. Occurrebat aĩo dupli
catus hoſtiũ exercitus:duplo ſuis copiis maior. Pauli etiã aduẽtus:qui ſi ante q̃ cõfligerẽt
aduẽtaſſet:futura in hoſtiũ exercitu equitũ quinq;:peditum fere totidem milia. Tum Po-
pulum Peruſinum magno numero:maioribuſq; aĩs pugnæ iterfutuꝝ. Iam nunc nondũ
uictis inſultãtẽ & pœne citra externã opem ſuis uiribus parẽ ſe facere. bellandũ eſſe alie-
no loco. equos ſuos in acie & diuturnitate belli confectos:hoſtiũ robuſtos atq; integros:
& nunc tandem hybernis exeuntes tum aut pugnandum ſibi eſſe:aut agrum totum amit
tendũ:nihil alienius eſſe q̃ præſidiarias manus per oppida diſponere: campũ hoſtibus li-
berũ patentemq; relinquere. Nam ut hoſtes nõ oppugnarẽt:fame tñ eſſe pereundũ. Huc
accedebat bellice rei gloria:inuictũq; ante id tempus nomen:ſi hoſti cederet magnam fa
mæ ſuæ ac nõis eſſe iacturam. nihil paulo ante fundato impio periculoſius. Quod ſi bel-
li diſcrimen uellet adire:facile unũ a tribus circũueniri ac uinci poſſet:quæ res multo cun
ctatiorem ad bellũ faciebat. Repetebat q̃ eſſet uaria atq; anceps fortuna belli:nec quicq̃
magis q̃ ne ſuperiorem fœlicitatem noua fœdaret calamitas metuebat. Hac tam ancipiti
cura diſtrictus totã noctem inſomnem egiſſe:etiã ipſe confeſſus eſt. Cæterum ut ſæpe ex
longa cogitatione ſana & matura cõſilia. porro ex cõſiliis pulcherrimi reꝝ exitus oriũtᷣ
multis ultro citroq; unã in rem collatis:placuit omni qua poſſet uia prius bello decerne-
re:q̃ tot ſimul hoſtiũ copiæ iungerent. Hoc ut facere poſſet:quod ubiq; erat militũ:equi-
tum:peditũq; unum in locũ coacto:oĩbus dimiſſis impedimentis in late patentes cãpos:
quo hoſtis erat tranſiturus compoſito atq; inſtructo pergit agmine. Planicies longe ma-
gis q̃ late iacens a flumine Tyberi qui a Septentrione defluit in Meridiem recto tra-
ctu ad Orientem in Aſiſiatium pertinet fines:non procul a flumine hinc collis: ĩde San
ctum Gilium

ctũ Giliũm parua oppida a latere prominent:quo fit ut cætero tractu plane patentes cam
pi hoc in loco paululũ deuexi demittantur. Qua uero a meridie in collem attollunť par
uis ſed tamen frequẽtibus arbuſculis increuit ſylua. Idibus Iuliis Brachius huc omni tra
ducto exercitu nõ longe a Tyben flumine:qua hoſtem nõ multo poſt trãſituꝝ exiſtima
bat conſedit. Aciem non in cornua ueterum conſuetudine:ſed nouo atq; inuſitato gene
re pugnandi:quo poſt illud tẽpus uſi ſunt omnes:in plura cõſertaq; diuiſit agmina. Vni
cuiq; agmini ſuus eſt ductor Quadrati agminis caput appellant. Primus enim prœliari
turmatim inſtituitante quem non ſingulis primum:& modicis Cohortibus: ſed toto ſi
mul exercitu res cornu atq; ala gerebatur. Igitur omnibus equitum turmis in ordine q̃
aptiſſime collocatis:pedites raros interiecit:hiſq; imperauit ut equitibus adeſſẽt:illos ob
ſeruarent nuſquã oculos ab illis flecterent:excitarent cadentes:uulneratos ſuſciperẽt:ha
ſtas pugnantibus adminiſtrarent:procula circunferent: & quum commode potuiſſent
hoſtilium equorum ilia ſuffoderẽt. Rebus ſic peractis mittit qui proximo oppido dolia:
cados:& uarii generis ingentia uaſa perferrent. quæ accitis ſtatim mulieribus ad aquam
e flumine deportandam media poſt militum ordines collocauit. quæ res uel ſola uictori
am præbuit. quod eo fecit conſilio:ne ardore ſolis belliq; labore deſeſſi: milites ab ordi
ne diſcedere:reſpicereq; ad Tyberim cogerentur. ratus id quod poſtea euenit:hoſtes pro
pter anni tempeſtatem ſolis æſtum nequaq̃ diutius eſſe paſſuros:ſed belli ſimul labore fa
tigatos ad Tyberim octingentorum paſſuum interuallo deceſſuros. Hæc ubi fuẽt peracta:
paululum temporis permoratus procul inde quattuor milium ſpacio uenientium hoſti
um agmina conſpexit:quorum paulatim appropinquantium arma ſolis ſplendore per
cuſſa fulgebant:& puluis ueluti fumus:late exurgens nebulæ ſpeciem oſtẽdebat. Aſpicie
bantur iam compoſitæ paratæq; prœlio Cohortes:quæ uel ſpe prœlii:uel ut Cimbꝰ q̃ in
ſtructiſſime:bellicoſiſſimeq; uiderentur:magnifice ſe ornatiſſimeq; diſtinxerant. Brachi
us ubi uidet hoſtem pugnæ intentum ꝓcedere:ueritus ne magna ui populus auxilio ue
niret:peditibus aliquot ad occupandum fluminis pontem dimiſſis: cæterũ exercitum in
acies plurimas diſtributum circuniens hortabatur. Aliquæ erant exulum Cohortes:qui
bus Malateſtam Balionium Pandulfi:quem a Plæbeis trucidatum diximus:filium præfe
cerat:ad eas ubi hortando peruenit propior factus:in hunc modum locutus fertur. PO
TERAM inquit uiri utinã dicere liceret Peruſini:& calamitate ueſtra: & hoſtium iniuria
contentus eſſe:nec eos uerbis hortari meis:quos dura ſua excitare debeant facta. Tertius
hic & uigeſimꝰ agitur annus:quo nos eiecti Ciuitate:uage miſereq; acti nec cœlo nec ter
ra ſtabilem ſedem habere potuimus:nulla re q̃ longa fuga tutiores. Tandiu etiam paren
tes noſtri multi iacuere:quoꝝ iniurias ut ipſi non ſentiãt:nos recordari ſine maximo gra
uiſſimoq; animi dolore nõ poſſumus:niſi noſtra mala paternas iniurias ſuperauere. Nec
facile quiſq̃ aliena Icommoda recordatur quem præmunt ſua. Equidem memoria teneo
plurimos ex uobis cum exiliũ mala comploraremus dicere ſolitos:ſæpe ſibi de morte eſſe
cogitatum. Nec quiſq̃ eſt noſtrum:cui tam miſera & laborioſa uita nõ morte fuerit acer
bior. Nam ut omittam patrium cœlum ut affines:cognatoſq; noſtros:qui nõ parum no
bis poſſunt afferre deſiderii:quid per ueſtram fidem miſerius dici poteſt:q̃ tot uix ſpiritu
ſuſtentatos annos:non potum:non cibum ſumere:non dormire non uigilare ſine perni
cioſiſſime mortis ſuſpitione potuiſſe. Quotiens nos inſidiis:quotiens ueneno tentati ſu
mus? Vbi gentium paulo diutius commorati ut nõ ſtatim miſſi ſint:qui capiti uitæq; no
ſtræ inſidiarenť:preciũ noſtri ſanguinis accæpturi? Ex oppidis in oppida: e regionibus
in regiones fugere:magis q̃ migrare compellimur. adeo nullo malo noſtro contenti per
niciem q̃ exilium malunt. Qui parentũ quoq; noſtroꝝ ſanguine ac cædibus ſunt cruen
tati. Pudet dicere quæ pati miſeros oportuit. Quũ patriis eiecti laribꝰ Ciuitate ferro ꝓcul
tabamur: quũ parẽtes nr̃os medio in foro crudeliſſime:inhũaniſſimæq; trucidatos:alios de
formatos naribꝰ:alios manibus pedibuſq; articulatim cæſos ac mutilatos relinquebamꝰ?
Quanto maiore effugimus numero q̃ nũc ſumus? Vbi ſunt illi ipſi:quos fugæ atq; exilii
duces habebamus? Id a me ſi quæritis:alii inopia & fame ueneno alii:nonnulli mœrore
atq; erumna perierunt:quorum exilium hoc fuit miſerius:q̧ in patria uel ab inimicis qui
occidiſſent ſepeliri potuerunt. nam ut uiuẽtibus multi:ſic morientibꝰ inuidit nemo. Sed
quid ego aliorum mala commemoro:quaſi uero deſint noſtra. nec pari nos iactemur tẽ
peſtate:paulo poſt iiſdem exilii fluctibus interituri. Beatum illum ac lætum iuuentæ flo
rem inſueti generis:fortunæq; noſtræ labores excuſſerunt militares annos & pugnacẽ ad
hunc diem ætatem:quam adhuc celeri labentem paſſu retinemus:paulo poſt etiam ſi fo

cium & quietem nacti erimus ſenectus abſumet. Vbi iam exhauſta uiribus & ſanguinẽ eſſeta reponemus corpora? Vbi moriemur tandẽ miſerrimi exules? aut quibus oſſa noſtra ſepelienda demandabimus? Hæc tam acerba & diuturna mala ſi ut ſunt: ita uobis grauia atq; aſpera uidentur: non dubito uirtute ueſtra euitari hoc die poſſe uno momento: & parentum noſtrorum umbris ſatiſfecerimus: & ſaluti noſtræ: quam tot uariæ procellæ & tempeſtates agitauerunt: conſulemus. Sit ſatis hactenus fuiſſe miſeros: iugum illud tamẽ graue noſtri exilii ut patiẽter ad hoc uſq; tempus pertulimus: ita nunc fortiter excutiamus: ne nimis didiciſſe miſeros eſſe & nati ad exilium: non eiecti uideamur. Quouſq; inimicos noſtros tot ſcelerum impunes: ac lætos eſſe & parentes noſtros inultos iacere patiemur? Satius eſt iniurias ulciſcendo mori: q̃ uitam eas negligendo retinere. Nam qui ſic moritur: tunc etiam ulciſcitur quum moritur. Quo quid poſt eſſe in miſeria pulchrius? Contra uero qui negligit tandiu acceptas: auget iniurias donec earum teſtem uitam retinet. Nihil animo magno & fortia atq; præclara cupienti poteſt eſſe pulchrius: q̃ iniurias ubi patientiæ modum exceſſerunt propulſare. Quem non natura ſolum ad uindictam armauit: ſed etiam excitauit ad gloriam. Aliud eſt quærere gloriam: aliud ignominiam propulſare. Illud honeſte ſæpe non curamus: hoc ſine ſummo dedecore & turpitudine non curare non poſſumus: Quod ſi gloriæ cupiditate: & maiorum ultione non tangimur: quoniam grauia quæ ſunt uſu fiunt atq; aſſiduitate leuiora: noſtra tamen neceſſitas impellat ad bellum. Sin tot mala perpeti æquo poſſumus animo: liberis noſtris: quos media in fuga peperimus: aut ſi dii uolent: in patria pariemus. conſulendum nobis eſt. Quod ſi hoc fortaſſe ueremini: ne nimis ſæueri ultores futuri ſimus: i(n)miſſas parentum faciamus iniurias: ſaltem noſtra tecta noſtros lares prædia & ſepulchra noſtra repetamus. Quãq̃ quæ ſatis ſæuera ultio iis: qui auos: qui parentes: qui germanos nulla cauſa interfecerunt: qui nos e noſtris laribus cubilibuſq; noſtris eiecerunt: qui iampridem inopia & fame pereuntibus domos atq; agros expuerũt. Veremur ne nimis magnam iis iniuriam faciamus: qui noſtris iniuriis non contenti: ui: fraude: ferro ueneno uſquequaq; uitæ capitiq; noſtro inſidiati ſunt. Quotuſquiſq; eſt mortalium: ſi pugno ictus: ſi paulo conuicio ſuis aures appellatæ: qui non ira ſtatim incenſus: gladium perſtringat? Sed multo maior iniuria noſtra eſt: ut iam patientiæ locus foret: & quos habuimus offenſores: iiſdem petentibus ueniam dare poſſemus. Sed nec illi ſui ſceleris atrocitate petere audent: nec nos ſi peterent ignoſcere paterna pietatis iura pateretur. Maius eſt illorum ſcelus q̃ quod ignoſci a nobis queat. Sed quid hæc loquor: quaſi illa de uenia impetranda: non de calamitate accumulanda cogitarẽt. Agrũ omnem uaſtauimus. Thraſimenilacum etiam illam nauigabilem recepimus in poteſtatem. oppida cuncta quæ munierant aut ui nos ſubegimus aut illa ſua ſponte in ditionem deuenerunt. Montoſa & aſperrima ſitu caſtella ad nos defecere omnia. Vrbẽ ut nos quietem aut aliud ageremus agricolæ obſiderẽt: nõ pedẽ efferre: non portas aperire audent. Videte quæſo indebilem pertinaciam: num de recipiẽdis nobis uel unum fecere uerbũ? Miſere illi quidẽ legatos: ſed quid aliud legati q̃ uerba dare: belli dilationem quæſierunt? Quid facturos putatis ſi hinc uicti uage: ſparſimq; diffugerimus? Quos intra mœnia noſtra coercitos mitigare nequiuimus: eos nobis fugientibus pacem daturos exiſtimamus? Credite mihi: aut hodie uincẽdum eſt nobis: aut uictis miſere in exilio moriendum. Nihil dico de gloria: nomen ipſum admonere nos poteſt. q̃diu exules fuimus: nihil tam ignominioſo titulo ſplendoris eſſe potuiſſe. Affinitates & coniugia quæ antea finitimis dare negabamus: nunc ignobiliſſimus quiſq; faſtidit: adeo noſtræ fortunæ: noſtri aſpectus omni genti ſorduere. Semper ne igitur extorres exulabimus? Semp fame atq; inopia excruciati in miſeria & calamitate uerſabimur? Et quis erit laborum finis: ſi etiam fugientibus pro capite arma ferre opus ſit? Hoc illud eſt tempus in quo modico breuis horæ diſcrimine: perpetuum nobis paratum eſt ocium. Si hodie noſtris utemur dextris: reliquæ uitæ nõ noſtræ ſolum: ſed liberum. nepotumq; noſtrorum cõſulemus. Nec eſt ea ratio exules: ut meliorem belli occaſionem futuram ſperare poſſimus Hodierna pugna totius belli finis erit: & oppida quæ cæpimus & Vrbs ipſa uictorem ſequetur. Nulla iam nec nobis: nec hoſtibus auxilia opperiẽda. Quod habent uirium: id hodie in ultimũ belli diſcrimen adduxerunt: quod mearum fuit partium: dedi operam ut q̃ æquiſſimo loco ante q̃ hoſtes cum urbano delectu coniungantur: cum dimidiis eorum copiis preliaremur. Amnem uidetis interclusum: ſi ſitim extinguere pergant hoſtes i ferro iter erit aperiendum. Nam ut acri pugnent animo id curaui ut non cum ſolis uobis eſſet illis: ſed cum ardentiſſimo ẽt æſtu dimicandũ. Omnia nobis diis gratias: opportunæ ꝓuiſa ſunt.

miſa ſunt. Delectus locus: conſtitutæ in ordine acies parata quæ fatigatis ſuccurrāt. Pedites ueſtro præſidio intermixti: nihil niſi ueſtros nutus: ueſtros oculos ītueri iuſſi ſūt. Iam & mulieres ne Solem timere poſſitis auxilio præſto fuere. Si pares tantis apparatis adhibeatis animos: nos certe uicimus exules. Quid etiam ſi hæc grauiſſima forent: neceſſitas nos cogeret pugnare: ſi nō ipſa uoluntas impelleret. Patiemur nos ignobiliſſimū quēq; regnare domi? Patiemur abiectiſſimā plæbeculam nobiliſſimæ imperitare Ciuitati? Domos noſtros ſanguine parentum noſtrorum cruentatas ab iiſipſis teneri qui occiderunt Equidem ſæpe audiui: qui uiolenta & manu illata morte perierunt: eorum umbras circa domos ac tecta uolitare: conari ſæpe uocem & piacula expoſcere. Quid ſi parentum noſtrorum umbræ ſuas domos circumerrent: quos aſpicient non interfectores ſuos? Quid audient: non quottidianas execrationes? A quibus piacula & parētanōes expoſtulā: nū ab iis qui ſe nefariis manibus interfecerunt? Opem expectant ueſtram: non qui ceciderunt ſolū: ſed quos ludibrio inimici in Vrbe retinuerunt affines & propinqui noſtri. Quibus quid poteſt eſſe miſerius: alienum atq; inimicū uultum ſumere: ubi doleant gaudere ubi gaudeant dolere coguntur: adeo libertatem animi quæ communis eſt omnibus diſſimulare miſeros oportet. Nihil dico de Magiſtratibus: nihil de diuitiis & libertate Ciuili nihil de contentionibus Vrbanis. Iampridē memoria exciderunt honores & dignitates: quas continue apud inimicos intuētur. Cogitate quātum acerbitatis. Nam nobis quoq; idem eſt malum: niſi fortaſſe minus doleat qui iniuriæ ſuæ auctores nō ſemper habet ante oculos: q̄ quibus præſentes metuendi: ſuſtinendiq; ſunt illi qui domos noſtras frequētare ſolebant: direpti: ſpoliati: nihil niſi dextras expectant ueſtras: qui comitari parentes noſtros: qui cum illis Remp. gerere. quorum magna pars ferro abſumpta eſt. Quas: porrigere preces: quæ uota facere: q̄ occulte tēdere uobis timidas manus arbitramini? Suſpicite quæſo illa in quibus nati ſumus mœnia q̄ cupide hodie uos expectent. Quæſo item introſpicite: uidete illa interiora templa: illic patrum matrūq; ueſtrarum iacent oſſa. Quid illa priuata nec tam eminentia ædificia: ibi nati: ibi qui per hoſtes adoleſcere non licuit. primis in cunabulis educati ſumus. q̄ amice nos uidentur acclamare & implorare opem noſtram. Quid dicam illos ſupremos colles? Quid hos campos quibus etiam pueri uerſabamur: & hunc ipſum Tyberim: tum hoc patrium cœlum quod in hanc lucem educti hauſimus: q̄ pulchre ad bellum contra inimicos inuitant. Vbi aut glorioſius uincere: aut honeſtius ſepeliri poterimus unde fugere turpius? Porrigite mihi dextras ueſtras mei ciues: nam ſic auguratur animus. Per has ego uos appello in quibus uictoria noſtra ſita eſt ut hodierna die pulchrum facturi facinus pro ueſtra patria: quam uidetis ante oculos: pro ueſtris tectis: ueſtris incunabulis atq; fortunis: pro parentum glorioſa uindicta: pro ſalute & dignitate noſtra. deniq; pro hoc ipſo noſtro tam pulchro: tam nobis amico cœlo: ita fortiſſime dimicemus: ut aut fortiter uincendo: aut honeſte moriēdo perpetuo in noſtris parentumq; noſtrorum quieſcamus ſedibus. Hæc dicenti: una reddita eſt omnium uox. Se aut uincere hoc prœlio: aut mori ſtatuiſſe Eas acies: Brachius q in his plurimum confidebat: primo loco poſt Tartaliæ aciem conſtituit: ſingulis in ordine collocatis ad militum agmina progreſſus: eos quoq; hortandos ad bellum: incēdendoſq; pro periculi magnitudine arbitratus ita diſſeruit. QVVM Belli uaria pericula cognito milites quæ me duce ſuperaſtis: omnia tanta mihi uirtutis ueſtræ recordatio occurrit: ut nihil noui negocii putem expetendum. Satis erit priſtinæ uirtutis admonuiſſe: eius hodie: ſi ut ſpero memineris: uictoria in manu eſt Exhiberè mihi quæſo illas uictrices dextras: quibus me ad Picentes: pauci a plurimis defendiſtis. quibus Cingulanum populum compuliſtis intra mœnia. quibus Fauentini qui tranſitum per ſuos fines facere prohibebant: altius q̄ uelle cecidere quibus Romæ Regem pugna: Gallos uirtute: omnes gloria ſuperaſtis: non dubito qui fortiſſimas gentes uiciſtis: ne ignauiſſimam non ſuperetis: nec uos armorum deterreat uanus fulgor: quæ paulo poſt ueſtra futura ſunt. Illi clypei: illæ haſtæ quas procul uenientes intuemini hoſtium fugæ non ueſtræ uictoriæ impedimento erunt. Gens imbellis & domeſticis emollita deliciis: quam nimis imperioſus Dux ad numerum: non ad pugnā domo excIuit. Multū prædæ nihil periculi affert: ut nos negligentius pugnemus: aciem noſtrorum oculorū diutius ferre non poterunt. An uero quid nomen ualeat ignoratis. Tremere nunc hoſtem ſub armis non ſua magis ignauia q̄ fama ueſtra cogit. Tot magnifice geſtas prœlia: tot illuſtres uictoriæ: tot expugnationes quibus ante hāc diem Inuicti reputamini: non latent in anguſtiis milites: ſed cunctam Italiam: omniūq; hoīum

animos peruagantur. & qui timide accedit ad prœlium: de fuga cogitat: non de uictoria
ſperat. Quid putatis facturos hoſtes: quorum alii bellorum inſuetudine: alii fama ueſtra
omnes perterriti: omnes a liberis & coniugibus euulſi ad domos ſuſpitāt: nec magis uos
milites primā in frontem progrediemini ſtudio bellandi: q̃ illi ad terga ſuorum fugita-
bundi deliteſcent. Veterani ſi qui ſunt hoſtiū milites quos ille per oppida diſiectos uxori-
bus eneruandos exhauriendoſq; diſperſerat: deſueta iam bello ſunt & longo ocio ſoluta
corpora nequiq̃ noſtris cicatricibus: & duratis callo lacertis congreſſura. Quæ ut minus
a nobis prœlio uexent: ſitis atq; æſtus abſumet. Equi eo robuſtiores ſūt. quo magis exer-
citi. Nec ſolem facile patitur: quem diuturna complexa eſt umbra. Tum magnū pugnan-
tibus incitamentum præda eſt. Opes noſtræ q̃ anguſtæ ſint: ne ipſi quidem ignorant ho-
ſtes. Galeam: loricā: toracem: ocreas: tæla: equos: hæc nobis eripere uictores poſſunt. hæc
ſunt quibus diſcriminen belli: ne ipſi quidem qui bello uiuimus putaremus adeundum:
quid hoſtes q̃ longa pace: q̃ recenti expeditione atq; apparatu opulenti. Non nobis cum
armis atq; equis eſt bellum: quos ſpoliatis auferamus. pro captiuis redimendi erūt: quos
cœperimus: non pro militibus dimittēdi. Superiore Gallico bello una excurſione octo-
ginta milia nummum prædæ precium accœpimus: quid ex tot ſimul captiuis ſperare de-
bebim⁹. Nam arma illa procul micantia magis ſunt ornata q̃ firma. Delecta ex oppidis iu-
uētus phaleris atq; armis tota nitet cæter: animis īgēs trepidatio & pauor officit. Quas
opes dii immortales: quæ uaſa argentea: quantas pecunias Arriminenſes longa pace con
geſſerunt. Ii ſunt quos iam non longe aſpicitis uelut ad nuptias molli apparatu uenien-
tes. Stringite modo gladium: nihil dubito profugituros. Nec enim Arriminenſes Fauen-
tinis finitimis ſuis fortiores erunt. Idem tractus terræ: eadem ora eſt: niſi q istı longiore
ocio torpuerunt. Quanta cædes Fauentiæ facta: q̃ nullo prœlio tot milia hominum fuſa
fugataq; ſunt: quum ad Piſaurienſes penetrauimus. Quantum prædæ in Arriminenſi
actum: q̃ nihil auſi ſunt graues præda: impeditoſq; inuadere. Quid nunc animi habitu-
ros putatis alieno ſolo pro alieno imperio bellaturos cum illis ipſis quibus ſuis in ſedibus
pro ſuis fortunis congredi nō ſunt auſi. Non facile exurgit qui ſemel deiectus eſt animus
Nam de multitudine quid attinet dicere. Fato quodam noſtro fit milites ut nūq̃ pari nu-
mero congreſſi ſumus: & uos iampridem uincere multitudinem didiciſtis. Teſtis eſt Mi-
chilectus: teſtes iſti ipſi Arriminenſes & Fauentini. quos maioribus q̃ nunc ſūt copiis Ca-
merti agro. Fabrianenſiq; fugauimus. Teſtis hic aget Peruſinus. ubi quum multi uno in
exercitu Duces conueniſſent: ſubito cōſpectu noſtro ad Tyberim defugere. Teſtis ut ali-
os taceam potentiſſimus Rex Arretio fugatus. Romæ deuictus. Sora pulſus ueſtra uirtu-
te milites. Nā alii qd opis tulerint. non eſt neceſſe aliena facta cōmemorare. Diis gratias
eo animorum uentum eſt. ut multitudo contemptui ſit uobis: paucitas uerecūdiæ. Nam
il ipſi: qui nulla iniuria niſi militari laceſſiti a nobis contra nos aliena capeſſunt bella: ſæ-
pe quid ueſtræ dextræ ualeant experti ſunt. Quo magis eor Ducis pertinaciam demi-
ror: quem totiens cognita pericula terrere non potuerunt. Voluimus tranſire ad Gallos
iter per Arriminenſem impediebat Piſauro cū præda reuertebamur: præſto nobis a ter-
go: a fronte: ac ſe ac militem obiecit ſuum. Patriam recuperare cōtendimus: uidere q̃ im-
portune ſeſe ingerat nobis. Nimirum hic ſanguinem ſitit noſtrum: qui etiam inuitos ſu-
os trahit ad alienum bellum: & exilium meum pro regno habet: quo in bello lapides ſi
poſſent aliquid mihi ferrent auxilii. Hic unus ex omni Italia eſt infeſtus. Quæ tandem
iſta eſt immanitas? Si quis roga accœptos ſuum in prædium diuertere nos uetaret: quātā
facere uideretur iniuriā? At hic ne ad patriam: ne ad propinquorum: amicorumq; am-
plexus accedam: nefariis obſtat armis. Et quo pacto me uobis eripiat: inimico uenit ani-
mo non hoſtili. Defendite me ab inimicis milites: qui totiens ab hoſtibus defendiſtis. Si
unq̃ fortiter pro mea dimicaſtis gloria: nunc per inuictas. me duce dextras oro: pro mea
uita: pro meo ſanguine: pro mea illa quā ſuſpicitis patria multo fortiſſime dimicetis. Ex
opulentiſſimo hoſte ingentem prædam: ex me digna uobis reportaturi hodie præmia.
Reponite me meis domibus quem tandiu errantem ſecuti nullo in periculo deſeruiſtis.
Hæc dicentem magnus uibrantium clamor interpellauit: nec unq̃ magis exarſere mili-
tum animi: quos certatim fortiſſimi cuiq; data ducis manu haſta: magis magiſq; accen-
dit. Voces magnifice undiq; exaudiebantur. His haſtis pulcherrimū facinus ante Ducis
oculos eſſe facturos. Et quo ſuum quiſq; ſtudium in Brachium declarare cupiebat: eo de
ſe fortius polliceri. Hunc diem teſtem uirtutis: amoriſq; daturū. Plæriq; bellandi ardore
non expectandum

non expectandum hoſtem:ſed ultro adoriendum cenſebant. At Brachius ꝙ locum dele-
getat ꝗ æquiſſimú:unde aditu fluminis hoſtẽ intercludebat:unoquoq; in ordine mane-
re iuſſo:poſt Tartaliam:atq; exules:quos prima fronte conſtituerat:militú diſponit agmi
na in crebros & cõſertiſſimos glomerata orbes. Signa autem militaria & belli uexillum:
poſt ſyluam in occulto haberi iuſſit quo magis ſuſpenſum teneret hoſtem. Hic inermem
& pœne inutilẽ adiecit multitudinẽ:ꝗ eminentibus ſupra ſyluam haſtis integri & ſigna-
tii agminis ſpeciem præferebãt. Iam hoſtes ubi ad mille paſſus apppropinquare pau-
liſper ſubſiſtentes ſuam & ipſi aciem tripartito agmine. & in cornua producto exercitu pa
rauerunt. Primi agminis ductor Angelus Pergulenſis in quo equites erant circiter mille
pedites octingenti. Alteri agmini pari equitatu:peditatu aliquanto minore præerat Cic-
chulinus. Vltimã aciem Dux ipſe mille & quingentos equites pedites octingentos:col-
lectũ ex omni exercitu robur anteibat:nec deerat qui militum animos incenderent uer-
ba nunc qui præcedebant:nunc ad ſequentes conuerſus magnifice hortabatur. HABE-
mus inquit occaſionem milites ulciſcendi tot illatas nobis iniurias. Cum illis bellum no
bis eſt:qui Ceſenatem depopulati agrum:non contenti præda mulieribus cõtra ius gen-
tium iniecere manus. & arcem expugnatam igni ferroq; uaſtauerunt. Camertes contra
nos neq; publico fœdere:neq; priuata inter ſe amicicia:ſed capitali odio noſtri defende-
runt. Tum ex Gallia uſq; tot dierum itineribus decurſis ad noſtros fines prædabundi ue
nere:pecora atq; agreſtes abægere in prædam. Villas nõ hoſtili impetu:ſed inimica ma-
nu incenderunt:qui niſi aliquid ultra bellum agitaſſent:non tantum exhauſiſſent laboris
Nunc penam tot ſcelerum daturi:niſi uana nos deterreant nomina. Nam illa temeritas
improuiſis nobis terrori eſſe potuit:nunc conſulto ad bellum imus. Tunc numero impa-
res:nunc duplo maiores:ut circumuenire hoſtem:nec uictoriam modo:ſed certam fugam
ſperare poſſimus. Non eodem milite res agitur:nec uos inſignia illa decipiant. Nã quos
in Piceno uidimus:pars ſecuti Paulum iuniꝗ quem ut noſtra omnis penes uos eſſet glo-
ria belli expectare nolui:pars Bononiæ relicti præſidio. Hæc exulum omnis eſt manus:
illis nec equi:nec arma abunde ſunt:quos inanis ſpes recuperandæ Ciuitatis exhauſtos
iampridem. & uage deiectos:ad partũ contraxit bellum. Equi in acie confecti:arma plæ
riſq; raro antea capi ſolita. Sed facite equos:arma:uſum belli:atq; corporis:atq; animi ui-
res:deniq; omnia egregie hoſtis habeat:ꝗ facile ẽ uincere interclusos. Hinc populus im-
minet:hinc noſter altero tanto maior premit exercitus. Nec homo plus ꝗ hominem ua-
let. Suæ cuiq; manus:ſui pedes ſunt. Nec quiſꝗ magis acer oppugnator ſalutis alienæ:ꝗ
cautus defenſor ſuæ. Sed qui terga uertit hoſti feriendum ſe impune offert. Nec ulla tam
fœda uulnera:ꝗ quæ tergo excipiunť. Contra nulla honeſtior ꝗ aduerſo in pectore:fron-
teq; cicatrix. Quid ꝙ hoſtem iam nunc timere uidemus ſibiipſi diffidentem:qui ut falſo
nos terrerent metu perexiguum exercitum frequentia diuiſere in agmina:quaſi numero
illa non robore conſtarent. Si uicerimus milites:quod ſcio futurum:omnis hic tam late
patens ager:noſtro cedet imperio. Vrbs illa cuius tam ſuperba uidetis mœnia noſtra fu-
tura eſt. Tum hoſtes uincere etiam ſi parum foret prædæ:pulcherrimum eſt. Sic lupos ſæ-
pe laqueo petimus:non tam prædæ gratia:ſed ne quid ouilia noſtra corripiant. Omnia
tuta erũt nobis hoſte profligato. & ultra imperii fines:quos una uictoria longe lateq; pro
pagabimus:nihil Regni noſtri exactionibus opus erit:huius Vrbis uectigalia ſatis nobis
ſtipendii dabunt. nec ſolum tuebuntur illa ſeſe noſtris auſpiciis:ſed magna Imperia acceſ
ſio:quæ uobis quoq; cupienda eſt. Nouarum rerum:magnarumq; expeditionum initiũ
erit. Nec ſolum dico de præda:quæ omnis futura ueſtra:eſt ſed de gloria multo magis:
quæ cõmunis mihi uobiſcum erit. Ite modo alacres ad bellum. & hæſitãtem iampridem
hoſtem:ubi cinctum habebitis:ſtricto mucrone adoriamini:ulturi hodie tot indigne ac-
ceptas iniurias. Exiguum iam interuallum utráq; aciem dirimebat. Brachius Tartaliam
cui primá aciem ducendam dederat cũ aliquot ſuis turmis contra hoſtem ferri:reliquas
ſubſidio paratas eſſe iubet. Nec longo interuallo Malateſtam ſecundi agminis ductorẽ:
preſſa galea:intentiſq; haſtis pugnæ euentum expectare. & ubi ſignum daretur paratum
eſſe ad impetendum hoſtem. Pariq; ſpacio Cherubinum inſtructa parataquæ acie conſti-
tuit. Ipſe extremo loco ſubſidiaria collocata manu peditum aliis equiti intermixtis:qui
hoſtium ſuffoderant equos:aliis ad occupandos dextra læuaq; tráſitus dimiſſis obliquo
curſu triginta ſtipatus haſtatis:ſuorum agmina prætergreſſus eſt. Nec hoſti defuit ani-
mus. Prodire iuſſi confeſtim aliquot equites:qui manus cum illo cõfererent. Hoc modo

leuiter duobus in locis pugnari cœptum. Angelus Pergulenſis parte ſuorũ cõtra Brachi-
um miſſa ſubſidio ſuis modico ſpacio ueniebat. Brachius magna ui pugnãs repellit. Huic
Malateſta quem paratum prœlio dixi. cum parte equitatus ſuccedit tanto impetu: ut diſſi
pari hoſtes in reliquum refugere exercitum cogerentur. Captiq; ſunt equites ſeptuaginta
quibus ſtatim ſpoliatis: equos atq; arma peditibus deſtribuit: iuſſoſq; armari in nouũ pro
ducit agmen. & quid unumquenq; facere uelit oſtendit. Ipſe pugna egreſſus quid hoſtis
quo tenderet obſeruabat: ſimulq; ut quum auxilio opus eſſet prouiſa forẽt: nihil ordines
interruptura ſubſidia. Tartalia fortiſſime pugnante: uel potius inſequente. Angelus cum
parte equitatus: quem ſubſidio uenire dicebam: fugientes ſuo excepit agmine: ſed nec ipſe
firmato gradu procedere ad pugnam eſt auſus: uel metu tanti impetus: uel quod ueriſimi
lius putant: laſſationem ordinum opperiens. At Brachius ubi uidet hoſtẽ uel detractare
pugnam: uel differre: cum quadraginta equitibus hodium agmen aggreſſus magno co-
natu pellicere ad prœlium non potuit. Quocirca utendum occaſione ratus Tartaliam re
uocauit: milites atq; equos ad dolia ſubducens reficiendos curauit. Diu deinde in mora
ſtetit utraq; acies. Quæ res Brachio perniciosa uidebatur. Si aut colligendi ſui ſpaciũ de-
diſſet hoſti: aut cum populo coniungendi: tamen utrinq; inuadendi cõmoditas expecta-
batur. Vterq; Dux ad tempus atq; locum intentus tenebat oculos. Carolus more & calo-
ris impatiens promouet uexilla. & confertiſſimũ ſuorum agmen in longiſſimum exten-
ſum cornu ſubſequi iubet. Iam ducentos paſſus proceſſerant ſigna: quum Brachius ueri-
tus ne multitudine hoſtis circumueniendi ſui conſilium cæpiſſet: ſimul ne cũ populo iun-
geret: quem magna turba aduentare miſſi ſpeculatores referebant: uariis in locis peten-
dum uno tempore hoſtem conſtituit: ne tota mole belli aut elaberentur hoſtes. aut pre-
merent: ratus id quod res admonebat: q frequentia haberet agmina: facile hoſtes a fron-
te: a læua: dextraq; poſſe tentari. Qui ſi paululum ordine recederent: q non pari arte di-
ſtincta eſſent agmina: facile profligari poſſe. Nec cõſilium ſefellit. Quippe ubi tot ſimul
locis factus eſt impetus: neceſſe fuit hoſtem uno cornu protenſum ad omnem ſimul par-
tem reſiſtere. & alios alio conuerti: nullo nutu: nullo Duce. Cõtra Brachianæ turmæ: ſin-
gulæ quæq; ſuum ducem ſequi: ſuum ordinem ſeruare edoctæ: facillime omnem in par-
tem conuertebantur. Igitur Brachius ſignis hoſtium promotis Tartaliæ cum eodẽ equi-
tatu præcepit: ut obliquo itinere Pergulenſem infeſtis peteret tælis. Deinde qua parte ue-
xilla erant promota: centum lectiſſimos dimittit equites: iiſq; oſtendit a latere uexilla ag-
gredienda eſſe. & aut quantis poſſent uiribus conſternenda humi: aut quominus ultra de
ferri poſſent eſſe retardãda. Tum a tergo quinquaginta equites idem agmen adorti. Sed
hi tantam hoſtium multitudinem defatigare magis: q̃ uincere poterant. Cicchulinus qui
ſignariis præerat pungentem magis q̃ prementem militem facile a ſignis repellebat: ta-
men tanta paucorum erat. & tam ad uelocitatem ordinata celeritas: ut hinc alii repugna-
rent: inde alii qua minime hoſtis rebatur: incurrerent. Itaq; Cicchulinus paucis tuendi ue
xilli negocio dato: cæteros qua hoſtis premebat capeſſere bellum iubet. Sed nullo con-
uerſi ordine: quum nunc hinc pugnarent: nunc illo occurrerent: ſibiipſis erat impedimen
to. Brachiani milites paulatim ut erant admoniti pugnando cædendoq; procul a ſignis
hoſtem retrahere conabantur. Pari arte Tartalia Angelum adortus non multum procul
inde dimicabat. Brachius feſſis ad dolia reductis itegros ſubmittebat. Sic compoſiti ac re
fecti ſtatim & milites & equi ad prœlium maioribus redibant uiribus. Victoriã hæc una
res peperit. Quippe multitudinem etiam ſine certo ordine uarioq; bello intentam pauci
diſſipare nõ poterant. & undiq; in frontem aduerſis hoſtiũ tælis iam uno totius agminis
orbe reſiſtebãt. Nõnunq̃ facto impetu exiguæ turmæ: q̃ſi dimota hoſtiũ mole excutiebãt
& gradũ ultra q̃ opus eẽt referre cogebãt. Sed Sole iã ad mediũ diẽ ardentiſſimo calore
exæſtuante: hoſtes pauloante facto itinere defeſſi: nec puluerẽ: nec ſitim pati poterant. Tũ
radii mediũ obtinentes cœlũ: ipſam quoq; ſuccederãt terrã. Inde denſiſſimi exorti uapo
res: caligie atq; æſtu cũcta cõpleuerant. Hoſtiũ crebri iter arma & laborioſi halitus ſentie
bantur: nec reſpirare: nec galeam ſine periculo laſſare poterant. ora: oculi: ſupercilia: fer-
uenti conſperſa puluere: tum membra largo: atq; urenti ſudore perfuſa liquebant Nec mi
nor equorum laſſitudo: quorum non modo laſſæ cadentes linguæ: extraq; oraq; uidebã-
tur: ſed diffluente irrigati ſpuma: ne ſtimulis quidem perciti: ipſo in prœlio medio cona-
tu deficiebant. Contra Brachianis equis: ac militibus comparata quæ ſitim ardoremq; le-
uarent: aqua: uinum: acetum uires mirifice confirmabant: quibus ad dolia properantibus

parati qui

parati qui pocula ſuggererent pedites Nec opus erat equo deſcendere:ſimul equi dolio:
ſimul milites peditum manu compoti pugnā ardentius inſtabuntur. Ergo hoſtes ſiti:pul
uere:ſole:labore:tot ſimul malis circumuēti languidius plærīq; pugnare:alii ad Tyberim
recuruo tractu deflectare cœperūt. Brachius ubi uidet exinantiam ſignorum aciem.& mi
lites laſſatis ordinibus palantes ad Tyberis ripam deferri:conuerſus ad Malateſtā:quem
exulibus præeſſe dicebamus. Victoria inquit noſtra eſt:fac quantū maximū potes impe-
tum in ſignariam aciem. Conſterne ad terram & perturba inimica ſigna. Itē nunc exules
uirtute ueſtra finite bellum. Qui dicto audientes ſubito uelut turbine feſſam iam & defi-
cientem aciem petiuere tanto curſu ut dentiſſimo qua ꝓcederent excitato puluere:nihil
oculis cerni poſſet. Hoſtes iampridem defecti uiribus:nec perſtringere gladios:nec habe
nis moderari poterant. Ictus tamen iam ſine ſenſu crebros excipiebant.& quos antea ſua
multitudo a fuga detinuerat:nunc maiore recentium hoſtium inuaſi numero impetū ſu
ſtinere nequiuerunt. Vexilla ſtrata humi:lacerataq;. Fuſis ac fugatis Brachius expeditiore
manu a fronte occurrit. Cherubino ad Tartaliæ agmen confirmandum:augendumq; di-
miſſo:præcepit ut Angelo profligato Caroli paulo recentiorem alam diffundere. Ipſe fu
gientes capi:ligari trahi pecorū more iubet. Inter hæc Angelus cū ægre uni Tartaliæ re-
ſtituiſſet. Cherubini aduentu terga q̄ effuſiſſime cōuertit in fugam. Omni exercitu cōtra
Carolum imiſſo Brachius primus ſtationes irrupit. Ferunt Carolum diu pugne euentum
ſecurū expectaſſe:cui cū eſſet ſæpe nunciatū:carpi paulatim exercitum:atq; omnia exhau-
ſta uiribus agmina:male rem gerere nihil:credidiſſe:ſed ueluti media in pace nobilium
more cōmeſſantem uix dato equitandi ſpacio circunuentū eſſe. Fuſus fugatuſq; milites a
peditibus:quos tranſitus dixeram occupaſſe capiebatur. Omnium longe miſerimū erat
duos treſue captiuos a ſingulo quoq; uictore ligatos:ueluti greges agi. Maxime omniū
Nicolai Picinini tunc gregarii militis memoria mea ſummi ducis uirtus eo prœlio lau-
data eſt. Capta fuere equitum circiter tria milia. pedites:equiteſq; ducēti deſiderati. equo
rum ingens facta ſtrages. Cicchulinus quoq; fortiſſime pro patria & ſalute dimicans ca-
pitur. Duoq; Caroli nepotes:multiq; ductores agminum capti:atq; in uincla cōiecti ſunt
Septingenti cuſtodiæ traditi feruntur:cæteri militari more dimiſſi. Angelus Pergulenſis
ex tanto exercitu cum quadringentis equitib⁹ teſtis tantæ calamitatis euaſit. Carolus ad
Brachium perductus non minus uictorem clæmentem q̄ hoſtem ferocem eſt expertus.
Primum æquo deſcendere atq; arma deponere iuſſum:ipſe detecto capite:quod eſt hono
ris & obſeruantiæ ſignum:humaniſſimis cœpit conſolari uerbis:monere ut eos fortunæ
ludos æquo ferret animo:hac demū uarietate conſtare bella:ut nunc uictores nunc uicti
ſint qui manus conſerunt:nec quicq̄ magis eſſe mirabile:ideoq; ancipitē uocari fortunā
belli. nō tam illi dolendū eſſe q uictus eſſet:q̄ lætandum q ab minutiſſimo hoſte uictus
Cogitaret tot acerbos caſus uiolentē mortis. Quid ſi fata ſemel a ſe uno uinci ſtatuiſſent
cæterū cū aliis uictorem fore. Non illum turpi fuga interceptum:ſed glorioſiſſima belli
acie ſuperatum eſſe. hic animi magnitudinem præſtari oportere. Res ſecundas facile pa-
ti omnes:aduerſas ſuſtinere magni animi opus eſſe. Virtutem nulla re magis declarari q̄
aduerſa fortuna. Multa in hunc modum quum eſſent dicta:ferunt ad leuandū animi mœ
rorem ſæpe dominum appellaſſe:illum in calamitate non oblitum:fortune ſuæ irato ſi-
milem dixiſſe. Immo uero tu qui uiciſti dominus Omni ꝓfligato exercitu Brachius par-
uum equum afferri:atq; eum aſcendere Carolum iubet:captiuos omnes qui erant redi-
mendi. Primū Torſianum:mox Fractulam deducendos:ac militibus diligentiſſime ob-
ſeruandos dedit. Carolum non modo in uincula non coniiciendum:ſed in ſummo ha-
bendum honore.& ne quid nobilitate ſua indignum pati poſſet prægustationes omniū
rerum faciendas cuſtodibus iuſſit.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI DE VITA ET GESTIS BRACHII LIBER QVATVS.

Ac calamitate accepta Peruſinos tam ſubitus pauor:trepidatioq; tā-
ta inuaſit:ut primū uarii luctus in Ciuitate audirentur. Mox cōpreſ-
ſis uocibus luctu obſcuris ſilentium tota Vrbe ſecutum:nemo forum
adire:nec alter alterum intueri audire. Defuncti iam externis malis
domi peſſima quæq; metuebant. affore iamiam inimicum uictorem
exiſtimare.& ut quiſq; ſibi maxime conſcius erat:ita in ſe crudeliſſi-
me ſæuiturū. Occurrebant toto nefariæ illatæ cædes omnes una ho
ra uindicandæ.& quicquid non modo facere hoſtis poſſet:ſed etiam

cogitare crudelitatis factuꝝ putabant. Hunc publicum mœrorem priuatæ potentium lamentationes excipiebant: ultimum ueniſſe ſibi: familiæq; ſuæ diem. Satiatú iam iri tam longam inimicorú rabiem: ſuo ſanguine fœdandas quas tádiu tenuere alienas domos: nunc demum cæſis parentibus. & propinquis: quo tardius eo arcius hoſtem parentaturú & ut uitæ parceret: ut unda per inimicas manus elaberentur corpora: in exilio tamen miſeris domi aſſuetis eſſe moriendum. Iam experturos q̃ miſera fuiſſet inimicorú uita dum exulaſſent. In tanta uirorum acerbitate: mulierum obſcurior erat facies. Aliæ ſqualidæ ac miſerabiles in templa cófugiebant. Aliæ domi tacitæ: mœſtæq; ſeſe obſeruauerant. Quarum magis ea res intereſſet: earum clauſtris reſonantes audiebátur ululatus: ſe ſuóſq; atq; uiuos atq; mortuos complorantium. In tanto publico luctu: pauci fuere qui maximis malis aliquid ſi non remedii: ſaltem conſilii quærerent. Vniuerſo populo uocato in Concionem. Decemuiri cómemoratis tot ſimul accæptis incómodis: defectione totius agricalamitate tanti exercitus. & quod longe omnium moleſtiſſimú ferebant: capto Cicchulino nulla iam ne ſpe quidem auxilii propoſita: hoſtes uictoris tam late auctis uiribus. Tádem de tradenda Vrbe agendum cenſuere: nec ullam conditionem recuſandam: rati ſe tutiores hac uia futuros ab exulum furore. Placuit primum caduceatorem ad Brachium in caſtra mittere: qui legatis eundi poteſtatem impetraret. Sed ille in meritoriam diuertens tabernam: & ut eſt genus hominum: nimio potu confectus intra uepres ſeſe uino ſomnoq; grauem deiecerat. Quo non redeunte magis dubitari cœptum eſt. Verebantur enim nihil hoſtem niſi Ciuium cladem petere: eamq; ob rem caduceatorem aut uinciri: aut necari iuſſum exiſtimabant. Quæ res magis ac magis perterruit animos. Sed iidem illi: quorum uirtus in periculis non defecerat: Cinellum: quem Brachii conſobrinum diximus ad eum in caſtra mittendum decreuerunt: ſolum eſſe ducétes: in quem ne hoſtis ſæuiret humanitate fortior neceſſitudo defenderet. Huic edicitur: ut omni nitatur ope precibus efficere: quo legati tuto accedere ad Brachium poſſint: & dedendæ Vrbis: conſilium aperiat. Hortetur q̃ maximo poſſit ſtudio: ne ultro delatum reiiciat imperium. Ille ut erat imperatum profectus in caſtra: perbenigneq; accæptus mádata exponit: Miſſum ſe non quidem pro legato: ſed ut legatis tute ueniendi poteſtatem exoraret. Brachius ut decebat admiratus caduceatorem perquirendum iubet: qui ſemi ſepultus uino compertus: nec ad ſe excuſandum: nec ad reſponſum referendum exoluere linguam poterat. Hic inquit ad me uenit. & tabellas ſubſignaui. & ſaluum ac tutum aduentum legatis renúciari iuſſi. Cognito errore Cinellus caduceatorem ſtatim remittit: ipſe paululum ut fit ſecedens Cras inquit legati ad te uenient Primores Ciuitatis. & publico conſenſu omnium imperium deferent. Qua re audita Brachius ſuſpenſus aliquandiu. & attonito ſimilis heſiſſe fertur. Excitatus deinde a Cinello. & quid nam tanta in re cogitaret interrogatus. Ego inquit hoc cogito: ætatem meam omnem ad hunc diem ſine labe eſſe tranſactam in maximis calamitatibus: nulla me ſuſpitione criminis notatum: nulla aſperſum perfidiæ macula: núc ſecundis rebus ad patriæ occupationem inuitor. & quem aduerſa olim non potuit: ſecunda núc fortuna faciet me nocenté. Huc adde tot exules: quorú par conditio exilii fuit: dominum ad ſeruitutem ſecuti uidebuntur: non periculi ſocium ad libertatem. Quid aliud patria pulſos tot Ciues putas: niſi quia priuatam Tyrannidem noluerunt ferre? Quo animo manifeſtam ſeruitutem laturos exiſtimas: qui occultam paucorum potentiá pati nequiuerunt? Etſi magis mea me gloria: q̃ illorum impatientia mouere debet. Nulla turpior cupiditas & ſceleratior: q̃ patriæ: cui tu parere debeas imperium quærere. Et certe q̃tum ad libertatem ſpectat pars ſunt: quos eadem mœnia cingunt: quorum eadem ſunt tecta atq; ſepulchra. An ego parentum umoris tam me ſuperbe inculcabo: ut quem ſupplicem erant inſpecturæ: patriæ uiolatorem intueantur. Qui ne Tyrannidem paterentur: liberi occidere q̃ uiuere oppreſſi maluerunt. Qua mente prolem ſuam mortuis ſibi ne in libera quieſcant Patria: ſeruitutem afferre patientur. An hoc quoq; non cogitem: uiolenta regna diuturna eſſe non poſſe? Et in Patria occupanda non modo iniuſtam uim: ſed nefariam impietatem eſſe ſubeundam. Ad hæc Cinellus. Quæ dixiſti inquit omnia uera eſſe ne in inficias quidem eo. Cæterú tum maxime peccatur: quum ſuperſtitioſus peccandi timor officio obſtat. Cogita quanta Ciuiú ſtrages futura ſit inhibente nemine. Neq; enim facile ſedatur ira: quam ulciſcendi ſtimuli accenderunt. & tu exules reducere cupis. & Ciues recipere coguntur. Difficile dictu eſt uno momento ſtatim placatos eſſe: quos hinc metus ſuſpectos: inde iniuria iratos facit. Sæpe etiam fratres regnandi cupiditas armauit: & Regni eſt concertatio ubi de ſtatu & Ciuitate contenditur: quo ſi odium capitale: ſi cædes parentum

des parentum:fortunarum ereptiones:tot deniq; uariæ iniuriæ accedant. Q ui modus ſe
ro eſſe poteſt? Nec ſemel tot mala perpetienda ſunt:ubi commodior erit occaſio conti/
nuæ cædes fient. tantis ſimul periculis uno remedio obſiſti poteſt. Neq; enim hoc inua-
dere Patriam eſt:ſed conſeruare. Neceſſe eſt publicam auctoritatem adhibere:quum pri-
uata reſiſti hominum furori non poſſit. Nam quod ad exules pertinet:ſatis illi debere ti-
bi fatebuntur:ſi ſe in Patriam reduxeris. Franget hoc beneficium quãuis elati animi per-
tinaciam. Nec turpe putabunt ei deferri Imperium Ciuitatis:qui ut ipſi Ciues eſſent effe-
cerit Multos iam errauerunt annos. & niſi quam tu oſtendiſti:nunquã ne ſpem quidem
redeundi cognouerunt:non modo libertatis:ſed etiam iniuriarum obliti. Satis iam ſatis
ſua mala tam longa docuerunt:ſatius eſſe domi mediocri eſſe fortuna:q̃ foris nulla. Ciui
tas noſtra pati iam iugum Imperii didicit. Maiores tui Pontificibus paruere. & paulo an-
te Regem ſecuti:qui domi regnabant ſeruire potuerunt. Q uanto pulchrius erit illum
conſeruare Ciuitatem:qui in Ciuitate natus eſt. Tum pudendum eſſet ſi cadentem & ſeſe
cruentãtem. Patriam quam poſſes defendere:tueri nolles. Tum etiam pudendum ſi ita
Ciuibus imperares tuis:ut armares ad cladem. Sin ſcelera arceas:ſtragem innocentium
fieri uetas. & tuam & alienam frænes iracundiam:ſi & Ciues conſerues. & exules reſtituas
Hæc demum erit ſumma & præclara gloria. Mancam iamdudum Ciuitatem & membris
diſſectam unum in corpus redigendo. Hoc maiorum umbræ:ſiquid tot noſtra mala ſen-
tire potuerunt:lætabuntur:ſuam ſobolem quominus Ciuili ſanguine in ſepulchris per-
funderentur inhibuiſſe. Et pro qua ipſi periere pacem Vrbi atq; ocium peperiſſe. Q uæ
maior impietas q̃ paruam notam:ſi nota dicenda eſt:pro Patriæ ſalute recuſare? pro qua
multi ſubire mortem. & hoſtium proditores iure eſſe potuerũt. Vide ne dum manus im-
ploranti opem tuæ Patriæ porrigere nolis:ruentem neglexiſſe uidearis. Vim:iniuriam:
cladem:incendia:etiam qui nondum intrauerunt. Vrbi minantur:quos nondum oculis
uiderunt:animorum furore interemere. Quid facturos putas:ubi oculorum ardores in-
flatas tot iniuriis mentes exuſcitauerint. Hæc tibi macula quam diluere non poſſis uitan-
da eſt. Aut Ciuitatis imperium capiendum eſt tibi:aut ultimum Vrbis excidium expectã-
dum. Vno beneficio exules dignitate ſua recepta. & Ciues retenta ſuis in ſedibus conſer-
uari poterunt. Vera hæc Brachio uidebantur. Itaq; Ciuitatis periculo cognito communi
caturum cum exulibus eam rem dixit:nec ſine eorum conſenſu imperium accepturum.
Poſtero die Legati Peruſinorum in caſtra uenere. Nouem fuere Ciuitatis principes:plæ-
riq; Brachio affinitate coniuncti. Hi petebant ut Cicchulinum quem in prœlio captum
oſtendimus:liberum ſine præcio dimitteret:atq; ea conditione Ciuitatem in fidem pote-
ſtatemq; reciperet:orantes ne excidium tantæ Vrbis ab exulum furore pateretur. Non
omnino aduerſari Peruſinæ rei:qui Ciuem clementiſſimum uictorem eſſe uoluiſſe. Pro-
inde quos prœlio uiciſſet conſeruandos & in Ciuitate retinendos eſſe. Pugnantes uiri-
bus domari:uictos clæmentia conſeruari oportere. Ad hæc Brachius paucis reſpondit.
Nunq̃ eo ſe animo geſſiſſe bellum ut Patriæ iura nefario dominatu occuparet:non quã-
do ita Ciuibus placitum eſſet:inuitũ tñ ad imperiũ,reſpicere:libenterq; ſi ſibi permittere-
tur:id uel honoris uel oneris repudiare. Proinde etiam atq; etiam cogitarent:ſi quo pacto
publicam tueri dignitatem ſine auctoritate ſua poſſent:libentius ſe pariturum eſſe regnã
tibus in Patria:q̃ regnaturum. De Cicchulino uero non ſibi integrum eſſe quid delibera-
ret. illum ſub Tartalia eſſe captiuum:ſe uero nihil uictoribus derogaturum. Ius eſſe belli
ut qui prœlio eſſent capti:in eorum eſſent poteſtate qui cæpiſſent. Nec ſe impediturum
quominus captiui redimerentur. Legati re non impetrata in ſequentem diem redituri ab
ierunt. Brachius exulibus in Concionem uocatis rem omnem ut ſeſe haberet maniſeſta-
uit. Ciues ultro obtuliſſe ſummam Imperiumq; Ciuitatis. ſe ad deliberandũ tempus po-
ſtulaſſe:nec ſibi eſſe cordi tantum oneris ſubire:niſi quid ipſi cenſuiſſent. Nõ modo aſſen-
ſere exules:ſed ultro rogare illum cœperunt:ut quorũ dux in exilio fuiſſet:quoſq; ab exi-
lio reuocaſſet eos in Ciuitate regere:conſeruareq; uellet: Omnes illi etiam priuato fuiſſe
perituros:nõ imemores tanti accæpti beneficii. adderet priuatæ beniuolentiæ publicam
auctoritatẽ. Nam a quo melius regi:gubernariq; poſſe:q̃ qui ne in exilio quidẽ putaſſet
deſerendos. Q ui q̃q̃ meliore fuiſſet fortuna:nunq̃ tñ pro cõmuni illorũ ſalute quieuiſſet.
Ferũt Vrſum quendã mediocris inter exules auctoritatis egreſſum Cõcione dixiſſe:nunq̃
ſe ut Ciuis Ciuibus iperaret pmiſſurũ. multos illi uetuſtate generis & maiorũ opibus:aut
pares:aut nõ multo iferiores eſſe. Q ua uoce ad Brachiũ p milites delata:q̃ta nunq̃ antea

Ira percitum diſcedere pace infecta uoluiſſe. Ciuitatemq; in priſtino ſtatu Plebeiorũ relinquere:uix deinde cæterorum exulum præcibus eſſe lenitum. illorum alios contendiſſe lachrymis:alios ſe ad pedes eius prouoluiſſe. Vnam omnium fuiſſe uocem. Mallet ſaluti multorum cõſulere:ꝗ unius temeritate tanto eos fraudare beneficio. totoq; ſuſceptos belli labores:periculaq; fruſtrari. Illum ipſum qui aduerſaturum ſe erat minatus non modo non ſumme apud eos:ſed uix etiam mediocris eſſe fortunæ:certe dementem & temerarium:qui quod ipſe nequæ dare poſſet:neq; eripere id ſe conceſſurum eſſe iactaſſet. Proinde reſpiceret cæteros:quos non minus gratos in imperio experturus eſſet:ꝗ fideles in bello:atquæ in exilio fuiſſet expertus. Scire neminem manſuetius imperaturum:ꝗ qui ſuis ſe Ciuibus imperare meminiſſet. eius eſſe arbitrii quid de exulibus ſtatuere uellet. Reduceret nec ne:omnes tamen quoad uicturi eſſent in eius unius futuros poteſtate. Tam placida oratione ſedata ira Brachius cum paucis Optimatium Tabernaculum ingreſſus: iterum tentandos illorum animos decreuit. Commemorare cœpit quotiens hoc mouiſſet bellum:quãdiu ſuis ſtipendiis exercitum aluiſſet:omnia cæterorum exulum magis quã ſua cauſa feciſſet. Sibi fortunam rei militaris nunquã fuiſſet defuturam:nec tamen eã ob rẽ tot a ſe hauſtos labores:ut Ciuitatem opprimeret:nihil magis ꝗ Patriæ cõmunem libertatem uendicare uoluiſſe. Nunc ab inimicis ultro ad ſe Imperii ſummam eſſe delatam. Scire quanta eſſet futura Optimatium auctoritas:in Patria ſi reduxiſſet:nihil ſe inimicis confidere:quos nõ uoluntas ad deferendum imperium:ſed neceſſitas compuliſſet Optimates futuros ſibi uel cuſtodes Ciuitatis:uel ereptores. Illis ſe fide mũita. Magiſtratus. illis corporis ſui cuſtodiam commiſſurum. Nec ignorare in ſua eſſe poteſtate:reducere exules uelit an in exilio dimittere:ſed tandiu Plæbeios in fide manſuros:donec aliquã nacti occaſionem excutere iugum poſſent. Igitur malle ſe liberos in Ciuitate reponere exules:quorum poſtea uti opera poſſet:ꝗ inuitis imperare. Vtrum eſſet futurum in Optimatium arbitrio eſſe. Si ſe dominum uelint appellare intraturos ſuam domum. ſin moleſte id ferant nihilo ſecius Ciuitatem recuperaturos. Quod ad ſe pertineret gratius futurum ſi ametur a liberis Ciuibus:ꝗ ſeruientibus metuatur Tum ſi Ciuitatem ſine Nobilitatis conſenſu:ne multos quidem dies retenturum:illis cuſtodibus perpetuo habiturum. Ad hæc Optimates reſpondere. Non adeo dementes:adeoq; ingratos eſſe:ut non intelligerẽt:niſi eius opera eſſent reducti:omnes in exilio fuiſſe perituros. Vitam:ſanguinem: fortunas:omnia eius pendere beneficio:nec multum intereſſe priuata an publica auctoritate imperaret:quibus pro tanto beneficio omnino eſſet imperaturus:niſi quod Ciuitas futura ſit eius auſpiciis moderationeq; tranquilior. Nimis durum uideri quẽ inimici domi regnantes Dominum appellent. Eum amicos una exulantes eiuſq; opera liberatos: Ciuitatis Rectorẽ faſtidire. Nihil hoc aliud eſſe:ꝗ inimicos ipſos odio & pertinacia præſtare. & illos amicos eſſe uelle:ſe inimicos fieri. Capeſceret ergo ultro oblatum imperium:ſe quidem non modo nõ impedituros eſſe:ſed ſuis etiam ſi ipſe nolit manibus atquæ humeris inuitum ad Curiam & palatium collaturos. Hic dies prope totus eiuſmodi altercationibus conſumptus eſt. Poſtridie illi iidem Legati reuerſi in caſtra pleniora mandata retulerant:nulla de captiuis conditione interpoſita dedi Vrbem:fœderaquæ & pactiones in ſequentem diem dici placuit. Collis eſt Vrbi ad occidentem aduerſus. Montem Morcinum uocant:in cuius cacumine Templum prominet celeberrimum. Hunc locum dicunt:ubi poſtero die de ſumma rerum paciſcantur. Brachius clara iam die cũ parte Copiarum ad eum locum contendit:occupatquæ monticulum. Legati ut erat conſtitutum: eodem paulo poſt conuenere. Compoſito ſtatim bello:ſublatiſquæ offenſionibus fœdera in hunc modum feriere. POPVLVS Peruſinus Vrbem:agrum:uias:templa:fontes:ſeipſum Brachio dedit. Illi Ciues parento. Dominum bona fide appellanto. Ad eum de rebus Vrbanis publice referunto. Concilia cœtuſue:niſi quos ille iuſſerit:ne faciunto. Qui non paruerit rebellis eſto. Rebellem quiuis impune occidito. Exules quiquæ rediere:quiquæ redituri ſunt:ſua tecta:fortunaſquæ adeunto. Nullus impedito. Cæterum pax cum Ciue eſto. Qui ſeditionem excitaſſit mala cruce ſuſpenditior:aut ſecuri percutior. Brachius Publica Vectigalia:niſi quæ Publicis Impendiis ſuperfuerint in rem ſuam ne uertito. Vrbanos Magiſtratus:præter Quæſtorem:Prætoremquæ Populus legito:creatoquæ. & quem uolet cui uolet cooptato. Suffragia libera ſunto. Prouocatio ad Brachium etiam rerum capitalium eſto. Siquis prouocationi obſtiterit fraudi eſto Nouas exactiones inuito Populo ne cogito. Delectus in Vrbe:niſi Populus iuſſerit:ne

iuſſerit:ne habeto.Decemuiros ne cõtemnito.Malorũ decreta ſeruato.Ciuitatis inſtituta
niſi quæ Populus abrogaſſit ipſe ne uiolato.Conditionibus datis accæptiſq; Brachius in
caſtra.Legati in Vrbem reuertuntur.Octauo poſt pugnam commiſſam die.Brachius
ingreſſurus Vrbem:polire milites arma.& in agmina q̃ ornatiſſime componi exercitum
iubet.Magno ſtudio de ornatu exules contendebant.rati quo inſtructiores ornatioreſq;
Vrbem introiſſent:eo plus auctoritatis in Ciuitate occupaturos eſſe.Militibus quoq; par
contentio:ne uel ornatu:uel ſtudio in ducem ſuperati uiderentur exulum æmulatiõe ad
ducti arma per totam noctem polire:equorum iubas comere:ſeipſos nouo cultu exorna-
re.Vbi primum illuxit dies frequentes ad ducis tabernaculum conuenere.Hic noua ex-
orta contentio duas circiter horas:altercando conſumpſit.Veterani exercitus milites pro
ximũ Duci quærebant locũ.Contra exules:magnũ id futurũ dedecus rati:propriores la-
teri hærere cupiebant.Illi ſæpe nouis ruptas uulneribus cicatrices oſtendere:non frontẽ:
non uultum:non aures integras dicere.Plæriq; pectora totiens obiecta hoſtibus ferroq;
traiecta denudare:nec quicq; tam glorioſum:q̃ uulneribus uincere putabant.Exules alii
Nobilitatem.Patriæ expectationem alii:nonnulli qui bello interfuerãt.& ipſi quoq; ſua
uulnera prætendebant.Certamen uirtutis & ſuperbiæ uidebatur exortũ.Alteris ſua glo-
ria.Alterius maiorum ſplendore nitentibus.Brachius diu contentione agitata:placatis
tandem militum animis:exules eo die cenſuit honorandos:qui ueluti nouæ ſponſæ cũ
pompa:atq; apparatu domi expectarentur.Igitur cedentibus magis q̃ cõſentientibus mi-
litibus digniſſimum dedit exulum Primoribus locum.Delectaq; ex omni exercitu pro-
miſcue manu:fortiſſimorum equitum:exulumq; unum agmen efficit.cæterã aciem ſuas
in turmas diſtributam:mirifico compoſuit ordine.ut quiſq; equo armis præſentia orna-
tiſſimus erat:ita primum in turma collocauerat.Nec minore quanq̃ diuerſo apparatu in
ſtructa Ciuitas erat.Qua porta ingreſſurum Vrbem putabant eam Ciues purpureis ta-
petibus & hinc atq; hinc longe pendentibus auleis adornauerant.Via omnis uiridibus
inſperſa floribus odores late perfundere.Priuatorum feneſtræ pannis ut cuiuſq; erãt for-
tunæ pulcherrimis diſtinctæ:ornatæq; patebant.Muliebria quoq; monilia uſquequaq; in
terlucentia:quæ Sole repercuſſa:crebris ſcintillulis tranſeuntium feriebant occulos.Bul-
læq; & aurea balthea ad terram uſquæ:tractu longiſſimo demiſſa fulgebant.Nec minor ĩ
ter Ciues:ornandi:parandiq; cõtentio:q̃ incedendi militibus fuit:ut quibus nihil magni
ficentius priuata opulentia ducebatur.Nec ullum nouo domino glorioſius iocundiuſq;
uictoriæ ſignum oſtendi poſſe arbitrabantur q̃ priuatas Ciuium opes:nihil eius imperiũ
pertimeſcere.Vicit priuata ſtudia publicus apparatus.Q uippe forum ne ſolis æſtus ad
ima penetraret:undiq; alte regentia uela oppenebant.Trapezitarum menſe aureis con-
ferte nummis.Mercatoreſq; uario genere longe lateq; pendentium purpureorum men-
ſas:tabulataq; cõpleuerant.Hæc omnia medio in foro eminens palatium ſuperabat.Illic
Gallici tapetes feneſtris longum exeuntes:illic aurea atq; argentea uaſa per ſcalarum gra-
dus diſtincta mirantium aciem perſtringebant.Iam magna parte diei Vrbanis Militari-
buſq; apparatibus conſumpta.Brachius compoſito uelut ad prœlium agmine per ſupe-
riorem portam in qua nihil erat apparatus Vrbem ingreditur.Eius rei cauſa non ſatis eſt
comperta.Sunt qui putent nimium populi concurſum.& Ciuiles inſidias ueritum Alii
expeditius iter:commodioremq; prœliandi ſi opus fuiſſet locum eſſe delectum.Nonnul
li quod eam qui incolerent Vrbis partem ſuæ factionis prope uniuerſi habebantur.Vbi
ad forum eſt peruentum:tum uero uario genere tibiarum tubarumq;.& tympanorũ per
ſonabant omnia.Milites partito in geminam aciem exercitu:utrunq; fori aditum occu-
pare contendunt.Vbi aliquot horis equeſtri certamine eſt prœliatum.Brachius antequã
palatium Imperii locum ſedemq; conſcenderet Decemuiros:ac cæteros Vrbis Magiſtra-
tus.& præterea populares iureiurando in fidem poteſtatemq; adægit.Statim eius nomi-
ne atq; iuſſu circũlata præconia accæpit imperii dedere ſignũ.Poſtridie eius diei profugos:
rebelles:exules etiam qui bello nõ interfuiſſent:quoſcũq; quauis cauſa damnatos in exi-
lium:quod humanitatis eſſe putauit:ſuo decreto cẽſuit reuocãdos.Q uibus pecunia mul
ctatis ſoluendo non erat.Eamq; ob rem Ciuitate carerẽt abſoluendos decreuit.Sed Ciui
lia diſſidia radicitus extirpare conanti neceſſariũ uidebatur:exulibus domos:agroſq; reſti-
tui:quos poſt factã ſeditionẽ Plæbei cõtra ius gentiũ:nullo more:nulla lege occupaſſent
Sed qñ nimis periculoſum erat Optimatium licentiæ rẽ permittere:ne plus ſibi quiſq; q̃
ſua eſſent uendicaret:placuit oĩa Populi decreta quattuor & uiginti annos antea factas

tot enim Nobilitas exulauerat:noua auctoritate reſcindi. Et quæ ante id tempus cuiuſq;
fuiſſent integra Optimatibus cedere:reliqua Plæbis eſſe. Cæterũ iure an iniuria Nobili-
tas Plæbis:Plæbs Nobilitatis opes ante it tempus occupaſſet:cõſtituit:qui ſeruato mores
inſtitutiſq; maiorum de iure Ciuili moderatiſſime iuſtiſſimeq; diſceptarent:quod ſuum
eſſet cuiq; tribuendo. Rapinæ uis:iniuriæ:cæteraq; factionum mala cuncta ſublata gra-
uiſſimi acerbiſſimiq; propoſiti cruciatus:ultionibus Nobilitati eſt iterdictum. Sed quod
ipſe nouas expeditiones agitabat animo:nec bello deſiſtere ullo modo ſtatuebat:ueritus
ne ſe abſente aliquid ſeditionis excitaretur:primum legem tulit de ſeditionibus coercen
dis. Mox ad eradicandas ſimultates nouem uiros ex Plæbe:totidemq; ex nobilitate dele-
ctos. Ciuitatis curæ cuſtodiæq; præfecit. Hac re Plæbeiorum animos mirifice ſibi recon
ciliauit:ne Optimatibus quidem offenſis omnium æquata dignitate Optimates:quibus
inſidentia adhuc animis exilia dulciora præſentia bona faciebant:cõtenti ſua fortuna ui-
debãtur. Plæbei bello ſuperati dono datum putabant quicquid a uictore:quum eripi bel
li iure potuiſſet:miſericordia & liberalitate non eſſet ereptum. Victores ac uicti æquabi-
li moderatione habiti:parq; omniũ fortuna niſi ꝙ alteri ſua bona recepiſſent:alteri reddi
diſſent aliena. His maius atq; amplius adiecit beneficium æs alienum ſuperiore bello:quo
Ciues ad repellendum ſe milites conduxerant:a potentioribus exactum inopia ærarii in
publicum collatum pecunia ſua reſtituit:exiſtimans ad quem Vrbi uectigalia prouení-
rent eiuſdem eſſe quicquid conflaſſet Ciuitas æris alieni perſoluere. Nihil hac uel æqui-
tate:uel liberalitate præclarius:ut quaſi quod ſtipendium eſſent aduerſus ſe emeriti con-
ducti milites:id tunc dinumerare ipſe præſentibus uideretur. Totuſq; ad conciliandos ſi-
bi Ciuium animos intentus:publici Parentis uidebatur induiſſe perſonam. Vrbis tamen
q̃ factis mitior. & benignior:arte quedam efficere ſolitus ne qué ab ſe niſi magna ſpe ple-
num dimitteret. Quod autem re præſtare cuiq̃ noluiſſet:non ſe id nolle:uerum honeſte
non poſſe. atq; ideo quod non poſſet:angi animo contendens. cauſam etiam quare non
poſſet afferebat:ut etiam in denegando gratiam iniret:beneficuſq; eſſe uideretur. Nec comi
tas deerat uel Ciuibus uel militibus nominatim appellandis. Illud maxime omnium me
morabile:ne unum quidem habuiſſe in caſtris equitem in cuius nomen nõ teneret. Nul-
lum peditem & ne tyrunculum quidem quem utro ab exercitu ſuo an hoſtium eſſet non
primo ſtatim aſpectu internoſceret. Sæpe Legatorum nondum expoſita præueniſſe man
data. Sæpe hominum ſermones in foro aut in acie loquentium labiorum motu percepiſ
ſe. Neminem unquam allocutum quem longo poſt tempore multis intercurrentibus an
nis:ubi aut quid ſecum ægiſſet negocii:non primo ſtatim occurſu reminiſceretur. Hinc
uana illa uulgi opinio dæmonem præſagum atquæ interpretem rerum futurarum criſtal
lo incluſum habuiſſe:atquæ eius monitu cuncta foris domiq; geſſiſſe. Nequæ tamen Ci-
uilibus atquæ Vrbanis rebus q̃ bellicis & militaribus obſcurior. Sed uelut natura ad om-
nia natus atquæ inſtructus cum Architectis de architectura:de mercatura cum Mercato-
ribus diſceptabat. Bello quidem nemo rapacior:pace uero:iuſticiæ. & æquitatis obſeruã
tior nemo. Familiarem & ſuæ factionis hominem furti compertum. Magiſtratu:quem
forte gerebat perfunctum ſuſpendi iuſſit:quum unumquenq; pro dignitate complecte-
tur. Iuſtitia tamẽ æquabili teneri omnes uolebat. Acerrimus defenſor imbecillitatis. Nul
lius tamen rei:quã ædificandi ſtudioſior. Sæpe inter militaria opera fertur de Vrbanis
ædificiis uſquæ ad delicias cogitaſſe. Ocioſis. & nihil agentibus infenſus. Fori tritores ap
pellabat. Sed eo componendis Vrbanis intento:exulum:qui bello non interfuerant:au-
dita uictoria ſuorum ingens undique multitudo confluebat:qui partim diuturno exilio
ad extremam redacti inopiam:atquæ ideo prædæ:rapiniſq; intenti:partim maiorum titu
lis:magis q̃ uirtute ſua dari:omnes ambire clientelas cœperunt. Mobilem multitudinem
blande appellare:longo comitatu uulgi frequentiam cogere. Priuata inſignia concede-
re:omni uia:atquæ ſtudio pellicere iuuentutem. Quæ res quum magnam inter Ciues
contentionem paritura uideretur:omnibus qui Nobilitate atquæ opibus pollerent:de
cœtu. & frequentia contendentibus:coercendam tam fœdam ambitionem uiſum eſt &
paucorum inſolentiam elationemq; noua lege retundendam. Vocato igitur in conſili-
um Populo graui oratione. & qui ducerent. & qui ſequeretur caſtigauit. NON
placere ſibi ait tot ſimul Reges uno in Regno exortos eſſe:inuitum ſe unum imperare
Ciuitati:nec paſſurũ opprimi a cæteris Patriam:quam ipſe ſi per factiones liceret:mallet
liberam uenerari. Quid illi Plæbeculã turbulento cœtu aliena celebrare tecta priuataſq;
Ciuium domos

Ciuium domos frequentare compellerent:⁹non ideo tot a ſe geſta bella : tantaq; rerum
adita diſcrimina:ut qui foris parere conſueuiſſent domi ſuis Ciuibus imperitarent. Satis
fuiſſe ope ſua ab exilio eſſe reuocatos.Hæc ie illis exprobrare qui Patriæ inuiderent for-
tunæ:& fœlicitati ſuæ cuius opera & Ciues ſuá Patriam:& Patria ſuos Ciues recuperaſſet
Proinde eſſent ſua quiſque Ciuili libertate contenti. Non prohibere quem uirtus cuique
aut genus dediſſet:locum eum honeſte magnificeq; obtineri Nam alterum:altero clario
rem eſſe:& hominem homini:natura moribus:dignitate præſtare. Sed factioſos coetus:
& tumultuarios comitat⁹ prohibere i hos ſe capitali ſupplicio animaduerſurum.Dimiſ
ſa concione cáueri præconio iuſſit:ne quis priuata Ciuium inſignia:aut domi aut in ue-
ſte haberet neue cateruatim noctu per Vrbem incederetur.Quietiorem futuram Ciuita-
tem arbitratus ſi æmula Ciuium ſtudia contentioneſq; ſubmouerentur. Pauci qui dicto
audientes uon fuere:capti atq; in uincla coniecti ſunt.Nónulli priuato inſigni diſtinctas
gerentes ueſtes eius iuſſu a Prætore medio in foro ſpoliati:& niſi multorum Ciuium in-
terceſſiſſet gratia:capitis cauſam dicere coægiſſet.Sed in tanta multitudine : totq; Ciuiú
ſtudiis magno opus erat præſidio:ne quid eo abſente ſeditióis excitaretur.Iam enim no
uam expeditioné coquebat animo.Primum igitur omnes uicorum : uiarumq; cathenas
reſcindi.Ciuitatis quoq; ligneas portas effringi iubet. Quod ea de cauſa fecit : ne ſi qua
tumultuaria manus forum occupaſſet ſubitus equitum accurſus impediretur. Duas deiń
arces:quæ ſæpe a maioribus Populi impetu deiectæ ſine cuſtodibus erant reficiédas quá
munitiſſime:ſtructiſſimeq; curauit:quæ fido impoſito cuſtodú præſidio : mirum immo-
dum nefarrios Ciuium conatus repreſſerunt Rebus Peruſiæ compoſitis dicimo poſt re-
ceptam Vrbem die:educto in nouam expeditionem exercitu:in Aſiſiatum fines conten-
dit.Hic Baſtiam imprimis finibus nó procul a Chiaſio amne ſitum oppidum: acceptam
in poteſtatem Guido Feltrano reſtituit.Sigillo Spelioq; receptis quorum alterum í agro
Peruſino:alterú Fulginatibus finitimum Guidus ſuperiorib⁹ bellis occupauerat.Hæc ge
rentem noua inceſſit cura Pauli Vrſini perſequendi.Sic iniurias aduerſis in rebus perpeſ-
ſus in ſecundis capete non potuit.Etſi nulla ira é uehemétior:q̃ ubi animum ſtimulat re-
cordatio collati beneficii .Repetebat enim Paulum ad Rocchá cótratá ſuú oppidú cóſu
giſſe atq; illic regiis obſeſſú copiis magno cú oppid:noſ; incómodo ali quot méſes eſſe
defenſum Poſtremo ne quid beneficio deeſſet nó ante ſuú aduentú atq; ope obſidióe eſ-
ſe liberatum.Mox deinde abrupiſſe tamen ab exercitu:& uiolata fide hoſtibus auxilium
ferre uoluiſſe.Haud diſſimili fraude & ſe optime meritum & hoſtes fuiſſe deceptos fidem
atq; amiciciam una perfidia atq; ſcelere eſſe uiolatam:nunc ſuam & ſuorum non iam ho
ſtium:ſed Ciuium cauſam uindicandam eſſe.Paulus ad Coliem floridum:quod eſt Ful-
ginatium oppidum ſtatiua habebat:qui oblitus quas intuliſſet iniurias : nihil inimicum
aut hoſtile metuebat.Brachius Tartaliam cum delecta manu ad eum interficiédum Co-
horteſq; diripiendas præmiſſum non multo ſubſequebatur internallo. Qui ut erat impe-
ratum:uagantem extra mœnia confodit.Eius milites ſubito pauore attóiti recurrere ad
arma:factoq; in Tartaliam e loco ſuperiore impetu : niſi ſubſidiarium militem Brachius
auxilio miſiſſet:ingentem ea die ſtragem edidiſſent:ſed coeunte multitudine eum habu-
it exitum pugna:ut capti hoſtes ad unum : atque rebus omnibus ſpoliati dimitterentur .
Quæ res mirifice exercitum confirmauit:ingenti præda locupletato milite . Paulo inter-
fecto Tartalia ad occupanda eius oppida cum ſuis copiis in agrum contendit Romanú.
Interea ad Brachium Reatinorum Venere legati: qui ſex milib⁹ nummum mulctati. qđ
Brachianum militem occidendum curauerant:in fidem recepti ſunt . Nam Reate quoq;
factionibus inteſtinis atrocius q̃ finitimæ Vrbes agitať.Veriti ergo ne exules tanti Ducis
auxilio Ciuitatem inuadentes:aduérſæ factionis multitudinem excitarent:imperii ſum-
mam ad Brachium detulere.Iam enim maiores erant illius uires q̃ quibus reſiſtere poſſe
ne remoti quidé Populi crederentur.Per hos dies Namienſes:& ipſi quoq; ſeditioſi ſpon
te deditionem fecere.Quoq; exemplo finitimú oppidum.Sanctum geminum uocant:le-
gatos qui imperata facturos Prætoréq; eius accepturos dicerent:miſerút. Tanta facta re-
gni acceſſione maiore Vmbriæ parte ſubacta:in agrú picenú cú exercitu proficiſcitur ſpe
ráſ id qđ futurú uidebať:oppida Caroli Malateſtæ:qué captiuú i uinculis habebat:facile
in eius deuétura ꝑtẽtera:ꝓmiſſis q ad deditioné ſollitarét Mons bodii.Capazanú. Mor-
rú.Maſſatiú.Maiolata:& alia quædá exigua caſtella nó expectata oppugnatione portas
ad uentanti duci aperuerút.idé factura cætera uidebanť .ni pandulfus . Malateſta Caroli

frater:& Martinus Fauentinus clari bello Duces qui per id tempus Brixiæ ſtatiua habebant:audita Brachii profectione in Picenum ueniſſent:qui cæteris nódum occupatis oppidis:firmiſiſſima diſpoſuere præſidia. Fertur Brachius uel inſita a natura prudentia: uel præſagio quodam diuino ſcripſiſſe ad Martinum Fauentinum hominem ſupra modum pecunioſum:admonuiſſeq; ut ſibi caueret:ne ipſe Carolum redimere ſua pecunia cogeretur. Illum uero aut diſſimulaſſe:aut aliam in partem accæpiſſe. Nec multis poſt diebus ficta coniurationis ſuſpitione:a Pandulfo circunuentum atq; interfectum. Brachius cognito hoſtium aduentu ne fruſtra æſtaté in his locis conſumeret:capto Saxoferrato:& Gualdo Nucerino peruſiam reuertitur. Hic comperit Peruſinos finitimis intuliſſe bellum: & eius nomine Caſtellum plæbis uiginti milia paſſuum procul ab Vrbe:& huic finitimum caſtellum nouum ad defectionem compuliſſe:nihil illi gratius eſſe potuiſſet. Iam nó militibus ſolum uſurus bello uidebatur:ſed Ciuium etiam ſua ſponte militantium delectú habiturus:& ſæpe antea peruſinorum uirtutem ſuperiore perſpexerat bello:nunc eos ſuo imperio acceſſionem ſponte quærere:id demum mirifice lætabatur. Quam ob rem uocato in Concionem populo:gratias publice:priuatimq; ægit. Iterumq; pronunciato militibus itinere:in picenum reuertitur. Huc Legati Venetorum:qui Malateſtis fauebant:ad Brachium uenere:accæpti magno honore:& exponere mandata iuſſi:primum congratulari Venetos eius uictoriæ dixerunt:cuius etſi nulla adhuc extarent in eum populú beneficia:tamen uirtutem illis & fortitudinem pergratam eſſe. ſperare pro magnitudine gerendarum rerum:eius ſe opera uſuros:mutuaq; interceſſura officia:nam nec Venetos ingratos eſſe nec Brachium quicq̃ niſi ſumma cum fide gerere ſolitum. Deinde quod reliquum ad præſentem ſpectaret legationem:plurimum orare ut Carolum Malateſtá optime de Venetorum Repu. meritum:cómendatum haberet:& ſi quid apud eum tanti populi ualeret auctoritas ſine precio liberaret. Magnum id futurum Venetis munus:nec ullam gentem eſſe gratiorem:non bello ſolum cæteras nationes: ſed etiam liberalitate & beneficia uincere. Quod ſi nimio peterent ſtudio:non uideri mirandum: qui amicos ſuos deſerere in clamitatibus impium: nefarrimumq; iudicarent. Semper Venetis q̃ modico diuiderentur mari amiciciam cum Arriminenſibus:ſocietatemq; ſtetiſſe. Tam amplæ Legatorum poſtulationi Brachius paucis reſpondit. Habere ſe Venetis ingentes gratias:qui Legatos gratulatum ad ſe miſiſſent. Cæterum quod ad Carolum pertineret inuitum ſe contra illum cœpiſſe arma:nec mouiſſe Arriminenſibus bellum:ſed ultro iuaſum ac laceſſitum. Nulla in re militaria iura uiolaſſe:nihil illi ſecum fuiſſe negocii: defendere ſe armis coactum eſſe. Fortuná quæ cauſæ plurimú fauere ſolet:uictori affuiſſe. Caroli uó minorem iniuria:quam intuliſſet fuiſſe iacturam. Quippe ſe ad Penates ſuos redeuntem arcere uoluiſſe. nec dubitare ſi ſuperior ille in acie ſe cœpiſſet:fuiſſe ſibi crudeliſſima morte pereundum. Sæpe hoſtem cum factis nequiuiſſet:uerborum immanitate ſæuire auditum:ſe tamen diis gratias ingenio eſſe mitiore:nec quid hoſtis in ſe uoluerit:ſed quod ipſe in hoſtem debeat cogitatare. Nunquam ſibi cum quoquam de ſanguine: ſemper de gloria & dignitate certatum. Illum uictorem: uita ſe fuiſſe mulctaturum: nunc quando Dii melius huic bello conſuluiſſent:pecunia mulctari captiuum Ducem:quem ipſe ſi par pari referre pergeret: uariis ſuppliciis duriſſimiſq; tormentis excruciaſſet. Carolum quidem pecunioſum eſſe:& latos obtinere imperii terminos:ſibi uero omnia contra: pecunias nullas:multum æris alieni. Nuper receptam Ciuitatem diuturno exinanitam bello:non ſtipendia:non uectigalia pendere. Hæc quoniam ſtipendiariis careat. aliunde quærenda eſſe:nec ulla re quæri honeſtius potuiſſe q̃ bello. Iam túc maximis urgeri difficultatibus:quum tot undiq; præſidia diſponenda eſſent:atq; omnia mercede conducenda. Igitur ſi centum milia nummú perſolueret liberú abiturum:nec moleſte ferrét pecúiis mulctari eum:qui ſi uiciſſet:ſanguine ſe mulctaſſet. Legati quorú princeps erat Belperus quidam uehementius inſtare:& minas precibus miſcere cœperunt:uel q̃ ita publice haberét in mandatis uel ut id quod magis Brachius eſt ſuſpicatus: priuata gratia: & intima cum Carolo familiaritate coniuncti omni ope atq; ſtudio pro eius ſalute niterentur. At Brachius quem:ut preces flectere non poterant:ita minæ acrius incenderunt. Quid hoc inquit eſt mali:ſi iuuare cupitis amicum:quin illum pecunia ueſtra redimitis? Cur ab ei⁹ id poſtulatis hoſte:quod uos amici præſtare nó uultis? Centum milia nummum belli iure mea ſunt:ea uultis ut dono dem hoſti meo:cur nó uos ueſtro potius amico? Re non uerbis conſtat amicicia. Nihil eni facilius q̃ uerbis iuuare amicú. Nihil turpius: q̃ quú re eſt

opus:uerbis

opus:uerbis adeſſe. Quod mihi quæſo interminamini? quos ego nec offendi unquã:nec
quod ſpero ſum offenſurus. Si ueſtro mari pyrratica claſſe nauigãtem. Si terra uexantem
imperium ueſtrum intercipietis:nihil equidem recuſabo. Hic ſi forte bellũ inferetis:nec
aius qdẽ mihi deerit ꝓpulſandi. Quod ſi defecero uiribus aut aliunde petentur auxilia:
aut illud certe cogitabimus. Nihil homini glorioſius:q̃ aut propulſare iniurias:aut ſi hoc
non poſſit mori propulſantem. Vtcunq; futura ſit res hoc unum affirmare uobis poſſum
nemo Brachium uertentem terga: ſed aut uincentem: aut bello morientem intuebitur.
Proinde faceſſite nunc qua huc iſtis uia:mihi certum eſt quando minis res agitur: tãdiu
captiuos habere in uinculis etiam ſi perpetuo detinendi ſint donec qui redimendi ſunt:
militari more redimantur. Legati minis abacti diſceſſerunt:Hæc dum in Picenis agerentur
Peruſini nouas ſeditiones excitauere:diſceſſu Brachii licentius uagante multitudine.
Origo ſeditionis fuere Plæbeiorum nocturni cœtus:qui diu oppreſſam Optimatiũ potentiam
tam ſubito leuatam egre moleſteq; ferentes:quo pacto Vrbe eos depellerent cogitare
dicebantur. Sed bis ea tentata ſeditio eſt. Primum eorum quos Brachius Ciuitatis
curæ delegerat:auctoritate ſedata. Mox Optimatibus arma capientibus Ciuili clade reſtincta:
ex Plæbeis aliquot trucidati ſunt:plæriq; Vrbe agroq; depulſi:reliqui tam inepti
bello q̃ paci cupidi propinquorum gratia incolumes ſeruati. Sic mutata fortuna qui paulo
ante regnauerant in exilium deiecti:qui exulauerant Regno reſtituti:humanarum rerum
exempla præbuerunt. Opes exulum partim direptæ: partim in publicum collatæ
ærarium:& in Ciuilium Magiſtratuum æra conſtitutæ. Optimates poſt pulſam alterius
factionis multitudinem: rem omnem ad Brachium ut ſeſe habuerat per litteras nunciarunt
inimicoꝝ culpa factũ cõtendẽtes:nec ſe priores cœpiſſe arma:ſed ad capitis uitæq; defenſionem
coactos. Caput autem eius tumultus fuiſſe Ranerium. Brachii is erat auunculus.
Qua re diligentius inueſtigata:compertaq;: reſtitui ſuas cuiq; opes: cæterum auctores
ipſos in exilio eſſe decreuit. Optimatibus admonitis ut Ciuium ſaluti parcerent:&
quanto minimus poſſet exulum eſſet numerus:quietiores futuros ratus qui remanerent:
ſi hoc tam grauiter punitæ ſeditionis exemplo admonerentur. Inter hæc Arriminenſes
magnis factis auctionibus:ingentiq; coacta pecunia Legatos ad Brachium de redimendis
captiuis ſimulq; de facienda pace miſerunt. Condiriones fuere ut acceptis octoginta
milibus nummũ. Carolum liberum ſociumq; factum dimitteret. Deerant ad conſtitutã
ſummam uiginti milia:pro his aliquot dierum dilatio eſt conceſſa. Pace confecta Peruſi
amicum exercitu reuertitur Carolus Berardo Camerti tandiu obſeruandus traditus quo
ad pecuniam perſoluiſſet. Ea partim perſoluta:partim Feltrano ſponſore promiſſa:intra
paucos dies:quinto menſe poſtq̃ captus profligatuſq; fuerat Arriminum ad ſuos reuertitur.
Brachius dato militibus ſtipendio:& quæ bello gerendo uſui forent comparatis proximam
expeditionem pronuntiat. Mox omni exercitu ex hybernis deducto:iter primũ
Thudertum ad componendas res Vrbanas:deinde Spoletanum. Nurſinorumq; fines ingreſſus
agrum infeſta populatione uaſtabat. Spoletani Nurſiniq; facta inter ſe iampridẽ
ſocietate. Legatos de pace miſerunt:ueriti ne populato agro ſtatim obſidione intra mœnia
compellerentur. Pax non ante data q̃ decem milia nummum ad ſtipendium militi
contuliſſent. Pecunia collata exercitum agro deduxit. Tota iam Vmbria uectigalis facta
in eius deuenerat poteſtatem: Roma erat quæ inuictum animum ingenti cupiditate
ſollicitum habebat. Hanc ubi ſubægiſſet nihil Imperio ſuo defuturum exiſtimabat. Nec
deerant qui ad Vrbem occupandam uocarent:cõiurationeq; facta deditionem facturos
pollicerentur. Igitur cum omnibus copiis profectus in agrum Romanum trans amnem
Anienem non multum procul ab Vrbe caſtris conſedit. Romanis pauca admodũ erant
præſidia:& agri uaſtationem pati rem putabant indigniſſimã. Pontificis Legatus qui Vrbi
præſidebat:ubi tam prope ĩminere hoſtem cognouit:etſi nihil dubitabat quid illi animi
foret ad imperium occupandũ:metu tamẽ diſſimulato ad eius caſtra ueluti ad amicũ
ſociumq; proficiſcit. Eius aduentum Brachius magnifice ut par erat:excepit. Quærenti
quam ob cauſam Vrbi admonuiſſet exercitum:reſpondit cauſam ſibi eãdem quã Pontificibus
eſſe:imperandi gloriam. Nec tamen ideo Romam occupatum ueniſſe:ut Pontifici
catu eriperet imperium:ſed ut q̃diu Pontifex abeſſet Italia uacuam ꝓſidio:& multoꝝ Tyrannidi
expoſitã cuſtodiret. Legatus diu nequicq̃ dehortat᷒ Romã rediit. exiſtimãs paucoꝝ
conſenſu accitũ hoſtem:nec auſum illũ tam parua manu tantã aggredi Vrbẽ fuiſſe.
Vocatis ergo ciuibus in Concionem. BELLO inqt petimur Romani: adeo multos qui

paulo plus habeant potentiæ uel infirmitas:ueſtra:uel Vrbis fatū inuitat paulo ante per-
peſſi Regem ſumus:nunc ſi diis placet Tyrannum Roma patietur:& tamen mœnibus at
que armis ſepti:& populi multitudine muniti ſumus quanta ſi animi non fluctuarent:ho
ſtis ne ultimos quidem finis huius Vrbis:auſus fuiſſet attingere. Nunc quando nec fortu
na ueſtra contenti eſtis:nec fidei iacturam ueremini cogor non minus a uobis hoc ſan-
ctiſſimū Imperiū:q̄ ab hoſte defendere:Maiores ueſtri qui ab oriente ad occaſum exten-
derunt Imperii fines: nulla uirtute magis q̄ fide atq; integritate claruerunt. Vos niſi iam
pridem ab illis degeneraſtis:nihil magis in cōtemptu habetis Nec optimi Pontificis rem
ago:qui etiam ſi eſſet imanis. colendus tamen uobis pro fide & gloria foret. Mouet me
ueſtræ ignominiæ labes:qui ubi hoſtem receperitis paucorum factiōe : quid niſi domini
ueſtri deſertores appellabimini? Potuit hoc in Rege honeſtius & pro potentia & pro di-
gnitate tolerari Et ubi ſemel delinquimr fato magis aſcribitur q̄ uolūtati. Sed a Pontifi-
cis fide deficere:parere Tyranno:quid hoc indignius Romano Populo? & iam natura di
cemini non fato totiēs peccare didiciſſe? Patiemini cruentum hoſtem contaminare hāc
terram? In qua tot monumēta Religionis:tot ſanctiſſimi cineres:tot ſimulachra: tēplaq;
deorū imortalium? Patiemini non hominum modo:ſed etiam deorum eſſe deſertores?
Quo animo feretis tot delubra:militū fieri ſtationes ? ut quæ ſanctiſſimo Religionis cul
tu celebrari ſolent:ea militari libidine polluantur. Exteræ gentes & nationes quū ueſtrā
hanc terram ingrediuntur:pura mente:ſuſpenſoq; animo uix attrectare uel ipſos audent
muros uix premere pedibus diuinum ſolum. Vos non premendā hanc Vrbem:ſed con-
culcandam nec conculcandam ſolum:ſed coinquinandam:diripiendamq; hoſtibus cō
cedetis. Quid finitimi:q̄ pulchre perfidiam ueſtram obiicient uobis? Etſi ſcio nō omnes
tam corrupto eſſe animo:ut coniurationis auctores ſequi poſſint. Hos ego nunc admo-
neo:hos alloquor. Capite arma fideles Ciues. Qui perfidi eſſe uolēt:eant ad hoſtem: uo-
cent:introducant. Nec in hoc quidem perſtabunt:paulo poſt ab illo quoq; defecturi. Etſi
ſcio proditiones gratas eſſe hominibus:interdum:proditores tamē ſemper nefarios: de
teſtabileſq; iudicari. Nec iis magis confidit hoſtis:q̄ nos qui confidimus deceptos eſſe re
putabit. Hac Oratione partim reſtincta coniuratione:partim animis Ciuium cōfirmatis
defendere ſe armis decreuerunt. Brachius quum oppugnare Vrbem copiarum paucita-
te non poſſet uexare:agrum eſt aggreſſus. Continuos deinde complures dies late factis
excurſionibus:pontem Salarium præſidiaria manu defenſum: duriſſima oppugnatione
adortus ui cæpit:traiectoq; in patentes cāpos exercitu ad portas uſq; Vrbis magno cum
impetu penetrauit. Suburbanis ædificiis populatis octingentos circiter Romanos:ne ipſi
quidem Romani captos fuiſſe negant: Hac tāta calamitate perculſi Ciues legatos qui de
pace agerent ad Brachium in caſtra miſerent. Multæ proponebantur conditiones:nulla
tamen præter Vrbis deditionem recepta eſt. Ciues habito inter ſe conſilio:quum tantus
ad portas inſtaret hoſtis:nec ulla ſpes eſſet auxilii: Vrbis rectorem appellatum intra mœ
nia cum exercitu receperunt:rati ſi qua heſterni belli uis incubuiſſet præſidio tanti Ducis
tutiſſimos eſſe futuros. Vrbem ingredienti:ut ſunt hominum:magna nouis in rebus ſtu-
dia:undiq; Vrbani apparatus in triumphi ſpeciem præferebantur. Peruentum iam uide-
batur ad imperii culmen:ſed aduerſus tantam gloriam dii atq; homines ſtatim inſurre-
xere. Quippe quum alterum iam menſem molem Hadriani nequicq̄ oppugnaſſet exer-
citum pernicioſa inuaſit peſtis:ſiue prœliis intentum militem ſolis æſtus relaxauerat: ſi-
ue denſionis cœli infecerat perniciosa caligo. Corpora primum occultus inuadebat lan-
guor:mox paulatim deficientia peſtilens ſitis ardor exurebat. Hæc non aqua:non liquo-
re ullo extingui ſedariq; poterat. Plæriq; bibendo laſſi deficiebāt :pauloq; poſt moriebā-
tur. Brachius uix quarta parte copiarum incolumi:ueritus ne populus uel alieno hortatu
uel ſuo impulſu in ægrotum & pœne confectum exercitum concitaretur:Rugeriū Peru-
ſinum. & Betardum Camertem cum ſexcentis equitibus:quos ad agrum Picenum præſi
dio reliquerat Romam acciuit. Ruſuſq; fruſtra oppugnata arce:quū nouas copias idem
ille morbus inuaſiſſet:ſimul q̄ Neapolitanorum copiæ ad ſoluendam arcis obſidionem
aduentare nunciabantur Roma diſceſſit:cōmodius curatum iri militem arbitratus mu-
tata cœli religione paluſtriq; & fluuiali uitata caligine. Poſtq̄ Vrbe diſceſſum eſt: Roma
ni ſeptuageſimo die poſt deditam Vrbem ad hoſtes deſecere:Peruſiam reuerſus Brachi9
exercitum ad hyberna dimiſit:ipſe conſtituendæ Ciuitati:ſtabiliendoq; imperio intētus
omnibus oppidis atq; Vrbibus:quæ in ſua eēnt poteſtate annua tributa imperauit. Thu-
dertini.

dertini. Vrbeuetani . Narnienſes. Interamnenſes. Eſini. Spellani. Cannarienſes. Reatini
cæteriq; finitimi populi:ut cuiq; magnæ erát opes :ita precioſa pallia:ſic enim genus tri/
buti uocát:pendere iuſſi ſunt. Hæc res maxime omnium Peruſinorum deuinxit animos:
Videbant Vrbem pauloante obſeſſam ac pœne dirrutá:i optimis legibus : æquiſſimis in
ſtitutis confirmatam. & quod longe glorioſiſſimum putabant caput imperii factam: fini
timas autem Vrbes : partim tributarias: partim uectigales eſſe . Pallia erant:quæ plus di-
gnitatis afferre:magiſq; imperio decori eſſe iudicabant Ea uero qua die Brachius Caro-
lum profligauerat:quot annis conuecta primum uniuerſa in foro collocata:mox ad Ci-
uitatis celeberrimũ Phanũ delata ſuſpẽdebant. Finitimi quoq; Tyranni aureos cyathos
argenteaq; uaſa deferebant. Qua die hæc agebátur quo Ciuitatem uaria afficeret lætitia
equeſtres in foro ludos faciendos curauerat. Maxime omnium ludos Peruſinos: quibus
iam puer ſæpe interfuerat ſpectare placuit:ſic enim Patria appellant certamina . Res mira
& exercendi corporis atq; animi perpetua efficaxq; materia Omnis Ciuitas duas in par-
tes diuiſa ſuperiorem:inferioremq; noui:& inuſitati generis armis inſtruebatur:nonnul-
li tamen expeditiores:ac leuiter armati ut qui ſola galea:umboneq; & ocreis durato:atq;
incocto corio confectis. erant muniti . His pro clypeo erat læua inuolutum pallium qui
& coniiciendis:& excipiendis ſaxis apti iactores uocabantur. Ii celebritate multum ualẽ
tes aciem primam obtinebant. Bellum lapidibus inire iuſſi:iactorum aciem quos uocát;
Armatos ſequebátur. Horum armatura grauior:uel qua in bellis:& militiæ utimur . Pri-
mum ut inde ordiamur inferiores pedes lineo triplicato pãno:& ceruino uellere diſten-
to:atq; oppleto tegebantur. Inde ex eadem materia duriſſimo & duplici obducta corio
tibiarum munimenta ad poplitẽ uſq; ſurgebant . Superiora crura ferreis incincta coxali
bus:ferreo quidem ſed purpura ueſtito & corpus tegente thorace colligabantur . Sed ne
quid lapidum colliderent ictus:ſtupeæ bombicinæ ueluti laminæ lineo conſutæ panni-
culo ſub thorace diſtenſæ uentri pectoriq; adæquabátur:quæ totos obeuntia humeros.
ac terga:ad medios uſq; ulnarum lacertos:tanq̃ duæ manicæ deſcendebant . Collum iſe
rioremq; ceruicem panno ac bombice denſa inuolucta:i& durato igni corio fulta munie
bant. Supremum uerticem ferrea tegebat galea. Huic quo lapidum late uolitantium ca-
ſum cernere:quoue hoſtem ferire poſſent:lata erát ab ore relicta foramina in roſtri ſpeci-
em excedente galea. Supra uerticem tria inuolucra denſo intexta filtro:i& in pilei modũ
ſeſe proferentia purpureo argenteoq; ut cuiq; erant facultates apice:connoq; ſurgebant .
Inde rurſus uario pennarum colore diſtinctæ corollæ attollebantur. Hæc a tergo ad me
dios uſq; delapſa humeros purpurea excipiebat lacerna . Reliquum corpus ornatior ue-
ſtis decorabat. Hi erant quos armatos uocabát.!Dextra alligatum brachio ſcipionem:læ
ua clypeum ferentes excipiendis magis ictibus:ſed tamen etiam incutiendis parati. Er/
go ubi uniuerſus conuenerat diuerſa armatura Populus : quiſq; ſuam in partem ſecede-
bat:duoq; Ciuium acies:duo prima fori occupabant ora:medium quod erat ſpacium pu
gnæ relinquebatur. Primum iuuenes uiuaci ac robuſta ætate ad tertiam uſq; diei horam
inibant pugnam. Mox ſoli pueri ſuis:& ipſi contecti armis:duabus continuis horis inter
ſe lapidibus decertabant. quod reliquum erat diei omnis generis ætates ad prœlium diſ-
curſitabant. Primam aciem obtinebant leuiter armati iuſſi eminus in aduerſos ſaxa conii
cere . Sic quum utriq; ſemper inſtare: nunq̃ fugere parati propius rem gererent : grauis
armaturæ:quos diximus accurrebant. His turpiſſimũ erat ſaxa coniicere : ſed in mediam
ruentes aciẽ clypeis:ſcipionibuſq; pugnabant. Nec tamen interea ceſſabant ſaxa . Videre
erat pulcherrimũ hos ferire:illos cadere:alios ſubniti clypeo:atq; in aduerſarios toto ſeſe
corpore inferre. implicare:ac clypeo ac ſcipione oculos:ora petere Victoria erat medium
occupaſſe forum:atq; inde aduerſarios reieciſſe . Omnium erat pulcherrimũ:ſenes feneſtris:
ubi uidendi ſtudio conſederant deſilientes aſpicere : & toga pallioq; abiecto decur
rentes ad opem fugientibus ſuis ferendam:ſiſtendamq; fugam. nec ætatis aut reuerentiæ:
aut imbecillitate contineri poterant:tanta erat partium æmulatio. Sæpe duo milia Ciui
um in foro hoc modo armati dimicabant:nec unq̃ incruenta ſtetit res : nam quot annis
deni uicenique contriti:obrutiq; cadebant. nec perpetuo & continenti certabať anno. Lu
dorum initium iam inde ab Calendis Martiis perfectos duntaxat dies:nec amplius q̃ in
duos:qui ſequebantur celebrari menſes conſueuerant. Nec cæſorum occaſione iniuriæ:
aut odia gignebantur:uulgo periſſe:& caſu putabant qui periſſent. nec ante pugna deſi
ſtebatur:q̃ alteri loco eſſent repulſi. Tum demum quouis uno uel puero pacẽ poſtulante

prœllo excedebant. Conſtat omninm prædicatione nihil unq̃ in Italia ſolitum geri for-
cius. inde robur. & animo. & corpori. iude genti uim. & ſtrenuitatẽ increuiſſe purãt. Bra
chiani milites ſæpe intermixti iuuentuti: ac pugnam ingreſſi facile a Ciuibus uincebãtur
Fertur. Brachius quum feneſtra quæ fori imminebat inſidenti: nuntiaretur perniciosũ
eſſe eius diei prœlium: multoſq; pertinacia conteri: proinde dirimi pugnam iuberet: ſpe-
ctaculo intentus reſpondiſſe. Senogalliæ fieri me iubes Imperatorem. quod tunc dici cõ
ſueuit: quum imperanti nemo niſi ipſemet qui imperat pareret. Componendis per hunc
modum rebus intento Brachio unum oppidum Saxumferratum detractabat imperium
quod nullo eo anno collato tributo haud multo poſt: quum Brachi⁹ Thuderti morã tra-
heret rebellione facta defecerat. Arx tamen iminens oppido & ſitu egregiæ munita fido
tenebatur præſidio. Hac renunciata. Brachius repente deducto ex hybernis exercitu in
Picenum contendit: occupataq; munitiore oppidi parte ſotum excurrit: auctores rebelli-
onis: quia capere nõ potuit: direptis domibus maximo affecit incõmodo. Mox compoſi
tis rebus Peruſiam reuerſus exercitum ad ſtatiua remiſit. Per hos dies nuntiatum eſt cer-
tiore nuntio. Odonem Columnam: cui poſtea cognomen Martino fuit. Ciuem Roma-
num Summũ Pontificem declaratum. Ad hunc Peruſini ſtatim de conſtituendo Impe-
rio: & ſumma rerum Brachio permittenda miſere legatos inſolito & nunq̃ antea audito
legandi more. Neq; enim Primores Vrbis duntaxat uerum ſummi atq; infimi & prope
omnis ætas conſenſit: itumq; eſt in ſententiam: primũ pedibus: mox etiam clamore. Le-
gationis principes fuere Berardus Camers & Matthæus Vbaldus quorum opera Brachi-
us pro ſingulari induſtria rerum getendarum plurimum utebatur. Poſthæc quod reli-
quum fuit hyemis in hybernis tranſactum. Aeſtate adueniente Brachius eductis copiis
ad caſtellum plæbis paludes Cluſinas traiecit in Senenſium fines profectus. Cauſa traici
endi fuit Citoniẽſium iuuenum fuga: qui Citonii regnabat duos filios ad Brachium mi-
litatum miſſos nondum completo ſtipendio reuocauerat: qui ut patri obtemperarent in
iuſſu Ducis militia diſceſſere. Eo traducto exercitu Brachius primo impetu oppidum: al-
tero arcem expugnauit: Senenſes ꝗ eorum agrum contingeret decem milibus nummũ
oppidum emerunt. Sic tranſfugæ perfidiæ pœnam dedere. Inter hæc Legati quos ad Põ
tificem miſſos oſtenderam poſt aliquot menſes re infecta redierunt: nec aliud q̃ indicatũ
Brachiũ. Religionis hoſtem deuotumq; retulerunt: quod ſeminarium futuræ conten-
tionis fuiſſe putant. Brachius ſatis iam auctis uiribus: ut finitimos quos nõdũ bello adie-
rat: affinitate deuinciret Obdoni ex concubina nato Fulginatum Tyranni: filiam dedit
uxorem Stetit deinde Peruſinis ex ea re magna cum fulginatib⁹ amicicia. Poſthæc. Bra-
chio ad Saxumferratũ profecto: proxima caſtella ſua ſponte uenere in poteſtatem. San-
cti ſeuerini magni oppidi dominus ueritus ne bellum in ſe cõuerteretur: miſit ſtatim de
pace legatos: qui dicerent omnia quæcunq; eſſent imperata facturũ. Quibus diebus hæc
in Piceno agerentur. Cherubinus parua manu miſſus: in fines. Vrbiuetanorum oppida
quædam in fidem poteſtatemq; recepit. Per idem tempus Peruſiæ ingens orta peſtilen-
tia Vrbem non ſolum militari præſidio: ſed fugientibus etiam per agrum Ciuibus ſpolia
uit. Qua re audita. Senenſes qui iampridem Brachio poſt captum Citonium maxime af
ficiebantur: centum equites: quadringentoſq; pedites publico ære conductos ad Vrbis
cuſtodiam miſere. Gratiorem fecit eam rem Ducis abſentia. Hoc tam liberale beneficiũ
paulopoſt inita ſocietas excepit. & Senenſes quoꝗ permagnæ erant opes ſponte ſua ſti-
pendiarii facti quotannis deinde conferenda militibus æra tribuerunt. Quæ liberalitas
eo maior eſt habita: quo ne remunerationem expeterent: ſed ultro beneficium accumulare
uiſi ſunt. Secuta deinde non ſocietas ſolum: ſed arctior quædam amicicia: & Senenſiũ: &
Peruſinorum tutiorem habuit rem. Dum in agro Piceno moraretur Brachius: miſit qui
a Ludouico Firmano quattuor milia nummum repeteret: quæ pecũia ex ſuperiore Pice
no bello pro redemptis captiuis debebatur. Ferunt Ludouicum hoc nuntio accæpto re-
ſpondiſſe: ſe dormire. Qua uoce ad Brachium perlata. Et ego inquit dormientem excita
bo. Pronuntiato in ſequentem diem militibus itinere nondum orto ſole mouit exercitũ
miraq; celeritate profectus in hoſtes Falleronum Ludouici oppidum deſubito atq; im-
prouiſo aggreditur. Hic trecenti equites loci præſidio impoſiti: quum extra portas teme
re prœlium capeſſerent ad unum capiuntur. Facto mox celeriter in portas impetu: fru-
ſtra repugnantibus oppidanis intra mœnia milites irruperunt: oppidumq; diripuerunt.
Hac re perculſus Ludouicus: cui Brachianorum uirtus cognita iampridẽ fuerat: pecuniã
miſit.

miſit.Brachius ingenti ſimulata ira:pecunia repudiata propius caſtra permouit: nec ante duplicatam bello diſceſſit.Octo milibus nummum redempta pax eſt. Hic Brachius inquit.Quia quod debebat non perſoluit:id perſoluere coactus eſt quod non debebat.His in Piceno geſtis quaſi altero orbe geſturus bellum traiecto flumine Tyberi longis itineribus. Mugnanum peruenit:quod oppidum ab Vlyxe Vrſino tenebatur:exercitu admoto. Veritus Vlyxes ne oppidum nullo præſidio munitum oppugnaret hoſtis:miſit qui bellū deprecarentur:ac ſeſe imperata facturum dicerent.Eo in fidem accepto in Senenſem cōtendit agrum.Cluſinaq; traiecta palude haud procul inde ſurgētia Cocchi Salimeni oppida oppugnare eſt aggreſſus.Cocchus cui longe plus pecuniarum ꝗ militum erat: Legatos cum quattuor milibus nummum de pace miſit.Ea impetrata tutiorem deinde habuit agrum.Continuo Lucenſes petiturus ſumma cum celeritate Senam prætergreſſus: in Florentinorum penetrauit fines.Nec hic quidem demoratus:facto per Arniorum itinere:ubi flumen tranſiuit expeditam militum manum ad excurrendos Lucenſium fines præmiſit:ipſe cum cæteris ſubſecutus copiis paululum ſubſtitit:mox in agmina diſpoſito exercitu:parata intentaq; acie ad portas uſq; percurrit celeritate atq; impetu quāto nūquā antea delatus in hoſtes.Cauſa celeritatis fuit ſpes Lucenſium Tyranni de improuiſo capiendi:quem fama erat inſana extra Vrbem molin ædificia:nec ullum præterire diem quin ad uiſendam eam ſubſtructionem:incitandoſq; operarios cum paucis exiret Vrbē: magnamq; diei partem operi inſpiciendo conſumeret. Alii non in ſuburbana ædificia: ſed ad caſtellum Piſanum proficiſci ſolitum hortos ac pomœria penſilibus muris ædificare nunciabant.Vtcunq; res eſſet Brachius maturandum ſibi uincendamq; celeritatem uolocitate cenſebat. Quæ profectio tam præter Lucenſium ſpem fuit:ut uix depopulatoribus uiſis tantum ſpacii tam ſubito epiceno:ueluti pennis in intimam Hetruriam crederent peruolatum:Simul qui excurrerant agrum prædam agebant:ſimul ad portas cæteræ conſtituerunt copiæ tyrannus celeriter per aduerſam ſe recepit portam.Primum: agreſtium:mox oppidanorum uocibus conclamatus.Brachius ubi fruſtra petitum Tyrannū cognoſcit omnes ſimul copias ꝗ effuſiſſime prædatum dimittit.Lucēſes quod ſubitis in rebus ſolet accidere:tanta inuaſerat trepidatio:ut obditis Ciuitatis portis oppugnari ſe ſtatim:aut obſideri dubitauerint.Quā ob rem factæ celeriter muniriones propugnacula præſidiis cōpleta:uigiles per ſtationes collocati:machinæ ad hoſtem arcendum in mœnia conuectæ:foſſæ circū urbem altiſſimo munitæ uallo Hæc omnia populi ſubita & incredibili celeritate confecta.Interea hoſtes late populati oia:præde tm̄ coægerunt:ut totius agri Lucēſis pecore:agreſtibuſq; correptis uaſtata cuncta & in ſolitudinem redacta uiderent̄.Res improuiſa prædam auxit.Oppidanis quorum plæroſq; longa pax & metenda:colligendaq; ſeges in uillas atq; agros adduxerat nihil hoſtile metuentibus.Tyrann⁹ bellicis rebus inſuetus:tanta ſuorum calamitate accepta miſit:q de pace conficienda:redimendaq; præda:& captiuis agerent cōmodius arbitratus pecunia propellere ferocem hoſtem:ꝗ ultimū belli diſcrimen expectare.Nec delectus tantos habere poterat: quibus bellicoſiſſimum hoſtem reprimeret:cuius conatum atq; uires nemo ante id tempus ſine ſuo magno incommodo contempſiſſet.Pax ita conuenit ut Tyrannus quinquaginta milia nummum ad biduum perſolueret: partim numerata pecunia: partim Florentinorum menſariorum ſponſione promiſſa.Brachius reſtituta præda finibus agroq; decederet Facta cū Lucenſibus pace: deductoq; inde ut conuenerat exercitu Peruſiam per Florentinorum agrum eadem qua profectus erat celeritate reuertitur nec ulla commiſſa mora facto per Fulginatem itinere ad Nurſiam obſidendam contendit. Iam ad portas peruenerant copiæ:quum Nurſinorum legati de concordia occurrentes multis:ultro citroq; habitis:tandem quattuordecim milibus nummum bellum redemerunt.ueriti ne nondum collectam meſſem hoſtis incenderet.Auguſtus enim erat menſis: & Nurſini prope gelidiſſimos Italiæ mōtes habitant:quo fiebat ut tardius exucta frumenta nondum meti atq; excuti potuiſſent.& iam autumnus altera non minor agricolarum imminens ſpes aderat.Motis inde caſtris profectus cum omnibus copiis in Picenum Caſteneam oppidum cinxit obſidione: nec multo poſt acri oppugnatione perrupit. Sed arce aliquandiu fruſtra tentata oppidum incendi uaſtauit: qua in re plus indulſit iræ: ꝗ humanitati conſuleret: inde Pergulam profectus ſtatim recepit in poteſtatem. Sed iam inſtante bruma tot undiq; exactis ad ſtipendium pecuniis militem ad hyemandum dimiſit: ipſe cum paucis ad Eſim Vrbem in hybema conceſſit. Hæc dum geruntur Martinus: quem Pontificem declaratum oſtendi in Italiam; reuerſus Florentiam uenerat. Qua re cogni-

ta. Brachius ſemper antea ſecutus Pontificum amiciciam. Legatos ad eum quoq; : qui
opem ac fidem pollicerentur miſit. Romanū imperium multis tempeſtatibus iactatum
ac prope demerſum paulum ſub hoc Pontifice attolli cœperat. quæ res Brachium iam
tum longo interuallo futura præcogitantem magis ad ſocietatem impellebat. Legatis
& gratiæ actæ & ſpes fœderis iniecta eſt : cæterum nihil certi reportatum. Eam ob rem
unum poſt menſem redire Florentiam iuſſi: tunc quoq; infecta re : atq; omni ſpæ concor
diæ ſublata redierunt. Brachius ubi uidet pertinacia laborare Pontificem omni uia con-
gerendam pecuniam cenſuit: ut ſiquid belli exoriretur ſtipendium non deeſſet ad mili-
tem conducendum. Mittuntur igitur ad Guidonem Feltranum : qui duodecim milia
nummum reliqua ex ſponſione repeterent. Illo uerba magis q̄ pecunias reddente : poſt
crebros miſſos repetitores: bello ius ſuum ſtatuit proſequendum. Eductis ex hybernis co
piis in fines Aſiſiatum: quæ illius erant imperii : caſtra mouit. Malateſta Balionio ad Vr-
bem occupandam præmiſſo direpto Feltranorum præſidio. Vrbe eſt potitus. Arces duæ
arduo in colle ſitæ capi ſtatim non potuerunt. Sed ne tempus uana oppugnatione con-
ſumeret: modico ad Vrbis cuſtodiam relicto præſidio Eugubium cum cætero exercitu
proficiſcitur. Quod iter eo maturius fuit ꝙ prodédi oppidi ſpem: quidam ex oppidanis
fecerant. Rugerius Peruſinus cum aliquot equitum turmis præmiſſus: ingreſſus oppidū
magna ui: atq; impetu oppidanorum repulſus ad ſubuenientem exercitum refugit. Bra-
chius ubi uidet proditores neq; ad ſignum: neq; ad diem apparuiſſe in ſuburbia quadra-
to delatus agmine : leue eum præſidiariis : qui Vrbi a Feltranis erant impoſiti: prœlium
commiſit. Sed Vrbe montoſa atq; aſpera ſitu: & hoſtium munita prædio deſperata popu
latus agrum ad Gualdum oppidum reduxit exercitū. Motis inde caſtris quarta die poſtq̄
Aſiſium eſt reuerſus minorem arcem a cuſtodibus traditam recepit. Decimoque inde die
maiorem & ipſi quoq; ſua ſponte aperuere cuſtodes. Aſiſio ſubacto Legati Florentino-
rum ad Brachium uenerunt qui nomine quidem a Populo Florentino re autem a Pon-
tifice miſſi agere de pace cœperunt. Brachius ad eam conficiendam ſuos & ipſe Legatos
Florentiam miſit. Interea confecta in hybernis Hyeme circiter Calendas Martias ſtipen-
dium dare militibus cœpit. Tantum enim ſuperiore anno pecūiarum coægerat : ut nihil
nouis auctionibus opus eſſet. Milites quo Ciuitas belli commoda ſentiret ex ſtatiuis Pe-
ruſiam conuocati. Hic æquos: hic arma coemere iuſſi ſunt. Omnibus celeriter compa-
ratis: in caſtra copias eduxit equitum duo milia: peditum ingentem numerum. His uiri-
bus atq; hoc belli apparatu ad obſidendam Vrbem Spoletum caput nunc Vmbriæ pro-
ficiſcitur Spoletani aliquot exulibus : qui ſub Brachio militauerant receptis in Vrbem
uno omnium conſenſu deditionem fecerunt. Arx erat in expugnabilis omnium non
modo in Vmbria: ſed in cætera Italia ſitu : atq; opera munitiſſima. Hæc arduo poſita in
ſaxo: ex altera parte Vrbi ſupereminet: ex altera inuiis altiſſimiſq; cincta præcipitiis finiti-
morum montium ſocietate lato interuallo diſiungitur. Tum ex arce ipſa pons ad mon-
tes pertinet crebris erectus fornicibus : ac tam altus ut deſpicientium oculi exorta hebe-
ſcant caligine Extremo autem ponte : turris alta monitaq; medio in monte proſurgit :
unde quotiens Vrbano tumultu impetus in arcem fiat : ſubſidium recipere cuſtodes que
ant : & hoſtes munitum turri pontem occupare non poſſint. Porro naturæ munimen-
tis etiam hominum acceſſit induſtria. Quippe arcem triplex latiſſimus præcingit mu-
rus : quam etiam ſine muro natura defenderet. tam lubrico undiq; & præcipiti lapſu : ut
uel deuoluta ſaxa arcere oppugnatores poſſint. Brachius capta exteriore turri: quum &
pontem libero aditu occupare contenderet : ipſe quoq; inſtructus clypeo egregie inter
cæteros pugnam ciebat : & cautior futurus in prœlio ne quis ſe Imperatorem appella-
ret inhibuerat. Pugnantem emiſſa ab arce ſagitta infimo pede traiecit: quæ alte defixa hu
mi : nec auelli pede : nec terra effodi poterat. Quod ubi Gregarius aduertit miles tra-
bem forte ad extruendam congeriem portans accurrit. Imperatoremque. Brachium
appellans nomine : tormento & ipſe corripitur : uulnere haud quaquam fœliciori.
Quippe traiectum tælum per mediam : ut erat extenſa palmam : & trabi quam ge-
ſtabat infixum tenaci hærebat morſu : nec deponere trabem poterat miles : nec pal-
mam inde ſine aliena ope diuellere. Hic Brachius uelut ſui periculi oblitus. bene in-
quit habes : qui me alieno tempore uocas Imperatorem. Egreque hic terra. ille trabe
diſſuti riſum cæteris: nec ſine ſuo dolore: præbuerunt. Brachius uanam oppugnationem
ratus: ne quid temere aggreſſum militem ſaxa colliderent: cingendam obſidione arcem:
claudendamq; etiam a monte conſtituit. Sed res multo egebat peditatu. Nam equitum
loci iniquitas

loci iniquitas uanam operam faciebat. Mittuntur ergo qui militem mercedē cōducerent Peruſiæq; imprimis peditum haberent delectus. Peruſini ſponte ſua mille in caſtra uenerunt: indubitatum bello robur præter domeſticam & inſitam illi genti animorū magnitudinem rei militaris minime imperiti. Hi poſt paucos dies obſidioni relicti: egregia belli egere facinora. Brachius q̄ dubitabat de Spoletanorum fide: undecim obſidibus imperatus ac Peruſiam miſſis extra Vrbem cum equitatu proceſſit. Cauſa procedendi fuit q̄ nuntiatum eſt Sfortiam a Regina Neapolitanorum aduerſus ſe miſſum magno cum exercitu aduentare. Sed quoniam res admonuit pauca de Regina dicere aggrediar: quo magis reliqua in aperto ſint. LANDISLAVS Rex quum duas uno tpe habuiſſet uxores: tamen ſine certis liberis. & legitima prole deceſſerat: factum profecto indignum tanto Regno: cæterum Regis illius imanitate digniſſimum. Huic mortuo Ioanna ſoror: ſucceſſit imperio: non uirtute aliqua: aut prudentia: ſed præcipua Neapolitanorum in Regiam ſtirpem fide. Hæc nihil mulierum natura indignum ægiſſe in uita traditur. Nam & maritos alios purpureo laqueo ſuſpēdit: alios nudos e thoro: extra fines Regni præcipitauit. & liberos: quos uiris parere non poterat: per adoptionem nulla cum ſtabilitate ſuſcepit. Quippe nunc primum Alfonſum Valentinorum Siculorumq; Regem: mox deinde Ludouicum quem diximus ex Gallorum gente adoptauit. quæ res multorum malorum origo Neapolitanis fuit. Regina uel aliquo ſuorum hortatu: uel quod magis putauerunt a Pontifice ſollicita: tria milia equitum Duce Sfortia mittere aduerſus Brachium ferebatur. Quare cognita Brachius Peruſinis in obſidione arcis relictis: cum delectiſſimo equitatu: nulla interpoſita mora Thudertum proficiſcitur. Huc profecto Sfortiæ litteræ redduntur: quibus ſignificabat nihil ſe contra eum moliturum. Tartaliam unum eſſe quem peteret. Brachius ut erat ſummi conſilii: cognita fraude: ſere in hæc uerba ſcripſit ad Sfortiam. Sibi quidem quem ille peteret incertum eſſe: cæterum uel ſe: uel Tartaliam peteret: id contra ſe futurum. tenuinem ſibi Tartalia eſſe chanoremipriuatam amiciciam publico etiam fœdere roboratam eſſe. Proinde ſciret Brachium amicū ille eſſe non poſſet cui Tartalia eſſet inimicus. Mittitq; extemplo qui rem omnem Tartaliæ nuntiaret: ſimulq; diem diceret: qua die Volſenum cum omni exercitu conuenirent. Inter hæc Sfortia deductus e monte Rotundo copiis intra Viterbium & Montemfiaſconē caſtra collocauerat. Sed Brachio diutius in Thudertinorum finibus hærente Tartalia prior Volſenum: ut erat conſtitutū peruenit. Quibus de rebus certior p ſpeculatores factus. Brachius traiecto Tyberi eodem & ipſe contendit. Iunctis ad Volſuuium caſtris miſſi exploratores qui hoſtium iter exciperent. Sfortiam radices montis occupaſſe: paulatimq; in cacumen euadere nuntiabant. Brachius maturandum ſibi cenſuit & ſupremū iugum magna cum celeritate occupandū. Mons flaſcus ingenti eſt altitudine: ſed qua parte Viterbiū deſpectat a quo octo paſſuum diſtat milibus: molli ac decliui lapſu in planiciem deſcendit. Qua uero in ſubteriacentem deſinit lacum a ſuperiore cliuo quinquæ paſſuum procul a Volſuulo proſurgit. Tanto finitimis editior montibus ut longo tractu terrarum regionemq; interuallo proſpiciatur nec tam altitudine q̄ uini copia & præſtantia notus. Hoc monte ab utroq; Ducum ingenti celeritate occupato: cum Sfortia ad ſupremum cacumen. Brachius nondum ad mœnia oppidi quod in cacumine ſitum eſt perueniſſent: modico ſpacio cōſederunt. Brachius accuſata militum tarditate exercitum ad planiciem: non ſatis tutum fore locum arbitratus eduxit: non procul a radicibus montis: ratus quod poſtea euenit. ſuperiorem numero hoſtem aut deſcenſurum ad prœlium: aut Viterbium per ſaltus rediturum. Igitur Tartalia ad ſe uocato: quid facto opus eſſet oſtendit. Primum uarii dimiſſi exploratores: qui totā noctem in ſpeculis uigilarent. & quum mouere hoſtis cœpiſſet q̄ celerrime nuntiarent. Tartaliam deinde ad extremos ſaltus occupandos obliquo tramite cum duabus Cohortibus proficiſci iubet: ipſe ad arma per ſpeculatores citatus cum reliquis copiis ingreſſus ſyluas: parata intentaq; acie equorum ueſtigia ſequebatur. Iam Tartalia non procul a Viterbio hoſtem anteuerterat: qui paululum ſubſiſtens properantem. Sfortiam. & quod accidit metuentem tandiu pugnando demoratur: donec a tergo urgentes Brachianæ Cohortes adorirentur: quæ tanto impetu ſe in hoſtes intulerunt: ut diſſipati ſubito relictis omnibus impedimentis in fugam ſe conuerterent. & uia partim anguſta erat: partim recuruata atq; inflexa: ut non cōmode prœliari milites poſſent. Tum ſi potuiſſent ſubitus hoſtium & improuiſus impetus: modicum conſilium ingenti terrore diſcuſſerat. Duo milia & trecenti equites capiuntur. Sfortię prementi hoſti plurimis acceptis uulneribus propin-

quitate Vrbis euaſit.Tartalia poſt uictoriam non procul inde ſtatiua poſuit.Brachius pri
mum Thudertum:mox Spoletum magna cum præda:nunc minore gloria reuertitur.In
ter hæc Sforria tam ſubita calamitare afflictus:belli reliquias cogere.& qui pugna euaſe-
rant ingenti.ut fama erat Reginæ:ut res habebat Pontificis ſtipendio confirmare cœpit
Tartalia quoq; a Pontifice ſollicitatus magno accæpto ſtipendio cum Sfortia coniunxit
quæ res haud multo poſt infœliciter uertit.Neq; enim facile noua atq; incerta amicicia
conſtare poteſt:ubi uetus & probata deſeritur.Pontifex cui iampridem inuiſa erat Bra-
chii potentia:etſi agebatur de pace:omni tamen ſtudio proximos:cũ populos cum Du-
ces concitare conabatur:ut nondum confecta pace Brachium opprimeret.Sfortiam &
Tartaliam iunctos alterum alteri cõciliauerat.Guidũ Feltranũ qui Vrbinatibus.& Eugu
binis imperabat:cũ Perusinorum & Aſiſiatium exulum manu ſollicitabat ad bellũ.Car-
rariæ comitem magno cum exercitu mercede conduxerat.Angelum Pergulenſem:quẽ
Peruſino bello uictum profligatumq; oſtendi.& multos præterea militares Duces:cum
duobus milibus equitum una in caſtra coægerat.Vndiq; hoſtiles apparatus nunciabant
Brachius ueritus ne tanta bellorum mole opprimeretur:anteq̃ omnes hoſtiũ copiæ unũ
in locum conuenirent:aut cõfligendum cum ſingulis:aut deſtinendas quoad poſſet exi-
ſtimauit.Igitur Ipſe cum parte copiarum profectus Aſiſium ut Feltranis obſiſteret:reli-
quum exercitum in obſidione arcis dimiſit.Hoſtes interea de coniungendis exercitibus
conſilia inibant.Guido Feltranus quod de proditione Aſiſii per quẽdam agebatur.Sfor
tiam & Tartaliam ut Narem ac Tyberim traiicerent crebris nuntiis hortabatur.Q uod
eo faciebat conſilio.ut Brachio ad arcendum illorum aduentum conuerſo.Aſiſium ſine
præſidio relinqueretur.Brachius interceptis nuntiis cuncta hoſtium cõſilia præter q̃ pro-
dendæ Vrbis interceperat.Nec multis poſt diebus per exploratores cognoſcit Sfortiam
confirmato leuiter exercitu prædatum tendere in Peruſinum agrum ad arua Cluſina de-
populanda:quo non ſolum peruſini:ſed finitimi quoq; ſua pecora compulerãt.Iam Sfor
tia tranſmiſſo flumine plana:leuiter armatam manum ad excurrenda arua præmiſerat.
Ipſe firmioribus Cohortibus paululum ſubſiſtens:non multo interuallo ſequebatur.ſed
ueritus ne quos Vrbeuetanorum præſidio Brachius impoſuiſſet redeuntem cum præda
inuaderent:cautior:cunctatiorq; procedebat.Vbi atuis appropinquauit exercitus q̃ latiſ-
ſime fuſi ingentem prædam hominum pecorumq; coægerunt.Brachius de hoſtiũ profe-
ctione certior factus:celeriter cum quingentis equitibus ad tranſitum fluminis occupan-
dum intercludendumq; hoſtẽ delatus Sfortiæ præuerterat tãta uelocitate:ut triginta paſ
ſuum milibus una nocte confectis:uix trecenti curſum eius æquare potuerint.Reliqui in
itinere feſſi defecerunt.Hoc in loco expectato hoſtium reditu prædatorum inconditum
agmen aggreſſus ingenti terrore perculit:paucisq; captis equitibus præda omnis eſt ere-
pta.Sed milite tam longo noctis itinere fatigato perſequi latius hoſtem non potuit.Plu-
rima bella conſilio hic Dux:nonnulla inuicti militis uirtute:cuncta tamen incredibili ce-
leritate confecit:quem hoſtes tot militibus paſſuum procul dormire crediderant:a tergo
atq; a fronte prius inuadentem ſenſere:q̃ quicq̃ de eius motu uel ſuſpicari potuiſſent.Præ
da his quorum erat reſtituta:collectisq; quos in itinere feſſos reliquerat Aſiſium proxima
nocte reuertitur.Hic non amplius uno demoratus die:quo miles quietem caperet in fi-
nes Eugubinorũ acie infeſta proficiſcitur.Oppugnato Glomeſio quũ arcem capere non
poſſet oppidum direptum a militibus icendi iuſſit.Proximo deinde uaſtato agro exerci-
tum cũ præda reduxit.Inter hæc ſpeculatores uario dimiſſi Sfortiæ & Tartaliæ aduentũ
referebãt:iam Tyberim flumen traieciſſe hoſtilẽ exercitum:iam perueniſſe Narniam.&
Capitonum oppidum in Narnienſi cæpiſſe etiam tranſfugæ nuntiabant.Brachius ratus
hoſtem ad ſoluendam Spoletanæ arcis obſidionem uenire.Aſiſii modico præſidio reli-
cto dimiſſis qui Feltranorum motus exciperent ad Sanctumgeminum nõ procul a Nar-
nia mouit caſtra inuaſurus hoſtem:ſi Narem amnem traiicere aggrederetur:ſimulq; ſiqd
Feltrani proceſſiſſent ſolita celeritate profligaret.Q uod ut tutius facere poſſet omnes
fluminum ac montium aditis iuſſit occupari:intercluſurus hoſtes ſi ad defendendam ar-
cem uenire properaſſent.Feltranorum aliud erat conſilium:qui ubi uidere relictum ab
hoſte Aſiſium nec magno teneri præſidio ſollicitare qui prodere oppidum promiſerat
cœperunt.Dicunt horam atq; locum.ASISIVM arduo in colle ſitum Phanum ad radi-
ces habet pro mœnibus omniũ quæ in Italia ſunt opera & ſtructura pulcherrimum.Hic
anguſtum erat tenui muro obductum.& eam ob rem paucis ante id tempus obſeruatum
foramen.Qui

ſoramen.Qui proditionem agebat Idibus Octobribus de prima uigilia uenienti hoſti
locum aperuit.Et quia plures aditus anguſtiæ non capiebant:ſingulos ad ſe equites me-
dio noctis ſilentio recipiebat.Iam in multas horas proceſſerat res:nec recipiendi finis an-
te factus:q̃ duo milia equitum.& mille ducentiq; pedites eſſent intromiſſi.Qui ubi ſupe
riorem Vrbem:mediaq; in Vrbe forū occupauere:ſubito ſublato clamore oppidanorum
ſomno graues animos terruerunt.& qui Brachianæ factionis erant:eorum domus ſortu
næq; direptæ ſunt.Mox facto nequicq̃ in arces impetu:quū eas expugnare nequiuiſſent:
munita Vrbis occupauerunt loca:nec cæde quidem aliquot oppidanorū abſtinuere.No
cte ut augente audaciam:ſic furorem cladem q; tegente.Aſiſii defectione nunciata.Bra-
chius ingenti affectus eſt dolore:cum ꝙ Vrbs erat finitima Peruſinis.& aſſidui belli futu
ra materia:tum quoniam plurimū ex ea re ſuæ detractū gloriæ iudicabat.Sed ubi intelle
xit neutram arcem expugnare hoſtem potuiſſe:recuperandæ Vrbis conſilium require-
bat.cui rei nulla re magis q̃ celeritate opus eſſe arbitrabatur.igitur ſub occaſum ſolis cū
mille equitibus Aſiſium uerſus contendit.Vix mille proceſſerat paſſus:quum ſtatim præ-
mittit qui quingentos pedites Peruſia accirent.item qui triginta imperatis obſidibus reli
quas copias quos obſidendæ Spoletanorum arci reliquæ erat cōtraherent.Fulginatū præ
terea Tyranno litteras dat ut quadringentos pedites Spellum ad ſe mitteret.Vbi Spellū
eſt feſtinatum.Peruſini:ꝙ longius aberant ad diem non conuenere.Brachius tanto coa-
cto peditatu quod mōtuoſum futurum erat prœlium addito uirtuti dolo primū Thuder
tinis recuperatum Aſiſium:profligatūq; hoſtem nunciauit.ſimulq; iuſſit:ut luminaria pri
ma:ut fieri ſolet:nocte per mœnia:turreſq; diſponerent.Quod ideo factū:ut Vrbis deſpe-
rata defenſio q̃diu Aſiſium oppugnaretur uenientem hoſtem retardaret.Nec conſilium
fefellit.Nam quum ſollicitati a Feltranis Sfortia & Tartalia traiecto Nare ad ferendum
Aſiſiatibus auxilium uenirent:proſpectis in Thudertino luminaribus:quod erat uictoriæ
ſignum:tardum eſſe ſubſidium rati non procul a Narnia reſtitere.Brachius interea pau-
cos ad minorem præmiſit arcem:ferreos cancros ingentemq; uim malleorum compor-
tare.& continentem arci murum q̃tum duodeni ſimul equites intromitti poſſent demoli
ri iuſſit.Miſſo deinde ad occupandum ſuperiorem montem peditatu:ipſe cum equite an
te primam lucem ad minorem ſe oſtendit arcem.Hoſtes etſi præter Ciuem numero præ-
ſtabant:ferocitate tamen Brachianorum perculſi.q̃maximis inter Vrbem atq; arcem mu-
nitionibus factis foſſas longiſſime ductas:uallo aggereq; munierunt.Huc quicquid uſq̃
inuentum eſt trabium:tabularumq; congeſtum.multis in locis ubi debilitas loci maiorē
expoſcebat opem:ingenti ſaxo late ac præalte conſtructæ maceriæ.Brachius peditatu in
aciemq̃ producto equitatē omnem:qua muri erant deiecti turmatim intromittit:diſpoſi-
tiſque a latere ſagittariis qui oppugnantes eminus ferirēt:ſigna in hoſtium munimenta
iubet inferri.Sed q̃uis magno facto impetu:nihil tamen in tanta congerie milites profi-
ciebant.& qui intra munitiones pugnabant numero ac uirtute reſiſtentes ubi uis haſtarū
urgeret infra trabes occulebant ſeſe.alii modico interuallo remotiores eminus in haſta-
tos coniiciebant tæla:quæ res oppugnationem duriſſimā faciebat.Brachius inuidia tam
ſubitæ defectionis incendebat militem.Feltrani ꝙ credebant Sfortiam ac Tartaliam in-
ſecutos hoſtē ſubſidio uenturos:uana ſpe fortiſſime impetum ſuſtinebant.Brachius ubi
uidet fruſtra tentatas munitiones directis in hoſtem ſagittariis triginta fortiſſimos dele-
git equites:atq; ita parua manu ingens orſus eſt bellum.Hæc ſimul agebat:ſimul aliquot
pedites ad maiorem arcē ſecundū Vrbis mœnia dimittit:qui prœlio intentum hoſtē ſu-
perne adorti munitionibus auerterent Interea qui munitiones tuebant̃ & quos eminus
tæla coniicere dicebamus:accerrime pugnantes a ſagittariis confodiebātur.Tum Bra-
chius proprius ſignis inferri iuſſis.Age inquit:ſequere me miles.atq; ita concitato equo
primus omnium perrupit in hoſtem:cæteri tanto uirtutis exemplo:ſimulue Imperatorē
iam inter hoſtes ſummo cum periculo dimicantem deſererent:uno globo conferti proſi-
lire intra munimenta:repenteque omnis eſt ſecutus exercitus:tanta ui animorum ut
nonnulli foſſam tranſire nequeuntes a cæteris equitibus contriti:conculcatiq; ſint.Hoſti
um milites tandiu obſtitere:donec interiora munimenta tutior conficerentur loco.Sed
hæc quoq; ſuperno aduentu peditatus perfracta reiectaq; uictori iam militi patuere.Op-
pidani conterriti ſuas quiſq; domos diuerſa fuga repetebant:atq; Vrbis direptionem me
tuentes precioſiſſima quæq; defoſſa obruebant terra.Iam ægre a militibus repugnabat:
quum diuerſæ factionis Ciues clypeis tecti ſuccurrere.Quæ res ut uictoriam tardauit:ita

maioris cauſa cædis fuit. Nuſq̃ pugnatū eſt atrocius. hoſtiū fortiſſimus quiſq; trucidatur: nec quiſq̃ niſi uulneratus referebat pedem. Ciuibus clypeatis Brachius ne equos ueruti s aut haſtis conſoderent. Peruſinum peditem ab obſidione reuocatum opponit: qui recens atq; integer magnam Ciuium edidit ſtragem. Ancipiti aliquandiu pugna: tamen hoſtes plæriq; a ſagittariis ac peditibus uulnerati deficiebant magis q̃ cadebant. Equitatus anguſto loco nihil ægit aliud q̃ ꝙ hoſti paulatim cedenti ne quando ultra procederet: reſiſtebat. Quum pedites a fronte: dextra: læua continuo ultro inferentes ſigna dimicarent: iam uentum erat ad decliuia Vrbis: hic primum hoſtes iniquitate loci reiecti manifeſtam cæpere fugam. Pauci per aduerſam Vrbis partem muro ſeſe eiecere: portis euaſere nonnulli: cæteri capti omnes. Cecidere in prœlio ducenti. Brachiani non multi deſiderati: cæterum uulnerati complures. Inferiore deinde Vrbis parte: cui hoſtes ꝙ alterius erant factionis pepercerant: diripienda militibus data. Præter ignobilem multitudinem ſeptingentos ex hoſtibus cōiecit in uincula: eoſq; partem Peruſiam: partem Thudertum obſeruandos dimiſit. Qui aliquot menſes non publica ſolum ergaſtula: carcereſq; : ſed priuatas Ciuium domos compleuere. Exules Peruſinorum Peruſiæ. Aſiſiatium Aſiſii capitali ſupplicio affecti. Qui Vrbem hoſti ꝓdiderat: altiſſima turri præcipitatus: in cæteros minus ſæuitum. Dum hæc ad Aſiſium geruntur: ducenti milites qui arcem Spoletanam tuebantur: facta eruptione uacuam. & Vrbanis. & militaribus præſidiis inuaſere Vrbem. Depulſi quos Brachius ab exilio reuocauerat: ipſi tenuere imperium. Brachius poſt deuictū Aſiſium in Thudertinū ad copias hoſti obiiciendas: tranſitūq; in Hetruriā atq; Vmbriā ꝓhibendū conceſſerat. His diebus Betta uxor Peruſiæ moritur. Hæc nobili Armannorum familia ſeptem & uigenti annos coniugio: ſterilis tamen ſine prole expleuerat. Eius fumus magnifice celebratum. Sepulchrum genere & uiro dignum erectum eſt. Deniq; humana atq; diuina perſoluta omnia. Inter hæc Tartalia quanto ante id tempus amicus fidelior: tanto poſt uiolatam: aut certe deſertam amiciciam hoſtis infenſior. Vt plærunq; mortalium animos delicta ſua exaſperant omni uia tentare uirtute: dolo. quo pacto Brachii. & imperium offenderet & dignitatem. Hic ex Vrbeueranis captiuis quendam ſollicitat ut Vrbem ſibi proderet: totius Italiæ ſitu munitiſſmam. multa atq; ampla pollicitus facile hominem ad proditionē impellit. Dimiſſum ad ſuos hortatur ut rem pulcherrimā q̃ occultiſſime poſſet maturaret. Sunt qui nō captiuum: ſed alterius factionis hominem ſollicitatum uelint. Quicunq; is fuerit conſtat de proditione agitatum Coniurauere in eā tē ex Ciuibus nonnulli quibus ſuæ fortunæ non ſatis placebant. Vrbi autem Malateſta Balionius paucis cum equitibus præſidebat: qui ubi clam de proditoribus compertum habuit: excubiis ac uigiliis confirmatis: rem omnem diſſimulatam ad Brachium detulit. Illi re cognita: non prius de ſupplicio coniuratorum: q̃ de huſtis profligatione conſilium occurrit. Summa igitur celeritate cum octingentis profectus equitibus noctu clam Vrbem ingreditur: ſtatimq; Ciuitati portis claudi iuſſis proditorem capiendum curat. Cui actiſſime cathenis iniectis: quanto in periculo ſit. & q̃ iuſte pereat oſtendit. uno facinore recuperari poſſeſi eius opera Tartalia hoſtis interciperetur: hac una re & famam. & uitam recepturum: alioquin crudeliſſimo exemplo. & cruciatu periturū eſſe. Ille magnitudine periculi: ſimul ꝙ uidebat fruſtra iam moliturum reliqua: mittit qui Tartaliam ad Vrbem occupandam aduocaret: dicitq; & diem & horam. qua hora Vrbem eſſet ingrediendum. Adiecit uigilem ſe ea die ad Vrbis ſtationes excubiturum: claueſq; habiturum Ciuitatis. fruſtra deinde rem tantatum iri ſi nunc tam opportunum prodendi tempus elaberetur. Tartalia motis a Monteflaſcone caſtris: magna ſpe potiundæ Ciuitatis elatus: quod ſperabat primo tumultu alteram factionem ad arma n concurſuram. Non cum omni exercitu: ſed quo tectior eſſet res: cum trecentis delectis equitibus: totidemq; peditibus ad Vrbem contendit. Brachius intenta expectabat acie. Iam ad portas peruenerant Milites: quum crepitum armurum intra Vrbem reſonantium excipientes: ueriti inſidias: referre pedem cœperunt. Brachius dolo non procedente inſtructa ut erat acie: magna ui. & clamore erumpit in hoſtem. Tandiu perſecutus fugientem: donec Tartalia ipſe cum paucis Suganum confugeret: cæteri omnes caperentur. Mox Sugano oppugnato: ſuburbaniſq; direptis uicis. Qui cum Tartalia eo confugerant: equos ad unum amiſſerent: ipſi ad interiora oppidi ſe receperunt. Sed quominus oppido potiretur Brachius: cauſa fuit paucitas peditatus: cum nec ſagittarios quidem in ſubitam expeditionem adduxiſſet. Sunt qui affirment Tartaliam e mœnibus appellaſſe Brachium: multiſq; in ueterem amiciciam

commemoratis

commemoratis ut obſidione diſcederet exoraſſe.Poſt Tartaliam profligatum Brachius
ſexaginta imperatis obſidibus primoribus Vrbeuetanorum Thudertum cum exercitu
reuertitur.Poſt paucos dies Matthæum Vbaldum Legatum ad Pontificem mittit:ut ſæ-
pe iam tentatum pacem ſocietatemq; poſtularet:nihil reliqui facturus:quominus Ponti-
fici ſe conciliaret.Interea Peruſiam cum omnibus copiis reuerſus inferendum Eugubi-
nis bellum conſtituit.Motis itaq; Peruſia caſtris Serram Eugubinorum munitiſſimum
oppidum oppugnandum contendit.quod eo facilius futurum putauit:quoniam media
hyeme nihil tale ſuſpicari hoſtem exiſtimabat.Oppidum magno militum impetu expu
gnatum:alii direptum tradunt:nonnulli duobus milibus nummum ab hoſte redemptū
auctores ſunt.Serra capta Peruſiam ad augendum exercitum:reparandamq; expeditio-
nem reuertitur.Interea qui ſpeculatum erat miſſi omnes hoſtium reliquas ad Eugubium
conueniſſe referebant:his etiam Peruſinorum:atq; Aſiſiatim exules coniunctos eſſe.Su-
ſpectiora hæc faciebant duo Duces.Angelus Pergulenſis.& Guidus Feltranus:qui cum
omnibus copiis:quæ ex ſuperiore bello ſuperfuerant:eodem conuenerant.Huc accede-
debat ingens agreſtium peditatus:ex proximis accitus oppidis:qui ad multa milia in ar-
mis eſſe:quottidieq; magis augeri ferebantur.Brachius certior rerum omnium per ſpe-
culatores factus Nonis ianuariis in fines Eugubinorum:qui Apennini colūt radices per-
uenit.Fuere in eius exercitu equitum non amplius mille:peditum circiter duo milia:par-
tim quos tyrones Ciuitate delegerat:partim qui erant ueterani & belli uariis periculis ꝓ-
bati.Hac manu tripartita:tris ſimul Vrbis portas eſt aggreſſus:tanto militum ardore:ut
hoſtibus fruſtra repugnantibus refractis portis:multi capti direptiq; eodem undiq; impe
tu referantur.ſed Vrbs edito in loco ſita:ſua ſe natura ſituq; defendit tum ingens hoſtiū
ac ualidum erat præſidium:ut facile uel ſaxis propellere poſſent oppugnantem hoſtem.
Illud fuit omnium longe maximum:totum triduum conſediſſe intra mœnia.& neq; in
ſuperiorem euadere Vrbem:neq; ſuburbanis depelli ab hoſte potuiſſe:nec tamen unquā
interea:nunc leui:nunc graui prœlio ceſſatum.Tertia iam die nequicquā periculis con-
ſumpta.Brachius ubi uidet nihil ſe proficere aduerſus hoſtem:deſperata Vrbis expugna-
tione:ſoluit obſidionem:ſuburbiis tamen lato igni uaſtatis:miſerrimum hoſtium oculis
fuere ſpectaculum uicorum incendia:ſed nec ad ea reſtringenda ante hoſtis diſceſſum de
ſcendere auſi ſunt.Brachius quicquid prope fuit agri uaſtato ad Fractam reuertit.Hic ur-
gente adhuc Hyeme equitatum ad hyberna:peditem ad ſuam quemq; domum dimiſit:
ipſe paulo poſt Peruſiam hyemandi gratia conceſſit.Iam paululum hyems reſtabat:quū
Sfortia & Tartalia confirmato quoad potuerant exercitu:in fines Thudertinorum popu-
latum uenerunt.Pauca quædam nec ſitu nec opera munita caſtella ab his capta.Quæ
res cauſa fuit expeditionis in Thudertinum maturandæ.Nec hoſtes quidem eius aduen-
tum expectauere:ſatis rati quod imminentem Eugubino bello auertiſſent.Ergo modico
caſtellis:quæ cœperant:relicto peditatu:ad ſua ſtatim hyberna:quæ erant Tranſtyberim:
ſe contulerunt.Per hos dies Eugubini hoſtium abſentia latius ac licentius uagarentur.
Nicolaus Picininus cuius paulatim augebatur uirtus parua manu eorum excurrit agrum
uaſtauitq;:ut ſunt ſemper improuiſa mala grauiora:multum prædæ:multum captiuorū
actum eſt.Hoc primum eius uiri auſpicium fuiſſe tradunt.Nam ante id tempus gregari-
us miles:nec nobilitate:nec potentia clarus:ſemper poſtea uirtute & gloria inſignis:æta-
te mea Ducum omnium in Italia præclariſſimus:quos tanto poſt ſe reliquit interuallo:
ut cum multi uariiq; Duces ex Brachii familia:ueluti ex militi ex militiæ officina prodie
rint:hic unus Imperatoris ſui.& nomen & exercitum retinere auſus ſit:fide nemini ſecū-
dus:qui & uiuentem Brachium nunquam deſeruit.& illo mortuo Brachianæ militiæ aſ-
ſertor eſſe ac dici uoluit.nec quicquam nūc in Italia Brachianorum nomine magnificen
tius:quod alter maiore imperio peperit:non minore fide educauit alter.Quibus diebus
hæc in Eugubinis geſta ſūt.Legati qui cum Pontifice conficienda iamdiu ægerant.Thu-
dertum cum conditionibus redierunt.Brachius conſilio Florentinorum:qui fœderis
auctores fuerant:quo præſens pacem confirmaret Florentiam proficiſcendum conſtitu-
it:commodius futurum arbitratus.& ad beniuolentiam propenſius:ſi ipſe Pontificem
adiiſſet:loco præſertim minime ſuſpecto:ubi ſi quid inſidiarum in ſe ſtrueretur:uindi-
cem habiturus eſſet uiolatæ fidei Populum Florentinum.Sed quo famam ſui nominis.
& expectationem hominum compleret:curandi erant noui ac magnificentiſſimi ue-
ſtium comitum : equorum apparatus primum omnium familia cuncta pari ueſtitu

eſt ornata:quadringenti præterea ex omni exercitu delecti milites:ueſtibus armiſq; conſpicui Duces:præfecti:Centuriones argento auroue ut cuiuſq; erat dignitas ueſtimenta:fræna:faleras uario labore texturaq; diſtinxerant. Arma tam bene tuſſa expoliri:ut mirantium perſtringerent aciem. His adiecti ex aliquot populis quibus imperabat. Peruſinis:Thudertinis:Vrbeuetanis. Narnienſibus. Reatinis. Aſiſiatibus aliquot inſtructiſſime ornati Ciues turba quidē illa togatior:ſed cultu & magnificētia tanta in profectione haud contemnenda. & ne quid deeſſet gloriæ Fulginatium & Camertium Tyranni:pari hominum atq; equorum ornatu acceſſere comites. Rebus ita compoſitis nono Calendas Martias ad iter ſe parauerunt. Quadringenti fuere equites:pedites haud amplius quadraginta. Ex his pars haſtati:pars ſagittarii:omnes utrunq; Ducis claudebant latus:nec uſq; itineris ab illo recedebant. Prima die uentum eſt ad Thraſimenū Peruſini agri atq; imperii terminum. Poſtridie Cortonenſium ingreſſi agrum. Hic Florentini imperii eſt limes miro rerum omniū apparatu accepti ſunt. Quippe Florētini per omnia ditionis ſuæ loca dimiſerant:qui tranſeuntibus non hæc uſitata & uulgaria genera cibariorū:ſed rariſſima & delitioſiſſima quæq; miniſtrarent. Nec ulla gens eſt accipiendis amicis:exhibendaq; liberalitate magnificentior. Quattuor præterea nobiles domi Ciues ad eum excipiendum præmiſſi continenti itinere comitati ſunt. Ipſe armatus tamē ſine galea procedebat. pauci erant inermes:quos e Ciuitatibus ad honeſtandam profectionem delectos oſtenderam:cæteri ueluti ad bellum intenta pergebant acie. Tertius iam illuxerat dies:quum in agrum Florentinum traiecto flumine Arno eſt peruentū. Hic magnificentiora uideri cœpta ſiqua difficilius fuiſſet iter:limites iacebant æquati ſolo ſaxa quædam malleis perrupta:quædam in dextram:aut læuam ſeuoluta expeditum reliquerant aditū. modicis præterea interuallis frequētia expoſita cibaria crebriq; per montem diſpoſiti ignes aſpiciebantur:ut cum equis deſcenderetur:ſimul cibo:potuq;:ſimul igni reficerent corpora. Vbi uero ad liberam deuenere planiciem:tum ingens Ciuium obuiam emiſſa multitudo. & Cardinalium familiæ uniuerſæ occurrerunt. Turbæ quoq; puerorum qui ſtudio uidendi multum erant progreſſi:late compleuerant uias. Horum altiſſimæ uoces Brachium geminantes undiq; exaudiebantur. Nec grandiores ſe iam continere poterant Ciues quin pari ſtudio adducti Brachium & ipſi bis terq; conclamarent. Paululum iam ab Vrbe aberant quum in proximā diuertens caſam poſitis armis ornatiſſimas īduit ueſtes:turpe ratus ſi tam amicā Ciuitatem hoſtili ſalutaſſet uultu. Purpureæ ueſtes auro atq; argento diſtincte fulgebant. Punicem inuolucrū ueluti globus in ambitū circunductus ſupra uerticem latius ſe proferebat. Nec equi cedebant. ornamenta:faleræ aureis criſpatæ bullis longo tractu per dorſum:atq; armos deſcendebant. aurea lora:aureos quoq; excipiebant frænos. Dum id moræ interceſſiſſet populus frequens undiq; extra portam corruere. & quaſi deum aliquem uiſere:nunc totiēs auditum nomen:nunc inuicti ducis fama. & gloria geſtarū rerū occurrebat. & quē animis uix capiebant:eum oculis ſatis intueri non poterant. Creſcebat enim aſpectandi ſtudium:imperatoria quadā & ſupra mortalem iocunda præſentia. Conſtat enim ſtatura ſupra mediocrem fuiſſe:facie oblonga ſanguine quodam cum dignitate ſuffuſa. nō nigris quidē oculis:ſed tū lætis. & neſcio quid graue iocundeq; ſpirātibus. Membris cæteris:niſi quæ uulnerū deformaſſent cicatrices:magnifice cedentibus. deniq; aſpectu erat ꝓ tempore feſtiuo & graui:ſemper tū imperatorio:ut inimici cōfeſſi ſint:q̄ta uis in frequentia aut corona permixtum:ſtantē ſedentemue ab ignotis unum ex omnibus pro imperatore dignoſci primo aſpectu potuiſſe. Ergo Florentinis nō ſatis erat uidiſſe ſemel:quacunq; ſe latior aperiret uia præteruntem anteuertebant iterumq; aſpecturi editos occupabant tumulos. Limitibus tandiu confidentes:donec prætergreſſi ducis reſpicerent terga:tum uero magno accelerabant gradu q̄diu a fonte uenientem rurſus intuerent. nec turba magis q̄ clamor fauentiū. & Brachiū iterū atq; iterū reclamantiū augebatur. Portas ingredientē Principes oīum ordinū Ciues iuuentute & ipſi ſtipati recepere mediū. Multi per anguſtos uicorū inflexus cōculcati cōtritiq; ab equis:& quo magis procedebatur:hoc magis complebantur omnia:magiſq; conclamantis plæbis uocibus cuncta reſonabant. Nec ſegnius mulieres patrio exornatæ more ad compita uicoſq; prodierant. illum pueri:iuuentes:ſenes:uiri:mulieres intuebant. Nemo unq̄ accæptus in ea Ciuitate magnificentius nec tanto fauore omnium Ciuiū. Non illi externi externū principē recipere:ſed Florētinorū Regē uenerari:nec maiore obſeruātia:q̄ amore cōplecti uidebāt. hac pōpa comitatuq; ad Pōtificis atriū ꝑuētū ē. Intromiſſū ad interiora penetralia:

penettalia:procumbentemq; ad pedes. Pontifex perbenigne complexus excitauit:grati-
aſq; ægiſſe deo optimo maximo dicitur:qui aliquãdo tantum ſibi uirum cõciliaſſet. Bra-
chius poſt Pontificis complexum primum pedem:mox manum ſacro more deoſculatus
ſua in ſuperiores Pontifices beneficia cõmemorauit. neminem pro illorum Imperio plu-
ra maioraq; geſſiſſe. redactam totiens ac retentam in fide Bononiam. Landiſlaum non
Roma ſolum:ſed Hetruria. ſed Latio toto depulſum. Graues:cum in Piceno:tum in Vm
bria toleratas obſidiones. Deinde pauca de fortuna ſua diſſeruit. Patria pulſum diu in exi
lio ægiſſe ætatem:a Bonifacio deceptum:in fide tamen mãſiſſe. Peruſiam Vrbem in qua
ipſe natus educatuſq; fuiſſet:nõ quidem Pontificibus:ſed Regiis ſociis communibus He
truriæ hoſtibus eripuiſſe. Sic Thudertinos a Rege:ſic Aſiſiates a Feltranis deficere coa-
ctos in ſuam receptos eſſe poteſtatem. Quæ omnia etſi ad Pontificum iura pertinerent:
ab hoſtium tamen manibus eſſe detracta. Quãdiu in Pontificum fuiſſent poteſtate nihil
contra eſſe molitum:eoſdem ſe belli ſocios:quos Pontifices iuſſiſſent:eoſdem amicos at
q; hoſtes habuiſſe. quæ quanto maiora eſſent:tanto ſe grauiore dolore affectum ꝙ hoſtis
eſſet iudicatus:quod diuinæ in eum impræcationes habitæ. & quicquid uix in ſceleratiſſi
mum quenq; fieri decuiſſet:congreſſu hominum:ſermone:communione eſſe inhibitum.
Poſtremo templis:aris:ſocis interdictum ſibi eſſe. Nunquam ſe nec læſiſſe:nec uiolaſſe re-
ligiõem Romanam:nec deorum immortalium templa prophanaſſe. nihilo ſecius perin-
de quaſi humana diuinaq; polluiſſet:funeſtaſſetq; Religionis inimicum iudicatum deuo
tumq; fuiſſe. Quæ ut multo grauiſſima eſſent:ita ſe poſthac q̃ æquiſſimo laturum animo
fretum conſcientia rerum a ſe pro eccleſia ſumma cum fide geſtarum:modo opera ſua Põ
tifex uteretur:nunq̃ pro ſanctiſſima Religione defatigatum iri. Poſtremo orare Pontifi-
cem ne grauiora hæc putaret:q̃ quæ ipſe obliuiſci poſſet. Siquid unquã fortiter pro ſupe-
rioribus Pontificibus ac fideliter geſſiſſet:nunc multo fidelius geſturum omnia. Nullam
iniuriam accæptam tanti apud eum fore:ut a fide & opinione laudis deficeret. Bella non
magis uirtute conſtare q̃ fide. Se ſic a pueris inſtitutum:eum uirum eſſe præclarum:quem
nullæ iniuriæ:quãuis graues efficere poſſent iniuſtum. Natum ſe ſub pontificum Impe-
rio:ſub eodem & adoleuiſſe. & patria extorrem auctum. Pulſis Roma Pontificibus locũ
ſibi in Hetruria non fuiſſe:illis receptis ſe quoq; aliquid habuiſſe uirium:eandem ſibi quã
illis alluſiſſe fortunam nec nunc quidem alieno eſſe animo. habere diis gratias:opes quã
nunquam antea maiores. & eas ipſas non aliena ope:ſed beneficio fortunæ & uirtute ſua
partas:has omnes Pontifici polliceri:uenturum in bellum cum exercitu. Romani iuris
oppida redacturum in poteſtatem:deniq; facturum omnia quæcũq; pro re ſua facere quiſ
quam poſſet. Ad hæc Pontificis Pauca fuere uerba. Se quicquid feciſſet coactum nouita-
te imperii feciſſet:nec magis Brachium q̃ cæteros qui aliquid Romani iuris arripuiſſent
hoſtem eſſe iudicatum. Imprecationes uero & diuinas illas execrationes incitamenta
quædam fuiſſe terroris:nihil tamen periculi habuiſſe. nec omnia quæ oræ coram proſe-
runtur nocendi animo proferri:ea iam expiata eſſe. Cæterum tam liberales pollicitatio-
nes grato accipere animo:iam nunc eius conſilio atq; ope bello:paceq; uſurum. Hec ubi
ultro citroq; dicta. Brachius facta poteſtate abeundi ad refertum populo undiq; uiſendi
ſtudio cõfluente ueſtibulum exit. Exceptus ab illis ipſis Ciuibus:quos una comitatum ꝑ
fectos oſtendi. Pontificis quoq; ſtipatus familia ad Arnum flumen:qui mediam ſecat Vr-
bem reductus eſt. Paratæ erant ampliſſime Ciuitatis domus. Comites qui uenerant ſuo
quiſq; ſuſceptus hoſpitio:ipſe in patentiſſimã egregio cultu extructam deductus domũ.
Etſi ſæpe alias audiuerat:tum primum q̃ta eſſet eius Vrbis magnificentia perſpexit. Parie
tes erant Gallicis tapetibus cõtecti omnes:tum latiſſimi ſtrati tori:uacuis ſed auro purpu-
raq; pictis in cubiculis eminebãt. Vaſa quoq; in cœnaculo partim aurea:partim argentea
longiſſimo ordine feriebant oculos. Huc publice:huc priuate cõgeſtæ delitiæ. Tum epu-
larum quicquid unq̃ mortalium gula potuit excogitare:aurata fercula:aurata cõdimẽta
Nam uulgares ſucci:liquoreſq; forduerant. Hæc omnia Regio cultu ſuccincta iuuentus
honeſtabat. Nobiliſſimi Ciuitatis iuſſi menſas ſternere:apparare atq; adeſſe diſcũbentib⁹
q̃lectiſſimi ornatiſſimiq; cõuenerãt. Tũ ciuiũ q auctoritate & pĩtia pollerent duplex cõſe
ctus ordo. Alteris parandarũ rerũ datũ negociũ. Alteris comitandi ducis impoſita cura.
Ludi quoq; per ſingulos dies inſtituti celeberrimi. Vbi ne quid deeſſet Hetruſcæ opulen-
tiæ:ne mulieres quidem uirorum cultui:magnificentiæq; ceſſerunt:has aurea monilia:
has ultimo ſolis orbe:petitæ gemmæ decorabant. Deniq; quicquid diuitiarum in Ci-

uitate fuit publice:priuatimq; oſtentationi datum. Poſtero die in Curiam Florentiam
ad dominos ſalutandos acceſſit. Sic enim Decemuiri quos penes Imperium Ciuitatis ſi-
tum eſt appellanſ duorũ menſiũ Magiſtratus. Hic multa benigne utrinq; amiceq; dicta.
Brachius pro tanto honore:ſimulq; pro cõciliato ſibi Pontifice gratias agere. Florẽtinus
priſtina eius in ſe beneficia cõmemorare:uterq; ſe deuinctum facere. Q uibus ex rebus in-
gens eſt conflata beniuolentia:quũ uterq; ſui beneficii oblitus:meminiſſet alieni. Hinc il-
lud tacitũ. & nunq̃ poſtea uiolatũ fœdus:perpetuaq; cum Florentinis amicicia. Poſtridie
eius diei Pontificem iterũ adiuit:nec minore comitate accæptus:multa de pace:cõcor-
diaq;:multa etiã de Pontificis ſtatu diſſeruit. Sic totus in conſultatione gerendarũ rerum
ille conſumptus eſt dies. Inter hæc Florentini qui muniſice iampridem Brachio fauebant
Guidum Feltranũ Florentiam acciuerunt:quo duo uicini Duces pauloante amiciſſimi
reconciliarẽtur Nec fuit difficile. Q uippe Brachius cõmemoratis offenſionibus:nec be
neficia quidem ſuppreſſit. Sic nouũ odiũ ueteri officio ſopitũ. & duo Duces percibus Po
puli Florentini:eadem qua prius amicicia deuinciuntur. Hæc res nõ finitimos ſolum:ſed
totã Hetruriam in pace diu continuit. Nec feſellit Florentinos una opera & Patrium bel-
lum ſedatũ iri. & utrunq; Ducem deuinctã:concordiæ auctoribus ſore. Iam aliquot præ-
terierant dies:quũ Brachius:qm̃ alia magnificentia uti alieno in Regno nõ poterat:eque
ſtres ludos celebrari inſtituit:apparatu q̃to nec antea:nec poſtea quicq̃ eſt uiſus. Fuere in
ludis milites galeati centũ uiginti. Ciues etiam nõnulli. & quod ipſi mirantur qui iterſue
re:unius in ludis:haſtarum ſex milia confracta. Multa Florentini priora audiuerant:plura
poſtea eiuſmodi uidere certamina:nullũ tamẽ huic neq; numero curſorũ:neq; apparatu:
& pompa militari comparandũ. Nec quicq̃ ludis ipſis:q̃ tanti Ducis præſentia decori fuit
Ille militem inſtruebat:ille porrigebat haſtã:idem currentem & ſubſequebaſ & incitabat
Q uæ res adeo grata fuit Populo Florentino:adeoq; uiſa glorioſa:ut nihil in ore omniũ
aliud q̃ unus Brachius uerſaretur: illum interdiu per Vrbem uniuerſi comitari: illum
domi taciti ac ſere attoniti ſuſpicere:noctu carmina per Vrbem cæteris ignominioſa:illi
laudem dicentia canebanſ. Primo noctis aduentu pueri iuuenes. & ipſæ ante ſua limina
mulieres hæc ad lyram cecinebãt. Brachius inuictus oẽm debellat gentem. Martinus pa-
pa non ualet quadrantem. Multis in locis hæc eadem parietibus inſcripta:nec præconis
ſæpe factis parebaſ. Q uod adeo Pontificis offendit animum:ut ſæpe poſtea Florentinis
quadrantem exprobauerit:capitaleq; in eos conceperit odium. Iam uigeſimus uenerat di
es:quũ omnibus compoſitis rebus percutienda erant fœdera:nec deerat Sfortia qui Pon
tifici accæptior omni ſtudio ad pacem hortareſ:pſuaſitq; ut Brachium contra Bononien
ſes qui pauloante rebellauerant cum exercitu mitteret:hoc ſi faceret Neapolitanum Re-
gnum uacuum Rege a molliſſima inuaſum muliere:facile in eius uenturum poteſtatem
cui rei niſi procul diſtineatur Brachiũ impedimento fore. Nam Regni Optimates ægre
ferre mulieris imperium. Iam tãtam eius eſſe inconſtantiam:ut duos Regni iſtituerit hæ-
redes. & quum prior diſplicuiſſet alterum ad deferendũ patriæ bellum armauerit:Iturũ
ſe cum exercitu ad Regnum occupandum. nec aliter fieri poſſe niſi Brachium ſtipendio
aſtrictum:q̃ poſſet pcul a Regno diſtraheret. Bononiẽnſe bellum diuturnum & periculo
ſum fore:hoc illum aut nunq̃ aut ſero confecturum. His uerbis perſuaſus Pontifex nullã
pacis conditionem repudiandam conſtituit:modo Brachius exercitum contra Bononi-
enſes traiiceret:ratus uno tempore duplici ſe uictoria. & Bononienſium. & Regni potitu
rum. Fœdera in hunc modum percluſa ſunt. BRACHIVS exercitum omnem in Galliã
traiicito:bellum cum Bononienſibus gerito. Oppida quæ capiẽtur Pontificis ſunto. An-
te confectum bellum neq; exercitum reducito:neq; ipſe in Hetruriam ſine exercitu redi-
to. Pontifex equitui:peditatuiq; ſtipendiũ præbeto. Peruſini. Aſiſiates. Cãnarienſes. Spel-
lani. Eſini. Gualdenſes. Thudertini:ſub Brachiiq;:liberumq;:nepotumq; imperio manen
to. Caſtellum plæbis. Montemalboddi. Roccham contratam ipſe:filiiq;:nepoteſq; in po
teſtate habento. Q uibus uelint uendunto:largiuntorue Sed neq; aduerſus Romanum
Imperium arma ipii capiunto:nec hoſtibus præbento auxilium. Vices Pontificum his in
locis gerũto. Vitæ neciſq; in municipes poteſtatem habento. Q ui non parebunt iis etiã
ſi ad Pontifices perfugerint:bellum quantum uelint inferunto. Si Bononienſis nõ ſubæ-
gerit:idq; culpa non fiat. Pontificis fœdera rata ne ſunto. Siquid ipſeq;:liberiq; molirenſ
contra funeſti:profaniq; hominum congreſſus fugiunto. Templa ne intranto. Ignum &
aquam ne inueniunto. Vrbibus agriſq; ſpoliantur.

Ioannis

IOANNIS ANTHONII CAMPANNI DE VITA ET GESTIS BRACHII LIBER QVINTVS.

Acto in eum modum, fœdere. Brachius quo expeditionem matu-
raret Peruſiam ad conducendum militem. Cohorteſq; ex hyber-
nis educendas reuertitur: non minore a Florentinis dimiſſus ho-
nore q̃ acceptus Ergo nouo dinumerato ſtipendio: primum con-
fectam cum Pontifice & Feltrano pacem a Præcone declarari iuſ-
ſit: totoq; animo intentus ad bellum: ad paucos dies profectionẽ
militi pronuntiauit His diebus Legati Arriminenſium Peruſiam
uiuere: petentes ut natam ex concubina filiam. Roberto Pandulfi
Melateſtæ filio deſponderet. Quæ res hoc facilius eſt impetrata:
quod genus Malateſtarum: imprimis clarum: atque antiquum habebatur. Poſt hæc ante
q̃ in Galliam traiiceretur: pulcherrima cœpta ædificia: primum teſtudinem pro foro q̃lõ
giſſime protendendam Muros deinde Ciuitatis reficiendos curauit. & qua deuexior eſt
Vrbs ad orientem præcipitẽ lapſunuut plærũq; labes fierent altiſſimis erectis fornicibus
æquauit: alteꝶ nunc Vrbis rerum uenalium forum: Simul hæc curabantur: ſimul quæ ad
nouam profectionem expedirent: arma: equi: milites parabantur. Nec multis poſt dieb⁹
exercitus parte collecta: quo reliqui celerius ſequerent: octauo Calẽdas Maias uexilla ad
arua Cluſina iuſſit promoueri: ipſe biduum in Vrbe componendis rebus: & Magiſtratib⁹
creandis commoratus: tertio die eodem contendit: Hic quoad omnes cõuenirent copiæ
expectaturus ac loci uſurus commoditate. Q uippe pabuli atque ligni mira feracitas. Dũ
ad Thraſimenum moram traheret Nardum Vetulum ueteranum quidem militem: ſed
tunc fugam ornare cupientem iuuenis famuluss accuſauit iuſſum ingredi tabernaculum
ac cauſam dicere uult' ſanguiſq; defecerat. Mox accito tortore quum propoſita noui ex-
empli tormenta expaueſceret. Nihil inquit opus eſt quæſtione: tuo accæpto ſtipendio ta
mẽ ad Sfortiã properabam: cũ quod ære premebar alieno & arma atque equos uendere
duriſſimum erat mihi. tum quoniam & idipſum quod accæperam a te ſtipendii conſum
pſeram: & ille duplicare promiſerat. Vna fuga & æs alienum non reddere: & integram ac
cipere mercedem poteram Hæc conſeſſum proxima in arbore ſuſpendi iuſſit: dataeq; per
fidiæ penæ: nimis duræ fortaſſe: ſed nullum erat ſcelus quod ille tam graui puniendum
ſupplicio putaret: ſemper alias transfugas & proditores ſupra q̃ ſibi expedierat: exoſus.
Nonis Quintilibus quum undique conducti milites: unum in locum cõueniſſent: luſtra-
to exercitu: inuenta ſunt equitum arma ferentium duo milia calonum: peditumq; fere to
tidem. Ex his plæriq; erant ſagittarii. Hac manu tantum geſturus bellum: facto per Cor-
tonenſem agrum itinere ad Tyfernum urbem: uel ut hodie uocant caſtellum: peruenit.
Hic per exploratores de Sfortiæ apparatu cognoſcit: nec credidit quidem primo: ſed in-
dies ſine certa cauſa maiores habiti delectus: rem ueriſimilem faciebant. Hac re diligenti-
us explorata quum omnia ſuſpitionem augerent: mittuntur clam qui ad Reginam
cuncta perferrent. Mouebat eum partim mulieris imbecillitas: auxilio non tamen
magis q̃ conſilio digna: partim ꝙ uerebatur Pontificem occupato Regno: tanta impe-
rii acceſſione facta: omne in ſe bellum conuerſurum. Sed Regina præter mulierũ naturã
nullo pacto ut fidẽ adhiberet nuntio adduci potuit uenta ne fraude bellica decepta. Sfor
tia a ſe alienato: ſine duce: ſine armis deſtituta inuaderetur. Brachius ne quid ad Tyfernũ
traheret moræ: ſuperato celeriter Apẽnini montis iugo in hoſtium fines traiecit. Aſcito
ſibi Angelo Pergulenſi: qui eius aduentum in itinere cum ſeptingẽtis equitibus expecta-
uerat a Legato pontificis mercede conductus. Interea Bononienſes tanto belli apparatu
cognito undiq; petiuerant auxilia. duces complures accitos in Galliam partem intra Vr
bẽ ſubduxerãt: partẽ p oppida atq; agrum diſpartierant. Dẽiq; tñ roboris collectũ: ut nõ
obſiſtere ſolum hoſti: ſed uincere poſſe confiderent. Equitũ habuere tria milia & quingẽ
tos: peditũ incertum: ſed tñ ingentem numeꝶ: quos ex omni acciuerant Gallia. Sed Du
ces erant uarii quoꝶ neq; animi ad bellũ: neq; auſpicia cõueniebant. Gabrinus Cremo-
nenſiũ Tyrannus Albericus nouellus. Loiſius Verme. Symon Canuſinus: & alii ꝑmulti
quorum nec res geſtæ: nec noĩa ipſa erant cõtemnenda. Brachius primo ſtatim ingreſſu
caſtra poſuit nõ amplius q̃ quinq; milia paſſuũ procul ab Vrbe Quæ res ut magno Ciui-
bus terrori fuit: ita ducibus: qui militaris rei erãt periti ſpẽ fecit hoſtilis exercitus ꝓfligãdi

At Brachius quo magis irritarentur ad prœlium:ſimulq; ut eorum tentaret uires ultro ſi
gna moueri ad Vrbem iuſſit. Q uum uero mille paſſus mœnibus appropinquaſſet:cæte
rum exercitum paratum intentumq; ad pugnam:in ponte quem uocant Cruciate dimit
tit. admonitis Præfectis ut non prius inde mouerent neue pontem desererent q̃ ipſe mo-
uendi ſignum feciſſet. Ipſe cum octoginta lectiſſimis equitibus: cẽtumq; pari robore pe-
ditibus ad Vrbis uſq; uallũ proceſſit:ut & prouocantium ad prœlium:& reſpondentium
captarentur uoces. Huic Loiſius unus ex Ducibus:quem dixi ea tempeſtate clari nominis
egreſſus Vrbem cum trecentis occurrit equitibus:cœptaq; leuis eſt pugna. Brachius ue-
ritus ne multitudine circunueniretur:miſit qui ſignum daret quo ſigno quindecim ga-
leatos equites uocari iubebat. nec quicq̃ in illo Duce ordine & celeritate inſignius fuiſſe
conſtat qui ubi aduenere iuſſi expectare pugnæ exitum:& ſi qui portis egrederentur ob-
ſeruare:aliquandiu prœlio abſtinuerunt:ſed nemine egrediente:pugnam & ipſi capeſcẽ
tes conglomerati recto per uiam curſu dant ſeſe in medium hoſtem Horum tanta uis fu
it:ut equo Loiſius haſta ictus excuteretur. Eius milites perturbati: partim qui erãt animo
præſentiore:ut iacentem Ducem excitarent:equoq; imponerent:acerrime reſiſtebãt: par-
tim moliebantur fugam:ueriti ne omnis ſimul aduentaret exercitus Capti ſunt ex hoſti-
um equis octoginta:triginta cæſi. Milites utrinq; ſex deſyderati. Loiſio fugiente: magna
Vrbani præſidii egrediebatur manus:qui ſpectata ex mœnibus pugna:atq; hoſtium ipſe
ta paucitate:fugientibus ſuis ſero auxilium ferebant Brachius parua quidem:ſed pro lo-
co atq; numero inſigni potitus uictoria ad caſtra rediit. Hæc ut prima pugna: ita fœlici
auſpicio geſta:nimis hoſtium depreſſit animos. Contra Brachiani ab re bene geſta belli
auidiores facti:pars late prædatum ire per hoſtium fines:pars ſi pari robore hoſtis ad prœ
lium exiret:parariq; pro portis armati pugnam expectare interdum excurſare ad Vrbem
& mœnibus hærentem hoſtem contumelia laceſſere. Bononienſes metu belli primum
omnes uires in Vrbem contraxerant: ſed mox populatione agri permoti Ducum alios
alio oppidorum præſidio dimiſerant:qui etſi oppugnationes fieri prohibebant:liberum
tamen prædatoribus relinquebant agrum. nec totis uno in loco reſiſtebatur uiribus:nec
collatis ſignis uſquam dimicabatur. Iam milites late circumuecti quottidiana præda ca-
ſtra ſtationeſq; compleuerant. nec parua & expedita pedium manu: ſed graui equitum
mole fiebant excurſiones:nullumq; dabatur quieti tempus. Tum Bononiẽſes haud mul-
to grauius ab hoſte:q̃ Vrbanis atq; oppidanis præſidiis urgeri:hoſtes foris:illi domi cun-
cta abſumebant. Erant alendi equi:tecto recipiendi:ſuſtentandiq; milites:nec quicquam
magis q̃ pudiciciæ periculum Ciuibus timebatur: promiſcue Præfectos cum mulieri-
bus:Milites cum ancillis uerſari:tectorum cogebant anguſtiæ. Vno bello uariæ erant ob
ſidiones. Agreſtes niſi agmine in campos pabulatum: lignatumq; exire minime aude-
bant. Præſidia magis hoſtium fines furtim prædatum incurrere: q̃ a præda hoſtem pro-
hibere. Q uæ res maturæ conficiendo bello plurimum profuit Oppidum erat Bononi-
enſium Medicina munitum:opulentumq;. Hic Ciues initio belli: quadringentos equi-
tes præſidio locauerant:qui multitudine Ducum magis q̃ peritia freti:ſæpe & ipſi in pro-
xima exibant Pontificis oppida. & qua hoſtis non immineret licentius q̃ opus erat: fuſi-
uſq; præde cupidi uagabantur. At Brachius & oppidi:& præſidii fama pellectus: dum eo
quaſi exploratum octoginta cum equitibus proficiſcitur:forte in itinere frequentia equo
rum comperit ueſtigia quæ Medicina egreſſos Oriolum uerſus contendiſſe oſtendebãt.
Hac re animaduerſa Brachius:ꝙ crebra erant:& recentia:prædatum inquit hoſtes exiere:
bono ſi diis placet omine perreximus milites:quo dirigunt ueſtigia: proſequamur ho-
ſtium incautam aciem. Atq; ita tritum equis ingreſſus iter multo ſpacio quadrato pro-
ceſſerat agmine:quacunq; occurreret inuaſurus hoſtem. Aliquot paſſuum milia progreſ
ſis:non procul ab Oriolo ingens prædatorum exauditur clamor: pecora & captiuos la-
te agentium Oppidani:qui non erant capti:in tuta ſe receperant loca:nec alium popula-
tionis finem:q̃ hoſtium diſceſſum ſperabant:nec terruit Brachium multitudo. Quippe
pedites erant quadringenti:equites trecenti:ſed eorum ut eſt induſtria militaris:pars col
lectam agebant prædam:utilior numero q̃ bello manus:pars armis atq; equis magnifice
fulta:ſubſidio parata præueniebat. Permittit equũ in hoſtes Brachius:milites quoq; cõci
tauit ſuos:& Ducem q̃to poſſunt impetu ſubſequuntur. Atrox hic prœliũ:nec prœlio re-
miſſior exoritur clamor. Hoſtes periti locorũ: repente ubi paluſtres traiicere foſſas: ad ua-
da ſubſtitere: atq; omnes tranſitus celeriter occupauere. Illinc prementem a tergo mili-
tem repulſuri. Foſſæ erant peranguſtæ:ut niſi hoſtis a fronte repugnaſſet: facile tranſilire

milites

milites potuiſſent. Iam & qui prædam agebant ad ferendam ſuis opem recurrere ad foſ
ſam. Brachianis dum pro uallo dimicant a tergo a pedite confodiebantur. Ita nec tranſi
lire poterant uallum: nec hoſtibus prædam relinquere ſtatuebant. Exaudiunt interea op
pidani clamorem. Brachii nomen ut fit in prœlio reſonantem: ſubitaq; ſpe elati ut in cer
tamen iretur: alter alteri tum hortabatur. Nec ita magis illati belli q̃ amiſſæ prædæ dolor
animos incendebat. Corruunt undiq; ad Brachium agreſtes: oppidaniq;: quibus confe
ſtim productis in aciem: & equiti admixtis quadripartito agmine tenditur in hoſtem.
Qua foſſæ tranſitus pateret agreſtes oſtendunt. Equites auxilio peditum uſi: pars lato
campo circumuecti foſſam traiiciunt: pars intenti bello dum hoſtis ad ſuperiorem equita
tum uado arcendum contendit foſſam & ipſi celeriter ſuperant: prœlium æquo geſturi
loco. ſed eorum impetum quum hoſtes ſuſtinere non poſſent fuſi fugatiq; non modo di
miſere prædam: ſed ipſi quoq; in prædam ceſſere. Capti equites centum & octoginta.
Duces octo. præda oppidanis reſtituta. Nec quicq̃ mirabilius q̃ a paucis uictoribus tot ca
ptiuos uinci: trahi: ligari potuiſſe. Singuli milites binos ternoſue trahebant. Hac uictoria
reuerſus in caſtra Brachius: utendum occaſione ratus omnem armari exercitum iubet:
motiſque celeriter ad Medicinam caſtris: perfractis aggeribus & altiſſima qua munieba
tur completa foſſa: oppidum milite: ſcalis: machinis inuadit. Oppidani ſuperiore prœlio
magna præſidii parte ſpoliati portas uictori aperuere: ſeq; eius permiſere poteſtati. Nihil
hac celeritate clarius Bononienſi bello. Hæc quum allata Bononiam eſſent: ingens trepi
datio Ciuium animos inuaſit. Nec oppidum erat in quo plus ſpei: præſidiiq; impoſuiſſet
Brachius Medicina capta propius ad Vrbem mouit caſtra grauiore bello preſſurus obſeſ
ſum Ciuem: & milites tantum iam animorum conceperant: ut Vrbana præſidia non plu
ris facerent: q̃ ſi armis atq; equis illa caruiſſent. Tum quod antea non erant auſi ſolo
agmine incurſiones facere: & ueluti deſertum ab hoſte agrum: paſſim libereq; populari.
Hoſtes non magis bellum q̃ fama urgebat. quam ſubducta in Vrbem præſidia maiorem
in dies: acrioremq; faciebat. Inter hæc ſecutæ aliquot dies continuæ pluuiæ: plurimum
difficultatis importauere militi. Quippe ſolum natura cœnoſum ac paluſtræ & lubri
cum: ubi pluuia quoq; diſſoluitur: ne equis quidem ſatis peruium eſt. Sed media æſtate
ubi primum ceſſauit tempeſtas. cœnum æſtu: ſoleq; duratum facilem reddidit inceſſum
æquato ſolo. Interim obſeſſa Vrbe parte copiarum ad occupandum omnem agrum: ca
ſtellaq; dimiſſa intra paucos dies omnia uenere in poteſtatem. Iam Vrbs uniuerſis copiis
& quod egrius Ciuis ferebat: a ſuis etiam agreſtibus obſidebatur. Nec deerant. Vrbana
præſidia quæ leuia interdum prœlia committerent. Sed ab hoſte frequenti uictoria elato
ſæpe intra munimenta repellebantur. nonnunq̃ quum aliter effugere non poſſent in ſub
urbanas ſe præcipitabant foſſas. Nec ullum ex tot bellis ab hoc Duce geſtum fœlicius:
nullum præter Pontificis ſpem celerius confectum: & in quo minus ſanguinis perfuſum
ſit. Bononienſes amiſſo agro: quum nec auxilia commeatuſq; ſuppeterent: & fame graui
urgerentur: emittendos de pace Legatos decreuerunt. Principes Ciuitatis erant Bentiuo
lii: ut tunc publice Pontificis hoſtes: ita olim Brachio priuata amicicia & familiaritate cõ
iuncti. a quibus leopardi inſignibus donatum quidam auctores ſunt. Eos Brachius per
Legatos hortatus ut ſuæ ſe fidei permittant: nihil iniuriæ paſſuros eſſe. Igitur Anthonius
Bentiuolius facta deditione Vrbis: paruo comitatu ad Brachiũ in caſtra uenit: paulo poſt
ad Pontificem deductus honeſtatuſq;: ſemper poſtea in fide permanſit. Brachius Bononi
am reuerſus ad res Vrbanas componendas: ſimulq; uectigalia diu intermiſſa exigenda:
paulo poſt Peruſiam redit. Hunc exitum habuit Bononienſe bellũ altero menſe poſtquã
geri cœptum eſt. Brachii ductu auſpicioq; confectum Bononia ſubacta quod reliquum
erat æſtatis Brachius dimiſſo exercitu Vrbanis ædificiis conſumpſit. Inter hæc Sfortia
hortatu Pontificis cum omnibus copiis profectus Neapolim ad arcem nouam inſtructa
contendit acie: iuſſaq; ad feneſtram uocari Regina: Hactenus inquit tuum ſtipendium ſe
cutus ſum: nec fide. nec uigilantia: tuendo imperio defui quanta potui ope tutatus & Re
gnum & dignitatem tuam. Nunc tua tibi reddo ſigna fœlicia ſane ad hũc diem: & a me
nunq̃ in hoc Regno ſine uictoria cum hoſte collata. Nunc alius tibi quærendus dux. Sti
pendii quod acceperam id omne finitũ perfectũq; eſt. Ad hoc tempus rem tuam ſic geſſi
ut & mea fides & Regni tui dignitas requirebat: nihil eſt amplius quod tibi a me meoq;
exercitu debeatur. Ad hæc regina tum demum ſentiens uera Brachium monuiſſe. pri
mum diſſimulata ira precibus retinere armatũ Ducem conata mox terrere minis cœpit.

Poſtremo quum nec precibus nec nimis proficeret: contumelia agere: & accuſare uiola-
tam fidem. Nam ita repente deſtitutam eſſe: quanq̄ finito ſtipendio: tamen proximū eſſe
perfidiæ: tum in ſuo Regno aliena contra ſe inuecta arma: & amiciciæ ſpecie compara-
tum paulo poſt hoſtem futurum exercitum. Hoc plus q̄ perfidum uidebatur. Deniq; mu-
liebri ſuccenſa ira: illum tranſfugam: illum proditorem appellare: concitareq; Neapolita
nos ad arma contra nouum ac ſubitum hoſtem capienda. Sunt qui affirment Sfortiam
Reginæ contumelia irritatum: ſagittas in eam iuſſiſſe intendi: atq; ita illam feneſtra diſ-
ceſſiſſe. Quæ res magnarum rerum initium fuit. Neapolitani minus egre q̄ decebat Re-
ginæ iniuriam tuliſſe uidebantur. Vocati ad arma: nec omnes: nec frequentes ad concur
rerant: tanto poſtea ſuſpectiores: quanto tunc uindicandi negligentiores habiti. Fama
eſt Sfortiam facto per inermem populum tranſitu conſenſu Ciuium Vrbe egreſſum eua-
ſiſſe. Mota ſubito diuerſa bella. Regni Proceres plæriq; ad Pontificem defecere. Regiæ
quoq; Vrbes & cum his appuli. Lucani. Calabri: Sanitates fecere rebellionem. Soli. Nea-
politani. Campani. Venafrani: & cum his pauca oppida in fide manſerunt. De Reginæ
rebus modo tam late imperantis actum uidebatur. nec prope erat unde auxilia peteren-
tur: & undiq; aſtabant feroces ab noua rebellione hoſtes. nec Imperium modo: ſed ſpes
quoq; breui defectura uidebatur. Nec unde gentium imploraret opem? arma hoſtium
undiq; circunſonabant. Optimates ſemper alias ſuis auxiliati Regibus Pontifici adhæ-
rebant. Reliqua Italia partim Romanis armis: partim Gallicis Regibus: quos illa expu-
lerat: fauebant. Alfonſum Valentinorum ac Syculorum Regem: quem filium ſibi ad-
optione fecerat: in Hiſpania morantem terræ: mariaq; longo interuallo diuidebant. Sici
lia quanq̄ erat propior: nihil eius Regis iniuſſu parabat auxilii. Et qua pecunia in ſtipen-
dium opus eſſet: ea exinanito ærario: uectigalibuſq; ad hoſtē tranſlatis non extabat. Tot
circumuentam malis etiam externæ opis deſperatio ſubibat. Nam etſi primo ſtatim belli
inito. Legatos ad Alfonſum miſerat: durum erat tam procul uenientem expectare. Regē
cui nec naues eſſent nec milites parati. Sic anteq̄ delectus militum: remigum: equorum
haberentur: hoſtis omnia occupaturus imminebat. Inter hæc legati ab Hiſpania redieres
ſimulq; Regis ad eam uenere Legati monentes quando Rex non ita ſtatim traiecturus
in Italiam eſſet: nondum parata claſſe: nec equitatu: quo plurimum eſſet opus conductos
Interea contra Italica arma: Italicam opem implorandam. & iam ad Brachium Regina
ſæpe antea reſpexerat: tum uero hortatu Legatorum omni abiecta cunctatione: petendū
ab eo auxilium conſtituit: rata id quod neceſſitas ſuadebat: reſiſti hoſtibus ab alio poſſe
nemine. Hunc unum inuictum bello Ducem fama prædicari. Hunc Pontifici terrori eſ-
ſe. tum quod magis impellebat eundem de Sfortiæ defectione primum admonuiſſe:
iam tum niſi ineſſet ingrata initium amiciciæ factum. Adiecere etiam Legati Regem ipſm
uirtute: fideq; adductum ſpem omnem in eo Duce recuperandi Regni poſuiſſe. Mittunt
ergo ad Brachium a Regina Legati: & cum his qui a Rege uenerant una iuſſi proficiſci.
Brachius exercitu in Peruſinum reducto: quod reliquum erat labentis autumni: militem
in quiete habiturus credebatur: quum nec belli facies uſquā appareret: & anni tempora
paulo poſt aduentu hyemis quietura a bello uidebantur. Milites pars in Thudertinū ad
hyberna: pars in Peruſinum ad ſuas quiſq; ſtationes dimittuntur. ipſe cum paucis in Vr-
be Peruſia ſubmouendis Ciuiū contentionibus: ædificiiſq; excitandis remanſit. Sed Thu
dertini q; a Sfortiæ ac Tartaliæ militibus qui ſuperiore anno pauca in eorum agro occu
pauerant caſtella infeſtarentur: queſtum uenere. Brachius in Thudertinum contendens
deducta ex hybernis parte copiarum circumſedit hoſtem: ac breui deleuit. Sed ubi ex mi-
litia & labore ſecutum eſt domeſticum ocium: cogitatio animum inceſſit ducendæ con
iugis: & ſobolis procreandæ deſiderium. quod & Ciues & amici omni ſuadebant ſtudio.
Quæritur digna tanto uiro uxor. cumq; multæ in mentes multorum occurriſſent. Ni-
colam Berardi Camertis ſororem deſpōderi placuit: ut tanta beniuolentia duorum prin
cipum ſanguinis etiam coniunctione firmaretur. Nec res diutius eſt dilationi data: idem
menſis & deſponſionē & nuptias uidit. Peruſinorum apparatus ac pompæ magnificæ ſa
tis fuere. Sponſa recenti matris morte lugubrior inceſſit. Tyranni Fulginatium: & Fa-
brianenſium interfuere nuptiis: ornatu quanto nunq̄ antea quiſq̄ maiore. Centū tota Vr
be delectæ mulieres: ſexagintaq; ancyllæ in comitatu. Camertes. Peruſini. Fulginates. Fa
brianēſes. Thudertini ueſtitu: ornatuq; certabant. Sexagīta purpurati tubicines: totidēq;
pares tybiæ anteibant ſponſam. In urbe lautiſſime uſq; ad delitias parata oīa: nec magis
zeli quo ornatu

reliquo ornatu inter comites:ꝙ tripudiis cantuq;:& publica decreta pompa decertatum.
Nuptiis Patrio more celebratis:ne nimis uxorius cenſeretur in Thudertinum colligendi
ſui ab Ciuilibus ſtudiis gratia conceſſerat:quum horrendum & atrox nuntiatur facinus.
Fulginei:& Nuceriæ regnabant tres fratres.Ex his unus quum ſæpe Nuceriam pergeret:
In arcem diuertens forte in cuſtodis uxorem coniecit oculos.nec multo poſt uerba facta
exceperunt.Cuſtos dominum in adulterio deprehendit:diſſimulat in tempus irã:& quo
altior caperet uindicta tres ſimul fratres interficiendos cogitat quod ut efficere poſſit.Ty
rannos & cum his aliquot Ciues uenatum ad ſaltus Nucerinos inuitat. Duo fratres Nu-
ceriam magna canum turba contendunt.Tertiũ Trebulani:nam illis quoq; imperitabãt
ad fœliciores ludos nocauerant forte & Berardum Camertem:qui paucis ante dieb' Ful
gineum uenerat:Nuceriam compellunt.Quum ueſperi ad Vrbem atq; inſidias peruenif-
ſent:adulter frater:& Berardus intra arcem recepti:diuerſis in cubiculis dormitum eunt.
Cuſtos prima uigilia utrumq; aggreſſus adulterum occidit. Camertem coniecit in uin-
cla.Peracta cæde:alter frater:qui ad amicum nocte in Vrbem diuerterat:prima luce tanꝙ
a fratre accitus in arcem eodem:quo illo tælo interimitur. Fulginates qui una uenerant
pari ſcelere & ipſi uinciuntur.Facinus in occulto erat.Interea tam nefandæ cædis auctor
quo Populum ad rebellionem excitaret.Primores Vrbis ad Concionem pro foribus uo
catos hortatur:ut ad libertatem recuperandam arma caperent:ſimulq; docet duos Tyran
nos in uinculis teneri:eos ſe paulo poſt necaturum:non auſus quicꝙ de cæde fateri ante
concitatum populum.Ciues contempta hominis temeritate:& perfidia:ne tantum faci-
nus agitaret:neue a fide deficeret:admonebant:præſto fore tanti ſceleris ultorem Nuceri
num populum: nec tam procul inde Fulginatium finis eſſe aduenturum ſubſidio re-
liquum fratrem: nunc locum eſſe pœnitentiæ interceſſuros'ſe pro uenia ſi conſilii tam
temerarii pœniteret.Ille ubi uidet fruſtra de rebellione tentatũ:duos ex ſatellitibus emit
tit:qui neſcio quam reliquam familiam extra Fulginatium:& Nucerinorum finis aſpor-
tarent:ueritus ne ſcelere patefacto Tyrannus ſæuiendi facultatem haberet. Illi tamen rei
atrocitate permoti:primum incerti quid acturi eſſent. multis ultro citroq; agitatis: tan-
dem rem omnem deferre ad tertium fratrem decreuerunt:tutius rati liberos Tyranni gra
tiam inire:ꝙ obſeſſos in arce omnium odia in ſe conuertere: nec perfidiæ ullum eſſe diſ-
crimen.Q uippe ſi conticuiſſent ſcelus cõmunem dominum:ſin aperuiſſent cuſtodis fi-
dem eſſe uiolandam.Nondum a Trebula redierat:eunt recta ſatellites ad Tyrannum: &
rem omnem ut ſeſe haberet patefaciunt.Duos fratres occiſos:Berardum & Fulginates ar
ctiſſime deuinctos eſſe.Ille celeriter Fulgineum ſine freno:ſine ſella reuerſus: Brachio tã
nefariam cædem:& Berardi periculum nunciauit:orans obteſtanſq; ut ad celeris ultio-
nem auxilio ueniret.Brachius nouitate exempli grauiter cõmotus:ſimul ꝙ amici tam in
graui periculo deſerendi non eſſent:militi qui aderat ſubitam edicit profectionem:reli-
quos e ſtationibus euocari:& ſeſe celeriter ſequi iubet.Ipſe non expectato militum aduẽ
tu cũ paucis Nuceriã eſt profectus: miſſoq; ad cuſtodem caducеatore:percõtari iubet:cu
ius hortatu:aut quanã cauſa tantũ facinus admiſiſſet.Ille nullius hortatu: ſed ſuo impul-
ſu feciſſe reſpondit.Cauſam uero ſi nulla ſubeſſet alia:ſatis magnam ſuo ꝗ quæſiſſe liber-
tatẽ.& cũ publicam oĩum:tum priuatã ſuam iniuriam uindicaſſe. Brachius totũ triduũ
in obſidione cõmoratus:dum reliquæ cõuenirent copiæ oĩa quæcũq; ad oppugnationẽ
uſui uiderentur futura:ſcalas:trabes:machinas comparauerat. Ornata erant uaria oppu-
gnationum inſtrumenta:ut ſi uno nõ proficeretur:multis ſimul diuerſo modo: diuerſis
locis oppugnationem tentaret.Quarto die arcem undiq; ſimul adoritur:admouit muro
quæ parauerat:proſiliunt intra primas munitiones milites:cuſtodis parẽtem:& præterea
nonem & triginta ſatellites qui pro mœnibus'pugnabant ſubita ui corripiũt: trahuntur
in forum manus pedeſq; reuincti.Tyrannus fratrum interfectoribus proſpectis:rabie ma
gisꝗ ira concitatus:parentem ante oculos occiſum canibus diſpartit:ſatellites uario ſup-
plicio diuerſis in locis affici iubet.Q uippe ſtatim alii in crucem ſublati:alii equis diſtra-
cti periere:nonnulli ſubito ferro trucidati,: plærìq; quattuor in partes ſecti expoſitiq; per
triuia:& ſuæ perfidiæ:& tyrannicæ crudelitatis fuere exemplum:oculoſq; inimici fœdiſ-
ſimo ſatiauere ſpectaculo.Sed interiorem arcis ambitũ:quãꝗ defenſoribus uacuum altio
res cingebant muri.Cuſtos ubi deiectis propugnaculis:ſuffodi ad radicem cuniculũ: &
turrim ferro excidi cognouit:ut omni ex parte ultus moreretur: uxorem ſuſpicientibus
hoſtibus ſupremo turris faſtigio præcipitauit.Dubium tamen ne in poteſtatem inimici
deueniret:an ut ſuæ tam grauiter exceptæ libidinis penas lueret.Iam hoſtes cuniculo in

turrim editi inferiorem ſuperauerant teſtudinem: fratres ſuperne ſe acerrime defende-
bant. Stricti erant in ſubeuntes gladii: nec comportata in eum uſum deerant ſaxa. Illi pa-
rietes illi tecta euulſa deiiciebant. Ingens militum ſine mercede diſcrimen ſegniores affe
cerat animos. Tum Brachius magna strue ſarmentorum & ſtipularum comportari iuſſa
flamma atq; fumo inferiora turris complet atq; incendit: ſimul oculi caligine fumãte de
fecerant: ſimul tabulata accepto conflagrabant igni. Hoc malo ſubactus cuſtos: quum iã
nec incoctos lapides uellere: nec hoſtem intueri poſſet. Brachii poteſtati ſeſe arbitrioq; per
miſit. Sic milites occupato cacumine iuſſu ducis cuſtodem: fratremq; quod illi pauloãte
in muliere docuerant lapſu altiſſimo præcipitauere: in mortuos quoq; a Tyranno ſæuitũ
ſic crudele facinus neſcio an crudelius pũitum eſt. Per hos ipſos dies Legati Reginæ: ac
Regis quos dicebam ad Brachium uenere oſtendentes q̃to in periculo res eſſet: niſi cele-
riter occurreretur: orantes ſuperiori quo Reginam admonuiſſet aliud maius adderet be-
neficium: ferretq; perditis: ac prope afflictis rebus auxilium non ingratos Regem ac Re-
ginam futuros Stipendii nunc acciperet quantum opus eſſet ad exercitum Neapolim tra
ducendum. Vbi eo uentum foret pecuniarum ſatis habiturum: pretio preces adiecere. Mi
ſereret imbecillæ & noua fraudæ deceptæ mulieris. Non defuturum ſiquid uſq̃ eſſet iuſti
ciæ: cauſæ ſuæ deum. Nec quicq̃ in bello magis ualere q̃ cauſam. ſuſciperet tam iuſtum
bellum: cui ſi etiam fortuna deforet: officium profecto: & humanitatis opinionem non
defuturam. Regis Legatiõe quid ipſi negligentius agere uiderentur fortius locuti maxi-
ma quæq; pollicebantur. Imprimis amiciciam potentiſſimi Regis: cuius opes late mari
terraq; paterent: iret modo in Regnum: anteuerteretq; paulo poſt uenturum auxiliarem
Regem: iam milites: claſſem: commeatus in parato eſſe. Nam quo minus celerius in Ita-
liam traieciſſet hyemis importunitatem fuiſſe impedimento. Regna atq; imperia nulla
re magis q̃ amicicia conſtare. Cogitaret q̃tum ſplendoris conſecuturus eſſet: tanto in Re
gem collato beneficio: nullum eſſe mortalium eo gratiorem. Hoc beneficium eo futu-
rum acceptius: quo minus ante id tempus interceſſiſſet conſuetudinis. Brachius cum al-
tiora uolutaret animo: non putabat committendum ut Pontificis opes eo magnitudinis
procederentur ſibi foret aliquando ab nimia illius potentia metuendum. Itaq; Legatis
reſpondit. Indignum ſe putare amicicia tanti Regis: ſed ultro oblatam tanto gratiorem
futuram: q̃to minus ſperatam. Reginæ uero iampridem affuiſſe. Quamobrem hoſtium
perfidiam quominus patefaceret: ſuſtinere nequiuiſſe. Cæterum ad hanc tam ſubitam ex
peditionem opus eſſe multa pecunia. Milites q̃ magnam partem æſtatis in ocio tranſe-
giſſent: equi ſ armiſq; deficere tum ad augendas copias nouum militem conducendum.
Ad hæc Legati reſpondere. Habere ſe in mandatis quod opus eſſet pecuniæ a Florenti-
nis mercatorib' quorum affines & cognati per eorum Vrbes negociarentur peterẽt eos
aut pecunias aut ſponſiones daturos. Atq; ita miſſis utrinq; Florentiam. quibus hoc ne-
gocii datum eſt ducentorum milium nummum ſponſiones acceptæ. Pauca etiam enu-
merata pecunia Brachius duodecimo Calendas Apriles ſtipendio clam militibus dato:
quicquid uſq̃ in Hetruria inuentum eſt peditum equitumq; conduxerat. Paucis poſt die
bus imminente iam æſtate exercitum in expeditionem eduxit: primum fuit in Picenos
iter. Carrariæ comes qui Eſculanis imperitabat uicinitate Regni adductus cum cæteris
coniuraſſe: & occulte initaliſſe bellum Reginæ ferebatur. Hic ubi ſubitum tanti Ducis ad
uentum intellexit: quum nec parem exercitum nec tantum auctoritatis gratiæq; haberet
& Euſculani factiones agitarent Legatos ad eum miſit. orans ne quid i ſe ſuoſq; fines ho
ſtile moliretur: nihil ſecum inimiciciarum intercedere: a quo ſi qua in re Peruſino bello:
fuiſſet offenſus: id belli iure non animi maliuolentia factum. Parendum iis fuiſſe a qui-
bus militari more ſtipendium accepiſſet. Non ſubeſſe cauſam cur nunc tandem bello pe
teretur. Non illum a ſe: non Reginam laceſſitam. nec ſe quidem negare hoſtes commea-
tu frumentoq; iuuiſſe: uerum id libertatis ſuæ fuiſſe indicium: non illati belli. Si reginæ
milites frumentum aut commeatus petiuiſſent: non fuiſſe illis ne nunc quidem eſſe nega
turum. Neminem Brachio fideliorem futurum amicum ſi bello abſtinere. Brachius com
modius ratus nihil moræ in Piceno cõmitti: quominus maturæ in intimos Regni fines
contenderet: legatis reſpondit. Se quidem compertum habuiſſe de illato Reginæ bello:
cæterũ ſi filium obſidem dediſſet exceſſurum finibus ac pro ſocio amicoq; habiturũ. Mit-
titur ſtatim in caſtra filius: quem ſummo honore exceptum Brachius cogendo agmini
præpoſuit. non magis obſidis fideq̃ militaris Præfecti uirtute uſurus. Inde primũ excuſ-
ſum bellum: mox quanta potuit celeritate profectus in Sãnium: frequentiorem inuenit
hoſtem.

hoſtem. Sanintes uniuerſi rebellauerant. Horum principes Laureti & populi comites cõiuratione inter ſe facta: ad Caſtilionum oppidum omnes conuenerant. Inde impedituri Brachi tranſitum omnibus occupatis itineribus. oppida qua foret in intimum Regnum aditus ualidioribus munierant præſidiis: arbitrati quod erat exiſtimãdum: ſi hoſtem uel paulo retardaſſent difficiliora Reginæ futura omnia. Labi interea reliquam æſtatem: & Sfortiam Reginæ ceruicibus inhærentem excluſo Campania Brachio ante uictam Neapolim repelli non poſſe. Nec Brachium hoſtium conſilia latebant. Quocirca maturandũ ſibi magis ac magis intelligebat: etſi nihil hoſtile a tergo ſtatuebat relinquendum. Igitur permotis ad Caſtilionum caſtris: ueluti ſtatim oppugnaturus uaria machinarum inſtrumenta præparabat. Nec oppidum erat natura ſatis munitum. Comites nouo & nunq̃ antea uiſo apparatu conterriti: non expectandam oppugnationem decreuerunt: emiſſis qui dicerent imperata facturos. Paulo poſt in caſtra & ipſi exiere: receptique in poteſtatem in priſtinam Reginæ qdem redierunt. Hos Brachius ad maiorem cæteris incutiendum terrorem: ſimul quo plus eſſet auctoritatis caſtra ſequi iuſſos Ducum habuit numero Deducto celeriter ex eorum finibus exercitu: ne quid ſocius ager caperet detrimẽti Placentum contendit Pelignorum oppidum. Hic tres hoſtium centuriones præſidio erant impoſiti ſatis magna ad defenſionem manus: niſi excuſſa ratione pauor animus inuaſiſſet. Circumſidebantur iam: infeſto exercitu: & quæ oppugnationi uſui erãt futura proximorum montium ſyluis comportabantur: minæ quoq; auxere formidinem. Quippe Ducis niſi oppidum dederent ultimum ſupplicium minitantis uoces audiebantur. Igitur non expectata pugna: ſeſe dedidere. Sic Placentum parato quidem: ſed non tamen cœpto prœlio deuictum eſt. Placentinis proximi erant Sulmonenſes: qui & ipſi quoq; ſecuti fortunam paulo ante a Regina defecerant. Itur ſignis infeſtis ad populandum primum agrum. Sulmo Pelignorum caput circumlabente clauditur flumine. ſed nec tam alta aquæ profunditas: ut uel peditatu ſuperari non poſſit. Sulmonenſes conſpectis cis flumen hoſtibus: ueriti ne ſubita oppugnatiõe uicti captiq; diriperentur. Legatos qui bellum deprecarentur emiſere: cum fama inuicti Ducis: tum ſubita Placentinorum defectione conterriti: nec iam ullas uires aut præſidia reſtituta exiſtimabant. Iuſſi Magiſtratus Reginæ præſidiumq; accipere nulla mora imperata fecerunt. Sulmone ſubacto Brachius ne quid celeritati ſuæ obſtaret: ſimul ut iam ſociorum conſuleret fortunis: q̃ maturrime copias inde deduxit. motiſq; ad Capi iugum caſtris: quod oppidum Iacobus Caudola obtinebat: uir nobis pueris nobilitate & potentia clarus. Quum oppidani omnem pacis cõditionem reieciſſent: magna ui militum expugnati: ut primi tentauere hoſtium impetum: ita primi ſuſtinere non potuerunt. Omnia præter libera corpora mulierum: puerorumq; prædæ militibus data. Non procul inde magna hoſtium conuenerat manus. Dux erat Iacobus Caudola quem diximus: cuius imperium tunc quidem in Sannio poſtea uero reliquo in Regno longe ac late patuit. Hic omnium Reginæ infeſtiſſimus. Sannitates partem compulerat bello: partem precibus ad rebellionem ſollicitauerat: qui audito aduentu hoſtis: nihil magis ueritus q̃ celeritatem: quantum uſquam inuẽtum eſt copiarum comparauerat: egreſſuſq; per furcas Pelignorum in aciem: ut a fronte curſum properantis retardaret: octo milibus paſſuũ procul ab hoſte conſederat. Tenditur in eum infeſtis ſignis: qui & numero & animis militum impar: ubi uidet hoſtem celerius q̃ fuerat opinio prœlio paratum aduentare: in proxima refugit caſtella. Partito deinde exercitu quacunq; penetraturus uidebatur hoſtis firmiſſima obiecit præſidia maxime omnium Caſtellum ſangri ualido peditatu equitatuq; munierat. Oppidum eſt medio in tranſitu proſurgens ſitu egregie munitum. Huc ubi ingentem equitatum miſſum Brachio per tranſfugas eſt nuntiatum. partem copiarum per latiſſimam ut In montibus dimittit planiciem: quinq; milia enim paſſuum in longitudinem patens a menſura nomen accæpit. Iis imperat ut hoſtem ad bellum irritent: ipſe cum reliquis copiis modico interuallo ſuis auxilio eſt ſubſecutus. Hoſtibus deinde oppidum deſerentibus: & per ſuprema iuga montium ferarum more fugientibus. ad Caſtellum ſangri celeriter proficiſcitur. Oppidani non expectato impetu portas ſtatim aperuerunt: & pauloante deturbata Reginæ ſigna pro foro: atq; mœnibus ſuſtulerunt. Dum hæc a Brachio geruntur. Sfortia magnis coactis copiis Cantalupum ad arcendum Campania hoſtem prouenerat. Huc cæteros Pontificis Duces: Præfectos. Centuriones & quicquid obiici hoſtibus poſſet unum in locum conuocauerat. Tot deinde ſimul Duces in agrum Sueſſanum inter paucos Italiæ fertiliſſimum contenderunt. Erant in hoſtium caſtris Iacobus Caudola. Fabritius Campanus. Michilectus. & Sfortia Cotignola.

ni omnes:& tunc clari:& poſtea multo clariſſimi Duces Brachius quanto numero infe-
rior erat tanto militum animis & uirtute præſtabat: qui ubi de hoſtium diſceſſu cogno-
uit:moris a Sangro caſtris factoq; per agrum Venafranum itinere ad Vrbem Cales obſi-
dendam profectus eſt. Ciues poſtridie q̄ obſeſſi ſunt deditionem fecerunt . Inter hæc le-
gati Campanorum ad Brachium uenerunt:petentes:ut Capuam ad delendas hoſtium re
liquias proficiſceretur. Non procul ab Vrbe Capua Templum eſt celeberrimum:quod ui
cus frequens hominibus cingit.colitq;. Supra templum ingens exurgebat turris. Eum lo
cum Sfortia paucis ante diebus occupauerat:& ꝙ ab Vrbe non amplius q̄ duo paſſuum
diſtabat milia duos Præfectos militares:& ſub his trecentos lectiſſimos equites præſidio
collocauerat. Hi noctes ac dies Campanorum infeſtabant agrum . Ciueſq; intra Vrbem
magno cum detrimento detinebant. His de rebus quum Legati quæſitum ueniſſent Bra
chius firmatis ad Cales rebus caduceatorem Capuam præmittit : atq; edici iubet ne ſuis
militibus qui paulo poſt erant tranſituri : neq; publice neq; priuatim quicq̄ cibi potuſue
daretur neue hoſpitio ſuſciperentur:nec a Cauponibus. Tabernariiſue quicq̄ iis uendere
tur.eadem in caſtris a precone militi ſunt denuntiata . Quod eo fecit conſilio : ne quid
properaturum ſtatim exercitum retardaret : ſequuntur quadrata agmina caduceatorem
tanta celeritate:ut pari ſemper interuallo grauiter armaræ Cohortes unius inermis cur-
ſum adæquarent. Traiicitur ad Capuam uulturnus amnis facto per mediam Vrbem tran
ſitu. Sic paucis horis octoginta decurſis ſtadiis ad uicum peruentum eſt. Inuaduntur ter-
ribili clamore imperati hoſtes nihil tale ſuſpicati:ſubitoq; ad unum capti ſpoliantur. Eũ
deiceps oppugnatum turrim:eamq; ex omni parte leuis armaturæ milites adoriunt̃ . ſed
ingẽs altitudo uanũ faciebat militũ conatũ. Eius ſummũ uerticẽ tres hoſtiũ milites defẽ
debãt. Ex his forte duo erãt Peruſini:quos Patria ꝑ factiões exulãtes ea fortũa iactauerat.
Hos Brachiꝰ hortat̃ ut turrim ac ſeipſos dedãt:ꝓmittit liberos illæſoſq; futuros Vana erãt
Ducis uerba. Illi ſe nunc ꝓ fide pugnare aiebant:nunc ſaxa in eos qui turri appropinqua-
rent deiciebãt. Brachius uincendã dolo ꝑtinaciam ſtatuens:ſagittarios poſt ianuam ui-
cinæ domus collocat. ipſe domum egreſſus armatus captatum de induſtria ſermonẽ tra
hit. Ex his duo colloquentes nihil ueriti inſidiarũ plurimis uno momento clam ſagittis
traiecti ſunt:nec multo poſt clamant ut conditione reciperentur:ſed ira ꝑcitus Brachius
niſi eius ſe arbitrio permittant omnem conditionẽ repudiat. Facta deditione:Peruſini q-
dem ſuſpenduntur:reliquus autem eſt dimiſſus illæſus:ſine ꝙ grauiter erat uulneratus:ſi-
ne ꝙ tanto ſunt indigniores iniuriæ iudicandæ:quanto minus alienus eſt qui cõmittit .
Non procul inde latiſſima & quadrata prominet turris: Herami uocant accolæ : uetuſtũ
opus:& ad mediam prope altitudinẽ latericia maſſa confectũ:quã hoſtes initio tot ſimul
rebellionũ quum per fraudem occupaſſent:ꝙ opera erat munitiſſima:ut a paucis defẽdi
poſſit:modicũ præſidiũ impoſuerant. Brachius ſolus profectus ad turrim : atq; equo cir-
cũuectus ubi oĩbus diligenter exploratis:uidet turrim humana ui niſi ad multum tp̄is ex
pugnari nõ poſſe. & hic quoq; militari uſus eſt dolo. primũ uiginti pedites iter munitio-
nem turris & frutecta:quæ circa foſſam exorta ſyluæ ſpẽm præbebant:occultari iubet. du
os deinde primæ lanuginis adoleſcentes:qui fugam ſimularent:paulo ante primã lucem
emittit caſtris:non procul a turri ſubterraneæ latent magnifice extructæ teſtudines : opꝰ
uetuſtate antiquius:nam & ſimulachra ueterũ apparent deorũ:& ueſtigia ſpeculis mirifi-
ce diſtinctis accipiunt diem. Quadrati operis tria latera aditu patent perangusto : exitus
ad uetuſtiſſimum Campanorũ uergit theatrũ:Criptas uocant Campani: præclaraq; anti-
quitatis monumentum. Supra teſtudines q̄latiſſima ſtrata eſt uia. inde fit ut icta pedibus
tranſeuntium terra late ſonet. Ea res arcis cuſtodibus pro uigiliis erat . quippe quũ terræ
uelut clamantis ſonitum audirẽt excitati ſtatim ad propugnacula decurrebat. Adoleſcẽ-
tes ubi ad cauernas deuenere:quo fugam magis ſimularent de induſtria terram altius ue
hementiuſq; feriebant. Experrecti eo ſtrepitu cuſtodes:quinam eſſent tranſeuntes percõ-
tari minariq; cœperunt. Illi ut erant edocti fugere ſe e Brachii caſtris:& ad hoſtes Mata-
lonium pergere quum reſpondiſſent:ueſtium inuolucra reiecta tergo fugam ueriſimilẽ
faciebant. Orare deinde uoce ſupplici cœperunt : ut qua eſſet iter ad Matalonium : illic
enim erant hoſtium ſtationes oſtenderent. Cuſtodes:rati adoleſcentes furto quicq̄ ut fit
abeuntes ſurripuiſſe : pars itineris longas ambages nectere : pars clam aduerſa turri ſca-
lis delapſi:faciunt in eos impetum . Illi fictis inter preces: lachrymis reſiſtentes manibus
elabi:nec tamen multum conabatur Ecce qui frutectis inſederant de improuiſo repente
adorti magno

adorti magno clamore ſtricto gladio circunſiſtunt homines:tribuſq; ex his captis:curri-
tur confeſtim ad arcem quã uacuam præſidii ac deſertam exiſtimabant. Tum qui tutelæ
erant relicti e turris faſtigio ſaxa iacere:pediteſq; propellere cœperunt. Captiui reuincti
poſt terga manus ad Brachium deferuntur. Ille perduellionis agendum in eos:q a Re-
gina deficientes præter ius imperii rebellaſſent.& nouo ſupplicio ad triremim mittẽdos
quum decreuiſſet. Quo ſupplicio nihil auditu eſt acerbius. Ex his unus quem ſæpe antea
duriſſimos eos labores:famẽ:ſitim:algorem:ſordes:uerbera.& quod imanius eſt:incura-
tas ægritudines ſemiuiuas mortes in mare deiectas intellexiſſet:procumbens ad pedes
flebili uoce per deum atq; hominum fidem obteſtabatur ut quo uellet ſupplicii aut mor-
tis afficeret genere potius q̃ ad triremem deſtinaret:ubi inter perpetuos labores defici-
enti eſſet moriendum. Quum parum proficere lachrymis:nec flectere Ducis ſententiam
ui deretur:prodere turrim ſi ſe dimitteret promittebat. Id perq; deos:perq; homines iura-
tus dimittitur. Nec feſellit:reuerſus ad turrim quum euaſiſſe uinculis ſimularet:receptus
a cuſtode proxima nocte imiſſum recepit in faſtigium turris hoſtem. Dum hæc ad Ca-
puam gerũtur. Neapoli res in anguſto erant. Hinc finitima & iam ante muros bella:hinc
durior bello fames urgebat. Tum aliquot hoſtium triremes ne quid in Vrbem cõmeatus
frumentiq; importaretur:libere omnem maritimã oram excurrebant. Neapolitanorum
fides:quod aduerſus Sfortiam non ſtatim cœpiſſent arma:plus ſuſpitionis q̃ periculi affe
rebat Reginæ:quæ tot circumuenta malis ubi aduenientem Brachium:atq; iter ſibi quo-
cunq; tenderet uictoria facientem intellexit:depoſito paululum metu:tamen ſollicita:ne
quem tumultum fames excitaret. Mittit qui Brachium cum omnibus copiis Neapolim
aduocarent:rata id quod res fuit eius aduentu hoſtes procul inde diffugituros & totius
agri uicos atq; oppida reditura in fidem:frumentiq; q̃tum opus eſſet in Vrbem conuectu-
ra:ſimul quod per crebros nuntios afferebatur. Alfonſum Regem magna parata claſſe ni
hil aliud q̃ priorem Brachii aduentum expectare:iam Hiſpania ſoluiſſe:iam Siciliam nec
multo poſt Drepanum appuliſſe. Quæ res Brachio maturandæ profectionis cauſa fuit:ut
uenientem mari Regem terreſtri præſidio exciperet. Motis igitur caſtris Marſanenſium
opulentiſſimũ ac maximam agri Campani oppidum in ipſo itinere adortus expugnauit:
diripiendumq; militibus conceſſit. Hic Traſaccus hoſtium centurio:dum acriter defen-
deret mœnia pugnans occiditur. Poſtridie in fines Neapolitanorum profectus omnem
agrum biduo ſubægit:frumentum imperauit. Poſitis deinde ad phenum diui Anthonii
caſtris non amplius quã duo milia paſſuum ab Vrbe Regis aduẽtum expectabat. Interea
Populus Neapolitanus frequens in caſtra uidendi ſtudio ſalutandiq; ut cuiq; erat digni-
tas cõfluere, Iam commeatus abunde Vrbi:mari:terraq; ſuppeditabant:nam hoſtium tri
remes metu Regiæ claſſis in intimos ſe Caietæ ſinus receperunt.& agreſtes carris:ac iu-
mentis farinam comportabant:ſtatimq; ad ſupplementum Vrbanæ annonæ miſſæ in Si
ciliam duæ naues onerariæ. Iam Rex claſſe ad Proclitam delatus triremem quæ eius ad
uentum nuntiaret Neapolim dimiſerat. Sed quo paratior ingrederetur Vrbem ad caſtel-
lum Oui cinctam undiq; mari arcem claſſem appellendam:atq; inde terreſtri acie ad eun
dam Vrbem ſtatuebat. Hac re cognita Brachius eodem cum omnibus copiis ꝓficiſcitur.
& quo cõmodior ac magnificentior diſcenſus in terrã foret aſſeribus:trabibuſq; ꝓximis
e locis comportari iuſſis:q̃ longiſſimum intra mare põtem ædificauit.& quia fundum aſſe
res non attingerent:aſſeribus ſubſtratæ nauiculæ pontem & ipſe faciebant tanta quidem
altitudine:ut pons ſuprema nauium adæquaret tabulata. Regia claſſis apparere iam in al
to cæperat. confluunt Neapolitani agmine ad occupandum pontem:quo ſuis ipſi mani-
bus uenientem exciperent nouũ Regem. At Brachius militem partim ſecundum utraq;
pontis latera diſponit:partim extra pontis aditum in aciem q̃ ſtructiſſime producit. Vbi
terræ appropinquaret nauigia ſimul clamor toto exoritur littore:tubarũq; clangor late
circunſonant:ſimul æneæ bombardæ:quas longo ordine prima littoris ora itendi iuſſe-
rat:excutiuntur. Nec Regii milites defuere. Illi tubis:illi tympanis & minoribus bombar
dis circũpatentia maria ingenti plauſu reſonare faciebant.& nanneũ neſcio quid dulce
tota complens littora omniũ aures barbarica ſuauitate mulcebat. Regia nauis ne quid ſu
ſpitionis oſtenderetur:prima littori admota Regẽ intra pontẽ edidit. Hic incertũ nimio
pondere an ædificandis inertia duo ſimul aſſeres Regi ſub peditibus defecerunt. Sũt qui
factũ id per iocũ putent:ſimulq; ut diripiendæ Regiæ nauis occaſio militibus foret. Rex
præcipiti lapſu inter aſſeres in ſubſtratã decidit quadriremẽ:multaq; perfuſus ſentina:ſi-

ne illud omen:ſiue iocus fuit in riſum nõ minorẽ ſibi quã cæteris cõuenit. Qui qua die: qua hora hæc ſcribimus poſt octo & triginta quã hæc geſta ſũt annos uita deceſſiſſe nunciatur. Ingens Italiæ Regniq́ iactura:quæ parẽ ante hoc ſæculum neq́ potentia:neq́ moderatione habuit neminẽ. Pontem egreſſo pergit obuiã Brachius ut procumbens ad pedes Regio more ſalutaret. Sed tanta fuit Regis in leuãdo celeritas ut porrecta dextra:quẽ oſcularetᷣ:læua procumbere incipientem excitaret:ſæpe & longum complecteretur excitatum. Sed quæ ſalutationes.qui mutui complexus:quæ & quã amica interceſſerint uerbaſis demũ põt cogitare:q re diligentius mẽte agitata. Hoc quoq́ conſiderabit incognitum ante id tp̃s Regem:eumq́ potentiſſimũ.& cũ aliis multis:tũ maxime baleribus inſulis.& præterea Siciliæ.Corſicæ.Sardiniæ.Cataloniæ.Aragoniæ imperitantẽ exigua.& certe terreſtribus prœliis inutili claſſe ad media hoſtiũ arma uenientem aliena gente:diuerſis moribus:uaria lingua:ſolũ inter inſtructam militũ aciem ad hominẽ uemiſſe:etſi genere nobilem:certe fortuna nouum:atq́ in eius ſe manus poteſtatemq́ conieciſſe:cuius fidẽ:etſi antea ſæpe audiuerat:raro tñ q̃ſquã tanta in re eſſet expertus.deniq́ ultimo facto periculo Italicæ fidei tot ſimul deſtituta Regna.& quod omni Regno clarius:libertatẽ:corpus:animã cõmiſiſſe. Quæ quanto erant maiora:tanto perfidos quidem magis incitare ad facinus:fideles uero charitatis atq́ officii admõere potuerũt. Poſthæc uniuerſa claſſis duæ & uiginti triremes:in quis erant equitum duo ſagittariorũ totidẽ ꝑmilia:quum aliq̃diu iuſſu Regis mari ſubſtitiſſet:littori paulatim appropinquauit. Deſiliunt tandẽ in arenas Regiæ cohortes.Italiam gentem armatã armatæ ſalutantes. Nec arctior Imperatorum q̃ militũ fuit complexus.& ſunt Hiſpani cæteris nationibus natura blandiores. Placuit deinde Regi ut una Vrbem neutro eorũ antea uiſam ingrederentᷣ. Quod ubi Reginæ eſt nunciatum totã Vrbem magnifice iuſſit apparari q̃to maximo poterat honore acceptura & Regem:quem filii loco habitura eſſet.& Brachiũ cuius ope pauloante amiſſũ Regium culmẽ recuperare ſperaret. Fit ergo quicq̃d undiq́ excogitari potuit publici: priuatiq́ ornatus. Nec Ciuitas eſt toto terrarũ orbe:quæ tantam hoc tempore nobilitatis & magnificentiæ habeat opinionem. Nec tñ famæ ipſa rerũ facies cedit. Hic Vrbis ædificia altiora q̃ alibi turres.& ea ipſa plus ad oſtentationem q̃ cõmoditatem erecta.foris ornatiora q̃ intus. Hic prope cœlum tangentia complura templa. Hic Regiæ ſex arces:quarũ aliæ perpetuo claudunt mari:aliæ muniunt terra:quædam partim mari:partim terra cingunt. Huc totidẽ accedunt ſedilia:ſic enim appellant Ciuiũ diurna receptacula:quæ mirifice inter ſe ut nobilitate:ſic etiã opibus:magnificentiaq́ contendunt. Hic equeſtres ludi frequentiores q̃ alibi conuiuia. Tum Ciuiliũ rerũ & muliebris mundi tanta luxuries ut faſtidio iã ſi ut etiã quæ præcioſe iudicantᷣ. Nec uſq̃ tanta uaſtitas elatioq́ nobilitatis Mercatores iis & opifices cõtemptui ſunt:ceterũ ipſi etiam ſi domi pauperes:tñ ocio dediti cætera ſtudia præter militaria cõtemnunt.& quæcũq́ honeſte opes parant tanq̃ inimica nobilitati deteſtãtᷣ. Ergo aduentu Regis omnia publice priuatimq́ ſupra modũ adornata:parata templa:expurgata fora.& quacũq́ eſſent inceſſuri:auleis auro:purpuraq́ per pulpita diſtinctis interlucentia late radiabant:omnem tñ ornatũ ſuperuenerant magnificentius extincta ſedilia. Hic mulieris cultu.præſentiaq́ Neapolitanæ:tripudiis & cãtu Regium & Brachianũ nomen in cœlum tollere laudes duorũ Principum intermiſcere tranſeuntibus audiebantur. Rex quo tutior Vrbanis inſidiis foret ad Caſtellum nouũ munitiſſimã Italiæ arcem recipitur. Brachio priuatæ quidẽ:ſed tamen ampliſſimæ Vrbis ædes datæ. Poſtridie eius diei Regina Brachio ad ſe uocari iuſſo:primũ gratias egit:q́ hoſtilis perfidiæ admonuiſſet nullo adhuc fœdere cõiunctus. Adiecit deinde ſero quidẽ ſed tamen aliquando deos ſibi:ſuoq́ Regno conſuluiſſe:q eius amicitiã adepta eſſet. Iam tũc eius fidei uitã:fortunaſq́ cõmittere. Illum exercitus facere Imperatorẽ. Illum Vrbibus oppidis:arcibuſq́ præficere. Penes eundem creandorũ:abdicandorumq́ Magiſtratuũ.& deniq́ exigendorũ uectigalium ius & poteſtatẽ fore. Sed qa hæc uerecundius accipi q̃ dari uidebantᷣ:ſtatim Brachiũ Fogiæ:quæ eſt Appulorũ ciuitas Comitẽ.& Capuæ Principem declarauit. Et ne qd Regiæ poteſtatis deeſſet ꝑpetuũ copiarũ oĩum Imꝑatorẽ. Cõneſtabulũ illi uocãt.& totius Regni gubernatorẽ deſignauit.idq́ poſtridie a Rege poſt cœnã ĩ cõuiuio cõfirmatũq aureo porrecto ſceptro. Qđ tibi inqt Regina mihiq́ bñuertat:hũc ego Brachiũ meiq́ tuiq́ exercit⁹ Imꝑatorẽ facio. Accipe tu hoc aureũ ſceptrã dextra manu:ĩ hoc ego tibi paritturũ me qcqd bello iuſſeris ꝑmitto iuroq́:ꝑmittite uos q me ſecuti eſtis iurateq́ parituros. Quum milites ac duces Hiſpani & Neapolitani in ſceptrũ coniuraſſent:

raſſent:cōuerſus ad unum Brachium grauiſſimis eum uerbis ad Regni defenſionem eſt
hortatus:nec defuere ſummi Ducis laudes. Vt inquit hoc te bello tam nefarie nobis il-
lato præfecerimus:non magis tua uirtus nos impulit q̄ fides:altera quidem ut poſſis tue-
ri dignitatem noſtrā:altera ut uelles promittebant nobis. Quod reliquum erat ne priua-
to imperio rem gereres:fecimus Regia ut eſſes poteſtate. & ubi ferro decernere ſederet
animo:non magis Regni noſtri quā tuæ gloriæ ſubires diſcrimen. Non te neceſſitas hu
ius belli ſuſcipiendi propter anguſtias rei familiaris:nō domeſticæ calamitates perpule-
runt:ſatis tibi diis gratias:cum rerum aliarum:tum maxime imperii eſt gloriæ quoq; di-
cerem eſſe ſatis:niſi maior foret:q̄ ut nos eius parte contenti mortales ſimus. & quam im-
perii tui termini non capiebant:alio tu diffundendam exiſtimaſſes. Latius enim mortali-
um nomina q̄ geſta peruagantur. Illa quidem cum periculo breuem ſibi gradum faciunt
hæc cum laude ſumma q̄ latiſſime proferuntur. Nec me imperandi cupiditas huc gentili
um pellexit. Stultum enim fuiſſet pro incerta ſpe certiſſimū deſerere Patrium atq; Auitū
Regnum:ſed quo Italiam fama nominis implerem mei. Nec dubito multo me pluribus
hodie q̄ heri eſſe notiorem. Sed hæc fama nominis ſi honeſta eſt quo plus profertur eo
plus habet gloriæ:ſi turpis:nihil eſt quod non dedecet. Satius eſt ignotum intra ueſtibu-
lum latere:quā cum ignominia per hominum ora:linguaſq; uerſari. Illum nemo accuſat:
omnes hunc deteſtant̄. Nec quicq̄ tam eſt glorioſum:q̄ bella cum fide gerere. Contra ni-
hil turpius q̄ ubi belli ac uitæ periculum ſubeas:gloriā:laudemq; contemnere. Nec tamē
iccirco hæc cōmemoro:ut ſuſpectior mihi ſit hodie tua fides:q̄ heri fuit:quū relicta longo
īteruallo claſſe:ſolus atq; inermis in tua caſtra deſiliebā:ſed alia q̄dā ē rō:uiciſti Hetruriā
Bononienſes breui ſubegiſti:fortiſſimū Regē pepuliſti Roma:nā ad nos quoq; rerū a te
geſtarū peruenit fama. & ſumus Reges etiā exterorū curioſi. Nulla cū gente bellum ha-
buiſti:quam nō ſtatim ſuperaueris. Nec tamen maior uictoriarū tuarumq̄ fidei prædica-
tur gloria. Q uo tibi hoc bello. & uirtuti & fidei conſulas:uehementius eſt enitendum:
ut nec fortunam fatigaſſe tuam uidearis:nec minus integer. Neſcio an etiam magis alie-
na in re poſſis uideri q̄ in tua. Totum hoc bellum ceruicibus tuis conſtat. Si qua ex parte
tanta moles excutietur:neſcio an propter hoc ipſum perfidum:certe quem ante inuictum
putabant:uinci te poſſe homines iudicabunt. Gloriaq; illa tua priſtina multum intra opi
nionem recedet. Copiarū habebis quantū uoles:diis gratias:terra mariq; pollemus. Hoc
unum uide ne ſæpius confligendum putes:q̄ anceps illa & ſemper uaria belli fortuna pa-
tiatur. Succumbit enim aliquando uirtus:quæ nimis ſæpe cum temeritate in diſcrimē ad
ducit̄. Habes Duces. Habes Præfectos:quorum opera in bello uti poſſis. Non ſemper ipſe
te cōmittas fortunæ. quum per alios obire pericula poſſis. Boni q̄dem Imperatores ſem-
per conſilio:nonnunquā etiam præſentia rem gerunt. Sæpe uel modico imperatoris ictu
cadit exercitus. Hæc etſi pro gloria nō fugienda:non tñ ſæpius tentanda ſunt. quæ nulla
re magis q̄ frequentia poſſunt mortalibus accidere. & temeritas eſt ſæpius quā neceſſe ſit
ſubire periculum. Tum nihil perículoſius:q̄ nimis ſæpe uel ſecundam tentare fortunam.
Proinde ita hæc uelim accipias:ut belli dilationem non minus hoſtem quā noſipſos fati-
gaturam putes. Maturitate opus eſt nobis:non feſtināria. Sic acerba decuſſa poma:tamē
plærunq; franguntur:matura ſponte ſua cadunt. Nec tamen pugnandi tibi quotiens uelis
eripi libertatē cenſeas. Ego quoq; ſi ire in bellū tecū una iubeas:pugnantē ſequerer:etiā in
manifeſtū diſcrimen. Sed noui q̄ri ſint ardore animorū. iis q bella gerūt:q̄ moleſte occa-
ſionē rei bene gerēdæ ſoleāt expectare. & ꝓ uictis habeāt:quos pares eſſe cognoſcāt. Vbi
tamen fortunæ temeritas ualet plurimū:nobis tū demū cōfligendū eſt:quū nō ſperatum
ſed cōpertū de uictoria erit. Quippe mora nobis ſalutaris:hoſti ꝑnicioſa. Dedimus operā
ut quæcūq; bello uſui futura ſunt:ſi terra nequeant mari comportentur. Iam ante noſtrā
ꝓfectionē claſſem:q̄ potuimus ſtructiſſimā comparauimus. Nauis ſeptem onerarias:mirū
niſi cras hoc in littore conſpiciemus. & tamen nouas iuſſimus ædificari. Milites Hiſpani.
Valentini Syculi ſunt in parato omnes. Plus nobis erit copiarum q̄ huic bello ſit opus. &
quod hoſtibus cōtra eſt copia:nobis ex ipſa naſcet̄ mora. Cætera Regna quibus impera-
mus ipſi abunde cōmeatus:frumentum:ſagittas:equos ſubminiſtrabunt. Cæterum hæc ſi
tibi minus placuere:nihil erit impedimenti:utere pace belloq; arbitrio tuo:dum tamen
ſcias me ſic locutum non magis Regni mei:q̄ tuæ & gloriæ & ſalutis habuiſſe rationem.
Ad hæc Brachius q ſæpe alias audierat eū Regē magis fatigandis hoſtib' quā opprimē-
dis conficere bella:paucis in eā ſententiam reſpondit Vt primū gratias ageret:q; tantū in

ſe concepiſſet fidei:mox ad belli mentionem:pauca quidem:ſed non præter rem adijce-
rent:ſcire ſe quibus artibus in Italia conſtarent bella.Nullam gentem conſultius ad aciem
procedere.Quod ad ſalutem ſuam tutelamq; Regni pertineret.daturū operam ut neq;
Regem delati imperii:neq; ſe accepti pœniteret.HAEC quum eſſent dicta.Hiſpani equi-
tes Brachiū ſermonem de Italicis bellis exceperunt:ſtatimq; placida ac pulchra orta eſt:
primū inter milites:mox inter Regem Brachiumq; Concio:utriſq; ſuum militandi mo-
rem præferentibus.Illi ſua prœlia in cœlū tollere:q; & pluribus copiis in bellum irent &
maiores ederent cædes:tanto enim certare ſe impetu aiebant.& ferocia animorū:ut pau-
ci ex uictis uiui in hoſtium uenirent poteſtatē.Plæroſq; in ipſo prœlio deſideratos mor-
tiferū enſem expectare:q̃ terga uertere conſueſſe.Nec quicq̃ eſſe ſpecioſius:q̃ aut inſtan-
tem uincere:aut occidere præclare dimicantem.Sic uincentem a fortuna iuuari:morien-
tem a uirtute non deſeri.Eundem eſſe Hiſpanorū quem Gallorū & Germanorū morem
Nec dubitari Gallos Germanos omniū eſſe gentium ferociſſimos:eos tantis copiis mo-
liri bella:ut plures uno prœlio cecidiſſent ætate illa:q̃ ex noſtris in aciem ullo unq̃ in bel-
lo ꝓceſſiſſent.Eodem accedere ueterem artem militandi.Quippe nullam gentem Ro-
manis potentiorem fuiſſe:ſed nec eorum quicq̃ magis q̃ ingentes bellorum ſtrages com
memorari.Sic illos uetuſtiores omnem iuuentutem in expeditiōem emiſiſſe.Tum ſi qui
per ignauiā hoſtium mãus uicti effugiſſent:aut ſe uicos dediuiſſent exauctoratos ſtatim
& prope infames habitos eſſe:nunc alia uia procedere Italica bella.Nam & ire paucos in
pugnam.& eoſipſos languide quidem frigideq; dimicare.Nā quo in prœlio decem uñ q̃
aut ad ſummū uiginti ferro cecidiſſe:ubi nō inſidiis magis q̃ uirtute eſſet pugnatū.Hæc
non ſolum a militibus.iactabantur:ſed ipſe quoq; aſſentiebatur Rex.Brachiani Duces:
qui frequentes conuenerant & corona ſtipauerant diſceptantes ipſi quoq; uocem tollere
& ſua iura defendere cœperunt.At Rex indicto manu ſilentio Brachium tanquam in ius
uocatū cauſam dicere iubebat.Ille ſemper alias benignus in ſuos riſu ad eos conuerſus.
Et nos inquit quando Rex iubet noſtra tueamur milites iura:ne qui factis in acie me ſæ-
pe defendiſtis:ego uerborum uos contentione non defendam?Cōuerſus deinde ad Re-
gem atq; Hiſpanos.Ego primū omnium inquit bella non numero bellantium:ſed uirtu
te conſtare arbitror.Nec quicq̃ tam impedire poteſt aciem:q̃ imperita multitudo.Sed ea
uirtus non magis corporis roboriq̃ animi conſilio eſt tribuenda.Vos ocio nati:educati:
aſſueti magna turba completis caſtra:ignari tamen rei militaris.& animos ut decet præ-
ſentes pugnæ accōmodatis:ruitis in hoſtium gladios ferarū more.& ueſtro uos impreſſu
magis q̃ hoſtium ictu iugulatis ſic furentem temeritatem pro uirtute putatis extollendā
Accedunt prauæ opiniones ueſtræ:qui honeſtius glorioſiuſq; ducitis:quum uincere non
poſſitis hoſtiū oculos ueſtro cruore ſaturare:q̃ euadere incolumes & meliori belli fortu-
næ reſeruare uoſipſos.editis magnas cædes:quia dū pudet fugere:glorioſam hoſti ueſtro
uobis ignominioſam mortē nō perhorretis.Permagni refert paruo quis incōmodo an
ingenti cū ſtrage uincat.Quo maior eſt cædes uicti exercitus:eo uictoris gloria inſigni-
or.Ite porrigite nos iugulandos hoſti:quo plura uictor referre poſſit opima ſpolia.Sic
uno ſuperati prœlio penitus bello excidiſtis.Sane uero præclare agitur cum Regibus ue
ſtris:cū Ciuitatibus ac liberis.Si ubi paululū inclinauit acies nihil niſi de ſubeunda mor-
te id eſt augenda calamitate ueſtra decoranda hoſtium uictoria cogitetis:illic libertatem
patriæ:illic Regum ueſtrorum Regna Imperiaq; præſidio ueſtro ſpolianda obiicitis uin-
centi hoſti:quid ſecunda agitis pugna.Quo pacto uictoriæ moderamini:fugientē hoſtē
nō capitis:ſed occiditis:ſed auulſa iugularis galea.& quib⁹ de fortunis aut imperio bellū
eſt:de uita & ſanguine dimicatis.Nec magnitudo animi dicenda hæc eſt:ſed immanitas
crudelium barbarorū nominanda.Nam ſi de imperio eſt uobis contentio:cur eos occidi
tis:quibus uictoria parta glorioſius imperare poſſetis.& qui fugiūt:iam tum uicti parere
incipiunt:quos quidē occidere nihil eſt aliud q̃ belli fructus amittere:uaſtare etiam cona-
mini Regiones nō uincere:nam qui ſic uincitur delatis declarat nō ſe fortuna ſua belli:
ſed hoſtium ſanguine contentum eſſe.At aperto certatis bello:non inſidiis circumuentis
hoſtem.Quis ignorat rem militarem induſtria atq; arte plurimum procedere.Sæpe do-
lus in bello pro uirtute eſt:nulla tamen perfidia militaria iura uiolādo.Hæc uos aliēa uo
bis & ignota deſpicitis:ſed profecto nō pulchrū eſt contemnere in nobis quod ipſi præ-
ſtare:inſita quadā tarditate nequeatis.Imus pauci in bellū:qa iutilē & inſuetā pugnæ tur
bā ad cædem nō educimus:cuntt in certamen nō mollis & imperita ad ſubitum bellum

delectat:atque

delecta:atquæ armata iuuentus:ſed durata frigore ac Sole corpora:quibus ab ipſa iam in-
de infantia ſtrata equorum pro thoris fuere:qui puluerem ac uentos pan. & famem ine-
diam:ſitim:uigiliam:nullas delitias:immenſos labores ſuſtinere didicerunt. qui inter me
dios hoſtium enſes ac tela educati:uulnera contemnere:ictus incuterent:incuſſus excipe-
re atquæ euitare:hoſtium capita:pedes:latera pro loco:pro tempore:ferire:ſeruare ordi-
nes:dimicare ad prima ſigna:uno momento acie digredi ad hoſtem feriendum:ſtatimq;
redire in ordinem:nutum Ducis aut diligenter expectare:aut iam longo uſu per ſeipſos
callere:locum infernum ſupernūq; dignoſcere:inſtar fugientibus:præmentibus reſiſte-
re:nec prius ꝙ deſperata uictoria de fuga cogitare. Hi ſunt ludi militum noſtrorum:quos
quia pauci frequentant:ſatius eſt paucitate docta ꝙ multitudine imperita contendere. At
pauci cadimus:quia durū eſt:quem ſpoliare fortunis uolumus:eum priuare ſpiritu & ſan
guine. Sic fratres cum fratribus:interdum liberi cum parentibus:non quidem de ſangui
ne:quod eſſet immaniſſimum:ſed de honore atq; imperio certant. Captiua corpora quæ
redimi pecunia non poſſunt:armis ſpoliata dimittimus. Huc ratio accedit armorum:un-
dique enim duro tegimur ferro:nec ſæpe alte deſcendunt:mortiferaq; penetrant in cor-
pus uulnera:ubi illiſum ferrum ferro detunditur. Tum ratio nobis mature confligendi:
non furoris impetus moderat. Audio Germanos iſtos quos dicitis non ad prœlium:ſed
ac cædem furentes ruere:quod neceſſe eſt fieri quum ars ignorat bellandi:regiturq; ſtul-
ta temeritate ferocitas:ſuis exciti Vrbibus eneruata umbra & delitiis corpora:diutius ſo-
lem pati nequeunt:nec rem ordine aut arte:ſed ut uos dicitis ferocia:ut nos cenſemus fu-
rore & Inſania gerunt. Nam quid nobis obiectatis antiquos? Iam ego antiquitatem nō
plane noui:hoc ſcio creſcere cum ætatibus induſtriam:ſemperq; noui aliquid addi uetu-
ſtati. Rex interpellato ſermone. Nimirum inquit ſi nos cōtemnimur:qui audeatis etiam
uetuſtatem tanquā rudem & maneam accuſare. Tum Brachius. Haud equidem hoc au-
ſim. Quippe qui quanta fuerit illa:aut qualis non uiderim:ſed quantum ſcriptorū indu-
ſtria fuit comprehendere:quanquā illi ſemper aliquid addunt rebus ornamenti:nihil ad
huc uideo cur quicquā uetuſtatis deſideret ætas noſtra. Nā imperia non hominum cul-
pa:ſed temporum mutatione defecerunt. Plus ueteres cogebant copiarum:primum fue-
re illa ſæcula hominum feraciora fortaſſe:deinde non eorū qui ſcirent induſtria ferre ar-
ma:ſed qui ætate poſſent delectus habebantur. Nec eos uſus conſuetudoq; bellorum:ſed
ſubita & improuiſa neceſſitas faciebat milites. Ex agro Imperatores:ex tonſtrina milites
ciebant. Sed quid milites dicimus:quorum nonnulli ſemiermes:plæriq; ſine armis ſtipē
dia faciebant. Nos uero non uulgo delecti:ſed militiæ nati:non præuſtis particis & inco-
cta pelle:ſed duriſſimis ex calibe telis:ferrea contecti maſſa bella gerimus. Quid illa tanta
peditum multitudo? An paruum inditio eſt nobis Imperitam turbae quis pugnare neſci-
uiſſe. Nam ſi qui erant equites:qui tamen pauciſſimi erant:quantum illi habebant robo-
ris:ꝙ referta peditum agmina conterebant. & tamen ſolo impetu illi & ardore non ar-
te uſuq; bellabant. Confer cum temporibus tempora:cum militibus milites:cum machi-
nis machinas:imperitos pedites:leues fundas illis cōperies. Contra nobis callidiſſimam
ac uafertimam militandi diſciplinam exercitatiſſimos equites. & rumpentes cœlum:mœ-
dum muros ſaxaq; bombardas. Age deinde ſuſpende in trutinā etiam imperatores quā-
ta uix dii boni noſtrorū Ducum:quanti cum Inſantia ebibiti labores:ꝙ nihil, Vrbanū atq;
molle. Veteres non arte belli:ſed uanæ plæbis ſtudio nō per gradus inſtructi:ſed ſtatim
creati. non uirtute:ſed potentia. non quæſtu & uiribus:ſed patriæ ſtipendio & delectu fie
bant Imperatores:quorum etſi nonnulli rei militaris fuiſſent patiti:militiæ tamen caren-
dum erat intermittentibus bella:nouiq; ſemper:atq; ideo inualidi habendi delectus:no-
ui exercitus comparandi. tum ipſis quoq; non perpetuo labore uerſatis:multum ocii Vr-
bani capiendum. Quid tale in nobis:domi naſcimur ſolū. Nam ad militiam ſtatim edu-
cti ad pectendos equos:non patentem:non ipſam agnoſcimus matrem. Hyeme nudi
uentos frigoraq; ꝑpetimus. Præſepia nobis in delitiis ſunt:æſtate alieno uſui factam quā
uix manibus leuare poſſumus terra:galeam ceruice perferimus. Pabulatum etiam ſi no-
biles domi nati ſumus:eundem eſt nobis. & ut pluuiæ metentibus pcant:matutino pfuſi
rore madeſcimus. ad ſtationes reuerſi:non molli cubiculo:non igni tectoq; fouemur:ſed
iiſdē illis mādantibus obſtricti ueſtibus præſepibus cōplēdis:letamine abiiciundo:expo
liendis armis:ſellis ad ſolē expandēdis:totos dies tremēdo ſudādoq; obduramus corpa.
dormimus nō ꝗtū ætas & natura poſtulat:ſed ad nutū uel ſtertētis militis excitati:ultimi

ſomnum:primi uigilias capimus.Sæpe noctu:uel hinnitu equi:uel exiguo uentorum ſla-
tu ad explorandam cœli tempeſtatem tabernaculis:ſtrepitu:clamoreq; detrudimur.Tum
fames nobis pro cibo eſt:hac alimur:hæc nobis familiaris eſt.Si ſemel contingat agre-
ſtium pomorum delitioſa ſaturitas:id demũ eſt lautiſſimum conuiuiũ.Sed hæc pacis nõ
minus q̃ belli rudimenta prœliis ineundis etſi ætati parcitur:proxime tamen accedit ad
pugnam ſequi ſemper latera pugnantis militis.& haſtam paratam non ita ſtatim porri-
gere:ſed.diu eius æquato curſu circunferre.Tum horrendum hoc quoq; uidere ictus:uul-
nera:minaces haſtas:micantes & in ora ſemper ſtrictos gladios.Iam tum hæc prædiſci-
mus cõtemnere.Nec enim terrorem afferunt:niſi quæ noua inſuetaq; ſunt.Sic aues quũ
primo capies fugaces ac timidiæ:ubi diutius tenuiſti manu mirifice manſueſcũt.& ad ſi-
bilum quo prius terrebantur cõcinunt atq; accurſitãt.Sic uſu edocti ſæpe præoccupamus
ætatem.& immaturas adhuc bello cõſcrimus manus:non tam iuſſu Ducum quã ardore
quodam æmulandi.Iam tum ſuperne adorti hoſtem perturbare ordines:præmere:inſta-
re:circunuerti:ferire læua dextraq; prædiſcimus.tum gradum proferre:ſuſtinere impetũ:
totaq; mole corporis ad ſuffodiendos equos inclinari & cõtacta prope terra atius in ho-
ſtium ora conſurgere:circũuehi equo.& quaſi trutina ſimul ſtimulis urgere:ſimul frænis
moderari:atq; omnem in partem ueluti globo aut turbine circũflectere.Hæc edocti no-
ſtro militare incipimus ſtipendio:nullaq; nobilitatis habita ratione:uirtuti honor datur:
& qui pugnãdo præſtat:ſi caute conſulteq; rem gerat:locũ dignoſcat:atq; occupet æqui-
orem.Ordines eleganter conſtituat:aciem cõmode inſtruat:pugnam non temere aggre-
diatur:recipiat ſe militemq; ſuum incolumẽ:primus in petendo hoſte:ultimus prœlio ex
cedendo.Hic alter eſt noſtræ militiæ gradus.Tum militum præficitur agmini:hos Præ-
fectos militares:hos agminum Duces appellamus.Horum quoq; diſcrimina quædam
ſunt & alius alium præſtat:quo cuiuſq; maior eſt uirtus:eo plus illi copiarum ac ſtipendiũ
datur.Q ui uero longe alios uirtute:fide:animo antecedit:hunc milites:hunc Duces Præ
fectiq; ſequuntur.Hi ſunt Imperatores noſtri:hæc Italica Imperia.Nullum præclarius in-
ſigne q̃ uulnerum aduerſo pectore multitudo.& deformata cicatricibus corpora.Q ua-
les multos memorare poſſem qui noſtra ætate fuere Imperatores:quos non fauor plæbis
imperitæ:non Græca aut Romana facundia:non Vrbana ætaria:ſed una uirtus in geren-
dis bellis ad eam ſuſtulit dignitatem.Vtinam illi ueteres adeſſe poſſent:ut ſi ratione non
liceret:armis cauſam diceremus:facerent credo in nos impetum collectæ ſubitam con-
tentionem manus ſine armis:ſine equis:ſine diſciplina militari:ordines noſtros confer-
ctos armis.& ferreis conglomeratos nexibus perturbarent.Tum etiam ſi diis placet præu
ſta non pertica cominus:eminus funda propellerent.Ipſi quia ſolide non durant conca-
uas haſtas noſtras expectarent.& quibus ferreæ maſſæ nequeunt reſiſtere:molliculæ pel-
les:æneæq; loricæ reſtitiſſent.Subſidio uenirent inermi pedites.& noſtris intermixti equi-
tibus ora noſtra inſueto manibus eorum mucrone iugularent.Dii boni quos obtritus:
quantas cædes:quã ingentes ſtrages ederemus.Cogitate quæſo nunc ex hac Vrbe proxi
miſq; oppidis ſubitum acciri exercitum:creari nobilem domi:ſed tamen nouum impe-
ratorem:quẽ Ciuiũ gratia decernat cõcurrere in caſtra oẽm ciuilibus armis iſtructã iuuẽ-
tutem.Contra hos meos opponite commilitones.Cogitate deinde quæ illorum men-
tes:q̃tus pauor armorum aſpectu q̃ta ferratorum & circunuolitantium equorum occur-
ſu trepidatio.tum qui ordo:immo uero quæ confuſio pauide & ſibi confuſæ multitudi-
nis.An illi diutius repugnarent:reſiſterent credo uel tyronibus noſtris:quorum ætas om
nis militiæ eſt tranſacta:ne aciem quidem oculorum:nedum telorum impetum ſuſtine-
rent.Multitudo inermis parata cædi:fugæ:pauori.Q uid facturos fuiſſe putatis cõmilito
nes meos?q̃ta ui:q̃tis animis:quo ordine aggreſſuros imbellem multitudinem?quot
inermium brachia:pedes:capita reciſuros.Ite nunc cõferre uetuſtatem.Hæc paulo arden
tius:quo militibus morẽ gereret locutum Rex ingenti amplexus eſt riſu.Nec fateri dubi
tauit:ex his pleraq; uera eſſe maxime:quæ de creandis imperatoribus eſſent dicta.Rugas
cõtraxerant Hiſpani milites.& litem integram ſuſcipere incipientibus:ſilentium indixit
Rex:cõfeſſus Italicos arte:cæteros numero præſtare.Animorũ primo ardore ferociores
Hiſpanos:Galloſq;:Italicos maturo conſilio:nõ præcipiti ira dimicare.Vbi continuo eſt
diſceſſum:fama eſt multa ſimul de bello intimo ſeceſſu arcis cõſultaſſe.Rex omni rõne pa
cis belliq; ad Brachium reiecta:primũ illi Regia munera:purpuram atq; aurum largitus.
Mox omnes Centuriones Præfectoſq;:ut cuiuſq; decebat fortunam:equis atq; armis do-
nauit.Gregariis

nauit. Gregariis militibus congiarium datũ:atq; ita omnium inita gratia ad belli ſtudia
conuertit animũ. Habeo tamen auctores utrunq; ptius cum ſuis quenq; Præfectis milita-
ribus Cumas conceſſiſſe ad uiſcendam totius Italiæ amœniſſimã plagã:eoſq; partim ter-
ra feciſſe iter:partim qua triremibus extrema maris ora delapſos ſimul deinde:quinq; ma
ri:quiq; terra ierant ad Baias appuliſſe:totumq; luſtraſſe Baianum ſinum. Salutaribus te-
pentẽ aquis:ocia Tyrrheni maris. & lætiſſima Myrthetis littora. Sic pellectos amœnita-
te loci:Lucrinum atq; Auernum. & opaciſſimis iacentem uallibus Acherontem:nec ori-
enti:nec occidenti ſoli peruium. Tum ut uulgus credit imane atq; auro referctum Sibyl-
læ antrum:tam quidem uaſtum longumq; ut multos ſubire montes:proculq; a conſpe-
ctu recedere credatur. Immenſum cum labore periculum ingredi uolentibus. Antri de-
inde ora prætergreſſos:lucanum quoq; adiuiſſe Sibyllæ:ingens & uetuſtũ opus. & quod
nomen indicat admiratione digniſſimũ. inde ad Puteolos cõuerſos deiecta mari domo
rum ac turriũ fundamenta. tot ſulphureos per littus fontes. & prominens ſuperata uetu-
ſtate theatrum. ſupra uero ardua fumũ exhalantis montis iuga:nec obſcura Miſeni nomi
ne. Deniq; omnẽ eum tractũ longe lateq; peragraſſe. His luſtraſtis locis terra Neapolim
reuerſos effoſſum obſcura cauerna Paniſippum ingreſſos Virgilii poetæ ſepulchrũ me-
dia iminens cauerna præcatos ueniam ſalutaſſe:nec quicq̃ tam gratum utriq; iocundũq;
fuiſſe. Q ua die hæc acta ſunt ſeptẽ onerariæ naues:quas Rex ſubſecuturas dixerat:quum
ad recipiendum in Sycilia frumentum reſtituiſſent. Neapolim ſecundis uentis appulerũt
partim frumento:partim equis & ſagittariis onerate. Secuta eſt ingens annonæ uilitas.
Iam duobus malis:bello atq; fame:liberati Neapolitani. & Brachii & Regis beneficia ſen
tire cœperãt:liberiuſq; diu intermiſſos equeſtres ludos:aliaq; feſta Patrio more celebra-
re. Brachius totius intentus ad bellum:quo expeditionem maturaret:multis uerbis Re-
ginam ac Regem ad mutuam beniuolentiam & concordiam hortatus:copiis Vrbe de-
ductis ad priora caſtra conceſſit. Nec diu moratus:altero q̃ profectus eſt die Angarium
oppidum:quod paulo ante eius aduentũ rebellauerat:magno adortus impetu expugna-
uit:diripuitq;. Motis celeriter caſtris Paganum infeſtis ſignis proficiſcitur:perterriti oppi
dani:deditione ſub conditione facta:deiectiſq; hoſtium uexillis. Regia ſigna receperunt.
Dum hæc ad Campaniam geruntur. Tartalia cum octingentis equitibus auxilio miſſus
a Pontifice cum Sfortia coniunxit. Occulte enim quaſi non ipſe gerẽdi belli auctor eſſet
ante id tempus auxilia miſerat:nunc cognito Regis aduentu confirmandum exercitum
& peditatu:equitatuq; augendum:ratus manifeſtius omnia facere. Magnas undiq; belli
uires moliri arbitratus:quod erat ueriſimile plurimum poſſe eius nomen ad populos ſol
licitandos Regias copias mari q̃ terra meliores & equitatu minores futuras:uinci dele-
riq; facile poſſe. Tum nihil Italicis Catalanorum nomine infeſtius. & Catalanos putari
omnes quicunq; tranſmarinum Regem ſecuti in Italiam traieciſſent. Vnicum aſſe ob-
ſtaculum Brachii nunquam antea uictum. & ſupra mortale reputatum caput. Sperare ta-
men frequentibus prœliis inanem hominum opinionem poſſe aduerſus illius rebus eua
neſcere:nec dubitari ſi pari robore in diſcrimen eſſet eundum. Illum uictorem fore nec
quicquam plus addere terroris militi q̃ inuicti Ducis famam. Sed auctis ſuorum uiribus
exercituq; multiplicato:aut non commiſſurum illum pugnam exiſtimabat:aut ſi cõmit-
teret equitatu defecturum:atquæ ita ſuperatum iri. & partam longa fœlicitate gloriam
breui rebus ſemel male geſtis depetituram. Vtcunquæ procederet res:uel fugeret ille:uel
pugnaret ſuperiorem ſe futurum. Conſilia erant magis ocioſi Pontificis & uerti res ma-
gnas uno momento:uno aſtu neſcientis q̃ bellicoſi Ducis. Ergo ꝑfiunt enixiſſimi bellici
rerum omnium apparatus:ſtipendia largius q̃ antea decreta:milites longius acciti. Q uæ
dam a Pontifice aguntur Brachius ut prius q̃ tot hoſtium aduentarẽt copiæ finitimos ad
defectionem compelleret. Hiſpanos milites Regioſq; ſagittarios cogit in caſtra:totis ui-
ribus occupaturus nondum firmatum præſidiis hoſtem. Productoq; igitur ad caſtellũ ma-
ris media nocte exercitu ſopitas proſtarionibus uigilias conſpẽti:admotis muro ſcalis
complent mœnia:atq; oppidũ irrumpunt Milites. refractis portis ac cæſis uigilibus claſſi
cum canit tuba. Oppidani magno quoq; militum clamore excitati ſomno:ubi hoſtem i-
tra mœnia ſenſere:ſubito perculſi pauore latebras tacita fuga quærere:præcioſa ſecũ ab-
ſportare:mulieres ſarcinas efferre domo. & dum effugiſſe ſpes erat in prædabundũ hoſtẽ
incidere. Diripiuntur oppidanorum bona:ſed milites pars domorũ intima rimari pene-
tralia:pars ad portũ icurrere & nauiculis ac lynbis occupatis:natãtia mari dolia:cadoſq;

corripere:denique terreſtri prœlio maritimā prædā agere. Quæ omnia Neapolim primā luce delata littora:portuſque compleuerant. Vinaria dolia:eaque omnia plena ad uiginti milia fuiſſe tradunt. Auxere prædam etiam Salinæ. Sed arx ualido munita præſidio:quanq̄ multis diebus oppugnata:nullo tamen impetu capi potuit. Et res ad obſidionem redierat:quæ res cauſa hoſtibus fuit celerius ad ſoluendam obſidionem occurrendi. Conſtituunt hoſtes diem:qua die ad Sarnum flumen conuenirent. Duodecim milia fuere equitū peditumque tempeſtate illa ſatis ingens exercitus. & qui nō æquare hoſtem ſolum:ſed circumuenire etiam potuiſſent. Eius rei per exploratores certior factus Brachius:ueritus ne inter oppidi anguſtias opprimeretur:neue tripartito exercitu cum arce:cum oppidanis: cum hoſte ſimul committere prœlium cogeretur:deſerendi oppidi:mouendique propius ad hoſtem conſilium cœpit:facilius uniuerſis copiis:q̄ partito milite aditurus pugnam. Ergo permotis ad Sarnum caſtris ad alteram ripam non procul ab hoſte conſedit. Illi quoque aduerſæ appropinquare ripæ. Nec iam duas acies aliud q̄ fluminis alueus dirimebat. Poſitis hinc atque inde ſtationibus duo de uiginti dies circa flumen ut alter alteri obſtaret inhæſerunt. Sed fluminis haud ſane ingens erat altitudo:frequentiaque patebāt uada:quibus traiecti milites leuia committebant prœlia. & Brachius de induſtria ad extenuandum hoſtem moram trahebat. Inter hæc duo circiter milia Neapolitanorum. & cū his pauci ſagittarii ad Brachium uenerunt. Sed eum Rex per litteras quod compertum de hoſtium numero haberet:ne prœlium caperet admonebat. Turpe uidebatur Brachio quicquid eſſet copiarum in Regno fruſtra unum in locum conueniſſe. Tum milites auctis iam uiribus:quanq̄ non pares hoſtibus prœlium poſtulabant. Dux ipſe nō adeo contemnens hoſtem:nihil exiſtimabat cōmittendum temere:diſſimulatoque cōſilio:ne quid metus ſubeſſe uideretur quominus ſignum militi daret Regis litteras cauſabatur:nec hoſtes magnifice prœliandi faciebant poteſtatē. Cōmeatus utrique:magis tñ Brachio ſuppeditabant. Illis Acerræ Nucena Auerſa. Brachianis maritima ora frumentatū ſuggerebat Sic rerū copia dimicandi fecerat negligentiā. Brachius ubi uidet hoſtem:quanq̄ maioribus copiis & minore cōmeatu:tamen caſtris ſe continere non auſus:cum uniuerſis confligere alieno loco aciem indies latius proferebat ut citeriorem in planiciem ad æquum compelleret locum:uel occaſionem militi præberet leuiter dimicandi:nihil miſſum faciens quo aut uniuerſos ad iniquitatem loci:aut partem ad leue certamen eliceret. nec hoſtes eam detractabant pugnam:qui etſi multi Duces unius Brachii aſtu ſuperabant:omnia tamen patienda ſtatuebant:ut aut cōficerent fame multo opulentiorem hoſtem:aut ad alteram fluminis ripam belli cupidum prouocarent. Conſtat nuſquā Brachium quātum hoc bello hauſiſſe laboris continuos complures dies nunquā exuiſſe arma:ſecutas etiā loricam ſitu laxatas ueſtes. Erat enim uigiliæ atque inædiæ:ſupra q̄ humanum eſt: patientiſſimus:laborum tamen multo patientior. Hic Centurionem manicatum exauctorauit. Militem tecto capite propter pluuias ordine abeuntem caſtris pellēs eius inſigniam quæ ille caligis geſtabat ademit:nec uſquā exactius militarem diſciplinā ſeruari uoluit. Qui ubi uidet nullo cōſilio impelli hoſtem:nec flumine decederet:quo tantam copiarū molem uno in loco ſe continentem diſſiparet:militarem dolum excogitauit. Frequentibus enim leuiter cōmiſſis prœliis:ſi quos Sfortiæ cepiſſet milites:eos in cathenas coniectos ad Regiā claſſem trahendis remis deſtinabat. Quos aūt ex Tartaliæ copiis eos magnifice donatos cum armis atque equis:quæ belli iure amiſerant in hoſtium caſtra remittebat. Nec deerant blanda & ſuperioris amiciciæ admonentia uerba. Quæ quum ſæpius egiſſet grauis inter duos Duces eſt orta ſuſpicio:uaria cœpta agitari conſilia:nec alter alterum admittere:qui fuerant dimiſſi cum donis rem magis excitare. Brachium in cœlū tollere:ſuccendereque alterius Ducis iracundiam. Iam totis diſſidebatur caſtris:geminaque factam aciem:duo dirimentia ualla muniebant:multoque negligentius:qua parte inſtabat hoſtis:q̄ inter ſeſe uigiliæ fieri cœptæ. nec melius inter ſe milites conueniebant. Demum eo proceſſit res:ut ueriti ne tumultuariam ſeditionem concitantes callidus inuaderet hoſtis alius alio mouerit caſtra. Tartalia Auerſam. Sfortia Nucerium:nihil iter ſe amice cogitantes abiere. His rebus per ſpeculatores cognitis:Brachius omni reiecta mora flumen traiecit. factoque per Auerſanorum fines itinere:agro Attellano leuiter populato Capuam agmen perduxit. Tartaliæ tranſeuntem impedire cupienti:milites non paruerunt Quippe educti in aciem pars ſimulata fuga repetiuere Vrbem:pars metu ualidioris exercitus intra munitiones regreſſi:neque facere:neque expectare impetum uoluerunt.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI DE VITA ET GESTIS BRACHII LIBER SEXTVS.

P

Roſectus ad Capuam cum exercitu Brachius partem copiarum ad
arcendas Tartaliæ incurſiones atq; Vrbis præſidio reliquit:ipſe cū
reliquis magna celeritate ꝓfectus in Marſos:in ipſo itinere Minia
num:& Sanctumuictorē:alterum ui captum diripuit : alterum ſub
conditione in poteſtatem recepit:celeriterq; egreſſus Regni termī
nos. Pontificis qui ad Marſos pertinebant fines late eſt populatus
eadem celeritate conuerſus in agrum Veſtinum duo Pontificis op
pida. Caſtellum nouum & Sanctamluciam primo ſtatim cōgreſ
ſu expugnauit:diripiendaq; militi permiſit. Ea res magnum Pontifici incuſſerat terrorem
Quocirca miſſi celeriter ad eum legati de oppidis repetendis: nihil benignum audiuere.
Reſponſum Brachii fuit pontificem uerbis quidem pacem agere:cæterum re ipſa bellum
gerere aſperrimum Quum aduerſum ſe Tartaliam auxiliatum hoſtibus miſiſſet tunc ru-
ptum fœdus uiolatam amiciciam eſſe. Quamobrem non ſolum hæc ſe oppida non red-
diturum : ſed bello quacunq; poſſet petiturum eius imperium:nec nouo fœdere opus fo
re:quando priora ſoluta pace ſeruata non eſſent. Capta nuper oppida belli iure ſua facta :
ea ſi Pontifex redimere uellet non pecunia futurum opus. Si Tyterno ceſſiſſet idq; pleno
iure traderet ī poteſtatem:capta nuper a ſe oppida recepturum. Nihil reſtitere Legati:ſed
re infecta nouis perlatis ad Pontificem mandatis :paucos poſt dies reuerterunt : agentes
ſi oppida reſtitueret:ſtatimq; excederet bello. Pontificem Tyſerni ceſſurum iure. Cæterū
Brachius ſuis uiribus ius ſibi uendicaret. Nolle Pontificem Tyſernatibus uim facere. Hæc
cum legatis pactus. Brachius conditione accæpta:caſtella reſtituit:belloq; ſtatim exceſſit
Inter Sfortia & Tartalia ſimulata magis q̄ facta reconciliatione:cum omnib⁹ copiis quæ
iam mora comminutæ defecerant:in agrum Sueſſanum ut inde ſi opus foret obſiſterent
hoſti:mouere caſtra. Q ua re per ſpeculatores cognita Brachius longis factis itineribus
altero die ad Lyriam amnem peruenit. Lyris ex Apennino defluens : modicus quidem
primum & uadis tranſitu facilis:ſed mox paulum infra:magna ui fluminum augetur:&
nuſquam uadoſus. alueo lato profundoq; ad Minturnas in mare delatus pulcherrimam
ac fertiliſſimam Italiæ oram interfluit . Ille Auſonios & Veſtinos agros . ille Miricæ re-
gna & Minturnenſium oram olim Italiæ celeberrimam plagam:nunc ipſis ignota acco-
lis nomina. Ille Sueſſanum agrum aureis ut poetæ tradunt arbuſtis conſitum præterlabi
tur:fœlicis Campaniæ:fœlicior terminus & ſemper alias eius Regionis tutiſſimum mu-
nimentum. Brachius ubi ad ripam fluminis peruenit patentes Sueſſanoꝝ campos:& paſ
ſim errantes greges atq; armenta conſpicatus:uel magna in re tentaturus fortunam : uel
quod magis putant prædæ cupiditate adductus:equitatum qua latior fluebat amnis na
tationi ſubiiciendum conſtituit Nam latitudo alueı:& facies tranquilla fluminis:atq; ad
ripam uadoſa faciebant animos. Ergo præmittuntur inermes:ac nudi pauci:qui & maio
ribus ueherentur equis & natare ipſi didiciſſent ad tranſitum pertētandum:militum ocu
li ut quiſq; ſui diſcriminis eſt ſollicitus:omnes in trāſeuntem exploratorem coniecti hæ
rebant. Pergit primum cunctabundus eques mox cum gloria primum a ſe tentati pericu
li:tum ſpectantium militum clamore:atq; hortatu impulſus. Iam ad medium proceſſerat
amnem:quum equi ſupremas iubas:mediumq; iam equitem undæ ſuperauerant : erigit
ſeſe anterioribus pedibus equus:& ubi modico progreſſu:ne ſic quidem æquare altitudi
nem poteſt:pandit late ſupra amnem corpus ac ſeſe aquis uehendum permittit . Nec de-
erat moderator:qui tranſuerſum ad alteram ripam ageret natantem equum. Sic ubi pau
lulum eſt natatum:rurſus fundum pedes attigerunt:ſublatoq; ut prius collo modicum
proceſſerat ſpacii:quum iam toto eminente dorſo:alteram fluminis ripam euaſit:conti/
nuo ſecuti quibus idem negocium datum erat:& ipſi quoq; paululum natauere:mox ſu-
periorem inferioremq; percontati amnem:eum locum commodiorem:quod nō ampli⁹
q̄ uiginti pedes erat natandum rettulerunt. ꝑdem armis onerati iuſſi eunt:redeūtq; ſæpe
Sequit̄ deinceps omnis equitatus & quaſi nō ſolū hoīes:ſed flumina etiam ſuperare didi
ciſſent:magno plauſu hoſtilem ripam compleuere. Nam illo quoq; dux ipſe iter primos
euaſerat:ſemper alias induſtria nunc etiā fortuna uſus. Quippe quū neq; ante id tp̄s unq̄:

neq; poſtea:ne multo ſuperius quidem & ante magnorum fluminum congreſſus *Lyrim*
quiſquã uado traiecerit. Inde Brachii uadum appellatus memoriam tanti facinoris.ipſe
teſtatur locus. Res dubium admiratione an ſtupore dignior ex duobus milib⁹ equitum
loricis:ocreis:toracibus:tot ferreis laminis impeditorum ne unum quidem gurgites hau
ſiſſe. Brachius relictis ad citeriorem ripam impedimentis:ratus id quod res erat:ſuum ad
uentum non ſolum incognitum Sueſſanis eſſe:ſed etiam incredibilem uiſum iri : ſtatim
rates ex ſicca materia confectas ad traiiciẽdos pedites ædificari iuſſit:qui e ueſtigio & ipſi
undis perfuſi traiecerunt Flumine ſuperato Brachius producit aciem : delecti leuiter ar-
mati diuiduntur in duo cornua:læuum:dextrumq; medium erat agmen grauioris arma
turæ. Hic nulli intermixti pedites:ſed omnes ad latera concedere:& quantum curſu poſ-
ſent durare iuſſi ſunt equitatũ anteire. Signa mediam obtinebant aciem : inter medium
agmen & duo cornua multum intercedebat ſpacii:quo latius per campos extenderẽtur
prædatores. Excurrendi ordo fuit:ut q̃effuſiſſime popularentur agrum:& ſi qua hoſtium
occurriſſet manus dextrum cornu ad læuum:læuum ad dextrum ſe reciperet . Sic fiebat
ut etiam itineris errore ſublato a medio ſignorum exciperentur agmine:nec potuit ma-
iore conſilio geri res. Inſtructa per hunc modum acie funduntur in latiſſimos ac fertiliſſi
mos Sueſſanorum fines:eunt paſſim in prædam longæ pacis munera:greges atq; armen
ta:& ueluti uno flatu uentorum:quicquid obuium eſt longe lateq; corripitur. Rura illa
quæ anni dies æquauere numero:ui:clamore:ferro intermiſcentur omnia. Subitum & i-
ſperatum malum multo plus incutiebat terroris:qui prædatum ueniſſent:aut unde ueſci
entibus:& pauor trepidis conſilium excutiebat:ut pro monſtro res eſſet. attoniti uulgo :
agreſtes ſine uoce:ſine clamore pauida fuga latebras quærere. cadere: capi: trahi uinciri :
fuitq; res ſupra mortalium fidem. Quicquid intra Gaurum & Maſſicum . Gallicanumq;
montes ab infero mari & flumine Lyri iacet agri totum infeſta populatione uexatũ atq;
direptum:quod neceſſe fuit euenire ſecuris belli & nihil hoſtile metuẽtibus Tum Regio
nis egregiæ munitæ ſitu fore ſe tutos iam inde a belli initio crediderant. Quippe ad occi
dentem ſolem flumine *Lyri*:nunq̃ ut dixi alias uado traiecto: ad meridiem infero mari
clauduntur. qua uero in orientem & Septentrionem uergunt : altiſſimi ac prærupti ſur-
gunt montes:ut uix arctiſſimæ pateant tranſeuntibus anguſtiæ. Sed prædam ut Brachio
inſigniorem:ita miſerabiliorem hoſti:duo duces effecerunt:nam ut huic pulcherrimum:
ita indigniſſimum illis uidere late palãtem prædantemq; hoſtem:audire captiuorum mi
ſerabiles queſtus:& prædam quantam nunq̃ illa uidit ætas ante oculos Ducum & Ciui-
um conſpectum abſportari:nec auxiliari fortunis ſuis miſeros incolas audere. Prædæ ma
gnitudinem incertam ipſa multitudine fuiſſe tradunt. Illud conſtat uendito pecore : ca-
ptiuiſq; redemptis quinquaginta nummos uiritim in capita militum diſtributoſq;. Tum
Capuæ & Neapoli duplo minus diminutas macellariorum nundinas. Pars etiam mari
ad Lucanos. Salentinoſq; tranſuecta. Poſt hæc Brachi⁹ reducto per maris anguſtias:quas
occupari iuſſerat ad Capuam cum præda exercitu:iam ſuam Vrbem ſuos uectigales ui ui-
ctoria cognoſceret. Primum frequentem Campanum populum in Concionem uocatũ
edocuit id quod iampridem fama uulgauerat:datam ſibi a Regina Campanorum Vrbẽ:
datas arces:agrum frontes:uectigalia:quod quia moleſte quoſdam tuliſſe audiebat:ora-
re populum & primũ quẽq; appellare:ne ſe indignum putarent:quem ſua in Vrbe regna-
re paterentur:non ſe obſcuro natũ loco:ſed uetuſtiſſimi generis ſplendorem:uirtute:& i-
perio auctum:nec fuiſſe auſum hæc ita coram dicere niſi ſciret explorata eſſe omnia Cam
pano populo Peruſiam exemplo eſſe:illam quanta eſſet intuentes imitarẽtur. nec ullum
durius imperium:q̃ ubi Ciuis Ciui imperat:& tamen ultro ſibi eſſe latam communem li
bertatem:ut quã illi publicis uiribus tueri non poſſent:ſua ipſa uirtute auſpicioq; defen-
deret. Irent:mitterent qui Peruſinam rem quo in ſtatu eſſet certam exploratamq; referrẽt
Scire ſe Capuam Regiam quidem eſſe Vrbem & Regiæ ſtirpi parere ſolitam:ſed eos de-
mum eſſe Reges qui & parerent Regna:& parta iuſte moderateq; regerent. nec initio re-
rum alium alio nobiliorem fuiſſe:uirtute primum factos non ſtirpe natos Reges. non la
tere Populum Campanum q̃ graui bello ante ſuum aduentum premerentur : ad portas
enĩ iminebat hoſtis:fruſtra tunc Regiæ ſtirpis imploratam opem:ſua ſe manu auſpicioq;
hoſtem deleſſe:& Regiam Vrbem non a Regibus quidẽ aditam eſſe:ſed a ſe qui Rex nõ
fuiſſet prope ſuburbano bello liberatam. captas duas arces quæ quantum moleſtiæ: q̃ ue
Vrbis aſſidue populationis:& tumultuariæ formidinis fuiſſent cauſa . Ciuitatum Reges
eſſe:qui

eſſe:qui Ciuium capita & fortunas defenderent:propulſarent iniurias:propagarent impe
rii terminos:non qui uano nomine alienis fortunis abuterentur.non fuiſſe hæc dicturū
ſi quam illi Regiam inuenerentur ſobolem bona ſpe plenam:uerum non ita eſſe non Re-
gi:non Reginæ liberos extare:quorum tutela conquieturi eſſent:& tamē ſine Regia ſtir-
pe Campanam rem eſſe non poſſe.Quod putarent commodius futurum:eum facere Re-
gem:cuius clara pacis:belliq; facinora perſpecta habeāt:an accipere nihil præter uana no
mina afferentem.Tum Regum arbitrio fortaſſe:aut crudelem:aut quod fœdius eſt im-
perantibus ignauum accæpturos:utrū acciderent:aut Regi:aut finitimis contemptui futu
ros eſſe.Proinde uterentur occaſione non modo nihil unq̄ ſubituros periculi ſuis auſpi-
ciis:ſed finitimis late imperaturos.Nihil magis flexit Campanorum ſuperbiam:q̄ inuidia
finitimorum.tum recens erat memoria ſublati belli:& uim cernebāt paratam:niſi paruiſ-
ſent.Oritur clamor a plæbe primum dominum principemq; ſalutante:mox Primores
Ciuitatis & Magiſtratus omnes ordine tribunal adeuntes iureiurando ipſi ſeſe adægere
perpetua fide manſuros.Deinde frequenti populo ad inferiorem arcem:quam Petræ uo
cant:ad ipſa Vrbis inferiora mœnia conceſſit. Cuſtos cognito Reginæ ſigno arcem &
munimenta tradidit.Fit iam ingens tota Vrbe Plauſus:arcis cuſtodes multis ſimul excuſ
ſis bombardis late obtundebant mortalium aures.Huc Ciues ordine eunt gratulatum:
magnaq; ſtatim cœpta munerum concertatio:ut cuiuſq; maxime erant opes:ita pluri-
mum frumenti:aliarumq; rerum largiri. Vincebatq; oſtentantium fortunas æmula-
tio.Nec ante inhibitam a Brachio largitionem finis muneribus factus. Tum inde uariis
ludis ille conſumptus eſt dies.Poſtridie miſſi qui ſuperiorem repeterēt arcem:duas pul-
cherrimas atq; operæ munitiſſimas Italiæ turris:cuſtos non ante traditurum reſpondit:
q̄ uiginti milia nūmum:& præterea cunctam arcis munitionem diuturnæ cuſtodiæ præ
mium recepiſſet.Mittuntur deinde ſtatim primores Ciuitatis:qui precibus contenderēt
Sed nec illorum quidem ualuit auctoritas.Iam res ad apertam iniuriam ſpectare & hoſti
um numero eſſe cœperat cuſtos.Pacano erat illi nomen:qui ingentes furandoq; in eam
arcem conuexerat opes.Sed ancipitem animum diuerſa agitabant mala.Duo liberi præ
terea uxor captiui a Sfortia in uinculis tenebantur:qui paucos ante dies non procul ab ar
ce triplici ſimul erecta furca horrendum & parenti & uiro:niſi arcem traderet:ſpectaculū
erat minatus filiorum uxoriſq; ſuſpendium.Vereri ne ſi nunc Brachio tradidiſſet:ira illū
præcipitem ægiſſet in ſuos.Tum cogitare cœpit Regias opes ingentes eſſe:cernere para-
tam obſidionem uerſatum iri ante oculos hominum uiolata iura:ide pietas:hinc metus
urgebat.Ceſſit tandem parenti cuſtos non ueritus dum impietatem effugeret:neſcio an
turpiorem ſubiret perfidiam:quā tamen multo fœdiorem pecuniarum inſana cupiditas
faciebat.Brachius etſi putabat uanam operam moliri tamen cingendum iam hoſtem ob
ſidione:omniaq; tentanda decreuerat.Capuam Vulturnus amnis tribus prope circūfluit
lateribus:ut multis in locis pro muro ſit flumen.Nec aliter illud q̄ ponte aut ratibus trāſ
mittitur.Porro pontis extremū aditum duæ illæ munitiſſimæ excipiebant turres.Itaq;
tranſeuntibus anguſtum inter turres ipſas iter erat.Vrbem ab arce intercurrens flumen
dirimebat.Tum ſitum ipſum ſtructuræ magnitudo exuperat:murus ad mediam uſq; mo
lem circiter triginta in latitudinem continet pedes:totus quadrato confectus marmore:
& lapides pro calce liquatum connectit plumbum.& ne quid muralia pila officiant:ne-
ue bombardæ graui ictu concutiant:altero facto ex cementis duplicantur continenti mu
ro:qui ſic machinarum uim excipit:ut uix languido:ac leui adiri morſu:ne dum latus p
rumpi queat inter duas turris Regium cubiculum:qua iter erat ſupra caput altiſſima pro
minet teſtudine:marmoreis ſtatuis uetuſtiſq; imaginibus diſtinctum:atq; ornatum.Pons
quoq; ligneus ſuprema turrium faſtigia committit.Huc accedūt circa utriuſq; turris am
bitum in coronæ modum educta propugnacula:quanto munitiora potuit excogitare ar
tificum induſtria.Brachius occupato primum Vrbis ponte frequentem opponit a fron-
te ſagittarium:qui propugnaculis auerteret ſuperne reſiſtētem hoſtem:etſi cognoſcebat
eam rem magis terrori q̄ periculo hoſti futurā.Pacanus adhuc inter pacis belliq; conſilium
negligētiꝰ arcere tranſeuntē militē:& tamē ſaxa rara demittere ſperās mitigari oppugnā
tis Ducis irā:aut minꝰ exaſperari:ſi ipſe militū cæde abſtineret.Iā exercitus oīs ad alterā
peruaſerat Vulturni ripam:paulatimq; cingere arcem cœperat:quum ſtatim plurimi acci
ti foſſores q̄latiſſimū producunt uallum:productū aggeribus trabibuſq; circumueniunt.
Nec procul inde alteram latius deductā foſſam præacutis & eam obſtruūt ſedibꝰ. Feruet

ſimul utrinq; opus:nec cedit foſſori miles. Dux ipſe partim excitandis:qui ducendæ præ
erant foſſæ:partim comportandis ex Vrbe trabibus intentus cuſtodi manu uoceq; mina
tur. Hic primum ille belli non creditum apparatum:& futuræ obſidionis inditia ꝓſpicere
hic cognoſcere hoſtem & fortunæ ſuæ paulatim ſubdubitare. Quippe diuturnæ pacis
ocio demollitum animum ſubita belli terrebat facies:ut ſæpe ignauiam animi uix ulli ſa
tis tuentur muri. Productæ iam erant circa turris geminæ foſſæ:quarꝫ medium quod erat
relictum ſpacium:materia plurima completum:ne qua penetrare quiſquā ab hoſte:ſi au-
xiliatum ueniſſet in arcem poſſet militum:ſtationes occupauerant Pacanꝰ ubi uidet om
nia in arctius ſpectare: fero mutato conſilio:lentendi hoſtis totis uiribus militem arcere
contendit. Ille tæla:ille ſaxa in conferta coniiciens agmina proximum quenq; fodiebat
Immenſum apparebat futurum laborem:conatuſq; omnis incaſſum reciſuros. nec alia re
uinci hoſtem q̄ fame poſſe. Brachius plurimum ratus momēti habere terrorē omnia ma
iora q̄ opus eſſet apparare:ſtatiua tanquā illic tranſacturus hyemem pro uallo facere. de-
niq; omnia moliri:quæ pauidam motura mentem arbitraret. Contra Pacanus quoq; ma
gnifice loqui:diſſimulare iactantia:premereq; intimo corde metum: bombardas ad Vr-
bē intēdere:omni uia conari hoſtem ab obſidione propellere. quod tum demū facile pu
tabat futurꝫ:ſi nihil meticuloſi percepiſſet ſtatim inde diſceſſurus hoſtis. Nec feſelliſſet cō
ſilium:niſi quæ plurimum bello poteſt fortuna:uictori expugnationem deſperanti aditū
in arcem patefeciſſet. Faber erat Campanus grandi natu: longæ ſenectutis rarum exem-
plum:cum ætate:tum magis arte cognitus Duci. Hic ſe puero captas eas turris per cuni-
culum & quo in loco:quantumq; terræ ſuffoſſum eſſet memoria tenebat. Vnus erat adi-
tus ad ſubterraneam lacunam:quo quum opus eſſet aquam e flumine cuſtodes arcis de-
riuabant:cætera undiq; latiſſimus uallauerat murus. Quippe turrium eadem eſt infra ter
ram altitudo. mirabile hac quoq; pte & rarum opus Brachius plurimis ædificatis ratibus
ligneum pontem ab Vrbe ad radices turris peruenientem conſtrui celeriter iubet. Propu-
gnatores arcis e ſummo turrium faſtigio ſaxa tælaq; deiicientes rem difficillimam facie
bant. Quicquid enim ſtruebatur operis:id totum ingentibus pfractū ſaxis: demerſumq;
flumen hauriebat Nec ſagittis arceri poterant propugnaculis qui ſuperne lapides deuol,
uebant. Ergo eriguntur ſtatim ſupra opus conuexa tabulata frequēti ſubnixa trabe: quæ
ſuperne cadentia ſaxa ſic exciperent:ut ueluti pluuiæ tecto geminum in latus expuerētur
Ponte ad biduum confecto ſubruere cuniculum cœperunt:molle atq; alias effoſſum ſo-
lum legonibus egregie quidem cedebat. Nec amplius una die ad os ipſum lacunæ a foſ-
ſoribus eſt penetratum:ſed crebræ factæ labes cauernam impediebāt. Forte ſuperiore no
cte duos arce dimiſſos utres plenos olei uigiliæ exceperāt. His ad Brachium delatis:ac co
ram diſſui iuſſis inuentæ ſunt denſa ac tereti ſtipatæ cera præfecti litteræ ad Sueſſanum
Ducem:petebat ut q̄ ocyſſime quattuor ſagittarios:& paulum medicaminis ad ſe mitte-
ret:illis ſupplendo arcis præſidio:hoc curandis uulneribus opus eſſe:niſi mitterentur ma
gnum periculum impendere paucitate defenſorum. Litteras Pacani ſcripſerat nepos:cu-
ius ille opera atq; induſtria plurimum utebatur. Interim ſeruatis in tempus litteris Bra-
chius enixiſſime noctes dieſq; operi perficiendo imminebat. Quod ligonibus exedebatꝰ:
id tabulæ in teſtudinis modum æquatæ ſuſtinebant. Ingens trepidatio cuſtodem inuaſe
rat:quū tantū operis:tantū feſtinantiæ moliri hoſtē deſpiceret:& referiens aures fodien-
tium ictus intra turrim conuexa penetrabat. Quo enim plus cuniculo accedebatꝰ:eo ma-
gis incuſſi terræ ictus ad teſtudinū interiora reſonabant. Iam res aperte ad lacunæ fauces
ſpectabat quum ille non inops conſilii recta fronte duas æneas bombardas directe ad foſ
ſores intentas opponit:ut duo inde ſimul excuſſi lapides magna ſtrage quicquid obuiū
foret toto permearēt:eliderentq; cuniculo. Sed eadem hic illa quæ ad Lyrim amnem for
tuna nō defuit:altior prodiit cuniculus q̄ quo directæ erant bōbardæ. Pacanus ubi uidet
occupatum iri ab hoſte inferiorē turrim ſimul paucos opponit qui haſtis ac tælis ſuſtine
rent impetum:ſimul magnā uim aquæ ad ſuperiora comportari:& dolia ac cados: deni-
que quicquid erat uaſorꝫ in turribus compleri iubet. Proſiliunt interea pauci milites & fu-
ga ſubita euadentibus ad ſuperiora cuſtodibus uacuum ad deſertum lacunæ fornicem
occupant. Cuniculus aſſidue magnam uim militum itra lacunæ ueſtibulum edebat. Eūt
deinde magno conatu frequentes ad cocleam. Hæc marmoreis atq; anguſtis itorta gra-
dibus uix ſingulos:nec tamē haſtatos admittebat. Gladiis peragenda res erat:& primus
quiſq; miles a ſuperne repugnātibus fodiebatꝰ. Tandē in manifeſta clade ſuperat pıculū
uirtus. Scandit

uirtus.Scandit Centurio primus duplici contectus armatura.Hunc cætera ſubſequiť Co
hors deſerunt & hunc quoq; locum cuſtodes:ſeq; in alteram longe munitiorem celſio
remq; teſtudinem recipiunt.Diripit horrea & uinarias cellas miles & tanq̃ uictoria poti
tus:dum prædabundus turrium ſecreta rimať:ſpacium tutoribus dat cuncta muniendi.
Pacanus qua coclea deſecerat ſubmotis repēte ſcalis ſuperne lapides telaq; deiectat:ori
tur prœlium cædi q̃ pugnæ ſimilius.Quippe alter ineutiebat ictus:excipiebat alter ſi pro
pior acceſſiſſet.Quum nec haſta quidem teſtudinem miles adæquaret.Re ad Brachium
perlata:ſiccam materiam:& quæ alte fumarent comportari iubet:fumo enecturus quem
ferro domare non poſſet.Sed ea res longe plus ſuis difficultatis:q̃ hoſtibus dedit clauſo
teſtudinis ore:ac flamma fumoq; late tenebrante.Quum ſubſiſtere milites intra comple
tas caligine anguſtias non poſſent:fuligine obſtricti fauces incipiunt ſubito referre pedē:
eumq; locum & ipſi deſerunt.Brachius reiectis ſuis augendum in prope iam deſperata
oppugnatione terrorem ſubitumq; tolli clamorem militum iubet.Expugnatas iam tur
res & partam uictoriam clamitantium ad Pacanum quoq; per hoſtii compagines paulũ
fumi penetrauerat:qui quum augente ſuſpitionem metu nihil de hoſtium receſſu cogno
uiſſet:ac ingentem uideret in caſtris uerſari læticiam meritus ne quid noui infra teſtudi
nem moliminis fieret:ſubito eſt perculſus terrore.ſuperatoq; ſtatim faſtigio quanta po
teſt uoce mitti ſibi quempiam ad colloquium poſtulat.Cui Brachi⁹ quo magis augeret
terrorem:primum quidē uetuit reſponderi.Mox illo altius tollente uocem:referri iuſſit
ſi quem uellet emitteret arce.alioquin neminem ex ſuis miſſurũ.Emittit Pacanus nepo
tem in caſtra:quem ubi procul uenientem Brachius eſt conſpicatus.Quid ſibi uult a me
inquit magnus iſte Pacanus tuus:reſpondenti decem milia nummũ.Plus īquit dimidio
lucrati ſumus.Viginti milia enim poſcebat.Sed modium frumēti & uini cadum arce uix
efferet.Tabellis deinde porrectis:& quid has tu noſti:quas idem ſcripſiſti litteras negāti
a ſe ſcriptas.Abi inquit ad tutum hinc a me:defende ſi ſapis arcem:ite pergite rebelles eſ
ſe.Idem te quod patruum ſupplicium mãet.Vos quidem bombarda me petere auſi eſtis.
At ergo iam nunc quam uos uiolaſtis fidem obteſtor:non hinc ante aut deditam:aut
expugnatam arcem moturum caſtra.Vltro ſi ſtatim dedidentis:licebit eſſe impunes:ſin
ui quod prope eſt repugnantes oppreſſero:ſingulis artus:ſingulis membris nefariæ per
fidiæ pendebunt exemplum.Litteras reddere uolentem:tabernaculo irato ſimilis depel
li iubet.His omnibus ad Pacanum delatis ingentem pauorem:cum actiores ſolito mine
tum exceptæ hoſte litteræ inieceraunt.Quocirca ruſus uocari e caſtris iubet:qui bona
fide ad colloquium eat.Brachius aucto ut uolebat metu:uocem e tabernaculo reddi iu
bet.Nihil amplius colloquio opus eſſe:ſtatim ſi arcem aperiat abiturum quidem impu
nem:nihil tamen præter cadum uini & frumenti modium detractur.Deiicit ſtatim ſca
las.Pacanus:& quas multorum annorum praua cupiditas exaggerauerat ſubitus pauor
opes fortunaſq; deſtituit.Diu hærentibus oblique oculis & æquantib⁹ ſuſpiria lachrymiſ
tot male quæſitas opes ad tam modicam ſarcinam recidiſſe.Tranſit ludibrio conſpectus
per media caſtra duob⁹ aſellis comitatus:quem modo falerati equi media Vrbe magno
plauſu deuehebant.Inuenti ſunt in arce duodecim nobiliſſimi Campanorũ pueri:quos
ille forma atq; ætate pellectus:media in pace tanq̃ pro obſidibus corripuerat.Brachius
receptis in poteſtatem turrib⁹.Campanorum imperio libere potitur.Hic ille Ciuitatem
bonis legibus inſtituere.Vrbem ædificiis publicis primũ:deinde priuatis exornare:cocti
libus laterculis forum ac uicos ſternere.Campanum perhumane & comiter appellare.
Deniq; breui gaudere nouo Imperio Ciues cœperunt.His rebus ad Capuam geſtis no
na acceſſit læticia.Calendis Septēbribus paulo ante occaſum ſolis filius Peruſiæ ex uxo
re naſciť.Huic Carolo datum nomen:quem nunc audio Venetorũ exercitus Imperato
rem:etſi non gloria atq; imperio:ſpe tamen paternam magnitudinem adæquaſſe.Hoc
accæpto nuntio Brachius ludis equeſtribus magnifice publice:priuatimq; in Vrbe cele
bratis:in aciem cum omni exercitu proficiſciť.Hoſtes male inter ſe reconciliati:inſequi
euntem:longo tamen interiecto ſpacio decreuerant.Quippe nec copiis q̃ paulatim de
fecerant ad Regem:nec militum a nimis pares.Illos plæroſq; rebelles finitimis accitos
oppidis additus īperitiæ terror agitabat.Paucos ueteranos multis in locis male geſta res
priſtinæ calamitatis admonebat:& ſæpe aduerſa fortuna ſupprimit mortalium animos:
tollitq; ſecunda.Tum inteſtinũ odium æmuli Duces diſcordes exercitus difficiliora cũ
cta faciebant:etiam in bona fortuna firmaq; uirtute:magna atq; eminentia mala.Contra

Brachii ueterani omnes:& inuicti milites ſolidum Imperium quotidianæ uictoriæ con
cors exercitus:& ſola uirtutis æmulatio cuncta belli atq; gloriæ præclara incitamenta.
Tartalia poſt turrium defectionem ratus quod erat euentuꝝ: omnem belli conatum ad
uerſus finitimos Aduerſanos:Acerranoſq; futuꝝ:celeriter motis Sueſſa caſtris Auerſam
anteuerterat:ut ſaltem liberas hoſtium arceret populationes agrum Campanum: Auer-
ſanumq; longa interfuſa dirimunt ſtagna:ſiue ſit illud ſtagnum:ſiue flumē fluēn ſtagno
ſimillimū Hæc multis procul inde fontibus exorta:uno demū excurrunt alueo:mediūq;
late patentem planiciem lapſu quidem facili ſed ulnoſo cœnoſoq; impediuntur:ut niſi pau
cis in locis tranſiri uel media æſtate non poſſint.& ſi qua rara pateant uada:ea tū ſunt per
anguſta.& alte erectis turribus ad prohibendas ultro citroq; excurſiones muniūtur Sed
hoſtes ut rebellione facta priores mouerant arma:ita prius eas turris:atq; omnem palu-
dis tractum occupauere. Quæ res ut Auerſanos tutos ab hoſtili populatione præſtabat:
ita magnum Campanis afferebat incommodum. Agrum enim libere populaturo hoſti
noctes dieſq; ingreſſus:regreſſuſq; patebat. Nec ui præcinctæ ſtagno turres poterant capi
Brachius unam alteram:quoniam ui non dabatur:dolo capiendam aggreditur. Adole-
ſcentem adhuc quidem ephœbum:ſed animo q̄ ætate fortiorem:muliebri ornat ueſtitu:
oſtenditq; uincendos uirtute annos:& pulcherrimū facinus:quod omnem eius ætatem
honeſtaret audendum eſſe. Falcem deinde meſſoriam & panariam læua ſuſpendit:abdi
to ſub ueſte gladio:iubetq; ut errabundus fugam ac metū ſimulet. Cuſtos mulierem ra-
tus meticuloſam:& latebras circa turrim de induſtria quærentem ad ſe uocat: trepidabū
da & fugienti ſimilis orans pudiciciæ ſuæ ab hoſtibus poſt terga prementibus conſule-
ret. Intra arcem recipitur Euadit ſtatim maſcula fœmina per ſcalas ī ſuperiorem turrim
inde quem effugerat hoſtem proſpectura. Vbi ad ſuprema uentum eſt propugnacula:
ſubducit ſcalas:gladium quem ſub ueſte reconderat:ſtrictum depromit.eum qui in proſta
tiuncula uigilabat ferro clamoreq; adoritur:pauidum atq; altero traiectum uulnere præ-
cipitem qua ſcalarum erat lapſus deturbat. Cuſtodem deinde minis:laxiſq; perterritum:
inferiore depellit teſtudine. Aperit ille qua ſe demitteret portam:adoleſcens abiecta iam
pridem ueſte depoſitis ſcalis gladio ſtricto deſcendit. Iam tota caſtra turri admonebant
quum ante ſignarii exeuntem ac fugientem incidere cæpereq; hoſtem. Brachius occupa
to ponte q̄diu paludem miles traiiceret:ne quid hoſti ſignificaretur teneri in uinculis cu
ſtodem iuſſit. Stagno ſuperato incautum inuadit hoſtem:populatur agrum hoſtilis belli
q; ſecurum. Itur perpetuo impetu in ſuburbanas Auerſanorū uillas: eodem altero: eodē
tertio incurritur die. Tartalia magnifice aut intra Vrbem continebat ſe:aut non procul
a mœnibus occurrebat fuſe palanti hoſti. Eius conſilio cognito Brachius cum parte co-
piarum ante primam lucem profectus quingentis paſſibus procul ab Vrbe inſedit. Cæte
ra acie latius excurrere agrum iuſſa:& ſi contra hoſtis ueniret metum fugamq; ſimulare:
quo procul inde diſtractum:atq; interclūſum ipſe aggrederetur:nec cogitata feſellere in
ſequentem ſuos temere:atq; incaute Tartaliam ipſe a tergo clamans: urgenſq; adoritur.
Ille inſidiis ſero cognitis: equi laxatis habenis:dat ſe a læua præcipitem in fugam. Effu-
giunt una pauci qui curſum æquare potuerunt:cæteri deficientes opprimunt. Capti equi
tes galeati ducenti.nec hoſtes iam inde Vrbem egredi auſi ſunt. Tartalia profligato ca-
ſtra ad Acerras oppugnandas permouit ſed Vrbs ualido munita præſidio ſpem omnem
expugnationis eripiebat:cinguntur obſidione tamen Acerrani:& præter q̄ qui in caſtris
erāt Neapoli quoq; acciti fabri:architectiq;:qui comportata unde proxima erat materia
uarii generis machinas extruxerunt. Longus deinde cœptus ſubrui cūiculus triginta di-
erum:laborioſum quidem illud:ſed magni terroris opus teſtudo nunq̄ ante id tempus
uſitata muro quadrigis admouebatur quæ milite ſagittiſq; completa:atq; altiſſimis ob
tecta tabulatis paulo minus adæquabat mœniū propugnacula. Scalas quoq; milites cō-
parauerant. Acerranos multum noua machina:magis tamen ingens cuniculo effoſſa ter
ra ſollicitabat:incertos quā intra mœnia:quoue Vrbis tractu cauernæ pertinerent. Nec
pro mœnibus ſolum ſtationes uigilare: ſed noctes ac dies per omnes excubare domos:
ne quo penetraret cuniculus:cogebantur. Iam quæ ad expugnationem uſui erant futura
expedita:parataq; omnia:& ſubterraneum opus de induſtria nondum apertum paulum
a cœlo recedebat. Quum Acerrani ueriti Vrbis direptionem non expectato pugnæ diſ-
crimine præſidia & Vrbem dedunt. Fuere in præſidiis Præfecti militares quattuor: toti-
dēq; Centuriōes. Satis firma tuendæ Vrbi manus:niſi Ciues excutiente uirtutem pauore
trepidaſſent.

trepidaſſent. Hæc dum ad Acerras gerunturBrachio nunciatum eſt Ianuam potentiſſi-
mā mari ac terra Vrbem a Duce Mediolanenſium inteſtino bello eſſe ſubactam : percuſ-
ſaq; inter Pontificem & Ducem fœdera . Nec dubitabat Ducem ad perniciem Florenti-
norum:Pontificem ad ſuam magna exercitaturos bella. Per hos dies quum Acerrani ob
ſiderentur:Sfortia profectus Auerſam uel odio iampridem concepto:uel defectionis me
tu:Tartaliā nihil tale ſuſpicantem in conuiuio captum ſecuri idicta cauſa percuſſit. Odio
id factum an defectionis metu nec fama nouit:niſi quia præcipites agit inuidia mortali-
um animos:& imperandi cupiditas æqualem aſpernatur. Sunt enim qui affirment Sfor
tiam ad lectiſſimas illius copias nimis auidos iniecifſe oculos:arbitratum id quod mini-
me fuit futurum:illius milites. imperatore amiſſo eius ductu auſpicioq; militaturos : ſed
dolore amiſſi Ducis accendente inuidiam:quippe quem nulla cauſa cæſum aſſerebant :
fortiſſimus quiſq; clam aperteue quæ commodior dabatur occaſio ad brachii caſtra fu-
giebant. Hic primum non militum ſolum:ſed etiam popularium animi paulatim a Sfor
cia deficere Pontificeq; alienari cœperunt:ut ſolent ſcelera uix ipſis placere qui cōmittūt.
Brachius poſt receptas Acerras ueritus ne quid Sforcia in ꝓximos Campanos moliret :
Capuam reuertitur:turpiſſimū factu ratus ſi in media uictoria & Principatus ſui initio Cā
pani direptionem agrorum:aut tale aliquid hoſtile pateretur : ſed tutam a bello Ciuita-
tem acerbior inuaſerat fames. Frumētū quicquid publici ſuperfuerat ante aduentum re-
gis Neapolim comportatum:priuati quod extiterat Ciues ſuperioribus ſtatiuis deprom
pſerant & præterea bella partim exhauſerant rem frumentariam : partim excoli agrum :
& ſæmentes fieri prohibuerant. Igitur ad alendum militem neceſſe erat aliunde frumen
tum comparare. Tractus maritimæ oræ qua Vulturnus per loca uaſta atq; herbida deſer-
tur in Tyrrhenum mare:cōmodiſſimus primum uiſus eſt ad marinos cōmeatus excipiē-
dos:ſed littus inuium atq; importuoſum fruſtrari ſpeculatores uidebat. Tum iter ꝑ Vul-
turnum amnem longum ac perdifficile obliquo atq; aduerſo nauigantibꝰ flumine. Ter-
reſtre iter multo magis periculoſum. Quippe per medios ad Auerſam hoſtes trāſitus erat
faciendus. Sic quacunq; uel mari uel terra frumentatum pergerent:aut imenſum laborē:
aut magnum diſcrimen ſubituri uidebātur. Res iam ad ſummam uenerat neceſſitudinē
Miles fames graui. Ciuis maiore q̄ ferri poſſet caritate premebat. Brachius ut hac quoq;
parte iuuaret Campanos frumentatores cum maiore parte exercitus ad commeatus ſup-
portandos Neapolim dimittit:ipſe cum reliquis copiis intentus pugnæ ſi quid accidiſſet
longa manu ſequebatur. Sic inſtructus ad pugnam:ut ſi hoſtis occurriſſet:compoſito eſ-
ſet agmine. Idem facit continuis pluribus diebus: facto ſemper per Auerſanorum fines :
atq; ante ipſas portas itinere. Sed labori tam continuo ſubeundo durare equi non pote-
rāt:ſimulq; uniuerſum fatigari exercitum uno cōmeatu oportebat. Mutat ergo conſiliū
Brachius. ducentos frumentatores inermes:ſine haſta:ſine ſella dimittit:qui Neapoli fru
mentum equis aduectarent. duos deide tubicines inter Auerſanum . Neapolitanumque
agrum:totidemq; inter Campanum atque Auerſanum: nō procul a uia Regia in occul-
to locat. iiſq; imperat:ut ſi ad commeatus impediendos hoſtes exeant ut putabat exitu-
ros:qua parte id fiat:repente tuba ſignificent. Regi præterea ſcribit ut ſuas & ipſe copias ī
parato teneat:ut quum claſſicum ceciniſſet tuba impetu magno concurrat ad hoſtium
portas. Idem ipſe fecit:inſtructa parataq; acie: quum nō procul a finibus hoſtium conſe-
diſſet tubæ ſignum operiebatur:celeriter & ipſe ad portas incurſurus. Sic erat futurum ut
quacunq; hoſtis egreſſus Vrbem inuaderet iumenta:interclusus gemina acie: occupatiſ-
que ab hoſte portis receptu prohiberetur. Nec deſtituit fortuna conſilium. Sfortia cogni
ta per exploratores inermi paucitate commeatum inter Capuam:atq; Auerſam eſt ador-
tus exiſtimans eo negligentius incautiuſq; rediturum frumentatorem hoſtem:quo ma-
gis Capue appropinquaret:& impedita graui onere iumenta: ſpē ſubitæ prædæ faciebāt.
Tubicines cognito hoſtium egreſſu:atq; militum audito clamore:quantum altiſſimum
poſſunt edunt claſſicum:quod excipiētes alteri tubicines claſſicum:& ipſi cecinere regiæ
copiæ:quia remotiores fuere. tardius quidem:ſed tamen magno ad Auerſam curſu per-
uenerunt. Brachius inſtructa ut erat acie prodiit in apertos campos:& diripientem com-
meatus hoſtem concitatiſſimo inuadit impetu:clamoreq; pterret. Inconditi hoſtes & ad
prædā capiendā diſſipati nullo cōmiſſo ꝑlio in fugam ſeſe q̄ effuſiſſime cōuerterunt. Inſe
quunt aīs plenī:ferocesq; ab pñte atq; hortāte Duce Brachiani diuerſa fuit trepidantiū fu
ga:mā id quoq; pulſum eſt ut inde impetus fieret qua erāt hoſtes ad ſuā urbem cū præda

reuerſuri. Sfortia fretus equi uelocitate per media effugit agmina. Sero cognitũ milites
inſecuti ſunt: nec ante perſequi deſtiterunt: q̃ ille laxis habenis: excitatoq; aſſiduis calca-
ribus equo intra foſſas Vrbis præcipitẽ ſe coniecit. Capti ſunt equites quadrigenti. Quæ
uictoria finis tanti belli uehementer totius Regni proceres Vrbeſq; perterruit. Continuo
proxima quæq; oppida in fidem rediere. Sfortia omni amiſſo exercitu paucos poſt dies
inermis haud amplius quindecim inermium militum comitatu ad Brachium ĩ caſtra ue-
nit. Brachius quem belli iure ipſis in caſtris capere potuiſſet: perbenigne eſt complexus.
Hic omnia belli iura repetita atq; in medium educta uetus amicicia facile omnem contẽ
tionem ſuſtulerunt. Sfortia quæ ſecũdo bello Peruſino geſſiſſet commemorauit. His ad-
iecit militarem diſciplinam: non eoſdem inimicos: quos hoſtes facere. Nihil: unquam ſe
priuatim contra eius ſalutem dignitatemq; molitum. Siquid aduerſus imperium geſſiſ-
ſet id belli iure geſſiſſe Nec ſe expurgatum offenſiones belli apud hoſtem: ſed ad amicũ
ĩplotatum opem ueniſſe: fateri uictum bello: quod alieno imperio ſuſceptum: nõ ignaue
ac temere geſſiſſet: Veꝝ alienatis oppidanorum animis deficiente iampridem ſtipẽdio.
Pontifice magnificentius uerbis q̃ re auxiliante: & hoſte nihil intentatum dimittente: nõ
mirum uideri ſi nunc tandem uictus bello deſtitiſſet: orare: atq; admonere ut ſuæ dignita
ti conſuleret. Nihil illi futurum commodi ſi ipſe exutus rebus omnibus atq; extrema ino
pia perditus iactaretur Neutrum latere quid demũ ualeant bella: & ocium ac pacem eos
deſiderare: quibus bella non placeant. Inde utriq; pendere fortunã: inde adeptos dignita
tem: & ſi illũ maiora fortunæ uela longius fœliciuſq; prouexiſſent: tamen nomen: digni-
tatem imperium omnia ad bellicam artem eſſe referenda. Nec fuiſſe illum tantas nunc
habiturum copias: tam largaitam peregrina atq; externa ſtipendia: niſi ipſe prior hoc bel-
li excitaſſet. inde alii ſuſtẽtatiq; quãuis magnos imperatores nec in precio haberi milita
rẽs Duces: ni ſint quibus reſiſtere aduerſariq; ſit neceſſe. Acciperet ſe non,i ſocium: id eni
non audere poſtulare. neq; in militem: ſiquidem non tantum potuiſſe fortunam ut ani-
mum ſimul cum exercitu ſuperiore calamitate deleuiſſet. Sed in priſtinam beniuolenti-
am: quam nullis uiolatis officiis: ſed uariis & ita ferentibus temporibus intermiſiſſent.
Non dubitare curæ illi futurũ: ſi nullius rei q̃ ueteris amiciciæ meminiſſet. Ad hæc Bra-
chius omni comitate affatus ordine reſpondit. Non oblitum ueteris beneficii: nullas ſibi
neq; ſecundas: neq; aduerſas res tanti fuiſſe unquam. ut eius in ſe merita excidiſſent me-
moria. Nihil interceſſiſſe offenſionis. quod ſi quid interceſſiſſet: non magis quid mali q̃ſ
q̃ in ſe feceritq̃ quid boni: id demum eſſe cogitandum: Deſineret bella commemorare:
quæ tamen apud uiros integros longe plus æmulationis haberent q̃ inuidiæ. Non me-
diocres habere gratias: quod hoſtis nulla re præter priuatam amiciciam fretus in ſua ca-
ſtra inermis incomitatuſq; ueniſſet. Hoc non hoſtilis animi fuiſſe indiciũ. Nam qui mul-
tum ſibi de hoſtis benignitate perſuaderet: eum oſtendere non ſe hoſtem: ſed ſocium eſſe
uoluiſſe. Vtcunque ſe res haberet: polliceri operã ſuam: non factis: non dictis defuturam.
Nec quicquam amplius eo die eſt actum Poſtridie Sfortia duobus comitatus liberis rur
ſus ad colloquium reuertitur. Hic primum de reconciliando illo Reginæ agi cœptum.
& Brachium ut q̃ primum in Hætruriam rediret multa ſollicitabant. Amor Patrius: quo
nihil ad trahendos mortalium animos efficacius: Reuocatio florentinorum: qui ſtatim
poſt factam inter Pontificem & Mediolanenſes ſocietatem Legatos ad eum miſerant: ut
q̃ maturiſſime poſſet in Hetruriam cum exercitu reuerteretur: ne quid repente de impro-
uiſo exercitaretur belli. His igitur atq; aliis de cauſis primum omnium Sfortiam Regi
næ per litteras reconciliat: eiq; perſuadet nihil eius Regno futurum commodius q̃ ſi bel
li cauſam Sfortiæ contentionem ſuſtuliſſet. Motis deinde ad Matalonium caſtris oppi
dum in fidẽ redegit. Sed oppidani Reginæ Imperium iampridẽ aſpernati Brachii ſigna
ſuſtulerunt ea conditione uenientes in poteſtatẽ: ut illius iuſſus: nõ Reginæ parere coge
rent. Mataloniom omnia que rebellauerant oppida ſecuta ſũt: undiq; delatæ ultro Ciui
tatum claues. Proceres quoq; poſt uictum Sfortiam rebus ſuis conſulere cœperunt: atq;
omnes Legatos: pars ad Reges: pars ad Brachium de pace miſerunt. Hic finis fuit tanti
belli quod maiore apparatu q̃ periculo geſtum eſt. quippe nũq̃ ſignis utrinq; collatis eſt
dimicatum. Oppida pauca ui expugnata. Nec defuit iis gerendis rebus illa ipſa totiens
iam auxiliata celeritas. Intra paucos enim menſes peracta res eſt: ut ſuppreſſum ſtatim ex
ortum bellum magis q̃ geſtum fuiſſe uideatur. His rebus ad Matalonium geſtis Brachi-
us relicto ad Capuam exercitu. Neapolim proficiſcitur. Hic cum Regina ægit ut Sfortia

primum in

primum in amiciciam ac fidem reciperetur.Deinde quando ſe Florentini ad componēdas Hetruriæ res communeq; tuendum imperium reuocarent:ut exercitu quoq; eundē legionibuſq; præficeret.Durum id inprimis Reginæ uidebatur:ut ſero mulieres iniurias obliuiſci ſolent:ſuntq; ad uindictam q̄ ueniam prōptiores. Perſuaſi deinde q̄ periculoſum foret ſine exercitu teneri regnum:quantoq; periculo ſuis haberi ſine Duce exercitum.Tandem non tam aſſenſa eſt q̄ non denegauit.Regis quoq; auctoritas interuenerat:periculum futurum magis:q̄ præſentem iniuriam uoluentis animo. Fore enim uidebat ut uirum conſilio:manuq; eximium:aut Ducem exercitus:aut ſiquid unq̄ res titubaſſent hoſtem eſſet habiturus.Nec quiſquam illo in Italia poſt unum Brachium militia clarior.Ergo receptus in fidem Sfortia:& ſacramento adactus. Regis copiis præfectus eſt: eiq; ex fœdere eſt imperatum ut neq; Regno decederet iniuſſu Regis.Reginæue:neque trans Aternum amnem:nunc Piſcariam uocant:exercitum traduceret.Is terminus:is finis prouinciæ ſuæ foret.Q uippe extremos ſamnitas. Aquilanos. Marercinos omnemq; montanæ regionis tractum ad Picenum uſque Brachio dono dediſſe Reges ferebantur Sunt tamen qui non dono datam:ſed præſidio obtinendam eam prouinciam decretam affirment.Rebus ſic compoſitis Brachius in Hetruriam circiter Calendas Apriles cum exercitu rediit:egre eius diſceſſum Rege. Reginaq; ferentibus. Rex instructa claſſe Caietam uſq; abeuntem eſt comitatus:exercitus profectus terra.Dux ipſe mari cum Rege delatus ad agrum Minturnenſem conuenere.Hic expoſitum Rex amplexus oſculatuſq;:milites quoq; certatim pro ſe quiſq; manſuetiſſimum ualere iubent Regem.Inde toto itinere clamantes Hetruriam uictricia arma:uictricia ſigna referebāt. Comitati abeuntem ex Regno nobiliſſimi:quiq;:ſed ad multam congreſſos uiam: ſuam quenq; domum abire iubet.Ipſe magnis & continuis factis itineribus per medios Sannitas in Picenum contēdit:ibi paucos dies ad exigenda tributa: quæ pendere quot annis Picentes conſueuerant:demoratus.Superat deinde magna cum celeritate Apenninum montem factoq; per Egubinorum fines tranſitu Thyſernum Vrbem peruenit.Locatis non procul ab Vrbe caſtris:per caduceatorem bellum Thyſernatibus niſi pareant:denuntiat.Eius aduentu magnus Ciuibus iniectus eſt terror:Vt ſolent ſubita mala uel fortiſſimo cuiq; eſſe terrori.Augebant quoq; trepidationem Thyſernatium exules:quorum ingentem numerum hoſtium caſtra ſecutum audiebant.Præſidia comparauerant nulla.Pontificis opem ꝙ ut his iure ceſſiſſet minime implorandam exiſtimabant:ſi deditionem feciſſent exules diu ſecuti hoſtem futuri Ciuitatis Principes uidebantur.Si iure agenti reſtitiſſent:haud dubium putabant obſidione:fame:ferro ultima eſſe paſſuros.Tot circumuenti difficultatibus: feciſſent primo ſtatim hoſtis aduentu deditionem:ſed domeſticæ ſimultates:Ciuiliaque etiam inter eos ipſos:qui domi regnabant odia prohibebant:opprimebanturq;:utilia atque honeſta conſilia Ciuitatis inteſtino diſſidio.Igitur ueritum eſt ne exules reducerentur:deditionis conſilium reiecere.Miſſi nihilo ſecius Legati qui bona uenia pacem poſtularent:cæterum de exulibus nullam acciperent conditionem Brachius Legatis reſpondit non aliter pacem dare ſe poſſe:q̄ ſi ipſi ſibi dederent Ciuitatem. Nullam facere iniuriam:qui ſua iura poſtularet:Hoc unum ſcirent non ſe pro hoſtibus qui deditionem impedirent:ſed inimicis & quidem acerrimis habiturum.Non hic bello petere alienum imperium:ſed iure ſuum uendicare.Cogitarent ſi a quoq̄ ipſi agris:aut fortunis quo minus frui poſſent impedirentur:quonam tandem animo eſſent laturi. Multo ſibi ſuas urbes q̄ illis ipſorum agros eſſe chariores.Accepiſſe a maioribus illos miſeros eſſe:qui noua parere neſcirent.Illos oīum miſerrimos:qui retinere parta non poſſent. Iampridem ſibi eā Vrbem ſtipendio & ſanguine partam eſſe: non iniuſto bello correptam:nunc ſi opus eſſet bello acturum in Tyſernates qui mala fide poſſeſſa ſua bona:ſuum Imperium ne nunc quidem reſtituerent:quum peteretur. De exulibus nulla facta mentio. Legati re infecta minis ac metu pleni diſceſſerunt.Brachius ubi uidet ſegnius Ciuium rem procedere:nec minis impelli ad deditionem poſſe:prius admouet caſtra: nec tamen agrum infeſtat:ne tunc quidem agētibus de concordia Ciuibus:totius agri caſtella:etſi nihil hoſtile ſentiebant:intra paucos dies a Ciuibus defecerunt: quattuor duntaxat manſere in fide. Nec illa tamen hoſtiliter uexata metere:arare: pabulari: omnia deniq; mediæ pacis opera paſſim permittebantur.Interea res Vrbanæ tumultuoſius agitari cœptæ:alii ſoluendam deditione obſidionem:alii frangendū ſi poſſent pecunia hoſtem in conſilio diſceptabant. hæc potior fuit ſententia.Miſſi iterum de pace legati: qui annuo tributo quinque milia

nummum ſi hoſtis bello decederet. pateretur q; liberos eſſe Tyſernates pollicerentur. Legati præcio preces adiecerunt: orantes ne finitimam & optime de eius maioribus meritam Ciuitatem perditum iret. Sineret liberam eſſe quã nulla uis externa ante id tempus: neq; pace neq; bello ſubægiſſet. Commodiorem illi Tyſernatium amiciciam q̃ ſeruitutẽ futuram. Nec plus ſubacta Ciuitate q̃ liberis Ciuibus uectigaliũ perceptum: Vix quinq; milia nummum exigi uectigalibus poſſe: & tamen cuſtodias arcis munia Ciuium: Magiſtratus Vrbis non aliunde parãdos eſſe in maximis auctionibus uix ſummam eo demũ accederent ali res Vrbanæ cum dignitate poſſent: oia tamẽ citra ſeruitutẽ paſſuros ciues: hanc unam plus honoris habere q̃ ferre Tyſernates queant: aut mori ante cõmunem ſeruitutem: aut uiuere publica in libertate ſtatuiſſe: nec libertatem illis fide eſſe potiorem.
Quæ promitterent rite pureq; præſtituros omnia: uteretur amicis: quos ſeruos ſine Vrbis excidio habere non poſſe. Non latebat Brachium omni humana diuinaq; ope deſtitutos obſidionem diutius pati non poſſe: non frumentum: non cõmeatus: nõ quod omnium erat maximum: ſpem illis auxilii ſubeſſe. Itaq; legatis reſpondit. Nihil ſibi Tyſernatiũ pecunia opus eſſe: nec pro alienis fortunis unq̃ ſemper tñ pro ſua gloria atq; imperio ad ultimos ubi res tuliſſet fortunæ ſe impetus obieciſſe. Nunc multo ardentius repetiturum ſuas: q̃ ante cuiuſquã opes inuaſiſſet: nec tam inſignem contumeliam atq; iniuriam ut ludibrio foret Tyſernatibus eſſe paſſurum. Nam quid ludificarent: quid quando liberos fuiſſe Tyſernates: aut cui pontifici non ſeruiſſet: dñs illos non ſeruitutem aſpernari: magnam tñ eſſe temeritatẽ ac dementiam exaſperare: quẽ iura atq; arma eſſent factura dñm quo diutius hoc differrent bellũ: eo ſe grauius illis imperaturũ. Nam quid fidem aut amiciciam iactarent: non poſſe amicos eſſe qui de fortunis aperta ui magis q̃ mãifeſto iure cõtenderent. Si iuri ac legibus arma ceſſiſſent: cur non nũc ſtatim ſibi fuiſſe parituros? Si armis agenda res foret: cur ſuum nunc tandem imperium recuſarẽt? Amiſſo agro: deſtitutis omni ope: qui pontificibus ſolo metu: nullo bello paruiſſent: ceſſiſſe ſibi pontificem ſuo iure: ſi rite ceſſiſſet quid ipſi impedimento eẽnt? Cur iniuriam facerent ſuas res uẽdicãti? Sin nihil pontifici fuiſſet iuris: non melius illũ tenuiſſe imperium q̃ ſe inuaſurũ. Nec turpe eẽ Tyſernati populo ſeruire coactos bello: qui media in pace omniq; tranquilla Italia ſeruiſſent. Nam q̃ ad uectigalia ſpectarent curæ ſibi fore ne quid ſibi Ciuitas caperet detrimenti. Non ideo ſe imperium quærere: ut alienas auide extorqueret fortunas quarũ nihil indigeret: ſed ut haberet in quos benigne largiretur ſuas. Irẽt bono fœliciq; auſpicio dederent ſponte Ciuitatem: quam niſi nunc darent paulo poſt inuiti coactiq; eſſent daturi: & quod uictoris ira ſuaderet direptiones incẽdia & extrema quæq; ſubituri. Inirẽt hãc gratiam ſeruarentq; Ciuium opes nec ſumma cum acerbitate in prædam & direptionẽ agi paterentur. Si pugnam expectarent: nihil ſe Ciuitati conſulturũ eſſe: omnia militi in prædam ceſſura: ſi deditionem ſinẽ prœlio feciſſent: daturũ operam ut neq; publice neq; priuatim ſui quenq̃ imperii pœniteret. Tyſernates quum duabus legationibus nihil profeciſſent animos: ad tolerandam obſidionem acrius confirmauere: id ſolum ſperantes aliquos futuros motus in Italia quibus auerti hoſtis bello: atq; obſidione excedere cogeret. Spes erat magis q̃ conſilium Ergo Brachius cognita pertinacia caſtra proprius locat munitq; foſſa & uallo: ut plane oſtenderet non ſe inde niſi aut uictũ: aut capta Vrbe poſſe diuelli. Vigilibus caſtrorum imperat ut egreſſum Ciuem ſiquis forte egrediatur: intercipiant: habeantq; in uinculis. Nam ante eum diẽ clementius cũ Ciuibus agebatur: & egrediendi: & redeundi liberis. Interea uineta & oliueta circum Vrbem igni ferroq; uaſtare: Villas paſſim ac late incendere: caſas ſolo æquare: omnia deniq; licentius agere cœperat miles. Tum primum Ciuibus bellum terrori eſſe: ut cuiq; ſua incõmoda Vrbi erant propinquiora. Ita dolor ex proſpecto incendio & deſiderium creſcere. Sed tanta erat animorum pertinacia: ut ultima experiri q̃ facere deditionem decreuiſſent. Brachius etſi munitiſſimam uidebat ſitu Vrbem & expugnari perdifficilem: omnia tamen prius tentanda q̃ inde diſcendendum ſtatuebat. Tyſernas præſidia largius diſponere: mœnia: turris: ppugnacula ſaxo teliſq; complere: trepidare quidem animo uoce tamen hoſtem contemnere. Brachius ubi uidet rem ad oppugnationem ſpectare: quod opus foret maiore peditatu: mittit qui Peruſiæ delectus peditatum habendos: quiq; bombardas importãdas curarent. Quinq; milia peditum ex Vrbe agroq; delecta. Horum pauci erant ſagittarii. maior pars loricati: clypeatiq; dolabris: uerutis: falcaſtriſq; terribiles: & quæ præterea Ciuiles factiones uarii generis inuexerant arma. Peruſinorum aduentu plus hoſtibus iniectũ

terroris q̃ Brachio ſpei additum.illi numerum & uirtutem expaueſcere.Brachius quo māgis Peruſinorū inſitum natura corpori animoq; robur cognoſcebat:hoc minus libenter periculis obiiciendum putare totius Italiæ florem.Nec enim ulla gens Peruſinis bellicis in rebus in Italia comparanda:uix nati obequitant:curſitant:inſiliunt:deſiliuntq;.& ætatem ſupra q̃ dici poteſt uirtute antecedunt.Sæpe citra ephœbos ſingulari dimicant certamine.& domi educatos ægiſſe foris ætatem.& inſtitutos militiæ putes.Horum tantū numerum priuatæ inter ſe cōtentiones ardentius ad pugnam excitabant.Illi primis ſibi cani ſignum:primi muros ſcandere:primam dari ſibi aciem poſtulabant.nec quiſquā libentius ocium & quietem agere q̃ illi prœlium adituri uidebantur:ut ſuam quiſq; uirtutem æmulatione oſtentaret.Ea res Brachium ueritum:ne illa uirtutis æmulatio in periculoſam temeritatem uerteretur:aliquot dies ab oppugnatione continuit.Duriſſimum enim putabat ad tantum diſcrimen Ciues deuocaſſe.Cæterum hæc eadem conſilia potiundæ Vrbis.& occupandi temporis cupiditas diſcutiebat.Itaq; omni reiecta cunctatione primum teſtitudinem quanta ſumma poteſt altitudine ædificatam:muris iubet admoueri. eam complet muniis grauiſſima armatura ueterantis.Porro turri:quæ pro portis īminebat:duas opponit intentatq; bombardas:a lateribus frequentes collocat ſagittarios.Peruſinū peditatum aliquanto laſſius circa hoſtium munitiones explicatum ſubrigere ſcalas iubet:ut ii ad teſtudinem concurriſſent propugnatores:tum demum ipſi uacuas mœniū ſtationes occuparent:euaderentq; ad ſūma propugnacula.Vrbem ſcalarum ordines præcinxerant.Aliquot enim continuos dies ad eas conficiendas conſumpſerat pedes.Horrendam tot ſimul ſcalarum faciem ubi conſpicati ſunt Tyſernates in ſe atque in ſua mœnia ordine aduentantium trepidare:uociferari.& ſeſe complangere haud aliter q̃ capta Vrbe cœperunt.Exaudiebantur lamentabiles Ciuium in caſtris uoces:nec quiſquam de mœnibus defendendis:omnes de fuga & latebris cogitabant.Pauci erant Primores Ciuitatis:quorum opera hoſtibus reſiſtebant.Hi ubi publicum pauorem:ſubitamq; trepidationem ſunt conſpicati:ueriti ne Vrbe expugnata:direptaq; in penam ipſi peterentur. Neue ſi hoſtis non uiciſſet tamen cædes Ciuium:quas prœlio fieri defenſorum erat neceſſe conflarent inuidiam:nullo adhuc iacto tælo clamant deditos eſſe.Iuſſi ſtatim aperire portas:repente aperiunt.Obſides imperati continuo Primores emittunt Ciuitatis. Hic finis fuit Tyſernatici belli:quos non obſidio grauis:non uaſtata prædia mouere poterant intentata oculis ſcalarum multitudo perterruit.Brachius diuiſſo peditatu:rebuſq; ad Tyſernum compoſitis paucos poſt dies & ipſe Peruſiam proficiſcit.Hic q̃ unq̄ alias magnificentius exceptus a Ciuibus publice ægit gratias.& pedites egregie pro Concione laudauit:non inficiatus illorum opera conteritos eſſe Tyſernates:nec aliter deditionem fuiſſe facturos.Interea publica ædificia plæraq; omnia refecta.Suffoſſus ad Thraſimenū monticulus:unde educta in Peruſinum agrum aqua latius increſcere.& in Cortonenſem.latius fundi:atq; expandi non poſſet.Opus huic ſæculo:etſi nulla alia re certe magnitudine ipſa conſpiciendum:octingentos paſſus in longitudinem producta foſſa:quæ centum octoginta cubitorum continens altitudinem:perpetuo compacta muro alueus eſt hyberni fluminis.Nam æſtate nec recepit Thraſimenus alienas aquas:nec refundit ſuas.Tunc uero continuis auctus pluuiis late occupauerat loca & finitimas littori uillas paſſim obrutas ac merſas abſconderat.Montes enim altiſſimi circum prominent:inde prærupti:ſicciq; æſtate torrentes hyme ad conuexa lacus ingenti fragore delabuntur Nec ductus uſquam patebat unde defluens montium iugis aqua decurreret:ſed quantum hybernis creuiſſent fluctibus:tantum æſtiui ſoles hauriebant.Interea quieuiſſe paululum a continuis laboribus milites uidebantur:quū Legati Regis Peruſiam uenere inicia nouarum rerum nuntiantes:ſtatim poſt Brachii diſceſſum magnos cœptos motus in Regno quaſdam Ciuitates maritimæ oræ crebra inter ſe conſilia agitare.Proceres atq; Optimates clam cœtus facere:occulte cogi exercitus.nec tamē aperte quenquam adhuc deſeciſſe.Sfortiam captum a Regina.& duriſſima tortum quæſtione:nihil tamen cōpertum fraudis.Eamq; ob rem illum Reginæ ac Regi non iniuria eſſe ſuſpectum:ut ſolent mortales non facile credere quibus iniuriam fecerunt petere Regem ut aliquid Italici præſidii traiiceret in Regnum.Nam Valentinis:Catalanis:Hiſpanis:Italicos natura infenſos eſſe.Miſſi ſunt equites quadringenti:haud ſane cōtemnendum primo in tumultu robur Nicolaus Picininus præeſſe iuſſus quanta potuit celeritate Neapolim eſt profectus.Eius aduentu paululum ſedata res eſt:non tam metu præſentis exercitus:q̃ quod ſubſecuturū

cum cæteris copiis Brachium frequens fama uulgauerat:ad quem acciundum alteri miſſi a Rege legati. Campani Principatus inſignia aureum torquem:aurea colonam attulerunt. Coronatus eſt Idibus Februariis. Negocium tantæ rei houeſtandæ Fulginantum Tyranno legati dederunt. Erat enim is natura rerum omnium magnificus oſtentator. Primum forum omne quālatiſſime pendentibus obtectum uelis. Palatium deinde Criſpani auro purpuraque late ſtratum. & qua defeciſſet aurum:argentea excipiebant purpurata ſtramenta. medio in palatio ebore atque auro diſtincta ſella:eaque celſe conſpicienda fulgebat:hinc atque inde diſpari ornatu præſſiora ſubſellia. Sellam Brachius conſcenderat:prima ſubſellia legati:altera Magiſtratus Vrbis:cætera promiſcue milites Ciueſque compleuerant. Hic conuerſi ad Fulginatem Legati. Fungere inquiunt Regio munere Fulginas:ſic Rex:ſic Regina iuſſit. Age collum torque caput corona tibi cinxeris. Capuæ ſaluta Principem. Ille inſignibus gemina ſublatis manu ſellam ſubgreſſus. Quod immortales inquit dii bene uertant. Ego te primus hoc Regio afficio munere:primus collum torquere:caput corona præcingo:primus Capuæ Principem ſaluto. tu fac mei Regemque memineris. & fœlix eſto Eunt deinde ſalutatum Legati primum:mox Ciuium militumque multitudo magno plauſu gratulantium. Saluatione peracta unus ex legatis præſentia atque ætate uenerandus:quum aliquandiu pedibus ſtetiſſet:quid aurum:quid torques & corona ſibi uellent paucis diſſeruit. Reginam pro fide & uirtute purum aureum torquem:pro adepto principatu coronam dono miſiſſe. Magna ea die iacta fundamenta:iam receptum in ſtirpem Regiam:iam eo imperio potiturum quo ſoli qui aut Reges:aut ex Regibus orti eſſent:potiri conſueuiſſent. Hæc uirtuti:hæc inuictæ gloriæ data munera pergeret quod cœpiſſet iter:magna a diis immortalibus portendi non occulte paratum ad Regium faſtigium aditum: expectatione opus eſſe non ſpe modo deorum abeſſet Inuidia certa eſſe quæ expectarentur. Poſt hæc ludi equeſtres magnifico apparatu in foro celebrati. Nec defuere popularium laudes. Noua carmina plena Regii ſplendoris foro. Vrbeque tota lactanrium. Per hos dies legati Florentinorum congratulatum uenerunt. Creditur etiam actum de Italiæ rebus & Pontificis ac Mediolanenſium fœdere. Nec multo poſt tertia Reginæ ac Regis Legatio ſuperuenit ad accelerandam eius profectionem multo intentior. Iam tum ſuborta erat inter Reges ſuſpitio. Creditur Sfortiam non oblitum iniuriæ:quum Regis ſe hortatu atque impulſu tortum exiſtimaret Reginæ auribus illius odium inſtillaſſe:facileque perſuaſam mulierem:ut eſt ſexus ille ad credenda crimina:quā inueſtiganda propenſior. Inde tumultus Neapoli cōcitari cœpti:dum pars Regi fauentes moliculæ fœminæ faſtidiunt Imperium:pars muliebri libidine ſolutiores:nouum exercitumque Regem aſpernantur. Per ipſum tempus Thudertini quum ab exulibus qui Canale oppidum tenebant:continenter infeſtarentur Brachium per litteras orauere ut aſſiduam belli materiam ſubmoueret. Miſſa maior pars copiarum. Oppidum intra paucos dies expugnauit. Nec quicquam aliud geſtum eo anno memorabile Oppidum Nicolao Picinino:cui fratris filiam deſponderat indotem datum. Milites ad hyberna dimiſſi:eſt que deinde tranquilius hyematum. Circiter Calendas Martias Brachius quemadmodum quot annis facere conſueuerat:ſemeſtre ſtipendium militibus diſtribuit:iſque imperat ut idibus Martiis Thudertum omnes inſtructi paratique conuenlant. Interea Legatos ad Pontificem quid animi haberet. & hoſtes an ſocius futurus eſſet ſciſcitum miſit. Princeps Legationis Bindaccius Florentinus eloquentia & conſilio clarus. Sed Pontifice magnis rebus intento & multa aduerſus Florentinos coquente Legati nihil præter mera uerba retulerunt. Satis apparebat Pontificis & Mediolanenſium fœdus ad Hetruſcum bellum ſpectare:utrinque enim arma ciebantur nec Florentinos hoſtium conſilia latebant:qui omni ſtudio conati Brachium in Hetruria remorari:ubi tendere illum ad Reges:deſtinatumque bellum uiderunt:aliunde copias ſibi atque exercitum quæſiuerunt. Ex Brachianis etiam militibus:quadringenti equites eorum auxilio relicti. Per hos dies quidam de prodenda arce Spoletana ad Brachium detulerunt. Sed re per arbitrum patefacta conatus incaſſum reciderunt. Idibus Martiis qua die iuſſi erant milites in Thudertinum conuenire. Brachius exercitu in aciem educto:haud amplius ꝗ duo paſſuum milia proceſſit:ibi militari more luſtratis copiis equitum tria milia ducenti:peditum circiter mille comperti. Hac manu ad componendum Regnum:reconciliandoſq; Reges proficiſcens:ad paucos dies in fines Aquilanorum peruenit. Hanc enim illi prouinciam Regina decreuerat. AQVILA magnitudine quidem una inter

una inter Italiæ Vrbes:ſed agreſtibus q̃ Ciuibus longe frequentior:gelidiſſimis claudi-
tur.& perpetua niue rigentibus montibus.Incolæ paſcendo pecori:lanificiiq; intenti:ma
gnas opes ac pecunias congeſſerunt:cæterum aſperi atque inculti.& cum ſuis nati mon-
tibus ut plurimum peculiaris induſtriæ:ita nihil Ciuilis ornatus.Vrbanæq; lauticiæ reti-
nent.finitimis nulla re magis q̃ multitudine formidandi.Agrum ſibi peperere montuo-
ſum.& ſex atque octoginta oppidis caſtelliſq; frequentem.Interea dum in Sãnium Bra-
chius proficiſcitur Regina cui nihil præter inſtabilitatem erat ſtabile.Regi tendit inſi-
dias.dubium ſuaſu Sfortiæ:an quo licentius cõcitatæ libidinis fræna laxaret:quẽ quum
excipere non poſſet Hiſpanum exercitum diripi a Sfortia:pelliq; Vrbe militem iuſſit.
Rex fortuna & deum:quorum erat obſeruantiſſimus auxilio fretus per medias elapſus
inſidias:ad caſtellum nouum maritimam arcem effugit:collectiſq; celeriter ſuis:ac ma-
ioribus accitis ex Sicilia copiis impetum in Vrbem fecit.Maior pars Ciuitatis direptui
data.Mulieres contra ius belli:tamen citra libidinem abreptæ:atque in Hiſpaniam tranſ-
uectæ.Regina cum paucis in montanam effugit arcem.Inde faces odii:inde futuri belli
clades exorta.Oblita pauloante recuperati Regni & præteritæ calamitatis Brachium
hoſtes.Sfortiam exercitus Imperatorem declarat.Aquilani ſecuti Reginam ſi aliter ne-
queant bello arcere Brachium inſtituunt prohibito frumento.& commeatibus denun-
tiant ut agro finibuſq; decedat.Ille ubi audiuit hoſtem ſe declarum præterito beneficio
præſentem iniuriam ſtimulãte Regis quoq; litteris ſollicitatus:ferro ſibi uiam facit.Hoc
inicium fuit Aquilani belli.Sunt tamẽ qui affirment ante peritum inſidiis Regem Aqui-
lanos ſolos ex ea prouincia Brachii imperio parere noluiſſe.Sic ira percitum mouiſſe ad-
uerſus eos bellum.Varios habeo auctores.Cæterum res in ſe ſit.Brachius fines Aquilano-
rum ingreſſus Legationis munus obire per Sannium & Pelignos cœpit citare in ius re-
os mutare uigilias:coaptare nouos Magiſtratus.Aquilani non modo dictos audientes
non erant:ſed tranſitum per fines faceret frumentum & commeatus exportari prohibe-
bant.His de cauſis itum eſt hoſtili agmine in agrum Aquilanum primo impetu Poſtea
oppidum expugnatum:inde Ocrinum:inde Paganicum nauellum largianum:inde fini-
tima quæ erant caſtella cuncta ui:ferroq; ſubacta.Quicquid prœlio tentatũ id omne uir-
tute militum ſuperatum:direptumq; eſt.nec ullo in bello opulentior factus miles pecorũ
multitudine.Sed agri defectione magna iam obſeſſæ Vrbis incommoda ſecuta:metus:
ſeditionem inteſtinarum.dolor ſucciſarum arborum ſublata ab obſidiõe paſcendi quod
erat reliquum pecoris facultas:omnium maxime fames inuictum natura malum urgebat
hanc non patientia leniri:non animi magnitudine ferre diutius poterant.Huc accede-
bat metendi frumenti deſperatio.& præſentem famem futuræ inopiæ metus aſperabat:
feciſſentq; deditionem Ciues:niſi paucorum factiones præualuiſſent duriſſima quæ pa-
tienda:q̃ deſerendam Reginam exiſtimantium.Brachius totis uiribus ad firmandã Vr-
bis obſidionem conuerſus:omnes aditus:ne qua ſupportari clam frumentum poſſet:in-
tercludit.Stationes militum circa Vrbem diſpoſitæ.Ciuem egreſſu prohibebant.& ne
qua erumpi in munitiones poſſet:gemina foſſa ualloq; muniuerat.Sic hoſtibus undique
legione circundatis:neque cœlo:neque terra auxilii ſpes erat:ſed inuidens magnitudi-
ni rerum geſtarum:quaſi iam tum mutari cœpta fortuna ſoluendæ obſidionis uiam ape-
ruit.Forte per hos dies Largianum:quod oppidum initio belli captum in agro diceba-
mus nulla ui aut metu ad hoſtes defecerat.Hæc res adeo Brachio eſt uiſa idigna ut ad pu-
niendum perfidiam ſoluta ſtatim Vrbis obſidione cõtenderet:motis ad oppidum caſtris
continuis prœliis totum biduum fruſtra oppugnat.Oppidani ſubito poſt cogitatam re-
bellionem:quicquid ad tuenda mœnia opus foret:tæla:ſaxa:trabes intra oppidum com-
portauerant.& poſtq̃ aduentare hoſtilem exercitum intellexere:præſidium ex finitimis
acciuerant magno animo paratos ad obſidionem ferendam.ſitus quoq; loci natura egre-
gie muniti tuebatur:cincti duriſſima obſidione fortiſſime ſe defendebant.Nec quicquã
ardentius ad mœnium defenſionem:q̃ commiſſæ prefidiæ ſcelus accendebant:deſperata
q; uenia ex ignauiſſimo & timidiſſimo quoq; ſtrenuiſſimum atque audaciſſimũ faciebat.
Interim uſi occaſione Aquilani quod uidebant hoſtem ad Vrbis obſidionem reuerſurũ.
Ciuitatem frumento & commeatibus ſupplent:mœnia ſi qua facta labes eſſet:muro tur-
ribus:propugnaculiſq; cõmuniunt.Legatos qui a Regina opem implorarent dimittunt:
exercitum & ipſi quoq; pro tempore atque loco ad præſidium comparãt.Denique quic-

quid præſens neceſſitas periculi expoſcebat diligentiſſime executi:maxime omniũ colle-
ctam ex ſuo finitimorumq; agro ſegetem:intra Vrbem ſupportant:animos uniuerſi ad-
difficilima quæq; confirmant.non dies:non noctes a labore muniendæ Vrbis ceſſatum
Oppugnatio interea procedebat:nec ante captum oppidum q̃ pauci milites cuniculo in
tra mœnia ſubgreſſi refractis celeriter portis irrumpendi uiam cæteris patefecerunt.Fa-
cta;eſt cædes magna reſiſtentium.& quaſi mores iã cum fœlicitate mutare fortuna cœpiſ
ſet:turpiter potius q̃ crudeliter in omne genus uirorum:mulierumq; ſæuitum.Libera ui-
rum corpora in prædam militi conceſſa.Mulieres fœminæ tenus reciſa ueſte:denudatæ
atq; in Vrbem compulſæ turpiſſimum & hoſti & Ciui fuere ſpectaculum.Q uippe ſem-
per alias diripiendis oppidis mulierum pudiciciæ atque honeſtati conſuluerat.Centurio
nem uim puellæ innuptæ acerris afferentem ipſe interemerat.Militem petulantius in mu
lierem Campanam inuectum cædi fuſtibus iuſſerat.Nunc uelut cœptis mutari cum for-
tuna moribus:ne ſuæ quidem dignitatis & modeſtiæ habuit rationem.Hanc tam effræ-
nam atque immoderatam belli rabiem.ne ipſi quidem milites probauere:uoces totis ca-
ſtris exaudiebantur:nouam Ducis aut ſæuitiam:aut Iram execrantium.Plærią; diuturnã
fœlicitatem accuſantes nimiam ab ſecundis rebus inſolentiam criminari.Nonnulli na-
turam illam contendere Ducis eſſe non iram.Q uippe ſemper alias perfidiam ac frau-
dem peroſum:cæteris in rebus humanum:clementemq; fuiſſe.Hæc res non modo auxit
Ciuium pertinaciã:ſed ex hoſtibus non duris Inimicos effecit acerrimos. Tum ſiqui erãt
in Ciuitate quibus hoſtium partes non diſplicerent:ita omnium ſubito conuerſi ſunt ani
mi:ut mori prius ſi res exigeret:q̃ uel æquæ pacis inire conſilia:nedum deditionis publi-
ce coniurarent.Sic uerba factis proſecuti ſumma Ciuitatis ac fortunæ paucis permiſſa ta
citi atque obſtinati rerum euentum expectabant.Nec Brachio niſi in fame & laſſitudine
ſpes erat.Ciuitas maxime populoſa edito ſita monticulo:muro:foſſa.uallo circumdata:
nõ modo irritam oppugnationem:ſed obſidiõem militi grauem ac difficilem faciebat.
Dum hæc ad Aquilam geruntur Florentini cõmiſſo cum Mediolanenſibus prœlio acie
ſunt ſuperati.Quæ res occaſionem traiiciendi in Sãnium exercitus Pontifici & Medio-
lanenſibus præbuit.Illic enim caput totius belli ſtare uidebatur.& ipſi paulo ante fœdus
cum Regina percuſſerant.Florentini re male geſta:nihilo ſecius inſtaurare bellum repa-
rareque exercitum adorti:magnis habitis delectibus ad Brachium quoq; auxilium peti-
tum miſere.Illi durum quidem diminuere copias:multo tamẽ durius tam benemeritos
ſocios deſerere.Vtrum faceret magno futurum periculo cognoſcebat.Si Florentini ad-
uerſa pugna profligati hoſtibus nõ reſtitiſſent:facile illos ad obſidionem ſoluendam in
Sãnium traiecturos.Sin exercitum ipſe diminueret:uel oppidanos obſidionem eruptio-
ne ſoluturos.Reginæ quoq; magnus apparatus nuntiabantur.Hæc cogitantem Legato-
rum preces:ut auxilium afflictis Florentinorum rebus mitteret perpulerunt.Miſſi ſunt
quadringenti alteri delecti equites certiſſimum totius exercitus robur.Fertur eorum diſ-
ceſſu milites deſerti caſtra:nudariq; ſtationes conclamaſſe.Dixiſſe uero Brachiũ & quan-
do ſe Florentinis gratias relaturum ſi nunc non referret.Malle ſe bello q̃ beneficio ſupe-
rari.Alterum fortunæ:alterũ perfidiæ crimen eſſe.Diminuto igitur equitatu ad ſupplen-
das copias peditatumq; augendum miſit:qui Peruſiæ delectus haberent.Conſcripta pe-
ditum quinq; milia:intra paucos dies ad caſtra cõuenerunt.Nicolaus Picininus ad Aqui
lam reuocatus exercitum aliquantum confirmauit.Vndecimus uenerat menſis:nulla ta-
men interea pacis habita mentio:nec Ciuem grauis fames:nec hoſtes aſperum & inſue-
tum cœlum ſtrictiq; glacie rigenti & continuo gelu atque niue campi deterrere potue-
runt.Tanta utrinq; certabatur.& obſidentis.& obſeſſi pertinacia.Nec ulla Regio in Ita-
lia brumali frigore horrentior:ut uulgo fit uſurpatum.Si hyeme ad Aquilam inferi non
ſint nuſquam eſſe.Militum tentoria perpetua obruta niue ſtridebant:ſæpeq; uento tam
procella euulſa ſuis ſedibus tabernacula:qua flatus corriperet diſiiciebant.Multis reme-
dia fuere ingenti trabe confecta tuguria.Syluarum namq; ac nemorum nulla plaga fera-
cior.Deniq; per omnia difficilima itum eſt.Nam & in caſtris quoq; ſi non eadem quæ
Ciuem:grauis tamen fames ſentiebatur.Aquilani crebros nuntios ſignificantes:quantis
in rerum omnium difficultatibus:atq; anguſtiis uerſarentur ad Reginã emittebant:orã-
tes ut undecimum iam obſeſſis menſem auxiliũ mitteret:nec uexari oppreſſum pro ſua
fide populum diutius pateretur.Q uæ natura ſuſtinenda docuiſſet:direptiões agrorum:
incendia

Incendia uillarum:defectiões uictorum:frigus:inopiam:egeſtatem:denique difficillima
quæq; fortiſſime eſſe perpeſſos. Vnam famem etiam ſi ferre ipſi copiant:natura tamen
intolerabilem omnibus eſſe mortalibus:iam eo uentum ut inſueta uel barbarorum cibis
animalia pro delitiis haberentur:quod exemplum daturam cæteris ſi Aquilanos deſeru
iſſe aut quos hoſtilem impetum repreſſuros:quos iter in intimum Regnum impeditu-
ros:ſi Aquila potiretur hoſtis. Quod ſi nihil tam ſpectata fides moueat:hoc illa cogita-
ret:qua die hoſti ea Ciuitas ceſſiſſet toto e ueſtigio Samnium defecturum:fauces atq; adi-
tus Regni libere admiſſuros hoſtem:nec ulla clauſtra aut obſtacula tam bellicoſam & an
te eum diem inuictam gentem eſſe retentura. Repeteret ſuperiora bella quam breui amiſ
ſum Regnũ idẽ Dux idem exercitus in fidem redire compelliſſet. Nõ ſigniorem nunc il-
lum hoſtem futurum:quã olim fuiſſet amicus:nec tardius erepturũ ei Regnum quã pau-
loante amiſſum recuperaſſet. Proinde uteretur fortuna ſua:quæ hoſtilem furorem tot iá
menſes circa unam Vrbem continuiſſet:nec dum inde uictor erumperet certam & im-
minentem Regno ſuo cladem expectaret. Regina interea præcibus ac metu ſollicitata:
ſimul Aquilanos ad tolerandam obſidionem non publice ſolum:ſed etiam priuatim cõ-
firmatis per litteras Ciuium animis hortabatur:ſimul ad Pontificem & Mediolanenſem
Legatos ad auxilia petenda dimiſerat. & Sfortia quoq; magno interea comparato exer-
citu:quum extremã expectare opem neceſſitudo minime pateretur:iuſſus eſt quibus poſ
ſet uiribus in Sãnium proficiſci:aut ad remouendum obſidione hoſtem:aut ſi id nõ poſ
ſet ut ſociorum copias ad Aternum amnem poſitis caſtris operiretur:ſtatimq; ubi con-
ueniſſent uniuerſis uiribus belli diſcrimen adirent. Qui ubi ad Aternum peruenit:inter
flumen & mare cætero tranſmiſſo exercitu:ipſe quoq; traiecerat amnem. Sed eius ſcuta-
rium adoleſcentem:quanquã robuſto inuectum equo:quum paululum infra uadum de
clinaſſet:rapidus corripuit uortex. Huic opem laturus conclamat Sfortia:ſed tarde accur
rentibus aliis:ipſe equum reflexit in uadum:ut reſurgentem coma deprehenderet:ſed uel
lubrico ſolo una cum equo delapſus:uel præcipiti correptus amne nuſquã poſtea nec ui-
ſus nec inuentus eſt. Hunc fortiſſimo & bellicoſiſſimo Duci fata dedere exitum. Milites
amiſſo Duce quum planctu atque ululatu littora compleuiſſent:tandem compreſſo ge-
mitu:ac diu nequicquã de fortuna conqueſti pedem retulerunt:nõ auſi hoſtium caſtris
appropinquare. Tanti uiri caſus:niſi fortuna quæ plurimum poteſt:aliud iam deſtinaſ
ſet:flectere Aquilanos ad deditionem potuit. Sed cæcæ odio & deſperatione hominum
mentes:ipſos etiam ad mala clauſerant oculos:ueluti callo duratis membris uix ulli quã-
uis graues ictus:uulneraq; ſentiũtur. Igitur Ciues ubi de interitu Sfortiæ. & exercitus diſ
ceſſu cognouerunt:parati ſi opus foret ad ultima ſubeunda taciti uix iam aliunde opem
expectabant. & deſperationem grauius aucta fames urgebat. Tertiumdecimum obſeſſi
menſem quicquid erat frumenti publice priuatimq; totum fere conſumpſerant. paulum
quod ſuperfuerat uiritim diuidi placuit. Subductis tamen cibariis iis:qui per etatem ar-
ma ferre non poſſent. Nam equis ueſci iampridem cœperant:nec fœdis & quæ natura
aſpernatur animantibus abſtinebant. Tandem habita totius annonæ ratione uix ſupeſſe
quindecim dierum alimenta etiam parciſſime diſtributa comperiunt. Tum duriſſimum
uidebatur imbecillem plæbeculam Vrbe depellere:multo tamen durius miſeri & fame
pereuntis uulgi mane ueſperique audire quærelas. Placuit conquiſitoribus & Præfectis
annonæ hac de re publice referre ad populum:ut uel prouideretur ante tempus:uel ſi id
non poſſet fortius quæ eſſent præcogitata perferrent. Ciuibus in conſilium uocatis de-
cernitur ut iterum nuntius ad Reginã mitteretur:ut ſciri poſſet quid ſpei ſupereſſet mi-
ſeræ Ciuitati:ſimulque ut ſignificarent quantis in anguſtiis uerſarentur. & quandiu per-
ferre obſidionem poſſent. Ad Nonas Iunias durare annonam. Si ad id tempus auxili-
um non mitteretur. Auilanos non perfidia:ſed ultima fame defecturos. Hoc accepto
nuntio Regina omnem cunctationem reiiciendam exiſtimans:mittit qui a Pontifice &
Mediolanenſe peterent auxilia:docerentque quanta celeritate opus eſſet:ne hoſtis opu-
lentiſſima potiretur Vrbe. Mittuntur undique auxiliares manus. & ueluti ad communẽ
hoſtem delendum omnis prope armatur Italia. & tamen cunctis par unus fuiſſet:niſi
uel nimiæ Gloriæ cupiditas:uel quod magis putauerim:mutata fortuna conſilium in te-
meritatem conuertiſſet. Iam hoſtes ſuperatis furcis Pelignorum ingenti exercitu infe-
ſtis ſignis aduentabant. Dux Copiarum atque Ducum Iacobus Caudola exercitui præ-

rat. Hunc ſequebantur & ipſi clari Duces Franciſchus Sfortiæ filius ſũmæ ſpei adoleſcens ac paterni ductor exercitus. Præterea Michilectus & Laurentius Cutignolani. Nicolaus Toletinas. & cum his multi agminum ductores: quorum nomina referre eſt ſuperuacuum. Triplo maior erat hoſtium equitatus: peditatꝰ fere par hac multitudine hoſtes haud amplius q̃ paſſuum milibus quattuor procul a Brachii caſtris conſederant uim frumenti & commeatuum expectantes. ſi ſupplere Vrbem ſine prœlio poſſent: nequaquam fortunam tentaturi iam mille. annonam uectantia iumenta conuenerant. Brachius medius inter Vrbem & hoſtem: perſiſtere in obſidione. & ne frumentum importaretur ui atque armis ꝓhibere ſtatuebat. Montes quoq; aſperi: ac prope inui duo caſtra dirimebant: quorum iuga ſi ſuperare pergerent hoſtes facile opprimi tramitte anguſto: ac præcipiti potuiſſent. & deſcenſus erat multo laxior atque præruptior. Hæc res aliquandiu ſuſpenſum habuit hoſtem aduerſis ſeſe montium radicibus continentem. Interea Brachius omnia quæcunque ad conflictum neceſſaria uiderentur diligentiſſime parat. Planicies erat paululum infra Vrbem: quam mediam uictor modicus amnis interfluit. Hanc Brachius obruendam aqua ſtagnandamq; curauerat. Occluſo tria milia paſſuum infra eum locũ multa obice atque aggere fluminis oſtio. Quam rem anguſte montium fauces: quas flumen perſtringit haud ſane difficilem faciebant. Id eo factum conſilio: ut fatigati: atque in acie obſiti hoſtium equi: pedes inde tollere nequeuntes: altoq; impediri ſtagno medio deficerent prœlio. Nam ſuorum equi multo erant robuſtiores. & quiete & pabulis futurum quoq; putabant: ut aut icognitam loci faciem hoſtis exhorreret: aut imperitus locorum in ipſum fluminis concideret alueum. His peractis rebus hoſti diu citra montem hærenti Caduceatorem permittit qui tutum aduentũ ad planiciem uſquæ pronunciaret. Si trāſire montem uellent ac prœlium committere nihil impedimenti quoad omnes apertum in campum deſcendiſſent accæpturos. Scire ſe non committendi belli: ſed Vrbis ſupplendæ cauſa tantas copias aduentaſſe. Scire etiam non amplius octo dierum alimenta Ciuibus extare. Illud extimarent: non ſe tot menſium operam uno momento temporis importando frumento perditurum. Committendum eſſe prœlium ſi opitulari obſeſſis uellent non aliter q̃ uictoria frumentum immiſſuros. Proinde irent quo neceſſitudo impelleret & hoſtis benignitate equiſſimum in locum deſcenderent: habere ſe compertum de eorum numero. Nec ignorare triplo maiores copias in hoſtium caſtris eſſe: confidere tamen militum inuicto robore: utcunq; futurum eſſet non aliter inde q̃ aut uictum: aut uictorem abiturum. Caduceatori reſponſum ab hoſtium Imperatore. tum demum uenturos in prœlium: quum ſibi libuiſſet: nec alieno permiſſu: ſed arbitrio ſuo deſcenſuros in campum. Non eo eſſe animo: ut pugnam uellent detractare. Cæterum non eadem dicebat hoſtis quæ ſentiebat. Bellum enim niſi coactis capere prohibitis omnis erat importandi frumenti cura. Hac re per tranſfugas cognita Brachius cæteras montium fauces atque anguſtias occupauerat: ut hic unus relictus aditus in patentem campum merſamq; flumine planiciem hoſtes ederet. Quintus iam abierat dies quum hoſtis omni alia interclusa uia ad ſupremum montis ſe iugum oſtendit: ratus quod poſtea fuit Brachium nimia magnitudine animi: quod erat per caduceatorem pollicitus uniuerſas copias expectaturum: nec ante cõfligere cœpturum q̃ ſtructæ forent ad planiciem acies. Igitur paulatim turmæ per motis deuia præmiſſæ donec omnem exciperent equitatum: expectare ad radices iubentur. At Brachius ubi deſcendere equitem uidet manu equos longo lapſu per præcipitia trahentem: peditatum omnem ad occupandas anguſtias mittit: iuſſum ut deſcendentem hoſtem nihil impediret: nec niſi dato ſigno etiā ſi profligatum ſe uiderent eo loco diſcederent: relinquenti locũ capitis pena propoſita. Iam aliquot hoſtiũ agmina ad infimas radices deuenerant: ubiq; ſeſe componentia uenientem paulatim militem excipiebāt. Quod ubi uidere Brachiani: il præſertim quorum auctoritas plurimum poſſe debuerat: clamant ut impetum in paucos faciant: anteq̃ cæteræ copiæ cõuenirēt: ſimulq; pediti ſignũ daretur: ut ſubter euntes ſuperne adorti uel ſaxis opprimerēt. facile hoc modo quot iam deſcendere cœpiſſent profligatũ iri contendentes. certamq; illā: nõ fortuitam eſſe uictoriam. Stultum eſſe ubi ratio belli ualleat id in fortunæ temeritatem deuocare. Sæpe clamaſſe hoc Doctores feruntur: tum maxime quum maiorem hoſtilis exercitus partem deſcendiſſe & reliquā per ipſa dorſa montiũ longo defluere ordine cõſpicarent. Nihil magis q̃ tantam multitudinem uereri. Brachius ſemper idem reſpondiſſe traditur

aut moriturum

ante moriturum eo prœlio:aut hoſtes ad unum debellaturum. Credo trahentibus ad cla-
dem fatis:qui ſemper alias ſuorum uſus conſilio:nec militũ tentauit aut iucendit animos
nec in manifeſto diſcrimine conſulentium clamorem exaudiuit:uel quod nimium uirtu
te militum & loci æquitate conſideret:uel quod magis putant:ne quod per caduceatorẽ
hoſti erat pollicitus:quanquã ille non accæpiſſet conditionem:tamen aut fraude aut me
tu minus præſtitiſſe uideretur. Iam hoſtes impedimenta frumentumq; præſeagentes in
planiciem omnes deuenerant:hic quadratis agminibus prohibituri ſi diripere iumenta
hoſtis uellet:aciem inſtruunt. Brachius quum tempus iam adeſſet:quo tot partas uictori-
astamq; late propagatum Imperium unius horæ momento & fortunæ permitteret. Ni-
colaum Picininum cum quattuor cohortibus:ne erumpere Ciuis poſſet ante Vrbis por-
tas collocauit:ipſe cum parte cæterarum copiarum progreſſum ad mediam planiciẽ ho-
ſtem impetu magno adoritur. Hinc pugnæ initium fuit:proſiliunt utrinq; mediũ in cam
pum:permiſcenturq; militibus milites:tæla primum haſtaſq; uibrantes:mox gladio co-
minus gerentes rem. Hoſtium ſingula agmina trecentos. Brachiana ſexaginta equites cõ
tinebant:tamen ſic quoq; agminum illi numero præſtabãt. Accitum igitur alterũ agmẽ
hoſtis cateruam late ſeſeq; turbauerat:adeo cauti multos uirtute ſuperuenerant. Nec reli-
qua hoſtium acies pugnam doctorauit:ruunt pari curſu in prœlium paratæ utrinq; tur-
mæ clamore atque impetu quãto poſſunt maiore. Sic aliquot horis atrociter eſt dimica-
tum:neutra inclinante acie. Tum Brachius ſignũ dat cæteris cohortibus:ut quanto poſ-
ſent impetu mediam in pugnam ſe conicerent. Dant illi ſeſe in conſertam aciem. nec tu-
lere impetum hoſtes:ſed perturbatis ordinibus ad radices montis qua una patebat uia fu-
gientes ſe recipiebant. Inſtat a tergo Brachianus:urget:præmitq; haſta fugientes. Vbi to-
to agmine ad radices eſt uentum:hoſtes quum nec fugere poſſent:nec in ordinem redi-
re:denſiſſimum in globum collecti ferientium ictus excipiebant. Ingens enim denſata
multitudo:quoddam quaſi robur:ac molem qua ſe ipſa tueretur effecerat:pauciq; con-
uerſi in frontem pro loci anguſtiis reſiſtebant. Actum erat ſi pedites prœlio interueniſ-
ſent. Iam haſtas confregerant Brachiani & tanquã ad ſaxum ictus incuſſi non ſine hoſti-
um magna ſtrage militem fatigauerant. Inter hæc Michilectus unus ex Reginæ Duci-
bus:ubi uidet ſpem fugæ ſublatam & hoſtilem peditatum montis iugo inhærere oppoſi
tis in frontem paucis delectis equitibus:reliquos hortaturiut paulatim ſeſe in ordines la-
xarent:crebrumq; peditem:qui equorum illa ſuffoderent repugnantibus intermiſcet. In-
de futuræ cladis initium fuit undecies centena equorum tergora poſt conflictum Aqui-
lam reportata traduntur. Tot ſimul ſoffoſſis equis quingentos delectos milites aliquan-
to circumuecti interuallo & a latere impetere iubet hoſtium aciem. Eorum impetum ut
exciperent Brachiani pauci ſe in frontem conuertere. Sic ancipiti prœlium:nõ tamen in-
feriores erant:niſi quod equos paſſim hoſtilis pedes fodiebat. Inter hæc Nicolaus Pici-
ninus:quem ad portas Vrbis relictum dicebamus cum his quibus præerat cohortibus:
magno curſu in confertiſſimos hoſtium perrumpens cuneos peruolauit. Incertum præ-
dæ cupiditate uictos hoſtes arbitratus:an ut fatigatis opem integri militis ferret. Hæc res
ut hoſtem primum conterruit:ita poſtea pernicioſa Brachio fuit. Primus impetus ad re-
pellendam perturbandamq; pauloante recompoſitam aciem ſatis efficax. & fugam mo-
liti hoſtes forent ſiqua perfugium patuiſſe:ſed imminente hinc iugo:inde flumine:aut
pugnare cum hoſte a fronte:aut cadere imbelles oportebat. Nec Ducibus conſilium de
erat. Vno totius exercitus globo impetum urgentis excipientibus hortantibuſq; ad ſuf-
fodiendos equos peditem. Dum hæc in acie aguntur Ciues qui iam ab initio pugnæ cũ-
cti ſeſe armauerant. Vbi exceſſiſſe hoſtium præſidium:obſtareque neminem uident in-
genti numero totis bipatẽtibus erumpunt portis. Nec uiri modo ſed fœminæ quoq; ha-
ſtis:dolabriſq; armatæ multitudinẽ terribilẽ faciebãt. Sex milia fuiſſe traduntq; magno
per colles ueluti ſyluarũ fragore delapſi omnia puluere:clamoreq; cõplebant. Inde aucti
animis hoſtes:perterriti Brachiani:nec tunc quidẽ peditatus in prœliũ a monte deſcen-
dit. Rettulit mihi Paggius uir manu ſtrenuus:nunc etiã ætate uenerabilis:qui bello inter
fuit. & Ducis a latere nunq̃ diſceſſit ſæpe Brachiũ pediti ſignũ:quia tuba nõ poterat ma-
nu:uoceq; dediſſe. Sed clamore prœliantiũ & in nubẽ exurgente puluere:neq; enim ſta-
gno pugnabatur:pedites ſignũ nõ percepiſſe:atq; ita ut erat imperatũ:nunq̃ eo diſceſſiſ-
ſe loco. Additq; pauloante quingentos ex iis. quam primi hoſtem e iugo deſpicerent:ad
prædam deſiluiſſe:direptiſq; extremis impedimentis ne fraudi res foret in montis ſe cul-

men ad expectandum ſignum recepiſſe Aquilanorum aduentu ingens equorum facta
cædes. Anceps erat malum ſi militem præmerent Ciuis a tergo ſtricto paratus mucro-
ne:haſtaq; intentata feriebat. Sin in Ciuem conuerſi militi dediſſent terga:reduſſent ag-
mina uniuerſa in ordines.circunueniſſentq; fatigatos:equi paſſim interea cadebant:erat
hoc uirtutis cõtendentis cum fortuna ſpectaculum:paucos equites tot milibus hominũ
pares eſſe:atquæ in media ut erant pugna locum ſibi late gladio facere. Nam haſtas iam
pridem in fugientium confregerant terga. Dux ipſe per mediã aciem:mediaq; tæla ſubli
mis equo circunuectus:ſimul gladium ſtringere:ſimul uoce manuq; hortari:accendere
& unumquenq; nomine appellare cernebatur. Sed trahunt quenq; ſua fata:nec ſemper
uirtuti fortuna ſuccumbit. Ventum erat in conſertiſſimam exercitus roburin mediamq;
ſignorum aciem. Brachiana illata ſigna peruaſerant:quum circunuentum & hortantem
ſuos. Sũt etiam qui dicant militem cœpta iam fuga ſiſtentem gregarius miles medio gut-
ture uulnerauit:inde lata facta cõſternatio cæſum Imperatorem exiſtimantium laxat to-
tas habenas conſternatus in fugam eques:fuſi diſſipatiq; nunquam antea uicti Brachia
ni. Dux ipſe cædendo reſiſtendoq; multis confoſſus uulneribus:uiuus quidem:ſed non
multo poſt ab plagis moriturus capitur. Victor ex infima Plæbe miles ignotum ante id
tempus caput ad hoſtium Imperatorem inuectum ut erat equo deduxit. Ille uiciſſitudi-
nem rerum humanarum contemplatus miſeratione quadam.& lachrymis partam ex ui-
ctoria læticiam temperauit. Exemptum equo.& intra tabernaculum ſubductum beni-
gne:aut non audientem:aut audire nolentem eſt affatus. Sed ne unum quidem elicere
quiſquam potuit uerbum:uel quod alte deſcendentes mortiferæ plagæ uim omnem ſen
ſumq; exhauſerant:uel ut quoniam fortuna uictum corpus in poteſtatem hoſti tradidiſ-
ſet:animum ſibi inuictum ipſe retineret. Acciti undiq; medici:qui magnis propoſitis a ui
ctore præmiis nihil intentatum dimiſerunt:ſed deſtinatus ad mortem animus omnem
medicamentorum opem reſpuebat. Quippe totum triduum ſine cibo:ſine potu mutus
quum ægiſſet incertum uulneribus an inedia eſt extinctus:anno ætatis ſexto & quinqua
geſimo ſuperſtite adhuc matre. Nec quicq̃ hoſtis præter elingue corpus habuit in poteſta
tem.& medici uiuere poſſe prædixerant. Hic exitus fuit uiri nunquam niſi in morte ſupe-
rati. Nec tũc quidem ante uicti q̃ capti:nec ante capti q̃ uulneribus multis confoſſi. Qua
in re mutata iampridem fortuna plurimum obfuit:primum quod magnam exercitus par
tem in auxilium Florentinorũ iniquo ſuo tempore dimiſerat. Deinde hoſtes carpere ſin-
gulos quum potuiſſent uniuerſos expectans peditatus opera non eſt uſus:qui ſi prœlio in
terfuiſſent.& diſſipaſſent procul dubio fugatum hoſtem:nec reſiſtendi compotem feciſ-
ſent.& equos ipſi quoq; hoſtium ſuffodiſſent. Poſtremo quoniam qui præſidio ad repri
mendam Ciuium eruptionem erant dimiſſi iniuſſu Ducis:aut ſpe prædæ:aut pugnæ erro
re loco abierunt. Sic fuit non ſolum cum milite a fronte in caſtri:ſed etiam cum Vrbanis
præſidiis Ciuiliq; multitudine a tergo uno tempore dimicandum. Io. Vrſus ſæpe poſtea
dixiſſe fertur:ſe quum hoc bellum gereretur Prætorem in Piceno fuiſſe:ueniſſeq; Aſcu-
lum ſtipatum frequenti populo uirum natu grandem:promiſſa & cana barba Mathema-
ticum & præſagum rerum futurarũ profitentem:hunc a ſe rogatũ eſſet ne uictor futurus.
Brachius Aquilano bello ſi hoſtes ad prœlium ueniſſent:quæſiſſe ad cogitandum tem-
pus. Poſtridie uero ad tribunal reuerſum reſpondiſſe. Si Dux ipſe bello non intereſſet ui-
ctorem futurum Brachianum exercitum. Sin præſente Duce confligeretur minari ſtellas
ſuperiorem hoſtem. Quæ res ut ante pugnam neglecta:ita poſtea euentu rei & omnium
iudicio eſt comprobata. Niſi enim prohibitus eſſet miles deſcendentes in conuallem ho
ſtes carptim profligaſſet:cœpiſſet:utriuſquæ in pugna fuiſſet:etiam peditatu. Erat in ho-
ſtium caſtris gregarius & infime fortunæ miles:qui poſt factum Peruſiæ tumultum:pul-
ſoſquæ ſeditionis auctores in exilium:ultro cum Plæbis exierat. Hic ſe per ſomnium ui-
diſſe aiebat Brachium ſublimi equo circunuentum magnã cædem hoſtium edere. Quũ
uero ad ſe interficiẽdum uibraſſet enſem repuliſſe ſtatim:atquæ obliquo uulnere medio
illum gutture traieciſſe:pauloquæ poſt ad pedes iacuiſſe mortuum. id ſe iterum:id tertio
uideri uidiſſe. auctor erat non ſatis certe fidei:cæterum res ipſa ſomnium probauit. Quip
pe media in pugna hortanti:ſiſtentiſq; militem uoce cognita iminens iugulo quum ſe-
queretur primus omnium mucrone primum guttur:deinde ceruicem exhauſit. Tradunt
legatos Peruſinorum in caſtris quũ adeſſent.& hoſtiũ audirent aduentũ fando aliq̃d ut
aſſolet q̃ſiſſe a Nicolao Picinino qd ei futurũ ex hoc bello uideret. illũ ſecũ cogitabũdũ
diu hæſiſſe

diu hæſiſſe:reſpondiſſe tandem omnia ſub ſortuna eſſe:nec ſe diffidere de militum uirtu te:aut Ducis animo:neq; tam hoſtium terreri numero:q̄ ueteri ne inuidia diuturnæ fœli citati fata:curſum eius imperatoris abrumpendum ſtatuiſſent.id ſe ex coniectura uideri conicere:mutatos eſſe ſubito Imperatoris mores:ex leni & comi durum ac moroſum fa ctum.conſilia ueteranorũ militum:quibus ante id tempus uti plurimum cõſueuiſſet:aut prorſus contemnere:aut reiicere ſalutaria & deteriora perniciorioraq; deligere.Paulo an te etiam in mulieres inauditum facinus citra belli iura & eius conſuetudinem eſſe ſeuitũ. Fortunam primum ingenia mortalium:deinde opes euertere conſueſſe.Vtcunq; res ſuin præcipuum tamen ſpectaræ & nunq̄ antea ſubactæ uirtutis ſpectaculum.Pugnatum eſt atroci prœlio ſeptem continuis horis.& a duobus milibus duodecim milia ad montem uſq; fugata:reiectaq; non modo cum uirtute ab hoſte:ſed etiam cum fugæ deſperatione pugnatum.Nec ante ſuperatus miles q̄ uulneratus Imperator.& ad paucitatem equorũ redactũ certamen.Vndecies enim centũ:ut dicebamus tergora equorũ in Vrbem relata. Illo mortuo totius caſtris ſecutum ſilẽtium:quaſi plus eſſet in amiſſo doloris:q̄ læticiæ in capto.Eius milites qui aut bello ſuperfuerant:aut ab hoſtibus erant dimiſſi.Plæriq; facta poteſtate ſpirantem adhuc conſolandi gratia adierunt.Remotiſq; arbitris ut uocem tol leret:utq; cibum caperet hortati:nihil profecerunt.Nec ullum in Ducem tantus militum amor.Illi tabernaculum hoſtis noctu mœſti ac taciti perluſtrare:illi interdiu facta quoti ens uellent poteſtate frequentes ad lectum perſtare:tangere:intueri:ſuſpirare cerneban tur.Et ubi tabernaculo exceſſiſſent obuoluto capite plorantes:nulli non hoſtium lachry mas excutiebãt:Duces omnis memores rerum humanarũ fortunam ut prœlio benignã: ita exitu nimis malignam criminantes:morientem circunſteterunt.Primiq; e tabernacu lo lachrymas ac uoces tenere nequeuntes ad militem exiere.dum uero late ſeſe affictan tium uoces ad cœlum iactari cœptæ gemitu exululantium completa loca.Nec quiſquã ex eius exercitu eorũ qui aliquem ordinem aut dignitatem geſſiſſent qui nõ barbam:ca pillumq; promiſerint:ueſteſq; prociderint:plæriq; tanq̄ ultima ſortiti rerum humanarũ militia præſtiterunt.Corpus iuſſu Pontificis Romã delatum.Sed paucis poſt annis Nico laus Fortebrachius quum Romã & ipſe ueluti deuotum huic familiæ pulſo inde Pontifi ce occupaſſet:colligenda patrui oſſa & Peruſiam deportanda curauit.Peruſini nõ imme mores acceptorũ beneficiorum exequiis Criſtiano more publico:luctu:funebriq; pompa celebrans ultima Diis Manibus perſoluerunt.Oſſa ſublimi ac digniſſimo templi loco re poſita ſuſpiciuntur.Et ne quid latere poſteritatem poſſet:tumulo in ſummo templi faſti gio ſubſtructo ſigna militaria.& aurei torques circumpendentes:memoriam & Ducis:& Principis gratiſſima in Patria teſtantur.

IOANNIS ANTONII CAMPANI DE VITA ET GESTIS BRACHII LIBRI SEXTI ET VLTIMI FINIS.:·

Dictatori perpetuo. Imperatori noſtro Maximo Pomponio Leto.
Magiſtro equitum. Phædro. Cunctęq; Reip. Litterarie.
Michael Fernus: Mediolanenſis Vilis pabulator Strenuem pugnã pulchrã uictoriã.

Omponi audis an nõ audis Pomponi? Quo tantum ſecurus de litte
raria Reip. Romana hactenus benemeritus abſceſſiſti. Tripida res eſt
noſtra Latina. Audis? ſentis? an nõdum cedes: direptiones: rapine in
p præcelſum illud Quirinale iugum auguſtaleſq; thermas quo te Luci
fuga abdis peruenere. Inuadũt domi hoſtes: iuadunt foris. Extremũ
hoc an ciuile bellum? plane utrũq; Ruunt i ſe ciues cunctiq; diſſidẽt:
bella inferunt barbari: bella cõiurati finitimi. Ferro ſtatuunt flãma ſta
tuunt trepidã & diſſidentem urbẽ impetere. Dixerunt patrie amantiſſimi conſules Valla:
Campanus. Dictatorem. Sciuius nos perpetuũ te. Arma arma capeſce Pomponi. Illi rerũ
functi tibi freti abeuntes gubernaculis & imperio tuo omnia permiſere. Sat auſpicato fa
cta omnia. ſalit fibra: omen bonũ flamini mie cuncta dedere. Hoſtis habet iam prope mu
ros. Maximus ille cenſor Patriarcha quo uiuo nemo unq̃ impune nobis arma mouit: a fi
de atq; officio noſtro diſciuit inſidiis & ueneno peritus impio fato nobis ſublatus ẽ. Pro
conſules illi quorum uirtute res noſtra in ciſalpinis & tota Hetruria tuta eſſe potuit acer
rime prœliando Mærula Policianuſq; oppenere. Profluit iã lateq; ſecurus in nos diffun
dit hoſtis. Labenti tu pr̃ patrie ſpes unica noſtra ſuccurre. Vbi illi tui cõmilitones? tua illa
diſciplinis tuis inſtituta olim acerrima hominũ pectora? Pugnaciſſimũ magiſtrum equi
tum iam tibi recte dixiſti. In te omnis ius eſt cohertiõis. Seditioſos iube cõprehendi: tu
multus compeſce urbanũq; ſtatum tuta pace compone. Recenſe milites. Maiores iubes
iube minores tribunos delectus habere iuramento in tua uerba centuriatos adige. Aqui
liferos. Anteſignanos. Primipilares. Decuriones. Centuriones: In parato eſſe Præfectos
Caſtrorũ. Præfectos fabrorũ. Ceteros quantũ depoſcit tanti neceſſitas belli munifices le
ge. Diſpone excubias. Bucinatores cornicines edic uigilias agere. Haſtatos Ferentarios:
accenſos: rotarios. Triarios. Velites: grauis armature equites: cæteros ſuo quęq; loco pro
Marte haud mora: imminet hoſtis: cũ ſtime. Voue edes. Prouincia præmia. Expergiſcere
imperator maxime. Indue arma: aduola: uigila: ſuda pro cõmuni gloria: pro imperii La
tini ſplẽdore: ſanguinẽ illum. Illum inquã ſanguinẽ atramentarium effunde. Diſſipa ho
ſtes: urge: cede: propelle: iſequere: prædas reddi: occupata reſtitui oppida: oppreſſas dimit
ti urbes depoſce: noſtram & ſociorũ ſalutẽ cõmunẽq; libertatẽ protege: defende. Mitte fe
cialem. Patrem patratũ adhibe. Iace telũ in hoſtilem terram. Legitimũ eſt bellum. Imma
niſſimi impetierunt nos hoſtes: ſcelerati in nos populi perfidiſſime cõiurare. Obi magno
hoſtes animo Debella: cõtunde: diſiice: maiores imitere: quorũ uis tanta fuit. & huius præ
clariſſimi ĩperii tuendi & ꝓpagandi cupiditas tãta: ut ꝓ uictoria & illius ſplendore nunq̃
addubitarint glorioſa morte occũbere Vrbẽ galli cũ diriperent: icenderẽt: euerterẽt Ca
pitoliũ obſidiõe præmerent. Iã iãq; Romanũ ĩperiũ extinguere barbari uiderent. Cepit
dictator Camillus ꝓ ingratiſſima patria acerrime contra imaniſſimos hoſtes: ſuo magno
periculo: neq; ita magnis copiis ſed ſubitaria manu & lectiſſimo hominũ robore depu
gnare Prodit ad certamẽ cum ſex tribunis militum uit magnanimus Latini decoris Val
la aſſertor acerrimus omnemq; barbariem haud ita pluſq̃ octo centis ſex & ſeptuaginta
ueteranis capite cẽſis nubilibus Latio toto omniq; Italia propugnator ſtatarius reppulit:
cecidit: proſtrauit: cõculcauit. Neq; patrie ingratitudo apud pientiſſimũ imperatorem mucrũ
patriæ parentẽ. & huius Romani imperii alterum certe glorioſiſſimum conditorem. tan
tum irarum cõcitare ualuit: ut barbarorũ libidini cedere & imaniſſime hominum turbe
ſubiici permittere potuit. Quintius Cincinnatus Spuriũ Melium regnum affectantẽ ab
Hala magiſtro equitum. Dictator ab aratro ad maximum imperiũ accitus Princeps ipſe
quidem unicus: ſed tutande qui libertati incumberet totus: cõtrucidari iuſſit. Cenſoriam
maieſtatem petulantius dehoneſtantem filium Cenſoria dignitate a nomere & ignomini
bus ad ſupremum dignitatũ culmen petitus abdicauit. Conſul Cicero cum impuriſſimi
ciues patriam occupare contenderent: parens eloquentie: diuina uirtute & prudentia ſin
gulari perfidiam detexit. ſceleratos homines in uincula iecit. Incolumẽ patriam uigilan
tiſſimus facundiſſimus conſul ſeruauit. Cum priuatus truculentiſſimi ciuis nefariũ bellũ
peroſus eſſet: nõ deſtitit celeſtis anima apud pericula. in foro: ad populũ: crudeile bellum
& miſerabilem Mutine calamitatẽ: hominis execrandã audaciam deteſtari pericula præ
dicare: clades præmonere. & omnia deniq; curare: quæ ad optimũ quemq; ciuem. & piẽ
tiſſimum patrie tutorem ſpectarent. Neq; unq̃ diuina illa eloquentia manus aut quotupiã

potentia

LECTOR.ſeu tu unus e magna es eruditoꝝ turba:ſeu mordaculus tabulameſcio an mihi laboris plus ſit allatum ex te dum morſus conor effugere tuos ꝙ omni ex operis cõcinnatione.plæraq; omnes eſtis procaciores maledici dum ueſtrum præclarum ingeniũ ꝑtendere atq; ipſi ſuſcipi in populum ſolo uerborũ periculo annitimini.Iam uideor quaſſantẽ te nares intuerineq; fers intendere his oculum epitomatibus.Fuit hoc arbitrii noſtri ſic conſcribere.Et quæ mea eſt:una uoluptas in communi non diſcretim & uni tibi qui tua ogganis protemia conſulere.Campani epiſtolæ rerum ſunt adeo locupletes ut contrahi in arctũ nõ poſſint ſine iniuria Vbiq; denſus ut nõ cõſtet tibi ratio magna in paruis ſuſa in anguſtis cogendi amplumq; rerum aceruum archula cõponendi.Ego id conatus ſum ut epitomatis ſpecie indicem habere te magis arbitrareris(& quod aiũt)repertoriũ.Ne quæſo date uino quod ueſtri ſtudioſus ingenio tam liberali edo Ne me ſenſim(nã ſum natura totus ſpiculoſus ubi in ſolertia deſides laceſſunt induſtriumq; inertes citant)eo perducatis ut inclamem rabidos uos canes:ut ſunt deterrimi hodie mores:alienã lacerare plus ꝙ immaniter ſamam ipſos tamen quo ueſtra illa præcelſa ingenii acuties diſpici poſſit nihil unꝙ edere.prouoco igitur ad æquiſſimum cenſorem Seneñ.Cardinalem cuius gratia ſpero tutum me fore.

¶Sis ſoſpes quiſquis es:nam omnes una charitate complector:atq; hæc imo iam plege.

LIBER PRIMVS.

Percurri nup.¶Papieñ.Iuditiũ ꝓfert cõmẽtariorũ Pii & hiſtoriæ Germanicæ a ſe illius iuſſu pcurſoꝝ.Inde multa de Pii uita & opibus ab eo conſcriptis quoꝝ laudes ꝓſequiť Vna epiſtolarum omnium elegantiſſima & longiſſima. ſo.i
Vane undiq; multoꝝ.¶Ad Secundinũ.Refert cõmoda & icõmoda quæ cõſeqť ex epãtu eidẽ a Pio tardito:& qũo iſcius creat⁹ fuerit:& cõmemorat laudes Pii de ſe:& laudes. Crotoniatũ gentiſq; uetuſtatem.Demũ quãtum & Pio & Papieñ.teneatur explicat:plẽa reꝝ multaꝝ cognitione dignarum. ſo.ii
Niſi eum te eſſe.¶Ad Papieñ.Enixiſſime rogat ſibi deſendi bona ꝑdefuncti epi cui ſuffectus ipſe erat & commemorat in ſe collata beneficia. ſo.iiii
Petis ut ad te.¶Ad Papieñ. Valitudinẽ ſuã admixtis carminib⁹ iocoſiſſime explicat Tũ Teramũ deſcribit & quãtam inde capiat uoluptatem longa eſt notione digna. ſo.eo.
Suades pro pietate.¶Ad Papieñ. Oſtendit iã oia ſua ſtudia pſuaſu illius ad eccleſiaſticã cognitionem ſpectare & cætera damnat ſtudia: religionis & eruditionis plena epiſtola eademq; longa. ſo.vi
Quo in ſtatu.¶Ad Nicolaũ Lucenſem. Deſcriptio Tyburis pulcherrima. ſo.vii
Magna me libido.¶D.Matthæo Vbaldo. De urbe Roma olim ſplendida:nunc illuuie & omni pudore deſœdata. ſo.eo.
Caldarine mi.¶Caldarino.De ſitu & pulchritudine urbis Veronæ. ſo.eo.
Quod Neapoli Cerillo.¶De urbæ Neapolitana. ſo.eo.
Quod tibi Saluiato.¶De urbis Florentiæ pulchritudine. ſo.eo.

LIBER SECVNDVS.

Quo in ſtato.¶Ad.P.Siculũ.Explicat quãta cum gloria habuerit orationẽ apud Peruſinos initio ſtudii.mox concludens excuſat ſe cur ita glorioſe laudes ſuas ad eum perſcripſerit. ſo.viii
Litteris tuis iocũdiſſimis.¶Ad antoniũ.Dolet ad ornatiorẽ epiſtolã conſcribeñ.tẽp⁹ ſibi nõ eſſe inde corrigit quædam in ſua oratiõe emendariq; poſtulat a quodam uiro docto ſi qui alii ſint errores ad calcem commendationem factam refert amice. ſo.eo.
Ego te ob ſingularẽ.¶Ad Perinũ Pulcherrima ad excitandum iuuenẽ ad ſtudia litteraꝝ ex igenii bonitate & maioꝝ exemplo.ſo.eo.
Pridie kalẽ.Nouẽbris.¶Ad Almeriũ.reſcribit nihil ſe illius oblitũ cum uirtute tũ natura ſua.Admonet qũo ſe gerat in cuſtodiẽda arce ſibi credita:explicat ſabulã Mineruæ & de bona ualitudine cuiuſdam pauca ſubĩcit quem petit litteris illius hortari ad ſtudia bonarum artium. ſo.ix
Quid tu hois.¶Ad.P Repetit libellũ græcũ ſuũ:gratas refert fuiſſe lĩas:q Sulmoneñ.nõ ſit abſceſſurus monet.Inde polliceť operã ut ipſe ſufficiať Indoctiſſimos doctores carpit & Theocritũ petit ad amicum remitti qui illi ſpem fecerat exſcribendi ſo.eo.
Poſtulas renũciari.¶Ad uiuã.Iocoſa reſpõſio⁹rerum quæ geranť Inde deridet quẽdam mathematicũ:quendã.M.i balneis eẽ refert curãq; pro eo habitam ſignficat:mox monet ſcribat crebrius ad ſuos qui de ſe queruntur memoria aboleri. ſo.eo.
Etſi litteras meas.¶Ad Trebatiũ.Initurus amiciciã cum hoc ſcribit quantoꝗ iam tempore cœperit illum obſeruare.Quid deide de illo ad maximã ſuã laudem ꝑdicarit ſecum Suimontinus.Ac laudes ſulmontini proſequens adeptam gloriã in diſputatione habi

ta cũ quodam mathiolo refert. Mox ſubdit bina epigrãmata ſua:& ad mutuã beniuolẽtiam dictis incẽdit aliquãriſp longa. fo.eo.
Nõ eſt q̃ ſuccenſeas. ℂ Ad Iuſtũ. Refert impedimẽta qbus neq; ſcripſerit neq; ad ſe accedere potuerit:& pꝛdiam cuiuſdã narrat qui i emẽdis libris auunculi illũ anteuerterat & redditã pecuniã rurſus in iuditio repetat. eo.
Sæpe me hortatus. Ad. P. Cũ eſſet. xxiii annoꝝ cœpit ſtudere græco nactus pceptorem Demetrium:petit igiẽ librum ab eo quo græca latina uerba abſoluunẽ. fo. x
Hominem cauillantiorem. Ad. P. Maxia uerboꝝ licẽtia qualis ferri ab amico intimo debuit:accuſat q̃ nõ mutuet ſibi libellũ græcum. Inde de Demetrio laudes q̃ non ſit ille quem arbitretur q̃ eſt Platonicus eoq; ſibi acceptior. fo. xi
Audio nõ fruſtra. Ad Griſum. Gratulatur p adepto Romæ beneficio hortaẽ ad uirtutem & dolet cum eo non poſſe petere Neapolim quo ille tendebat & ipſe idẽ cupiebat. fo. eo.
Tota erras uia. Ad Iacobũ. Cũ cæteros amet hunc maxime in quo cauſa minima non exiſtat & docet in amicicia nõ eſſe ſpectandam utilitatem ſed nec deſperandam. fo. eo.
Reddite mihi ſunt. Ad Lucium. Ioatur ad interrogata uellit ne quopiam pꝛficiſci. Inde refert Patauium ſe iturũ mox de hircis ludit ut ſe abluat quo bene olens amplexu ſuo ſe conferre poſſit. fo. eo.
Ex obitu parentis. Ad And. Cõſolatoria de obitu mřis illiꝰ me hercle breuis & aurea. eo.
Qualẽ uoluptatẽ. Ad Peirũ. Quãta uoluptate affectus ſit q̃ quidã. P. dignatꝰ ſit apud eũ diſcũbere:& qm̃ ille minatus erat rurſus non uenturꝰ ad tam laudatum conuiuium iocoſe aridum conuiuium paraſſe explicat quo libentius ille accedat. fo. eo.
Quæris ex me Hercle. Ad Antoniũ. Quæri illum iniuria docet cui ſæpe ipſe ſcripſerit doletq; intercidiſſe epiſtolas quas ſimillimas dicit eſſe ſtatuis imo anteponendas Tum arguit eum prauitatis qui eo diffidentiæ uenerit ut ſuſpiceẽ excidiſſe illi memoria. Ac ſub inde demonſtrat. Ar. puellam quæ mortua erat inter ulnas amantis fœliciſſime expiraſ ſe. Ideoq; commemorat qui & quæ ob amorẽ cũ uiris & puellis occubuere ſuis fabularis & hiſtoriarum plena cuius cardo eſt oia cu pere in rem amatam ſe traſſerre. fo. eo.
Cur ego te ferreũ. ℂ Ad Philip. Potẽtiſſima ad excitãdũ negligentẽ ad reſcribẽdũ. fo. xii
Vereor ne ſurdo. Ad Fuſcũ Efficaciſſima ad excitandũ negligentẽ in reſcribẽdo. fo. eo.
Cupio ut nihil ſupra. ℂ Ad Linũ. Cupe ſe ire ad eos ubi poſſit uidere ſuum Galienũ quendam. fo. xiii
Hunc litteraꝝ meaꝝ. ℂ Ad Tutium. Cõmẽdaticia eademq; uehemẽntiſſima. fo. eo.
Ego ſulmoneñ. ℂ Ad Sicũ. Reſpõdet ad pauca quædã:& Sulmoneñ. laudat Inde excitat ad curañ. negociũ ſuũ & cõmẽdat qndã. eo.
Caſteluti. ℂ Ad Mariũ Accepiſſe ſe a quodã q̃tæ eruditõis ille ſit & mira lepiditate dũ ſingula negat illius uirtutem extollit. fo. eo.
Periocũdæ mihi. ℂ Ad Galunũ. Gratulaẽ p decanatu i hortaẽ ad uirtutẽ docẽs q̃tũ conducat hoibus i uirtute pcellere hortaẽ etiam ad obſequendum epiſcopo ſuo de quo multa faciunt ut poſſit bene ſperare. fo. eo.
Guidus tuus. ℂ Ad Venturã. Scribit de amore cuidam in puellam a q̃ eluſus ille mirifice extitit, dũ periculũ de illius in ſe amore ardẽtiſſimo cũ ſocio noctu facere nitiẽ. fo. eo.
litteras accepi. ℂ Ad De calamitatibus regionis ſuæ & pdigiis mox affligaẽ p morte Nelli Baliotii heri ſui:& refert orationem i funere illius habitam qua ampliſſimam laudem eſt conſecutus. fo. eo.
Videns hunc ad te uenientem. ℂ Ad Cõmẽdaticia eſt & efficaciſſima. fo. xiiii
Inuitus me Hercule. ℂ Ad M ita libertas cũ amico ad quẽ nõ erat ſcriptusꝰ niſi tractus a quodam alio pallio fuiſſet iratus qm̃ ille raro ſcribat Ind monet de negotio. fo. eo.
Maximo tibi. ℂ Ad Nulla diuinior epiſtola litteris aureis mea ſnia ſcribẽda ad excitandũ ad ſtudia eos qui nihil magis oderunt q̃ diſciplinas & litterarum ſciennam fo. eo.
Litteræ tuæ. Ad Tota ſpectat ad negotia huius cui ſcribitur & uaria. fo. eo.
Niſi te in meis. Ad Monria iſtius policeẽ obſeruare accipitq; qm̃ ea cognoſcit ab ardẽtiſſimo amoꝛ pꝛficiſci q̃ niſi ita acriter repẽderet, uehemẽter amaẽ credi ñ poſſet eo.
Credo renũciatũ. Ad Giliſortũ theſaurariũ Pulcherrima plena ſpei ex uirtute cõcepta In qua queriẽ de ſtipẽdio motat peruſinos & petit ſibi fieri poteſtatem abeundi. fo. eo.
Audio & quidẽ. Eidẽ. Quantũ lætetoratio nẽ ſuam ab eo laudari qñ efficiaẽ ut dignum eum laudibus cæteri arbitrenẽ. fo. xv
Moriturũ ais. Symoni philoſopho Sapiẽtes contemni hodie & irrideri. fo. eo.
Ecqd agis tu. Tatqno. Ardentiſſimũ docet in illum amorem illiꝰ maximis beneficiis & uirtute conflatum. fo. eo.
Scripſi ad te. Americo. Explicat q̃tas difficultates patiaẽ dũ diffugiũt peſtẽ & calamitates Vrbis obeũtiũq; lamẽtantiũq; memorat ntq; ſibi pſpiciat uitamq; tueaẽ rogat. fo. eo.
Litteras tuas. Eidẽ. Cur nõ ante ſcripſerit ualitudinẽ oſtendit de rebꝰ ſuis de ſalubritatis ſpes

tis ſpemũc ex ea ſolitudie Intelligere quãtũ
ſuauitatis habeat hominũ frequẽtia fo.eo
Lr̃is tuis lectis. ¶ Io.bap.alfonſo. Q d̃ iuue
rit amicũ ſibi ab eo cõmẽdatum. eo.
Mitto ad te pẽtẽ. ¶ Carolo Fortebra.de bra
cii pr̃is ſui hiſtoria ab eo ſcripta quã illi dõo
preſentat fo.xvi
Fateor hoiem. ¶ Oddõl. Deputare ad bonã
fortunã ꝙ hiſtoria brachiana cẽſuræ ſue ſubi
iciat a quo malit rep̃hendi q̃ ab aliis laudari
& pauca attigit in laudẽ eius hiſtoriæ eo.
Cui tardior. Ad Lucẽtinũ. Feſtiuiſſ ia eplã in
q̃ mita arte maxias laudes ſuas attigit. q̃to ho
nos except⁹ ſit ubi p̃ſerti a ſigiſmũdo qdq; i
reditu iter ẽ factur⁹. attẽde fiñẽ quẽ ñ ſuo te
ſtionio ſed ꝑpria laboratuꝝ ſi tuꝝ eo q̃to uis
honore dignũ nõ exiſtiet oſtẽdit ptiacia e.
¶ Liber tertius
Scio te plurimũ. ¶ Papiñ. explicat oẽ aĩ iſti
tutũ ſuũ qb⁹ ſtudiis aduigilari captataq; mi
ro igenio gr̃a rogat ab eo cui not⁹ nõdũ erat
apd̃ nepotẽ põtificis tũc Cardinalẽ creatũ ſe
collocari clauſurus epiſtolam ſpectare ad po
tentes ſemper auxiliari oſtendit eo.
Plãe itelligis. Io.B.Criſpoli. Iocat prio accu
ſãdo ꝙ nihil ſcribat: iñ d̃ quodã Vẽtura: Po
ſtrẽo d̃ urbe roma q̃ illũ prio aduẽtu ꝯfudit.
Nõ mediocri. ¶ Carolo fortebra. Oñdit læ
tari ſe plurimũ ꝙ amore eũ abſentẽ nõ deſti
tuat ac hortat ad ſtudia ciuilia fo.xvii
Magna fuit. ¶ Sigiſmũdo. cõrẽtios⁹ ſermo
hitus de eo Vrſat⁹ qdã ptes illi⁹ defẽdit iacer
rime cui uel ob id debeat plurimũ ꝙ cũ for
tuna nõ mutatus in priori offõ pſtitit eo.
Fortũæ ego. ¶ Papiñ. captat bẽiuolẽtiã: qd̃
Iter ſit factur⁹: iñ ſcire cupit an dũ põtifici illũ
cõmẽdarit eũq; ſolũ eſſe ex oĩb⁹ oñdit q de
eo iudicare & iuuare illũ maxie poſſit eo.
Quæ pria ¶ Sigiſmũdo. ſatiſfactur⁹ iuſſis ſcri
bit d̃ reb⁹ tã & ſi leuib⁹: q̃rit maxie de itinere
moleſtiſſ io: dolet itermiſſa ſtudia qdq; blan
diri & affẽtari iã icipiat cõmẽorat fluctuatio
nes curiales & magno ſe aĩo pnauigaturum
ſpem facit eo.
Amitã tuã ¶ Mario. defẽdiſſe ſe amitã ſuã &
iuſtis de cãis ꝙ amitã & ꝙ ſociam ꝑbatã eo.
Nec his qdẽ. Arditio Q d̃ abñtẽ ſp cernat &
q̃tũ amet illũ Gentiles icõmoditates pari ſe
multas locorum refert ac ꝑperatuꝝ quo illi
maturius iungatur fo.eo.
Putaſne. ¶ Filoco. Mittere ſe carmia: excuſat
ſe ꝙ iuſſus ſit pingere rẽ nõ ante agnitam: in
quo oſtendit ſatiſfeciſſe officio beniuolẽtiæ
haud ita fortaſſe illius cupiditati fo.eo.
Ex lr̃is Cuſini. ¶ P. Beutio. Non eẽ uulgaris
beniuolẽtiæ tanto ſtudio illius lr̃as depoſce
re cæteꝝ illum in ſe eſſe multo negligentio
rem hoc genere pulcherrima fo.xviii
Aliq̃diu mecũ. ¶ P.canonico. Laudat igeni
um & ſpẽ ex illo maximã monet a uolupta
tib⁹ cauere: & qb⁹: hortat ad lr̃as i pr̃ia ſtudio
rum altrice fo.eo.
Eũ ſermonẽ. ¶ Lucio eqti. Summa capita li
belli de regẽdo magiſtratu p eũ cõpoſiti. eo.
Ne unũ quidẽ. ¶ Coſmo.M. Iocoſiſſima q̃
contendit epitetis Inde quærit de amicis cõ
munib⁹ uti ſit nauigatur⁹ ad Sigiſmundũ quẽ
laudibus effert: attende fiñẽ: quia nauiganti
pendula erit ſignum i puppi formica. fo.eo.
Litteris tuis. ¶ Papieñ. Decernit tandẽ flucti
bus curiæ illi fretum ſe pmittere. fo.eo.
Cum Antonio. ¶ Stephano. Quantũ teneat
Antonio a quo latronib⁹ elapſus multa cha
ritate fuerit adiutus. fo.xix.
Sin quãtũ. ¶ Papieñ. Inuitat ad balnea: quẽ
habeãt medicũ q ficedulis interdicãt ipſe arri
piat: qui illũ expectent: cur raro ſcribat qa nõ
habet amplius quod petat. ſalib⁹ plẽa. fo.eo.
Cũ a te. Papieñ. Conet ꝙ cõatura ſe pollicit⁹
erat attẽde pricipiũ ꝑmiſſa ꝑ oraculis hñda e.
Gẽtiles reqrẽs m. ¶ Ad Gentilẽ. Iocat expo
nẽs omnem itineris curſũ ut ſp Gentiles ani
mo exciderat nũc demum ſubiens cum & pi
cula ceſſarint & conuiuia. fo.eo.
Si p & belli. ¶ Collegio Sueſſão. Excuſat cur
nõ poſſit accedere ac ſe proinde exhibet. In
quo pulchra mihi eſt uiſa epiſtola. fo.eo.
Iã uides. ¶ Setio. Iocat prio mox rñdet adrẽ
amici. inde ꝑponit qd dici in cã pricipi noie
ſuo uelit: cui etiã litteras mittit: attẽde ubi oñ
dit eſſe periculoſum muſis aduerſari fo.eo.
Ita ne eſt. ¶ Tutio. Deridet hoiem & duæ res
i publicũ uſum & exercitatõnẽ expoſite cæte
ris p̃ſtent eo modo cõfutans in ſe obiecta &
Gentilẽ ꝙ ludũ litterarium exercuerit. fo.xx
Binis tuis lr̃is. ¶ Braccio Excuſat tarditatem
ſcribẽdi & cur nũc ea ſcriberet oñdit. Inde lo
cat d̃ du riſſ io capite & dulciſſ io dũ ſciat blã
dis uerbis puerſa ſæpe deſignari. fo.eo.
Qui me mortuũ ¶ Petrucio. Rectius illum
mortuũq; dormientẽ appellaſſe & curãdis re
bus ſuis nõ dandis litteris ſe uiuere referens
quantum effecietq;. fo.eo.
Nũc illud tp̃s. ¶ Iacobo amãt. Explicat ſua
quædã negocia & litteras reddi nõdum obſi
gnatas ubi eas legerit quo cõſulti⁹ rẽ pagat e.
Gaudio ẽ mihi. ¶ Ad Neriũ. placet ſeceſſiſſe
illũ ueꝝ monet credat ſe niſi locis mũitis ne
latrões eũ inadãt uiꝝ oĩm ludicio pecũioſũ
Mitto tibi orationẽ. ¶ Ad ſinũ. Compoſue
rat orationem pro hoc cui mittit. fo.eo.
Mel mihi fuerũt. ¶ Ad Mariũ. Iocat de reb⁹
nobis haud intellectu facilibus. fo.eo.
Quid agas tu. ¶ Ad Marc. Mordaciſſima &
breuis epiſtola ad eũ qui nũc ſcripſerit. eo.
Ex Diamãte ¶ Ad Vriũ itelliget qd imores
aduẽtũ ſuũ. Erat Diamas fr̃ Surianæ. fo.xxi
Vbi Bononiã. Iacobo. agũt de ſecretis ioco
ſe quærit de ualitudie quoꝝdã ſignat ide de

Itinē ſuo ut paret ſe ad excipiēn̄.illū & cōmē
dat ſuū quēdā hylarāter ſcripta epiſtola. eo.
Breuib⁹ litteris.⸿Morando. Cauillat̄ cōtra
eū qui accuſabat ꝑitum uiſſet acceſſiōe fortu
næ ubi diſerit ſup dicto Ariſtotelico aduerſa
ri fortunam amiciciæ fo eo.
Accepi litteras t uas. Ad MapheūQuæ demo
rent deſiderium illius cōueniēdi fo.eo.
Memoria teneo. Ad Viriatū. Cognoſcere ſe
quantum illi debeat:nota finem. fo.eo.
Accepi his ꝓxis dieb⁹. ⸿Ad pnā. Cognoſce
re amorē i ſe & quātū illi teneat̄ quē ita amat
ut i multis ſupatus i hoc cæteri uincant̄. eo.
Nō ego pgratus. Ad In negocio amici q̄
obliuioſus ad cōuiuia mēorioſus.ide de ſca-
bie articulis & ſardo illis cognita:mox de ſat
cina liuiana.Et bellante ad ſudorē ſimia eo.
Eſt ita ut dicis.⸿Petrucio. Quærere ex ſe ali
um quendā qd ille agat cū imo ad eum ſcri-
bere ipſe ꝑ amicicia debuerit. fo.xxii
Ego hic tabellariū. ⸿Scipiōi.de libro ut eū
eſcribi faciat & uitia iſert poſcitq; iuditiū eo.
Binis in litteris.⸿Mario.Curatuꝝ ſe illi iue
niat̄ bon⁹ locus:tantū i pñti ne acceleret qm̄
cum fuerit tempus admonebit̄. fo.eo.
Scripſi ad ſeudum.⸿Nicolæ.Petit curari tñ
ſum lr̄is & docet qd ſuſpicet̄ de illo qdā de
uxore. fo.eo.
Quid tibi rei.Tachino.Inuidet ꝙ quidā quo
ipſe frui cuperet ſit apud illum fo eo.
Vet⁹ eſt ꝓuerbiū.⸿Victorio. Q nāta obſer-
uantia iliū ꝓſequit̄ a quo cum maxima bene
ficia acceperit maiora pollicet̄ indies. fo.eo.
Gratiſſimæ fuere.⸿Frāciſco.Poſt mēſē gra-
ues quidē lr̄as eſſe redditas.Inde de ſuis quæ
dā deſūctis:de decis:de baſileo:de Suriana e.
Significaſti.⸿Gilardo.Oium ſibi iocūdiſſi-
mū fuiſſe curata ſua diligēter negocia & ratā
i ſe pietatē eo iocundiorē oſtēdit eſſe.fo.eo.
Hic tabellarius ⸿Dulcio.Hortat̄ ad uirtutē
ſi admiret̄ facere ſe ita debere:ꝓinde qd faci-
at quibus caueat perſcribit fo eo.
Audio illuſtriſſimū. ⸿Nicodemo.Eſſe hui⁹
familiæ Colūneſi doctis benefacere eū ſe illi
cōmēdare rogareq; ante principis recessum
hiſtoria diui Frāciſci ſibi ſcribēda deterat̄ eā
ꝙ ob cauſam Nicolai geſta Picinini reppulit̄
ſe rōnibus quas refert fo.xxiii
Quārtū repetere.Ottoni. Affici⁹ magno dolo
re ꝙ nō uiderit hūc:& d oratōe habēda corā
duce p Baptiſtā nō hita eo abſñte. Mox pſcri
bit qd cōpoſuerit uſq; i illū diē:& de hiſtoria
Brachii multa i laudationē : petitq; hiſtoriā
Ducis Frāciſci ſcribendā ad ſe deferri fo.eo.
Q d ſcripſiſti. Dulcibōi cōſulet loco:ſe reci
piat ſalubriori Gētilē ſeq; deſcribit i quo cō-
ueniat quoq; differant.Iocaturq; unde tanta
aioꝝ cōueiētia hortat̄ Mātuā ad ſe uēiat.eo.
Si tardi⁹.Roſcio.captat ex ioco epiſtolæ ſcri
ptōnē cū iā qd ſcribat alidq̄ nō hēat ſiē cui ma
gna deſūt leuia cōſectet̄ neceſſe eſt. fo.xxiiii
Torſiano. Dulcio. Incōmoda quæ ꝑpetiūt̄
fugientes peſtem. fo.eo.
Adoard⁹ ueſter. Chariſtio. Cogitāti cui ſcri
beret hic i mētē uēit cui⁹ refert bñficia: & de
ide cōmendat ueheměter quendam quē ait
eſſe uerecūdiæ maximæ in poſtulando eoq;
promptius petit adiuuari. fo.eo.
Varii nūtii.Hautōphilo. Nō lachrymari ſe q
dē quod eſt mulieꝝ ex aduerſa ualitudie iſti⁹
ſed tñ mirifice excruciari & refert uñ illi tātū
afficiat̄ uera ſnia efficax & pulchra fo.eo.
Nō potui i diſceſſu meo.Eidē.Dolet i diſceſ
ſu nō potuiſſe uider:& rogat i aduētu Pōtifi-
cis illi ſit auxilio.Et qd cæteri cōaturi ſint: &
eū i eo totū icūbere qcquid expediat ſoi⁹ no
uit breuis in hoc genere pulcherrima fo.eo.
Libero te.Calandrino.Nece Pandulfi Balio
nii & alioꝝ doluit acerbiſſime & petit eam
plagam lr̄is nō renouari ꝙ ille ſibi ſe exhibe-
at perſpectū id ſibi ſemp fuiſſe fo.eo.
Campan⁹ ſaluere iubet incudē. Baccio. In
cudem eū appellat cui nō deſinat poſtulatoꝛ
iprobus eſſe & refert multa quæ exercitatiōe
ꝑſtabiliora ſiūt : & ludit qm̄ hui⁹ crimis cām
ſit acturus apud eum iudicem quo ſecūdo in
inditiis nihil fœlicius. fo.xxv
Placet iocari. Gentili.Q ualia eſſe debeant
panegyrica poemata atq; ſolutæ oratiōis epi
grāmataq;:hac epiſtoia doceris ubberrie eo.
Erras ſi exiſtimes.Seneñ.Incognita nobis p
ſcribit:uti geſta ſint oia:quæ ſpes:& q̄nta ho
mini conſtanti in aduerſis gloria. fo.eo.
Accuſa tu quantū.Diſtuliſſe ſe reſpondere ſu
is litteris quib⁹ in amiciciā recipi poſtulabat
quo ſtabiliorē ſibi cūctis exploratis eū face-
ret amicū.Laudat deide ingenium. fo.eo.
Nō ſine robore.Phylēo.Dignitatis acceſſiōe
nihil ēlatū ſe iure quidē accuſari poſſe & ſta-
tim nō ſcripſit neq; prius fuiſſe munera expe-
ctandaꝛ ueꝛ diſtuliſſe ut peractis certis reb⁹ ſo
lidius gaudium poſſet aſſerere. fo.xxvi

LIBER QVARTVS.

Miraberis ꝑſtātiſſime. Antiſtiti Magūtino.
Hortatur⁹ ut uēiat Romā a uirtutibus ſuis or
ſus laudes gētis ſuæ pſequit̄.inde laudat Ita
liā ide.Romā.Demū oñdit ſtudiū Card.Se
neñ.i illū.Memorat poſtremo aliquos q ſpe
ctādæ.Italiæ & requi orbis gr̄a editiſſima lo
ca cōſcēdere.Quæ oia ita pſcripſiſſe cōcludit
qm̄ exiſtimauit fungi officio ꝓbatiſſimi uiri
eū ad gloriā ſui icēdere quā uno hoc aduētu
maximā cerneret illū conſecuturū eſſe. eo.
Here mi.Seneñ.Fulgineam profectus remit
tit equos ſcribit tāta libertate ut nō poſſis ob
ſtupere. fo.xxviii.
In cāpū expediēda acies. Papieñ. Rñdens
epiſtolæ Papieñ.ad ſe ſcriptæ in q̄ iocoſe ille
cōuiciat⁹ erat:cōfutat obiecta Cāpan⁹ ſpicula
aq; retorquet tanta libertate ut ide cōſtet mal

ſeſte cõiunctius nihil⁹oi hoium memoria Cã
pano & Papieñ ſuiſſe. Hanc quicũq; Campa-
ni acutiem ingenii leporem & ſimul illorum
incredibilẽ familiaritateem demirari uis ab-
iecto lege ſuperciho. eo.
Ego ſi ruſticus nat⁹ ¶ Eidẽ. Capi ſe nulla de-
lectatiõe turdorũ capiẽdorũ neq; eã gulã ſibi
placere delectari ſe iã tandẽ cõſuetudie urbis
odiſſeq; ruſticationẽ laborioſã: neq; eũ ſe pu
tare lautũ cœnã ante quã op⁹ ſit deſudare eo.
Lætitia. ¶ Loyſio. lætat̃ ex ſpe ſobolis petitu
rũ ſe patriã: actuꝶ gratias Regi ꝑ imunitate
domui ſuæ ſua cũ donata. Quid ſignificat cẽ
romittit grammata: Laudat Papieſem quo
familiariſſime utatur fo. eo.
Extorſerat mihi. Gẽtili. Ad lr̃as Gẽtilis qb⁹
petebat ille ĩ filiolũ accepi tanta hũanitate re
ſcribit ut oñdat optatiſſie ſibi ↄtigiſſe ut ami
citia iter eos foret & eũ hortat̃ ad ſe laudañ.
qd icepit: & qm̃ tãti uiri cõmẽdatõe delectat̃
Periculũ igenii exhibet ſui Dẽiq; tota eſt mu
tuæ charitatis plẽa: attẽde in ea pulcherrimũ
athletã placere Herculi mimũ Roſcio .xxx.
Struerã Petre. ¶ Petro. M. Plurimis iſinuatõi
b⁹ & multo ambitu depoſcit quãdã patrie red
di Maxime Petri laudes complectet̃. fo. xxx
Minutule ut faciã te ſapiẽtẽ. ¶ Minutulo: De
rebus uariis ueteꝛ uitiatũ teſtamẽrũ quoddã
coheredũ mendicitas ſolat̃ poſtea ad calcem
ſales exercet eis ſolis intellectos fo. xxxi
Vbi latitas. ¶ Seneñ. Struit pugnã tutuſq; cũ
hero in iocos ꝓfunditur & ſunt icognita no-
bis refert. Itẽ laborioſam uẽationẽ & ĩde de
præda perſtat in iocoſis. eo.
Inſania nulla maior. ¶ Papieñ Ficus digyta-
les q̃dragas centũ nõ ſalutẽ imprecat̃. oſten-
ditq; illi q̃ ſuo piculo certet cum eo. Conficit
mox pacem & deniq; cuncta ſalibus aſpergit
ut ſolet ad Papienſem ſemper fo. eo.
Montãnæ ſororis. ¶ Seneñ. cõſolatoria de
obitu ſororis mea ſententia pulcherrima eo.
Inſtat Monachus ¶ papieñ. Importuni ipor
tunam importunitatẽ explicat monachi mi-
ra cum acrimonia & gratia ut is ipſi uideatur
diabolus q̃ monachus fo. xxxii
Redii tandẽ. ¶ Eidem. Inuitat ad primã miſ
ſam in epatu ſuo fo. eo.
Dolenter & acerbe. ¶ Iuliano Medi. Cõſola
toria de morte Coſmæ cuius explicat ĩ ſe bẽi
uolentiã & refert uirtutes & hortat̃ ut obſe-
quentẽ ſe Laurentino præſtet ſi manibus pa-
tris gloriã cupiat concumulare fo. eo.
Floriano. ¶ Laurentio. Commendaticia ſed
talis quæ efficaciſſima fo. eo.
Sex totos dies. ¶ Quarqualio. Heꝛ iuenis
ſe ſcribit utq; uẽiat rogatus ſubmuit fo. xxxiii
Cõmendaueram tibi. ¶ Papieñ. Cõmẽdaticia
Saluiati ut cæteræ ſuæ efficaciſſima. eo.
Ego te oratorẽ. Señ. q̃dã cogita illis de mor
te patruelis & matteræ ſuæ apud quos orbat⁹
pie educat⁹ fuerat: & petit & ſe cõſolari ut ſal
tẽ ꝑſtet ſe oratorẽ ↄſolãdis aĩcis ſi paꝝ aſtro-
logus repiat̃ tẽpeſtatibus ꝓnoſcitãdis eo.
Antoniũ tuũ. ¶ Frãciſco ſuo. Vidiſſe ſtudio
ſe. ꝙ eũ maxie referat: hortat̃q; Romã remit
tat ubi ꝓficere & iprobũ uiꝝ euadere poſſit.
Minutole Laurẽti⁹ tu⁹ ¶ Minutolo. de lite q̃
dã: de falſo rumore ꝑ lecturæ: de teſtamento
corrupto & ſcribã quærit ad calcẽ papiñ. eũ
diligere cui ipſe illũ cõmendauit eo.
parauerã. ¶ papieñ. Longe lr̃æ depierũt &
Liuil in ꝑſios reciderunt quia interceptus ta
bellarius querit̃ reuocatã donationẽ & ioco
ſa eis cognita ad calcẽ quẽ attende eo.
Marcũ Tulliũ. ¶ Seneñ. de oratoribus Cice
ronis & philipicis iudicium. eo.
Quẽ tu. ¶ papiẽ. Flexiſſe duriſſimũ caput a-
ſtu lætari ꝙ hitur⁹ ſit apd̃ Fulgineã fratrẽ ſuũ
& ꝙ ſucceſſit cubiculo ſuo ſucceſſurus & pi-
leo expectat Beſſarionẽ. Et d Sutrio idẽ ſetit
qa ꝑt nõ eẽ nõ ꝓb⁹ q ſit illi⁹ ad calcẽ iocat̃ e.
pluribꝰ lr̃is. ¶ Senen. Min⁹ diligẽtẽ ſe in ſcri
bẽdo fuiſſe ꝙ cerneret nõ op⁹ eẽ: & de curia
uicina ac de calcide q̃ ferant̃ a Turcis xxxiiii
Ego iter. ¶ Antonio Vrbeuetano. Explicat
q̃s iternatet delitias ut nihil ꝑter eũ deſit eo.
Beatiſſime pr̃. ¶ pio. ii. Dolere ſe ꝙ non poſ
ſit ite deoſculandũ illius pedes ante abſceſſũ
preſſum infirmitate: conſecuturum tamẽ cũ
licuerit per ualitudinem. eo.

¶ Liber quartus

Magnũ ileciſti. ¶ paulo. ii. Laudes hiſtoriæ
cõplexus hortat̃ paulũ ad curã adhibendam
hiſtoriæ de ſe ſcribẽde exemplo multorum
q res geſtas a ſe dũ uixerũt lr̃is mandari ꝓcu
rauere. Epiſtola eſt eruditionis plena & or-
natiſſima & laudũ pauli plena eo.
Nõ i puã. ¶ Regi Ferdinãdo Hortat̃ Ferdi-
nãdũ regẽ ad bellũ contra Turcos quoꝝ ex-
ponit imanitatẽ & clades illatas: multa d põ
tificis pauli laudib⁹. multa de regib⁹ Apuliæ
& calabriæ q ꝓ fide pugnarũt & oſtẽdit non
tã utile & honeſtũ uerũẽt neceſſariũ ꝑ picu-
lis & gloria ab illo forti eẽ in aio obeũdum.
Lucis, eruditionis, & elegantiæ plena xxxvi
Si curæ tibi ſũ. ¶ papien. Ad bonã ualitudi-
nẽ reductus feſtiuiſſima epiſtola prio quã be
ne ualeat oſtẽdit Ide uenationes papieſis ex-
plicat. Mox q̃tũ affectus ſit morte pii: poſt re-
mo qũo gloriã pii cũ paulo iunxerit: ad finẽ
rogat iri pauli grãm imitti: ubiq; carmẽ mi-
rando lepore admiſcet fo. xxxvii
Hodie. ¶ Eidem. De improuiſo & cõmen-
datitia efficaciſſima: attende cum ait neſcire
ſe in præcipiti. fo. eo.
Diſpi ſoriũa. ¶ papien. Ex litere captat beni
uolẽtiã ꝙ ille comitet̃ eos cũ nõ moueat̃ ba
chano trãſeũtib⁹ acclamat⁹ in tergũ Turcis.

rō itineris. Valitudo melior dñi Señ. de epi-
ſtola papieñ. ad gētes &c De ſtilo illius dicē
di notanda. Ad calcem caue intelligas uerba
interpraetata mihi ſoli cognita . eo.
Anteuertiſti ꝑperantē. ℂMinutolo Deſuiſſe
tabellariū ſecūdū archanula ſua:fidere pluri-
mū illi. papieñ ſp auxiliatorē quo ſine nunq̄
bene nauigauit. agit inde ſales. De Volaterra
ni ualitudine:aeſtiua Romae quae tēpora atq;
uel uitāda:dolet ex obitu amici:philoſopha-
turq;:inde redit ad iocos. Fuit cū hoc mira fa
miliaritas & ad nut⁹ mutua itelligētia. xxxix
Sero quidē. ℂPhiliberto. Nihil iuuenile ī il
li⁹ epiſtolis:ſero ſed aliquādo tñ accepit. Lau
dat eloquentiam quantū pio teneaſ cui⁹ me
moriā pollicetſ ſcriptis mandare eo.
Et tēpus admōet. ℂSeneñ. ſtatuere ſe apud
eū degere cuius maxima in ſe fuerint beneſi-
cia quorū refert aliqua ut ea fruatur ſaltē de-
lectatione quādo uideat referre ſe nō poſſe:
De itinere peruſiam uſq;:inde ad eum. eo.
Quantum ſuauitatis. ℂCornelio. Neapolita
num lambere in morſu:nō opus fuiſſe uiſita-
tione indiſceſſu iocatur monetq; ne ſecū cer
tet quia motum fuerit. ſo. xl
Quod tenearis ſtudio. ℂEidem Cupere ho
mines hoc ſalli ut eū beniuolentia dignum
arbitrentur:pulchra argutula; eo.
De amore ℂGentili. Ociosa amicicia niſi ex
erceatur:nō contuliſſe ſe quidem bñficia ſed
paratū conferre fuiſſe:attende finem. eo.
Litteras tuas ℂRoberto. De ꝑtura quam pe
tit Senis iocatur q̄ ſalaces poetae quibus prae
turae non cōueniant:ueteri hoc ciues:ſed ha-
bere eum uxorem ubi referiaſ:ideo nō deſpe
rare:facturum oia ſe officioſiſſime. eo.
Venit iſtuc. ℂLeonello Referta rebus mille
ſcitu dignis breuis:inuidet de ſocietate Grae
cis latinos anteponit:quibus laboret morbis
qui uxorem ducit. Commendat Montanū
ueteranū inſignē uictoriis. Imitari illum mi-
lites. Carmina:q̄ praeſtet cito nec dicere faciā
nota ſtulti fortunati duriſſimū imperiū. eo.
Hic a quo. ℂLaurentio. Cōmendaticia effi-
caciſſima Saluia ceruici. Saluiato. De ſaluia
cū ꝑſit caeteris articulis ꝑſit an & teſticulis e.
Dat mihi. ℂGētili. De frontino de aquaedu
ctib⁹ corrigendo. eo.
Triſtis acerbaq;. Seneñ. de morte patris & fi
lii miſerabili:longa lectu pergrata. eo.
Res eſt. ℂQuarqualio. de contentione cō
petitorum & alia pauca. ſo. xli.
Ego quidem. Achilli pettucio. pulchra q̄
hūc maxie coluerit ꝑpter uirtutē: hortaſ ad
contentionem ſcribendi ſuſcipiendam eo.
Audio F. Archiep̄o Florentio. pro Syrenu
la ut egrotanti canonico ſufficiaſ. eo.
Saluiate uigila. ℂSaluiato. Exageratiſſima
breuiſq; ep̄la q̄ ipedit ī negocio ꝑcurādo eo.
Scripſeram proximis. Venturae. Nulla pulcri
or utilior ue ad dignoſcendā qd egloga. qd
Satyra quidq; elegia exigat:& quae ſit iter eas
differentia. & primo iocatus erat q̄ ſcripſiſſet
min⁹ agiolice & rettulit oper am exhibitam
amico:& quo ſit in eo ſtudio q̄ maxio ſo. xlii
Quaeris qd gen⁹. Seneñ. Quod epiſtolarū
genus probet ipſe:q̄leſq; ſua ſnia eē debeāt e.
Amiſiſti parentē. Caeſari Criſpolito. Opor-
tere eū ſua uirtute erigi mortuo ſre: hortatur
ad ſtudia:parentis ſe exhibet loco. ſo. eo.
Veni hodie. Donato Actiaiolo. Factū ſe ꝑ-
priorē Gentili uerū uti olim garrulitate illū
ſuperauit nunc quoq; quando ille ad ſe non
ſcribit ſilētio ſuperatur. Nō infaceta eſt. eo.
Nec reſpōdes. Xancto. De ſtimulis & freno
nuſq̄ lepidi⁹ ipſa ſe breuis explicat legēda eo.
Nō ſcripſi. Ant. Vrbeueta. Factus archip̄ſby
ter ſci Euſtathii Romae locat:notat nām cu-
iuſdā q ſibi eripi putat qd aliis datur ſo. eo.
Exigis rōnē. Domitio ſecretario Beſſanōis
In ſeceſſu qd fecerit poſt iocos oñdit q̄ta ex-
cellētia Beſſario iudicauerit Platonē atq; Ari
ſtotelē dum utriuſq; uitā & ſcripta percenſet
epiſtola luculēta certamis & glorie. B. plēa e.
Fixus iā clau⁹. Papieñ. De ſe an de illo haud
liq̄t dicat in pricipio de dſignatis Terami ma
giſtratib⁹:attēde elegantiam ad finē. ſo. xliii
Caetera quidem. Feruſino. Certis icerta nō
eſſe anteponenda Romae omnia eſſe incerta:
agit gratias ꝑ munere:& hortaſ ad officium
in amicum praeſtandum. eo.
Ego pro ea. Laurentio. Quātū dilexerit Sy-
renulā hac daſ diſpici. Sup fructib⁹ beneficii
illius ex iure & gratia:attende finē eo.
Vide quid tua. Gentili. Capta beniuolētia ro
gat celeritatē uide quia arguta ad calcē eo.
Aperui tibi. Ruffino. Poſſe illū uēire Romā
nā ſibi parauit locū ſed eē prius cogitandū tā
git mores curiae:heu ergo ſic ſemp illa fuit. e.
Vide q̄ ſtatim. Eidē. Agnoſcit hui⁹ ī aliū ſui
cauſa collata officia quae ita cōmemorat ut ī
telligat debere ſe illi q̄ maxie:eſt pulchra. eo.
Egrotaui hos. Papieñ. Iocaſ de trebiano:&
cōmēdat quendā. argutiam ad calcē nota. e.
Aquamellatā. Coſmae proto. Credo iocari
Tute Apollinem praeſta. eo.
Acerbe me affecit. F. Petrucio. Dolet de obi
tu patris explicat familiaritatē cū illo & mo-
res qbus cum laudandus fuiſſet durior eſt ha
bitus ī filiū & caeteros & maledicus accuſat⁹
qui libere q̄ nō placerent:iprobaret:ita refert
ī quo damneſ ut in eo ſemp illum probādū
fuiſſe oſtendat:attende finem. ſo. xliiii
Ego petre. Petro Me. Captata bēiuolētia cō
mēdat quendā ut ꝑmittat illū colere agꝛe de
quo ē cōtētio cuius in finibus ſit cū uadē da
turus ſit ꝑ uectigali ubi adiucatū fuerit & do
cet poſcere rem honeſtā cū nefas ſit ꝓhibere

tellatē colli qd ſanctæ leges omni ſtudio cu-
rauere hē erudiтionē: attende q̃ acccuta. eo.
Scribo ad. Gentili. qd uelit eū apud. P. curare
petit lr̃as quas cū accipit lachrymas. Inde cō-
mēdancia & cōmenta p illū pſtaturū ſe ait. e.
Scio nō ingratū. Eidē. attende quo ingenio
cōmendet iudici cauſæ actorē pri⁹ iocat⁹ accu
ſando q̧ nō ſcriberet: tota ediſcentia. eo.
Romā redii. G. Teramno. Attende q̃ efficaci
ter poſtulat confici rem ad uotum amici quē
ſibi duo Car. cōmendaſſent. eo.
Vereor ne. Falconi. Querit̄ neq̧ reſcribi neq̧
exaudiri: & q̃rit̄ d papieñ. tota ppe epiſtola ut
de q̃ licēria & quāta acredie tñ & pulchra &
acuta. p⁹ diſceſſū. Seneñ. q̃ geſta ſūt i cā Piloſi
mōachi ꝓteruí: de illius fuga: libellos i ſe por
rectos & aliq̃ ad eā rē. Si accedat petitur⁹ ueni
am ſit apud ſe: & ſubiicit aliqua alia. ſo. xlv
Prioribus lr̃is. Eidē. In cauſa piloſi qd agit̄:
qd dixerit ille mox in fugam dederit ſe Lau-
dat Vicariū nouū & piloſi ꝓteruiá explicat. e.
Scripſerá. Eidē. de piloſo qd adhuc fiet q̧ i cā
Et demū qm̃ itelligat illū affligi morte cuiuſ
dam arguit illū q̃ſi nihil ꝓferint Tuſculane &
reliqua philophiæ ſtudia quibus potuit edo-
ceri nō eſſe uiri mortem deplorare. eo.
Plurib⁹ iā. Eidē. de piloſo pauca poſtea mōet
qd actū i aduētu Cardinalis minorū ut allo-
cut⁹ cū fuerit: occurrerit & amicicia ſuffricue-
rit arte & īgēio mox quō ad ſe ſit uēturus. e.
Miniſter Minoꝝ. gētili. gratā habuiſſe ſaluta
tionē ſuo noīe factā & cæteroſ ſe cōtēnet unū
papieñ colere: hortat̄ ſcribat ad papieñ. ñ de
iocoſis & docet ſe affuturū p⁹ triduū. ſo. xlvi
Longū eſſet pſcribere. Papieñ. celebraturus i
ep̄atu ſuo conat̄ allicere hūc Teramū ſpe inie
cta luſtrādi amœniſſimi itineris. Inde d catel
la iter locos ſerio pūgit. ad calcē epigrāma. e.
Vellē initiū. Stephano. Cōſolatoria de obitu
filii tota ſui ſimilis & philoſophiæ plena. eo.
Eſt ne imperiū ullū. Papieñ. Cōmēdaticia ꝓ
magiſtris Herculano & Dominico fratribus
Auguſtinenſibus ſtudii & iperii tota plena e.

LIBER SEXTVS

Iā plane uērū. Gētili. e germāia ad gētilē epi-
ſtolá hāc ſcripſit tāta igenii acutie quāta ad-
miraberis ſi legas: pſam carminib⁹ hiſq̧ uarii
gñis admiſcet mira uēuſtate & lepore niſi de
guſtes icredibili. unū uel primū utilitatis hēt̄
q̧ oēs uiros ei⁹ ætatis doctos pcenſet. ſo. xlvii
Ad. xiiii. klen. Papieñ. nulla lepidior aq̄læ ad
gruē redierūt Mortui in Germania uiuūt &
ibi uiuere eſt bibere: attende epigramma & ſi
nem nō cōtinebis riſum ſcio. ſo. xlviii
Litteras tuas Eidē. reddit rōnē pacti itineris
i germaniá de magūtino āntiſtite. de marchio
ne Brandeburgeñ. i laudē multa ſcribit q cō
uenerint iá & pollicet̄ quæ ad diē fient. eo.
Viuimus ſi nō. Eidē. Viuit ſi uita ē: iter barba
roſ: expectant cæſarē i quo ſalus oīs ſi uolet:
factioſa germania & diffidēt Boemi. ſo. xlix
Mirant̄ q̧ pauca. Eidē. pauca i cōuētu fieri ma
gna cogitari expectāt cæſarē reliq uētum ſpan
tur ubi is appulerit quē audiūt danubio ānat̄
& d boemicis ſbdit aliq̃ quo q̃ſq̧ reſpiciat. e.
Cū ſcribat. qd legat⁹ qd ipſe i honorē & utili-
tatē conet̄: expectát Cæſarē & refert incōmo
da quæ pſerūt & captat i eo beniuolētiam &
latrociniū totam eſſe germaniá cōtēdit. eo.
Quotiens de te. Eidem. Medio Iunio fri-
gent recordatur deliriarum Italiæ: hortet̄ ad
curandam ualitudinem. eo.
Cupim⁹ ábo. Eidē. Italiā Italiá ſp cogitat Ita
liá: augeri cōuētū. Attrox facinus pūitū. d boe
micis q̧ muſæ domiūt. Sacerdoti execta a pu
ella lingua dentib⁹ & nota heu q̃ nō cæſar. e.
Pendemus i aduentú. Cōpatri. Electores im-
perii iá aduentaſſe nō poſſet Impatorē differ
ri de germania icōmoda oīa & oīa mala uide
ſi tibi nondum bene nota germania eſt. eo.
Domitio meo. domitio. accuſat qd ſolus ni-
hil ſcribat: cur nihil ſcribat beſſarioni pͥotio
ſuo Cardinali niceno: q̃ parū ſpectet de cōuē-
tu in quo ſegniter fiant oīa attende finē. ſo. l.
Hominū q uiuant. Saluiato. nihil de eo itelle
xiſſe tanto tpe: & copiam & inopiam Germa
niæ ſcribit notione digna epiſtola eſt. eo.
Perſcripſerá tibi. Papieñ. Explicat p⁹ aduētū
Cæſaris q̃ acta Tridentiū ep̄m ꝑ Cæſare gr̃as
egiſſe: recenſuiſſe clades: & multos cōuentus
ne quicq̃ factos repetiiſſe. ſequēti die orta cō
trouerſia iter electores & oratores burgūdos
de ꝑcedentia: ea ſublata Burgūdos ac Vene-
tos oraſſe: Ayſtateñ noīe cæſaris propoſuiſſe.
nō placere legato ꝓpoſita: oīa poſſe cōfici ſe ꝓ-
curet̄ cōcordia Germaniæ factū eſſe delectū
eoꝝ q ꝓpoſita curent: polliceri oīa Cæſarē &
Cōuentu eſſe q̃ maximū. x. miliū equoꝝ. eo.
Poſtridie noñ. eidē. quo die credebāt ꝑfectoſ
curæ cogēdi exercit⁹ dbere referre q̃relis & tu
multu oīa agitata: ꝓpoſitū ſcelus d frē q frēm
i uicula teneret. uenitū q̧ Spireñ. ſedē iter ele-
ctores lectaſq̧ lr̃as de cladibus Turcarū ad q̃
dormit egregie Cæſar. ad calcē de boemis &
Hūgaris. Quæ añ noñ. Eidē. uēiſſe Saxones
principes agi d tollēdis diſcordiis palatini &
hēri rōnē redditurū ad cōtribuēdū ſtipēdiis:
principes accipere cōdiciones: ſperare bñ. eo.
O ſolis o cœli. Eidē. Aurea gēmis conſita
adeo carpit Cæſarem germanos & tempora
Deſiderium Italiæ primo: poſtea transfert̄ cō
uentus: cauſa palatini interturbat Vidit coro
natum Cæſarē: de thyra qualis ſit. ſo. lii
Scripſi ad oēm. Eidē. Deſiderium illius nō
ſcribere quoniam alloquet̄ hos qui interfue-
runt. Oratores Hūgaros. Boemos: polonos
adeſſe Turci redierunt maiore manu: ipſi ēt
dormire inter querelas. eo.

Nō ſcripſi.eidē cognita illi neſcio ꝙ ſcomoſa
& mauult pit ꝙ iter barbaroſ diuti⁹ motari.e.

Fuiſti haſtenus.¶Coſmæ cura ut reuocet cu
ra ut reuocet.In Germania nolebat amplius
eſſe acunei plena. eo.

Quid tu de me.¶Domitio.quanta ac ꝙ ne
ceſſaria ſit in.B.ſua obſeruātia:hicq; īſinuat
petitionem præſidatuū poſtea ꝙ redierit. eo.

Crucias me.¶Eidē.Accepiſſe ex alius geſta
Romæ:ppōnit ſpē in illius amiciciā ſuam:&
locaſ de gladeo & cantu:& ſtulticus ſuis.eo.

Si meū cōſilium.¶Andreæ Lucentino.ſi ex
cōſilio ſuo actū:demigratum Germania fuiſ
ſet iam pridem.Poſtea de ſuis & illoꝝ litteris
ultimo queritur iam nō pudere peccare. eo.

Niſi ex lr̄is.¶Car.Rauenati.Pulchra excuſa
tio qm̄ nō uoluimus ſcribere ea quæ ſcimus il
lum ex aliis ſcire.B.tamen refert aliqua geſto
rū in cōuentu ut credas quicqd i aliis ſit lar⁹
fuſum hic fuiſſe collectum.De turcis:de lenti
tudie Cæſaris.de diſcordiis palatini:de rōne
cogendi exercitus:de tranſlatiōe cōuētus.e.

Sum tibi ꝓximus.¶Griſo.quædā eis cognu
ta:ſed attēde pricipiū & ꝓ cocle laternā. liiii

Debeo peruſinis oibus.¶Papieñ.legato.co
mendatarus uirū peruſinū cōmemorat in ſe
maxima peruſinorū bn̄ficia uti donarint ciui
tate ꝓſecerint muneribus ciuitatis & alia.eo.

Læticia incredibili.¶Eidē.gaudere ſe ex ho
nore & gloria quam cōſequaſ ex adminiſtra
tione ꝓuinciæ factioſiſſimæ. eo.

Ne ceſariano qdē.¶Papieñ.nouo amico pa
rū deberi Valerianos cōmendat:mlta in pu
ſinos charitas quorū parietes uallet ſua cā ue
dum homines eſſe cōmendatos.Et pinellum
cōmēdat in ꝓfectura quē laudat.& qui mor
tuus illi nunciatus erat:lā faciet ut intelligat
ſe uiuere crebris cōmendationibus. eo.

Quod ꝓximis.¶Papieñ.ex ratiſpōa Norim
bergā:inde ad Bambergā:pinxiſſe Cæſarē ni
hil ſculpſiſſe:pacem ꝓnunciauit omnib⁹:nul
li dedit:cū faciat oi facit nihil.Cupe nil aliud
ꝙ Italiā.inde de legatione peruſina ex qua eſt
ſollicitus cauſis quas refert. eo.

Ocioſa beniuolentia.dānat ocioſā beniuolē
tiā & æque eſt in benificentia ꝓſtare:ac cū nō
poſſis cupere:mox queriſ ſe tā latinū homi
nē pmittit inter barbaros cōſeneſcere:rogat
agi ꝓ reditu apud.B.quāuis conditione qm̄
nō poterit eſſe niſi āpla ex dignitate illi⁹. eo.

Ad illam.¶Beſſariōi petiturus ut reuocet il
lū ex germania i Italiā:Inſinuat laudes & ro
gat ut reuocet illū ad aliquē locū dignitatis
non tanꝙ ab exilio reducat:& quidem artis
plena eſt. fo.liiii

Tam gratæ ferunt.¶Terameñ.gratias fuiſſe
litteras de ꝓpoſitura illius in qua ſūt optima
uina.de conuentu & mutatiōe illius Norim
bergam Et iocatur ad calcem. eo.

Ecce ſperabim⁹.¶Beſſariōi.philoſophaſ ſol
licit⁹ de morte pōtificis:labor i confirmandis
animis germanoꝝ pōtifice mortuo:diligētia
Cæſaris ad tollēdas diſcordias.Cupiūt pōtifi
cē ſtudioſum huius pugnæ:illū uenerant &
cupiūt Pauli i inſunt laudes non modicæ.eo.

Cēſes auſū.¶Domitio.præ ueneratiōe nihil
auſum ſcribere.B.& deſiderio teneſ maxio qr
creatit papa & oſtēdit quantū id ēt cæteri or
bis populi cupiāt:& rei cōduceret chriſtianæ
affectū ſe læticia icredibili cū audiſſet orato
rē Venetū illū nominantē ad ꝗrentin oratiōe
Tota applaudit Beſſarioni. eo.

Ita ne abn̄tes.¶Minutolo.agit ſemp cū mi
toſo de reb⁹ abſtruſis:crede eos ueſtales non
meditari pudores nota uerſus.dat fortūa ma
nus quibus ē nocitura &c. eo.

Durū qdē.¶Nico.epo.Mutiñ.Ardere ſe ui
dere illū tanto tp̄e non uiſum.uiuendū i tri
ſtib⁹ ut ad læta peruenire poſſit:effeciſſe poſtula
ta.Fingat egrotum dū non erat quo papa ſta
tuit.Tota ſtudii & amoris plena. eo.

Scripſi tibi.¶Eidē.cōuentus ad finē reſpicit
reſarciet negligētiā:epiſtola elephantina.eo.

Lucētine iuſta.¶Lucentino.Lucentinus iſte
eſt ſpectatus uir ille Aquilanus.D.Andreas in
domo Seneñ.ad quē ſcribit de auctoritate &
gratia legati & petit ut inſtet reuocari. eo.

Litteræ tuæ hoc.¶Fabio lucētino.Attende
charitatis plenam epiſtolam i ꝙ cū ſit iuuenis
hortaſ ad uirtutē ſectandam:Nihil hēt tantæ
cōmendationis quantū ipſa ē ſtriarū & pater
næ admonitionis plena. fo.lv

Sum⁹ iā.¶Papieñ.Herbipoli cedūt.Cætā ꝓ
reditu:ophym ſentiet ex lr̄is ſi olfecerit. eo.

Nihil.Hieronymo Terāno.læticia dolore ſi
mul ex lr̄is affectus:ignoſcat breuitati. eo.

Diomedē.gentili.non potuit efficere in amī
cū quod pat erat Papieñ.perdit illū Occupa
tiſſimus ex diomede intelliget omnia. eo.

Anime mi.Cherubino.Occupatiſſimus.eo.

Alter ego.Gentili.Vide principiū lepidū Vi
ciniot Scythis ꝙ tibi:uiciniot ponto ꝙ Tybe
ri:Viciniot Meotidi ꝙ Traſimeno.& epigrā
ma concinnū.Inde ad Papieñ.& petit cōmē
dari ſe & cōmendat Syrenulam. eo.

Viuo ſed inter.Papieñ.nota uim uerborū &
mutus & ſurdus ē Italiā oino petit reuiſere.e.

Leonelle mi.Leonello.Viuere iter barbaros
aliquanto minus eſt ꝙ uita. eo.

Quæ gyrant.Galderio.Petunt auxiliā ipi q
dem non Italiæ polliceneſ. eo.

Cum ad te rediero.Moroni.Iubebit illum la
uari cum redierit ſepties & ſetorem explicat
Germanum. eo.

Sinolphe.Sinolpho.Ira in miſericordiā ubi
accepit febrim obſtitiſſe ſcriptioni. eo.

Stacolo meo.Stacolo.ſcire cupe de plore ut
reuertentius tanꝙ patrē familias appellet.eo.

Fabi cũ ſcribant. Fabio Mathatoſtæ. Petit ut ſcribat ſæpiſſime uel excolẽdi igenii cauſa In de de pomponio mire laudes eruditiõis. eo.
Scripſi ad te iam ter. Domitio. Nota quibus careant in Germania quæ in Italia abundant illic miraculi modo ſunt. ſo. eo.
Iniuſte qrereris. Silueſtro. Ab aſtris oĩa ergo in caſſum mortalibus oĩs cura de papa creando & laudat patronũ iſtius & nota uirtutes quibus imperio illum cõueniri ait. eo.
Cum nõnullas. Siſto. iiii. Candidi ad Victorinum de diuina generatione liber quẽ mittit ad papam diiudicandũ dignus ſit ne edi. In Germania inuentus: nota finẽ: Victorinus ꝓceptor diui Hieronymi. ſo. lvi
Redimus in Italiã. Narciſo Meliteñ. poſt retum in Italiã: Iturũ ſe ad eꝑatum ſuũ unde ad regem Neapolim iuiſeudum quod ipeditus nõdum fecit per ea quæ refert. nota. Quotiẽs nõ facimus quod cupimus & calcem. eo.
Cũ ad Raniſponã. Papieñ. Cũ puenerit Raniſponã ſcripturũ oĩa Tabellarius iſtat. neſcit nili gaudia ordiri. & abſens iperioſus eſt. eo.

LIBER SEPTIMVS

Ruimus ruimꝰ. Papieñ. Ex Tuderto cui ꝓſidebat mira libertate deplorat ruinã nr̃am cũ hi nõ occurrãt piculis q maxie deberẽt factiões & negligẽtiã accuſat patrũ qui factionũ capita Romæ cõfoueãt i ꝓuicia iterea cũcta ferro agunt. Enixũ ſe quãtũ & dbuit & potuit. Cætera illi currẽt elegãs & ꝓcelſa epiſtola. ſo. eo.
Dura mihi decreta. Eidẽ. Laudat retentionẽ prædæ factam: rogatq; pſeueret & ꝓdonibus auxilia ſubducat. ſo. lvii
Qd mihi grauiſſimũ. Io. Frã. ꝓto. Vrbinati Dolore ꝙ nõ potuit i diſceſſu cõueĩre: qbꝰ rebꝰ cõcordiæ ſpes ſublata ẽ: expetit adeſſe Domitiũ cũ quo iocũdaret: addit epigrãma. eo.
Nihil dat. Saluiato. Nihil occi diſtractus a ſtudiis An nõdum intelligis. Iaco. Volaterrano. Perdidit illum Papieñ. meditat arma ex campo Hercules futurus. eo.
Diuina. Papieñ. Gratias agit ꝙ ſuccurrit Tudertiorum calamitatibꝰ mirãda epiſtola breuis. nota finẽ: gloria ꝑtibꝰ memoria poſteris. eo.
Vide ꝗ miſere. Eidem. Afflicto ex calamitatibus ſubditorum. eo.
Senẽ. Io. Bap. ꝓto. Sabellio. Caput exitii cognoſcit dabit aliqd cõmẽdatiõi ſuæ ignauia põtificis: ſua ſolertia: abhorrẽs a factiõibꝰ. eo.
Res eodẽ eſt in ſtatu. Car. de Vrſinis. Conatꝰ Matthæi & auxilia ſua: eſſe accelerandũ propter proximam meſſem. eo.
Duſanctũ. Seneñ. Nihil ꝑtermittere ad expugnationẽ Duſancti: de Tragula & cæde facta & cruciatu qui fit ab hoſtibus dũ dentes ſagittæ alligatos acri iactu euellunt. ſo. lviii
Ego nulla ex pte. Eꝑo piſaurieñ. Theſaurario Cõparandũ ſe illi minimum a mare ſe Andreã: Verũ ꝙ adheſerit Matthæo hoſti nõ poſſe eũ nõ ꝓſeq: multa talia: nota principũ & finẽ. e.
Redit Theſaurariꝰ. Papien. Cerne idignationem maximam ut prorumpat uſq; ad merdã eſt non negligenda. eo.
Quantũ licet conicere Senen. Abdicatum in ſe ꝓſidatu Tudertino cognoſcit: inde ꝓfecto & oratoribus ad papam & ciuium ad ſe concurſu: queritur fieri iniuriam & ſe cõmendat: nota ſupplicem epiſtolam. eo.
Habes iam mitram. Eꝑo Piſauren. Theſau. de mitra & auriculis: ſuadet ſeceſſum nihil nouit egit i beniuolentia: cõmendari petit expeditiões ſuas mẽdicat mercedẽ laborũ ſuorũ. De ualitudine cuiuſdam. Cautelam reſeruat plena rerum & leporis. eo.
Plus ꝗ dimidiũ. Saluiato. Quibꝰ in diſcriminibus uerſet extra urbẽ & in urbe Tudertina factionibus occurrit: attende principiũ. eo.
Quod egiſti. Natinben. Rebellio Matthæi quanta ſit rogat certũ in locũ mittat qui prædam adoriant & auferant: nota finem. eo.
Grauiſſima quæ. Senen. Populũ iã deniq; cædẽ maxima editurũ quando cernat nihil pareri breuibus & hoſtẽ foueri ſe abiturũ. Inde niſi accurrat: petit ignoſci ſibi. ſo. lix
Rumor hic. Eidẽ. Rumor admoueri eũ & caſtellanũ quo urbs tota expauit: petit ſcribi uerũ manu ſua: dolore ſe urbis cauſa nõ ſua. eo.
An nõdum ſentis. Senen. Cõſolatoria de obitu cuiuſdam miranda. eo.
Agapitus. Syponti no. Titilatio de illius & Beſſariõis memoria Matthæi exulis explicat neſanda geſta uti nõ poſſit ꝓpulſare iniurias oppido quodã egreſſurus illud uaſtauit. eo.

LIBER OCTAVVS.

In myropolio. Iordano ſpole. Fulgineæ uitam Lyſandri cupit habere per hominẽ: nota finẽ: obligatior quo prior. eo.
Nõ ꝙ te. Remboto. Neminẽ cõtemnit. Rẽbotum magnifacit. eo.
De ſacerdotibꝰ Vicario aprutio. Iſtac es uides qua uia cõprimenda audacia de ſubdito turbulento. ſo. eo.
Here ſalue. Senen. ſacerdotes mittit Phrygiõs ab ireſtato morituros: pſcribit quæ dono mittat & ridet quõ opidare i ꝓuĩcia uiuat. e.
Nõ ẽ ꝙ multis. Hieronymo eugubi. ſupellectilem reſupinauit totam: commendat quoſdam arctiſſime. eo.
Quæ de ſet Marioto Vicario. Quid agat qd ꝓſter talia in tota. ſo. lx
Emiliã tuo. Griſo. ꝓſtitit qd unũ potuit frõtẽ lætã amico diſticõ: momẽta ꝓuiciales uocãt: nullã uult ſibi ipetrari ãplius ꝓuinciã. eo.
Falconẽſes. Archieꝑo ſpole. de Falconen. e.
Si quod aliud Numen. Ia. Minulo eꝑo Nucẽrino. Tyndaridas tergeminos interpretetur Apollo ſic ſemper ad hunc. eo.

Vnicũ numen. Papieñ. Gloria Papieñ. ex geſta ꝓuicia: ſactiões ſuffumare Tépoꝝ eẽ uitia Succeſſit illi: ſi uirtutes Papieñ. deſiderat̃ i eo: Integritas præſtatur. eo.

Nõ dubito. Eidẽ. Vna labes ꝓuinciã totã cõuoluet de mẽſtruis aureis q ſibi ſoluunt̃ p Papieñ Tot p̃roni utiũ cliẽt: ẽ uõ ſubſtiebũt: ſine culpa Fulgiatũ magr̃atu abdicabit̃ & talia. e.

Cum proxime audierim Car. ſci Sixti. Legato ſe cõmendat ne abdicet̃ p̃ſidatu omnis ex eo fortuna dependet. ſo. eo.

Saluiate miſi ſaluũ. Saluiato. Q uãta iniuria ſibi fieret ſi p̃ſidatu abdicaret̃ nota ſidẽ ubiq terrarum. notũ eſſe ſe & ſua legi ſcripta. eo.

Si dignatiõi tuæ. Car. ſci ſixti. Agit gr̃as legato de ampliſſimis ꝓmiſſis illius: laudes cõplectit̃ elegans ſublimiſq; epiſtola qua maxime principis laudat̃ beneficentia. ſo. lxi

Saluiate mi ne quere. Saluiato. Præeſt ꝓuinciæ qua dubitarat amoueri. De epigrãmatib⁹ nihil ualere niſi ſint mordatia Iturus in Aprutium Inde ad Aquilam: cõmendari & litteras reddi petit. ſo. eo.

Graui me doloȓ. Ep̃o ſueſſano. O ñdit quõ ñ ſua negligẽtia ſed culpa ſui coq lr̃as nõ accepit: ſubiicit de pactiõe facta certorũ bñficiorũ cõtrouerſia & tranſactiõe exinde facta ibit ad ep̃atũ ſuũ exhibet ſe totus illi deuot⁹. ſo. eo.

Cruciant me. Papieñ. De toxicatis qbuſdam & auctoritate necato ex Cãpano Cẽturio. eo.

Cũ hæc ſcripſiſſem. Papieñ. Iudiciũ eẽ ſibi diſſimulãdũ de iduſtria prorogatio, p̃fecturæ ſalutẽ ad ſemeſtre ꝓ quodam: attende efficatiam petendi ad finem. ſo. lxii

Eſt ſpoleti Iordanus. ❡ Eidẽ. Pie Numẽ iſumẽ nõ thure numen in odorẽ in Iordano deſende Campanum Vna eſt oim cõmendaticiarũ efficiaciſſima eademq; lepida. ſo. eo.

Ludouicus hic. ❡ Car. ſci Sixti. A duerte q̃ reuerẽtia ſcribit nõ audet plane neceſſitatẽ latinã ſeruare utit̃ uos ꝓ te: artis & reuerẽtiæ plena. Loquitur de exule ſpoletino uiro bono: & de inſolentia plebeorũ. ſo. eo.

Ego ſi qd feci. Car. Papieñ. Captatoria uerba beniuolẽtiæ. Inde ludit de ſeceſſu & piẽtinis celatiiſ qb⁹ ſiti ſui cõmẽdari petit. attẽde finẽ ſup epigrãmate de Platone & Roſcio. ſo. eo.

Salue mi fr̃. ❡ Gregorio. d̃ exule ſpoletio cui remitti depoſcit exiliũ ſi ex rep. eoꝝ ſit: ardenter loquit̃ ut ualere ſpoletinos iã dicat: epiſtola officio quidẽ plena cũ amicũ auſit appellare proditorem ſi nõ amantem. ſo. eo.

Dulci meo. ❡ Dulci. Hõ iportun⁹ ſed officioſus: ẽ aius fortũa: aio fides maior. d̃ exule ſpoletio uide Cãpãi i amicos ſũmã charitatẽ nullus illi amicus mediocris qui amicus. ſo. e. l

Fratris tui ſic acta. ❡ Papieñ. prorogatã ꝓuinciam quantũq; ſit ſuus Legatus: & uota in ſe ꝓuincialium uirifica nota. ſo. lxiii

Here ſalue ſpo. ❡ Seneñ. d̃ bñficẽtia legati. e.

Ceraſi mi ſalue ſi putas. ❡ Sancto ceraſio. Iſte fuit i p̃ſidatibus ſecretarius: ludit de amore & lucerna & epigrãma uacuum curis oportere eſſe uatem & petit ſe cõmendari. ſo. eo.

Cãpanus gẽtili meo. ❡ Gentili. Quanta fuit cũ Gentile beniuolẽtia: quot ſubiturus ille ſit ex mitra icõmoditates. d̃ papien. q Romæ ñ ẽ is q ẽ: epigrãma: ꝑdit laborẽ. de libertate ueuandi añ mirã illi erepta. de reb⁹ aliis dein des attẽde principiũ de eudoxo & Vlyxe. ſo. eo.

Maluiſſem. ❡ Honofrio. de põte edificando oſtẽdit ex oib⁹ accipere illũ aduerſari idebite & multa i hanc rẽ multũ cõfidenter. ſo. eo

Rettulit mihi. ❡ Gentili ſpoletino. de multis huius cauſis in quibus nihil terminauit quo ex ſnia illius oia peragant̃. Iudiciis ad partẽ epiſtolam attende. fol. lxiiii

Binas litteras. ❡ Ant. Piſtorieñ. de pedagogo petit ingenii periculũ. Q uibus rebus moueatur populus. ſo. eo.

Numen meũ longũ interuallo. ❡ Papieñ. de morbo comitiali ſuo. Poeta oli porro p̃latus futurus. De lr̃is & negligẽtia ex ſecuritate de Seneñ. cõgratulatio: de exhibita opa: de reb⁹ aliis mirãda epiſtola digna memoria. ſo. eo.

Ad cætera tu quidẽ. ❡ Eidẽ. de Theaneñ. aut Tricarieeñ. epiſcopatibus quos petebat obtineri: debes exiſtimare ingenii hic eum uires omnes adhibuiſſe. Tu eam lege. ſo. eo.

Animo cupiẽti. ❡ Papieñ. de Theaneñ ep̃atu refert beneficia in ſe multa. Solidum petit: diſticon. Vehemens & affectata. eo.

Dominũ ſiluestrum. ❡ Eidẽ cõmendat quẽdam quem locat in domo Papieñ. eo.

Prædixi tibi rabiẽ. ❡ Eidẽ. Amotus p̃ſidatu Fulgineo mittit̃ Tyfernũ p̃ſagit ſanũ ſuũ: dolet deſtitui a pientinis: frigidus Papien. egrotus Senen. cæteri ſua quiſq; ſtudia ſequũt̃: aduerſant̃ etiam nonnulli: Vallete pientini: mẽ ſumos petit: & minatur. ſo. eo.

Eximiæ pietatis. ❡ Griſo. Agere ſe minime poſſet pares gratias. de beniuolentia iſe Cardinalis ſci Sixti defuncti. Griſum in illius ſuccedere locũ ſtudio in ſe & diligẽtia amiciciã ocioſam & tota elegantiſſima. ſo. lxv

Non adhuc poſſum. Feroſino. Certe eloquẽtiã certe ingenti dextritatem: dolet ex morte Car. ſci Sixti. Captat beniuolentiam ex fratre cui huic fœliciſſime contingit inſeruire. memoriam pollicet̃: ſcriptis celebrare. eo.

Breues q dẽ. Papieñ. Spei plenas accipit litteras ab ipſo amicorũ oium priuario quicqd id ſit confici poſtulat. ſo. eo.

Q d Aſſiſianb⁹. Papieñ. Habet gr̃as q; affuerit Aſſiſiatib⁹ ſuis quorũ urbẽ & mores deſcribit ut digni uideant̃ oium hominũ ope. eo.

Breui interuallo. Alfonſo duci Calabriæ. Reſpondet uirtutes i illo maximas cõmemorat

& captata beneuolétia ſe cõmẽdat:reddi Cã
páiæ poſtulat:ſpectat hoc ad petitionẽ Thea
neñ. In qua tanq̃ domi & in patria quieſcere
deſiderat. fo.eo.
Hoi cordato. Andreæ graſſo Lucano. Bre
uis epiſtola uolumen magnú aut amicus aut
proditor:preſtet in amore. fo.lxvi.
Pietatẽ i me tuá. Antonio Petrucio. Cur tan
topere Thcaneñ. cuperet eccleſiam. eo.
Priuatoꝝ hoim. Regi Ferdinando. Principú
eſſe q̃ plurimis ꝓdeſſe. littera credentiæ ſicut
uulgus nuncupat. eo.
Non adeo accuſari. Antonio Gazo. Virtus
ſemp elucet:afficiť ad ſuꝑmú:breuis ſed hoc
genere rara. eo.
Ex Perino. Seneñ. Excuſat ſe ab accuſatiõe
paucorú nouatorú q illú íſimulabant ꝙ ma
giſtratú octo uirorú Fulgineæ amouiſſet. at
tende finẽ qua gratia habitus ubiq; nunc pri
mum indebite accuſetur. eo.
LIBER VLTIMVS.
Veni Tyſernú. Seneñ. Veniſſe Tyſernú:ac
cepiſſe omen ex uexillo Pii inſcripto inſigni
b⁹:unius ciuis naturam oimq; ciuiú i illú ob
ſeruátiá explicat:ſubdit de Theaneſi. Pulchra
mibi uiſa epiſtola:Tyſernú deſcribit. fo.eo.
Tudertú ſiue. Patriarchæ. Gaudet illú Tuder
tum ueniſſe:ſed iprobat cõſilia huius q nunc
etiam cupiat in piculis ſe obiectare flammas
& Tuderti cõponẽdi difficultates exptus ipe
memorat:& oi rei quietẽ eſſe ꝑponeñ. ꝙ ipe
deniq; cupit facere:grauiſſima epiſtola conſi
lio & patientia piena. fo.lxx.
Minutolo meo ſalutẽ & fortuná. Minutolo.
Exarſit illius deſiderio ubi ꝓprior factus eſt:
de Tudertino ſtatu ſuo:& Tyſernatib⁹.fo.eo.
Hæc ciuitas pr̃. S. Sixto. iiii. pont. Fatalis epi
ſtola in qua dú quæ ſentit recte libere ẽt ſcri
bit odiú ppetuú cõtraxit quo nõ libertus eſt
donec interiit. Par Philippice Ciceronis quæ
illi mortẽ ſicut huic exiliú:& deniq; calami
toſum exitú ui eloquentiæ & libertate bouis
oibus laudanda attulit. fo.eo.
Attulit mihi ſerenitatis Terami. Duci Cala
briæ. de diligentia & laudibus huius in com
ponendo Teramo. eo.
Anceps iuſticiæ uultus. Antonio Gazo. Vi
de quanta arte cõmẽdat húc q male dixerat
de principe. Cautiſſima epiſtola & quæ ſemp
ꝓ honeſtate mira gratia depugnat. fo.eo.
Amantiſſime Saluiate mi. Saluiato. Cauſæ
receſſus ſui ut eidẽ augeat gr̃am comitis Hie
ronymi ſcribit qd actú in leniẽdo põtifice:li
bertatẽ linguæ accuſat ſuá dú uideť uera ſcri
bere:nõ poſſe in odio pontificis uiuere q ſibi
tot contulerit merita q̃ explicata quo audit
ꝓbiam Peruſiæ. De Nicolao Viteilio pricipe
factionú Tyſerni q Romá ꝓfectus, erat:agũt
cú illo & cú Comite ſicut ſibi in rẽ ſuam me
lius expedire uidebiť. fo.eo.
Incõſiderati erroris. Sixto. iiii. pont. ſuppli
cat Sixto ueniam ſibi dari icõſiderati erroris
cõſideratiſſima ꝓ ſua clæmentia & memorat
in ſe officia. fo.lxxviii.
Benignitate tua. Car. Mátuano. Incõſiderate
celeritatis ueniá ſua itercesſiõe petit ipetrari.
Errorẽ meú intelliges. Eꝑo Mutineñ. Petit
auxiliari in rẽ quam hic ſibi lator expõet. eo.
Vetus amor. Eidẽ. Cõmendat patruelẽ ſuú
nota pricipiú & ad qd amici ii nõ aliqñ ꝓfutu
ri breuis ẽ tota ipa qdẽ hoc genere aurea. eo.
Quarquali ſalua. Quarq̃lio. Neapoli eueniſ
ſe quõ ſuſceptus & q̃ ſpe rogat opẽ ſuam ad
q̃ ꝑſtandam teneť:attende uim igenii i reb⁹ i
certis quõ explicanť oia uẽuſtate miráda. eo.
Quid audio mi Saluiate. Saluiato electo Pi
ſano. ſomniat:an uere audit eſſe eú eꝑm Piſa
nú electum. Inde de ſe qbus ſcripſit q̃ leue cri
men ſuum:ꝓ mortali pcõ imortaliter plectiť
Quid agat docet. deſperatus eſt:minať:incẽ
diť:cõmendat Frañ. una mihi cæteras uiſa ẽ
ſuperare ſed in ſingulis ſic euenit hæc tamen
ardentiſſima. fo.eo.
Quid ſcribam. Nucerino. Explicat quõ cõti
gerit ꝙ tam ardẽtet & icaute ſcripſerit ad põ
tificẽ: Vnde tantopere ꝑlectiť rogat opẽ:inſi
gnẽ contumeliam oſtendit. fo.eo.
Griſe mi qd enim. Griſo. De fide & cæteris
Griſi uirtutib⁹:quõ ſuſceptus Neapoli:cõmẽ
dari pedib⁹ papæ rogat:nota finẽ:dtrahit pri
cipi q de clæmentia deſperat. fo.lxxix
Aio deſtinato. Staccolo. Nõ ſua negligẽtia
ſed inſtructorú hiſtoriá Comitis Hieronymi
pfectá nõ eſſe:quæ ſpes in Neapolitanis:ſatis
ex curia mercedis cõſecutus:præ cæteris co
rona ſibi iuſticiæ. attẽde principium. fo.eo.
Officioſa diligẽtia. Lucæ Lucẽſi. Quædam
haud ſatis explicata. nota principiú & finem.
Officioſa diligẽtia:& docti doctos. fo.eo.
Ego litteris. Antonio Petrucio. Grauatus fa
miliola dum expectat Neapoli effici ꝓmiſſa
crateres abalienat:rogat opẽ celerẽ. Vide ho
minú fata. O litteras:o tempora. fo.eo.
Neapoli ueni. Duci Vrbini. Quá inſigniter
iuidia aulicoꝝ ſit eluſus Neapoli. Nihil ꝓfeciſ
ſe illi⁹ cõmendationẽ quo magis dolet:redit
Teramú Petit ſupiementú hiſtoriæ ſuæ ad ſe
mitti:ná:oino ẽ pfecturus:nata pulcrú obiice
re uirtutẽ piculo. queriť de fortuna & collo
quium cum rege inopinatú. fo.eo.
Nõ poſſú. ℂ Illis. Duci Io. de Aragonia. De
ſideriú ſui cõparatú. Dolore nõ poſſe uerſari
apud eú de cane carmen heroicú. fo.eo.
Cupiebam qd tu. ℂ Cõfeſſori eiuſdẽ Ducis.
Dolere nõ potuiſſe apud eum principẽ eſſe i
quo ſpẽ oẽm ſuá locarat Carmina & cõmẽ

dari petit addiƺ de cane ſagaci. ſo.eo.
Numen meũ. ¶Papieñ. Quõ oia in bona
partẽ accipiat a Seneñ. in re Franciſci ſui de
Archipſbyteratu ſci Euſtachi. Laudat Fran.
cui ob uirtutis & futuræ ſpẽ pbitatis mun⁹ id
cõtulit ne uirtuti deſit auxiliũ. Quãtũ deſpet
Neapolitanis. De duce Aragoniæ uti de ſe
multa cũ illo in laudẽ collocutus ſimilli⁹ mo-
res & naturam explicat. De rebus aliis Curiæ
ſcitaſ:& de litterarũ faſce reddẽdo cur de pa-
tria illa nihil ſcribat:texta rerum copia & ele
gantia incredibili. ſo.lxx
Fabi mi ſalue. ¶F. Lapio Tempus:ætas:for-
tuna:uirtus:oia poſſunt:rogabiſ aliquãdo ac
cipere quod nũc cõſequi nõ pmittiſ. ſo.eo.
Ad ſinguiã. ¶D. Io. de Aragonia. Solã uir
tutẽ fœliciſſimã facere principẽ:attende quia
Mortalis de cane epigrãma. ſo.eo.
Queriſ cur ſibi uerba imerito tãta data ſint?
mordet & demulcet:rogat ãmouere milites
ex certis hibernis:redit tetamũ quia nihil ha
bet ad ſe diutius ſuſtentandum. ſo.eo.
Dum hic Neapoli hæreo. Lucæ Lucenſi.
Q uantũ debeat huic:Quã inſigniter a ſecre-
tario eluſus:Petit Tetamum Inde Romã uſu
rus aliena clæmentia quam inter ſuos non in
uenit. ſo.eo.
Ad hunc uſq̃ diẽ: ¶Antonio Gazo. Abſce-
dere ſe iam tandem Neapoli ubi præter ma-
gnificas pollicitatiões nihil ẽ cõſecutus. Do-
lere nõ poſſe inſeruire dño Io. de Aragonia.
Inuiſurũ cõmatrẽ & alia eiuſmodi. ſo.lxxi
Accepi litteras. ¶Saluiato. Dolet de cõtro
uerſia Piſani epatus & indebite iliũ repudia-
ri oſtendit de oratiõe:petit diẽ ſcribi ut ſciat
quid facere. ſo.eo.
Scripſerã proximis. ¶Duci Vrbini. Vti elu
ſus ſit Neapoli narrat:de documentis pro hi-
ſtoria mittendis. ſo.eo.
Poſteaq̃. ¶Archiepo Amalfitano. Hora no-
ctiſ tertia uigiliæ natalis dñi appulit Teramũ
multis hic difficultatibus uexatus:Venatio-
nẽ inſtituit. Naſutum canẽ tot ineptiolis pe-
titũ petit & ſe cõmendari. ſo.eo.
Cauſa harũ lĩarũ. ¶Cat. ſci Petri ad uincula.
Cõmendaria doctoris Vicarij. ſo.eo.
Fui Neapoli. ¶Papieñ. Numini pſentaneo
ſuo Papieñ. Q ua fortuna accept⁹ Neapoli de
moribus filiorũ regis:ubi futurus ſit. ſo.eo.
Q uãtũ doluerim. ¶Pinneñ. epo. Cõſolato
ria de obitu fris iſtius:ſubiicit alia pauca. eo.
Ego ſi qd. ¶Ad Laurentiũ Medicen. Suſce
piſſe ſe ſemper defenſionem honoris ſui nu
per Neapoli ubi ſermo contigit de illo:& uir
tuteſ refert & hortaſ ad bñficẽtiã. De Saluiati
cõtrouerſia ſup Piſão archiepatu & talia. eo.
Here mi ſalu⁹ ſis. ¶Seneñ. Tetamũ e Neapo-
litãis rediiſſe qd illic pfecerit. De archipſbita-
tu ſci Euſtachii & Syrenula ſua q̃ merito di-
ligit cauſam coraꝫ explicaturus. ſo.lxxii
Meorũ qſqs. ¶Papieñ. Lenario aduerſitatũ
q̃rela port⁹ ſu⁹ Papieñ. & cõmẽdat quẽdã. eo.
Mitto nũc. ¶Federico. d. Angeli d Vrbino.
Cõmẽdat quẽdã:de iſtoria Vrbinatis ſe idi-
gnũ ſcriptorẽ:ſed teſtẽ tẽpoꝝ & admiratorẽ
futurũ:de libertate calami & errato ſuo alios
nocentes impunes carmina cõdidiſſe:ſeuero
nulla culpa plecti indigne ſo.eo.
Iã diu nihil. ¶Q ueſt⁹ ꝙ nihil ſcribat de for-
tuna ſua cõmendat quendã. ſo.eo.
Male mihi igiſ. ¶Frañ. d Caſtello. Pũgit ne
ceſſariũ ſuũ excitatq; ad ſua negocia curãdas
ſpat de ſe amicã fortunã. Cõmẽdat quẽdã &
Q uarqualiũ ſalutari petit. ſo.eo.
Clamo cœlũ. ¶Saluiato. Cuncta agitat auxi
liũq; depoſcit nemo ſuccurrit:de reb⁹ ſyrenu
læ:de cæteris:tot⁹ incũbit i comittẽ. ſo.lxxiii
Dolenſ amãtiſſime. ¶A. Lucẽtino. Cõſola-
toria de obitu uxoris epitaphium addit pul-
cherrimum. ſo.eo.
Theſaurus. ¶Archiepo Amalfitano. Theſau
ri loco lĩas ſuas habere:agit gr̃as p his q̃ ſe fa
cturũ polliceſ Cõficiat orat Comitẽ Matha-
loni miris laudib⁹ pſequiſ Curet ne intercidãt
lĩæ Papieñ. ad eũ Neapoli miſſæ:ſuccẽſuiſſe
p denegato caue:quantũ aduigilet. A. i ſcri-
bẽdo qd iuſſit. Venatiões mẽorat:deſpicit cu
tiã cacaſ excacat icacat:hẽt multa pulchra. eo.
Clariſſimæ dñæ. ¶Ant. Gazo de egritudine
ſua Vertigis ubi cõtracta:& d populorũ oim
mediciſ ad ſe miſſis:quõ paſſ⁹ Neapoli. lxxiiii
Sero qdẽ. ¶Duci Calabriæ. pmiſſum librũ
mittit q̃ emendatiſſimũ e:et ſas bibliothecas
& copia in Germania librorũ q maxime ob-
ſeruanſ & de morib⁹ eorũ qui de ſe ad ſingu-
la noſtra colloquia loqui putant. ſo.eo.
Vere accidit. ¶Antonio Gazo. Cõmendat
q̃ diligentiſſime amicũ qui cupiebat Neapo-
li in iudicem deligi. ſo.eo.
Cũ ſcribã. ¶Saluiato. Crudeliſſimũ appellat
q nihil ſcribat. nota finem & de tempore re-
rum omniũ uictore. ſo.eo.
Numini meo. ¶Papieñ. Cõmendaticia qua
nulla potentior. ſo.eo.
Cũ ſecũdiores. ¶Papieñ. pro beneficẽtia &
argento miſſo gratiæ:habiturũ ſe epigrãma-
tũ delectum ſicut cupit. De Cauellis & Senis
ſcomata & diſticon. ſo.eo.
Quæ cupiã. ¶Saluiato. Ex Antonio Seneñ.
itelliget oia quẽ mirifice laudat:de epiſtolis
quorũ uolumẽ creſcit:nota finem ꝙ ex mora
creſcit uſura. ſo.eo.
Griſe uales. ¶Griſo. Hũanitate ſua factũ ut il
lius pinde ac ppriis utaſ rebus. Cõmẽdat An
toniũ ſuũ enixiſſime. ſo.eo.
Illis dñæ. ¶Duci Vrb. de hiſtoria ſua pfecta:
& laudes cõplectiſ illi⁹ quãtũ fert epiſtola:di
uinaſq; extollit uirtutes. ſo.eo. ¶Finis.

PIICOLA MICHAEL FERNVS PIISEI CAMPANI RESTITVTOR
PICOLOMINO F. CAR. REVERENDISSIMO
AVSPICI SVO
PIENTER REPOSVIT.

n

On poſſum ſatis demirari Pater ampliſſime in tanta librorꝫ im-
ꝑſſione quæ tãta obliuio:quæ tãta neſcio dicã negligentia : an
bonorꝫ ingeniorꝫ liuẽtia noſtrũ Campanũ iter latebras : in ob-
ſcuro deſordeſcere:obliterari:& ꝓpe deperire pateret : alterꝫ cer
te noſtri æui decus & ornamentũ. Vnicum uiuaciſſimi igenii &
eloquẽtiæ:nõ dico rariſſimæ:uerꝫ poſt unũ Ciceronẽ nunq̃:po
ſtea auditæ:& quale poſten requirẽt in ſuos : exẽplũ ab natura.
& diis imortalibus ad oſtentationem potentiæ ſuæ & delicias
in mortali corpore uno oium uirtutum concumulandas prodi
tum Heu deſidia:heu liuor . Equidem nulla admiratione capior cum cogito tot præcla-
ra ueterum monimenta concidiſſe:quibus non ſolum res latina illuſtrari poterat . Verũ
etiam quæ ſi ex tarent multarum rerꝫ cognitionem nobis afferrent : ſicut Liuianæ Deca-
des.Saluſtiana hiſtoria:Trogi Pompei Q·Curtii:Faſtorũ Naſonis : multorũq̈ aliorum
pars:bona:qñ conſtat formas has nr̃as litterarias nõdũ in lucẽ tũc ꝓdiiſſe. Er erãt oĩa in-
gẽti comparãda nũmo:ut is inter ſpecioſiſſimã diuitiarꝫ oſtentationẽ maiores crederet
conflaſſe & ꝓpe regias opes:qui numeroſiorẽ bibliothecã congeſſiſſet.Er potuere bella
& impetus Barbarorũ multa delere.Noſti tu hæc oẽa quotiẽs non libris modo.ſed cæte
ris ẽt opibus ſpoliata fuit Italia.Cæterum longe diſpar Campani rõ.Nemo illius ſcripta
non admirat:non iter penitiſſima ſcrinia Theſauriloco recondit.Er dũ diſceptũ unuſq̈ſ-
q̈ illum ſibi aſſeruant:membra pluſq̈ impie & imaniter diuellũ:corpus nuũ non curant.
Nemo bonus lr̃arum cultor:nemo uirtutis ſtudioſus ꝓpagator : nemo igenioꝛũ illuſtriũ
uerus amator illius gloriã quã ſinguli admirantur:in ſũma Italiæ quiete:in mirifica ipreſ
ſorũ facultate & copia curare uidebat . Vtinã aliqñ delectus ab iſtis mãcipibus habeatur
qui dum oĩa formis cõmittũt nullo delectu rem lr̃ariam contaminare mihi uidentur Et
quo uno noſtra gloriari poterat ætas inuento uereor ne ꝑſtabilius nõ iueniri fuiſſet. Ne-
mo tam illatinus:& tam poſtremæ ruditatis:tam obſoleti ingenii nebulo : qui ieptias ſu
as depromere nõ audeat æternitatemq̈ ex petulãtia & temeritate ſibi deſpõdere. Si quos
bonos auctores nanciſcant eos domi magiſtros ad imitandum ſibi in aſtruſo habent:ut
quod inde deſumpſerint ii ipſi nup attuliſſe:frontoſi hoĩes uideant.Quod unũ mea ſnia
effecit.ut bona ingenia plærũq̈ diutius delituerit:ſemp edita prauiſſima:quæ dũ lucem
ſibi quærũt caliginem ac nubem nobis piceã important.Nõ potui ego deniq̈ Pater Re-
uerendiſſime ubi tantus uir inotuit mihi conquieſcere quin ad ſuã gloriã Campanũ uel
maximo meo incõmodo:meo maximo ſudore raperẽ.Furebar bella.Galli depopulatu-
ri urbẽq̈ excindere iã uidebant:cũctaq̈ ferro igni ceſſura . Hoc ego ardentior engebar.
Campanus mihi noctu.Campanus mihi interdiu:in foro in menſa:ante oculos obuerſa
batur: Pereant ſi cætera polite Campane tu uiues . Tu faſtum ære ſonoro tibi concitebis.
Campana media in Italia ſono incredibili ſopitos excitabis: diſſipatos litterarꝫ cultores
cõuocabis.Per deum imortalem quid aliud: qd alud mortales quærim⁹ : quo illas opes
tanto anhelitu cõflamus:ſi nõ excolitur quæ una ſuperſtes nobis erit uirtus:ſi nõ curent
igenia:ſi bonis litteris nõ eſt præmiũ: ſi contemptui:ſi obprobrio habentur ſtudioſi quæ
reliqua manſura de nobis eſt gloria:Fatebor equidẽ necglorioſius de me loqui : qñ ita
ẽ:addubitabo . Quantus meus quantus eſt in cõquirẽdo uictu & cogẽdis pecũiis labor
Totus eo ſpectat ut ad uirtutẽ cõferat:ubi ſi proficiam exiliter : id nõ ienteſcẽtis & prope
exanguis conatus noſtri:ſed fortune neſcio qua cõtingit iniuria : quæ me ad forũ uel in-
uitũ educauit barbariæ plenũ In quo dũ nõ alia ſe mihi obtulit cõquirẽdi uictus rõ ꝓpe
hoc exiguũ emarcuit lr̃arꝫ ſtudiũ paulatimq̈ ſuo nitore deradit: & cæteræ uirtutes inter
dormiũt:ſed ad Campanũ.Tuas igit propere petii ædes ꝙ illius diſciplinis tumorem te
imbutum audierã:ꝑclaq̈ illum & imortalia ex te & a diuo illo Pio auũculo tuo Pontifi-
ce maximo:nunq̃ gloria uirtutũ:rebuſq̈ maximis geſtis interituro beneficia:ſicut uobis
peculiare fuit & genuinũ celeberrima quæquæ:ipi ipſimis quæ conſecuti eſſetis conſone
re igenia:retuliſſe.Hinc ab Lucẽtino uiro qdẽ ꝓbatiſſimo multis ꝑcibus:ſpe illata maio
ri q̃ plurima habui.Tu cũ in ſermonẽ de illo qbuſdã ꝓpe beniuolentiæ manentiſq̈ chari-
tatis & obſeruãtiæ pedibus mecũ ueniſſes. Ita illum ꝓſecutus es : ut diſcipulus gratiſſimus

tãtis laudationib' maximũ honorẽ uel inde ꝓmerere. Me uero hoc impenſius iã plus q̃
mediocriter caleſcẽtẽ ſuccendiſti. quo tu cuius doctrina parem hodie facile haud inuenit
ut qui diuinã uel auunculi uel iſtius eloquẽtiã hauſiſti totã: ſoluſq; utrãq; noſtro æuo aſ-
ſerues: tam ampliſſimis laudib' illũ extuliſti. Circũtuli ide occulos: ſcitatus ſum: & cũcta
ſiquid uſq̃ illi' eſſet colluſtraui. Dicã tñ nec me ſyrmo ſa oro cõpeſcet: dicã. Viſa ſũt mihi
Cãpani opa diuinũ quoddã corpus: diuiq; demortui ſpoliũ. Q̃d ita doctiſſimus qſq; ſũ
ma ueneratiõe diſcerpſerat ut cogi poſſe totũq; cõferri deſperarẽ. Tenaciſſimus qſq; fuit
illi' & quoꝶ potior eſſe debuit cura illi oſcitatiores ſeſe preſtiterũt: hos uerbis allexi: illos
ſponſionibus exuſcitaui. iſtos ꝑcibus: illos cõtumelia agitaui. E Mediolano e Cremona
e Peruſia Ex Senis. Ex Floreñ. Ex Vaticana bibliotheca. Ex ipſa paſſim Vrbe multa cõtra
xi. Iã deniq; compos uoti illũ ĩlucere: & ab obliuionis ĩiuria uĩdicaui. Quãta dii boni rei
lĩariæ auctio: quãta ſtudioſis oĩbus lætitia parta. Et quo maior erat illius fama q̃ lectiõis
copia quo maior expectatio & uehemẽtius deſideriũ: hoc ſolidi' editõis gaudiũ & expreſ
ſior erit gratia. Poterat is aũt ſine duce: ſine Numie: qui tot' Numis: totus maieſtatis plen'
eſt: undiq; expectatus. In populos: ꝑ gymnaſia: ꝑ regna: ꝑ urbes ſuo ipſius fulgore ſubni-
xus ĩcedere. Nolui ego tñ cæteris pl' ſapere: & uolui: q̃ fuit eruditiſſimoꝶ oĩum: morẽ edẽ-
do ſeruaꝛ. Et cũ tuæ familiæ acceptũ haberi debeat quicq̃d lumis ille nobis cõtulit ĩ qua
altus: & ad ꝑclaras dignitates: ſpem etiã maiorẽ: ni fata aduerſata fuiſſẽt ſublatus: ad hoc
q̃d toti orbi ꝓferet bonũ ſomẽta accepit Ita tñ diſcrimẽ quoddã iter Pñes adhibui ut tu
epiſtolaꝶ dicatiõe Quas tuo Numini ſacramus: cõtentus eſſe poſſes: quib' cõſcribendis
ſub te addictus fuit. In quib' tu frequẽs cũ magno Papieñ. altero familiæ ueſtræ alumno
magnã excreſceẽtis uolumis partẽ effeciſti. Tum uel maxime q̃ prima illa eſt de Pio tuo
nunq̃ ſine religiõe quadam & recolenda ꝑfacione noiando tanto candore: tanta ingenii
acucie: ex eaꝶ quas pcẽſet rerũ fide & ueritate: epiſtola. quæ niſi te Ianitore ad reliq̃s adi-
tum nõ debuit aperire. Vnus mihi porro in cæteris expetitus & neceſſarius ĩ Campano
ſupuacaneus & ineptus: illius ſi quidẽ & opeꝶ ſuorũ quopiã ꝑclaro ꝑconio cõmendãdi
ereptus eſt labor. Nã & tu ea es ĩ tuos charitate ut etiã functis illis quidẽ nũq̃ obliuiſcaris
& illis diuinã eloquẽtiã: ſũmãq; ĩ epiſtolis elegãtiã: feſtiuã grauitatẽ: & mirã ubiq; digni
tatem qui uolet cõmẽdatõibus ꝓſequi is mihi nil aliud moliri uidebiꝛ q̃ dũ nõ põt ſuo
ingenio illius laudes æquare manifeſte illi detrahere. Sũt Ciceronis epiſtolæ familiares
quidẽ & ad Atticũ luculẽtiſſimæ. Et quales parẽs ille eloquẽtiæ nõ alias potui cõſcribe-
re Plenæ lucis & magnificentiæ plenæ dignitatis & maieſtate illa Romana admirandæ.
At quas ſi imitari uolueris poſſis ſane: ſed ita ut cogaris ab eo quod ipſe afferre uelis parẽ
dũ niteris dignitatẽ aſſequi: ſicut alienũ palliũ nunq̃ nobis recte coaptaꝛ: lõge abſcedere
& quicquid ſcripſeris non ai iuditio & ſenſu ſed ipſoꝶ uidearis uerboꝶ gratia ſcripſiſſe.
Sũt Plinii itẽ epiſtolæ quaꝶ Terſiciẽ nemo adhuc deſinit admirari: fortaſſe aliquãto iter
ciſæ nimis & elucubratæ: q̃d q enim uoluerit ei' debet eſſe menior poſſe id laboris opere
quopiã expectatiore maior cũ laude ĩpẽdere: q̃ñ epiſtola ea eẽ debet quæ nõ emũcta ſed
e manibus uideaꝛ ipſa prope excidere. Sũt & Philelfi: ſunt Petrarchæ: & ſũt alioꝶ q̃pluri
mæ. Vt hæ oẽs ĩcertitudinẽ ſcribẽdi hoc ſuo epiſtolaꝶ cumulo uideanꝛ attuliſſe: nullæ
ꝓ neceſſitate cõſuluiſſe. Hic mores carpit: totuſq; ad oſtẽtationẽ quandã ꝓtendiꝛ bonita
tis: ingenii doctrinæ: ille ꝑduto quodã ſtilo quas ipſe aut cõfinxit ꝑtim epiſtolas: aut par
tim ĩ ſcolis declamarat nixus eſt ad poſteros demãdare. Campanus ea fuit ingenii ꝑſtan
tia ut nihil nõ elegans: nõ poſteritate dignũ poſſet ꝑſcribere. Conſolatorias ſcripſit: ſcri-
pſit cõmẽdaticias: ſcripſit abñs a negotiis ĩnumeras hortat' ad ſtudia. Laudauit uirtutes:
mouebat: petebat: rogabat: cõtẽdebat: nullo labore minori cura: pauciore diligẽtia: ut ex
cidiſſe nõ uiderenꝛ exceptæ. Oẽs nihilominus ſummã elegãtiã: ſũmũ nitorẽ afferre: ad
eruditionẽ noſtrã ad ſpectatos mores inuentæ. Ridet cũ paribus: ludit: iocaꝛ quod aiunt
ſpiculorum & ſalis plenus: ut nihil delectabilius: mordacius: ſapius nihil. Si q̃ñ aſſurgere
res poſtulat: & maieſtatẽ pſonaꝶ libet epiſtolaꝶ dignitate æquare. Tam grãdis attolliꝛ:
ut cũ cæteris in aliis: hic ꝓtinus Ciceronẽ eum exclames ſupaſſe. Et eſt in Cicerone maie
ſtas quædã ſumptuoſa: & plena auctoritatis & magnificẽtiæ. Sed quã & Campanus ꝑſtat
ad amuſſim Et date mihi ueniã Ciceroniani nundũ uobis hic notus: hanc mihi acie qua-
dam rerũ mirabiliũ: & ingenii acutie maiore uideꝛ ui ſupare & efficacia. Video equidẽ
eam uidere diẽ Cũ cætera epiſtolarũ uolumina puluere obtecta erũt. Solũ Campanũ iu-
uabit oẽs euoluere: hunc imitabuntur: huic dies huic noctes nõ grauabuntur impendere
Nam unus profecto Campanus eſt qui antiquam illam dicendi maieſtatem ad noſtroꝶ
temporum negocia docuerit aſſeruare: Vale mi Auſpex fœliciſſime.

IOANNIS ANTONII

IOANNIS ANTONII. CAMPANI EPISCOPI. INTERAMNIEN. APRVTINI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

CAMPANVS IA. CARDINALI PAPIENSI. S. DE COMMENTARIIS PII. II.

ERCVRRI nuper Commentarios Pii Pont. rerum a ſe geſtarum
& Germanicam hiſtoriam. Caue cenſeas quicq̃ neq; noſtra neq; Pa
trum noſtrorum memoria ſcriptum eſſe luculentius. Diſtinctius ex
preſſius: uera eſt hiſtoria & quod in ea primum deſideratur fides in
eſt rebus: omnia ut dicta: ut geſta ſunt ita enarrantur. Non ſibi. Nõ
amicis parcit ſcribentis auctoritas: atq; inimicorum præclara extol
luntur facinora. Atq; obſcura deprimuntur amicorum. Rumores i
ſe hominum: aduerſariorum: maledicta: conuitia detractorum ſic ac
cumulat. ut ipſum ſui factum accuſatorem exiſtimes: nec diluit quidem quũ facile poſſit
Scribendi genus leue ac temperatum & collectum: niſi quod quũ opus eſt aperit ſe tanq̃
Campeſtris oratio. Recipit deinde ſeſe: totaq; colligitur: Ardent uerba: quũ bellum geri
tur: ut preſſa anguſtiis pugnãt: ſudantq; ſententiæ: ut non legere hiſtoriam: ſed prœlio in
tereſſe uidearis. Omniũ tamen ſplendorem exuperat: & pœne extinguit lux: illa concio
num: hic illuſtris & plenus nuſquã totus: niſi quũ hic laxat habenas. Nulla pars animorũ
quam nõ oppugnet. Laudis locus eſt nullus: quem nõ exornet: nihil turpe: quod nõ euer
tat: per omnia tanq̃ ſpiculis denſus & uehemẽs Mirum eſt quantum aſſurgat affectibus
concitandis: ſedandis demittatur. Nam quod intendit: explicat atq; inculcat: & quod in
culcat munit: uallatq; argumentis & põdere. Tum aduerſariorum dicta paulatim primũ
eneruat: mox tota mole infringit & deiicit Nihil eſt aut illorum tam efficax & robuſtum
quod nõ confutet & diſſipet: aut ſuum tam infirmum: quod nõ corroboret: perpetua di
micatiõe dicendi acer & pugnax: fluit alioquin placidus & lenis: nuſquã obſcurus aut du
rior. Nam præter ubertatẽ & copiam ſuauitate quadam allicit: affertq; rebus ipſis ex ue
ritate dignitatẽ: & quod maioris eſt gratiæ: candorẽ oratiõis nunq̃ itermittit: ſiue ſerpat
humi: cedatq; materia: ſiue erecta & ſublimis efferatur ſemper diſtinctus & patens: deſcen
dit interdum ad fluminũ: oppidorumq; ſitus deſcribendos: nõnunq̃ ad edificãdi rationẽ
Nõ eſt qui fuerat alitum credas e milite factum architectum aut agricolam: aut dimenſo
rem putes. Omnia ponit ante oculos. & partitur interuallis. Nihil hic habet priſtinæ elo
quentiæ: nouam induit. Proh deum imortalem: quæ aura: qui ſtrepitus: quæ fontiũ mur
murationes audiuntur? uerba ipſa iam poetica: & nata cũ ſyluis: ut currere cum aquis: ia
cere ſub arboribus: umbras captare: laſciuire inter riuulos: & tanq̃ tripudiari uideãtur ad
numerum quendã ſolutum: collecta rotunde & perpolite. Et ſi amœnitatẽ ne quid affe
rat faſtidii: nõnunq̃ exaſperat leui inuerſione uerborum. Tum cognitio rerum antiquaꝝ
intermixta iis quæ ſunt ætatis noſtræ: quantũ uarietate allicit: tãtum detinet magnitudi
ne: ut quæ & nouitate delectet: & ſerie ſuſpendat lectorem. Nullius oppidi occurrit men
tio: cuius originem nõ repetat: ſitum nõ notet: fortunam loci: & qui uiri: quibus in rebus
qua ætate claruerunt: nõ incredibili memoria complectantur: qua una re imortalis plæ
runq; fit hiſtoria etiam quæ ieiuniſſimæ ſcripta: ut eſt quiſq; rerum ad ſe patriamq; perti
nentiũ natura ſtudioſus. Nec id in Italia: aut Germania ſolum: etiam Græcas excurrit ad
Inſulas. Cypriorum imprimis uetuſtatem Ambitum inſulæ: imperiũ: ingenia cõmemo
rat. Orditur iam inde ſupra Troianũ bellum. & pares. & incognitas: ita ſitu digniſſimas
ad noſtra uſq; tempora breuitate non obſcura delabitur Inde ad Leſbon eadẽ maieſtate
deſcendit. Quæ hic radices? quæ latebræ antiquitatis aperiuntur? quãta illuſtrium uiro
rum exaggeratio prodit i lucem? Sic Mytileneos: ſic Rhodios altiſſime repetit. & omnẽ
uetuſtatis excutit puluerẽ: dum cuncta peruoluit initia: incrementaq; diſquirens Nec ta
men interrumpitur hiſtoria: quũ quid affert rerum externarum: ueniũt ipſa ad locũ: quæ
ſcribuntur non accerſita aut coacta: ſed ita intexentia ſeſe: ut ex eodem eſſe glomeris filo
uideantur: nec ullo modo fuiſſe abiicienda: neq;. n. uagat̃ fuſius: q̃ ex uſu ſit hiſtoriæ: & re
rum poſtulet dignitas: uerum illud adhibet temperamẽtum: ut neq; ſuppreſſio magnitu
dini detrahat: neq; uagatio breuitati. Admiramur hanc ingenii fœlicitatem: & quidẽ cer
ta ſunt ei ornamenta dicendi. & propria ut ad hæc natus: ad hæc educatus atq; inſtructus

eſſe uideatur. Magis tamen mirabimur. ſi omnem colligemus uitæ curſum:& labores ac
peregrinationes uarias atq; impeditiſſimas conſiderabimus. Nulla eſt natio Chriſtiana
in terris:quam nõ adierit. Mare nullum quod nõ nauigauerit. Alpes totius orbis terrarum
difficillimas atq; aſperrimas:incredibile dictu eſt quotiens ſuperauerit. Tranſiit in Sco-
thos. Britanos ſæpe uidit. Adiit Pãnonios:ad ultimos Occeani accolas penetrauit:i Ger
mania aliquot ægit annos. Ad Gallos ſæpe profectus. quicquid eſt. Fluminũ. Montium
oppidorum. inter occidem ſolem:& ſemptentrionem id totum perluſtrauit. Nec ea fuit
ratio peragrandi. ut priuatus uagaretur ſpectandi uoluptatem ſecutus. Legationes enim
maximas & grauiſſimas perpetuis itineribus obiuit. Sæpe ad reges:ſæpiſſime ad Roma
nos Põtifices hoc munere functus ẽ. ut plures obtigiſſe ei legatiões. q̃ anni fuiſſe uidean-
tur. nec principes fuerunt ulli apud quos nõ ampliſſimis de rebus ægerit. Federico Impe
ratori domeſticus. Alfonſo regum omniũ qui unq̃ fuerint in Italia clariſſimo familiaris.
Eugenio. Nicolao. Calixto acceptiſſimus. quorum primus ad eccleſiam Tergeſtinam:alter
ad Senenſem euexit:tertius Cardinalium collegio coaptauit:ut in eo ornando non mẽ
dicatus uniuſcuiuſpiam fauor:ſed omniũ ex præſtantiſſima uirtute conciliata beniuolẽ
tia iudiciũ confirmauerit. In tantis occupationibus ſemper eſt aliquid ocii ſuffuratus:ut
alieno in ſomno uigilans plura ſcripſerit:q̃ qui nihil egerunt aliud:plura ægerit:q̃ qui ſe
ſe totus ad uitæ actiones contulerunt. Pontificatum eius quot turbines agitauerit:nemo
eſt cui q̃ tibi ſit notius:qui omnibus deliberandis rebus etiam priuatis interfuiſti. Princi
pio bellum in ipſis uiſceribus eccleſiæ paucis diebus ante eius Pontificatum exortum:ſta
tim eo Pontifice ſublatum. Aſſiſium & Nuceria ab hoſte recepta. Pax Malateſtarum quum
difficillima factu uideretur confecta. Mantuæ eius opera atq; præſentia cõuentus Princi
pum habitus. Bellum Britannicũ per Legati temeritatem excitatum:eius auctoritate ſup
preſſum. Pragmatica quo genere peſtis nullum eſſet perniciosius:& iam uetuſtate corro
boratum malum profligitata & extincta. Bellum Malateſtarum manifeſtis de cauſis ſuſcep
tum:cum uiotoria finitum. Alteri Ducum cõditiões datæ alter tyrannide eiectis. Fines
eccleſiæ & imperii limites:quantum nunq̃ antea ꝓpagati. Terracina uetus urbs & mari-
tima:quod ad eccleſiæ iura pertineret recuperata. Beneuentani quoq; eadem eſſet con-
ditio:redacti in poteſtatẽ. Piceni propter fines domeſticis agitati bellis:reconciliati. Vm
bri ſimili contentione cum maximis ſe cædibus cruentaſſent ſedati. Senenſium res con
ſtitutæ:reuocari exules:optimatibus iam pridem eiectis ciuitate. Munia publica ꝑmiſſa:
Seditiones ſublatæ:inducta noua facies reipu. tutior & quietior. Viturinum per fraudẽ
occupatum pari impetu recuperatum: quo amiſſum perfidia Sabinorũ animaduerſa cũ
hoſtem publicum tranſitu. cõmeatuq; iuiſſent. Romæ grauiſſimi tumultus Siccariorũ
cõpreſſi. Siccarii omnes alii affecti ſuppliciis. Alii tumultuaria cæde deleti. Tyranni tres
e finibus eccleſiæ ſublati bello:cæteri deterriti:maieſtas imperii aucta. Confirmatus in re
gno Ferdinandus:& aduerſus Gallorum potentiam adiutus atq; defenſus. In Turcas ex-
peditiones maximæ partim inſtitutæ. partim iam inceptæ. Germanicæ res quũ grauiſſi-
me tumultuari dicerentur:non neglectæ. De Boemicis publice priuatimq; actum. Bellũ
Federici imperatoris aduerſus Pannonios eius opera compoſitum. Magũtinus Antiſtes
male de Romana eccleſia ſentiens:ſede depulſus:alter ſuffectus. Vide quæ cateruæ: qui
orbis rerum maximarum acceſſerunt. quotidianæ occupationes intelligendi cauſas diuer
ſarum gentium:inhibendi:decernendi:adiudicandi. Quibus rebus nunq̃ uiſus eſt defuiſ
ſe:quanq̃ ualitudinarius & ſenex:ut ſemp præſtantiſſimi animi robur aduerſus corporis
imbecillitatem contenderit. Acceſſit & aliud ſtudium ædificãdi. Tot ædificia magnifice
cõſtructa Romæ. Collapſæ iam uetuſtate ſcalæ templi maximi ad Vaticanũ: grauiſſima
impenſa inſtauratæ atq; refectæ. Veſtibulum palatii egregie munitum:tum ad tutamen-
tum loci:tum ad dignitatem. Area pro templi foribus ſtrata latiſſima. Tybure arx muni-
tiſſimis turribus erecta: in quam ipſi liberius iocari ſumus:opus quanq̃ ſublime & præcla
rum pro neceſſitate ita acceleratum:ut diceretur Tyburtinam arcem ante perfectam eſſe
q̃ inchoatam. Senis porticus faſtigiata:ampliſſima. Pientiæ templum teſtudineum cele-
bre:ædeſq; ornatiſſimæ:& ſi ad priuata reſpicias Italiæ totius longe celeberrimæ: & qui
bus facile poſſimus de magnificentia ædificandi cum uetuſtate certare. Hæc pacis belliq;
opera uno triennio pacta ſunt omnia:& tamen interea nihil ſe remiſit:fœliciſſima uber-
tas ingenii. Scripſit Cõmẽtarios rerum a ſe geſtarum quos diximus. Scripſit de ſacris inſti-
tutis. Et Germanicas & Boemicas res multis uoluminibus abſoluit. Epiſtolas digeſſit in

tempora

tempora ut quas prophanus:quas initiatus ſacris quas antiſtes factus:quas Pontifex ma.
ximus confecerit:ſuis quæq; uoluminibus colligantur. Orationes uſq;quaq; diuino illo
ſpiritu habitas nemo eſt qui nõ habeat in manibus Leguntur tanta omniũ cum uolupta
te:quanta cum admiratione ſunt auditæ:nec quẽq̃ poſt hominum memoriam fuiſſe cẽ
ſeas:qui omni foro:in omni concione orbis terrarum:& ſæpius dixerit & diſertius. Et ta
men proh hominũ fidem:quæ orationẽs:quibus de rebus habitæ:demus uetuſtati appara
tũ illũ:ac diuitias uerborũ:& Ciceronis textinẽ:nitorẽ:elegantiá reliquamus:dũ tñ fatea
mur nihil horũ Pii orationibus defuiſſe. At uero copia quidẽ æquamus ueteres:numero
uincimus. Neq;.n. Pius Cicerone ieiunior:aut ſiccior uenit ad dicendũ : nec ille paratior
ad forũ oraturus q̃ hic ad ſoliũ accedit. Nã & locos cõplet oẽs . & uarietate quadá ac de
litiis inflectit inuẽta. Et tñ quũ oẽ ſuũ ſtudiũ & ætatẽ ad hanc uná rem. M.T contuliſſet
neq; totiens neq; tantis & tam ampliſſimis de rebus:neq; etiam tot in locis orauit . Egit
ille ſæpe priuatis contentionibus:nonnũ q̃ publicis. Nam & Sabinium & L Piſonem: &
P.Clodium:nõ tam cõmuni utilitate:q̃ ſua cauſa laceſſiuit : publica fuit ratio in Cathili.
nam:publica etiam in.C. Verrẽ:quod alter in rempu. coniuraſſet. Socios expilaſſet alter
permixta fuit cauſa Pompei Nam & ad priuatam amicitiam:& ad communem utilita.
tem uiſum eſt pertinere:ut bello præficeretur. Extant pauca quædam quæ totæ ſunt e re
pu.ut de prouinciis:de lege agraria:& ſimiles. Cæteræ omnes priuatis ſtudiis ſunt conſti
tutæ quas:equidem nõ accuſo:ut quæ amicorum fortunas:capitaq; tuerentur. Sed illud
contendo:& Ciceronem rariuſculæ publicis de rebus diſſeruiſſe:& Pium nunq̃ de priua
tis. Sed ſtatuiſſe illum plæraq; ad ſuum cõmodum Hunc omnia ad cõmunem gentium
utilitatem rettuliſſe. Quæ res ad magnitudinem & præſtantiam multo uidetur eſſe pro.
penſior. Iam & initia ipſa dicendi huic altiora:q̃ illi extiterunt. Prima eius oratio non de
Sexto Amerino defendẽdo. Sed de Concilii ſede deligenda in contentione græcorum
ubi Papiæ urbis opportunitatem ex ſitu loci:ædium priuatarum magnificentia. Clæmẽ.
tia cœli:cõmoditate comportationum:liberalitate Principis:fluminũ:lacuũ montiũ fe.
racitate ſic accumulauit:ut gloriam ei urbi pepererit ſempiternam. Mox Federici legatus
Mediolani de imperio urbis hæreditario diſſeruit:& fide ſeruanda. Viennæ de auctorita
te Romani Pontificis conſeruanda. Ratiſponæ præſente Philippo Burgundorum Duce
deteſtatus eſt imanitatem Turcarum efferatam & barbaram : ubi omniũ cum lachrymis
calamitatem Chriſtianæ rei publicæ deplorauit. Egit de cõuentis Boemorũ apud Calix
tum. Pannoniis Viennæ Federici nomine grauiſſima oratione reſpondit. Rurſus iiſdem
in Auſtria Germanos in maximo conuentu principum ad bellum contra Turchas horta
tus eſt. Ardoremq; omnibus iniecit incredibilem. Romæ iuramentum Federici quũ ex
hibuiſſet tota fuit eius oratio de bello Turcis inferendo . Pari ardore Alfonſum Regem
perpulit ad expeditionem maritimá orientis bello faciendam . inde Pontifex maximus
creatus in conuentu Mantuano:quem impetum:quas lachrymas nobis excitauit . Quũ
omnes Chriſtiani orbis:aut Principes ipſi aut eorum legati conueniſſent : eoſq; ad expe.
ditionem Aſiaticam & Turcenſe bellum hortaretur:quem tunc nõ uidimus erectum ſpe
uictoriæ: incenſũ cupiditate ulciſcendi:miſericordia cõmotum eorum qui eſſent crude
litate Barbarorũ uexari tanq̃ uniuerſi dicentis uoni omnẽ in partem orationis flexu rape
rentur:impetuq; ut tracti diſſilerent. Tum eodem in loco totiens orauit:quotiens fuit illi
nouis legationibus reſpondendũ. Illudq; uiſum eſt mirabilius:quũ fere ſemp iiſdem de
rebus diceret:ſemper uiſus eſt diuerſa dixiſſe:atq; ita ut a ſeipſo uinceretur . Vbi Gallorũ
querimonias .& calumnias Renati tribus actionibus accerrime confutauit . Nec minore
gratia Catherinam Senenſem laudauit quũ in Diuarũ rettulit numerum . An nõ pari ad
miratione eloquentiæ Legatos impleuit Ludouici regis:quũ nobilitatem regiam lauda
ret. Gallorum ſplendorem afferret in medium:uirtutes Regis:& extinctionem pragma.
ticæ in cœlum tolleret . Maiores gentis Initia familiæ . Beneficia regum . Tot nomina.
Tot res geſtas. Tot ætates cõmemoraret? Quid loca alia:nationeſq; q̃plurimæ ? Nullus
conſeſſus hominũ nulla orcheſtra in orbe terrarũ:quæ nõ eius oratiõe iſtremuerint . Vbi
etſi aliquando minoribus de rebus ſemper tamen publicis & ſalutarib⁹ dixit . infinitæq;
ſunt orationes . Fuit itaq; huic alia ratio dicendi ſemp apud ſummos Principes:plærunq;
de ſtatu chriſtiano:nõnũq̃ de illorum imperio diſſeruit:ut omnis eius oratio ad pacem
Regum:ad concordiam Principum:tranquillitatem nationum:defenſionem religionis
quietem totius orbis terrarum:ſemper fuerit armata: ſemper regia atq; imperioſa : quaſi

iam tum diuinaret futurum ſuū chriſtianū imperium:cum tanto imitaretur ſtudio:tāta
cura:diligentiaq; defenderet. Hæc illi fuit una perpetuaq; materia. Neminem laceſſiuit.
oratione inſectatus eſt neminē. Forum illi orbis terrarum fuit: cauſæ:religio & cōmune
imperium:nunq̄ eo delapſus eſt:ut ſtudio ſui ad contentionem raperetur. Quis eſt igiť
tam iniquus iudex:qui exiſtimet aut Ciceronem:aut quēuis alium:uel magnitudie reꝝ
quas complexus eſt:uel frequentia dicendi:uel uarietate locorum Pio eſſe comparandū.
Acceſſerunt epiſtolæ ad ciuitates:ad Reges:ad nationes:ad omne genus hominū: quos
uel ad religionis arma incendendos putaret:uel flectendos ad pacem:quibus præter no-
men & lareta nihil uiſum eſt defuiſſe:quod ad grauiſſimam orationē pertineret. Eſt etiā
&,carminis par gratia:uerſus preſſior:& feſtiuitati q̄ magnitudini accōmodatior:nōnūq̄
grauis & mordax quū iocatur:extant epigrāmata referta ſalibus etiā poemata leguntur
orationi æqua prope lance comparanda:niſi ꝙ hæc iuuenis edidit:orationi reliqua incu
buit uita:ubi etſi nō contempſit poeticā:munus tamen ſtudii uiſus eſt contuliſſe: ſiue ma
gnitudine rerum geſtarum inuitatus:quæ ſemper ei maximæ atq; ampliſſimæ contige-
runt. ſiue quoniam ſecutus ætatem grauitatem cum annis induit:licētiam illam poeticā
ingenii eſſe laſciuientis arbitratus:orationem caſtigari & grauis:delectatus eſt etiā mix-
to ſcribendi genere ad philoſophandū aptiore. Scripſit dialogos de rebus uariis:de ortu
Nili:de ſtudio uenandi:de fato:& præſcientia dei de hæreſi Viitaꝝ:neq; Platoni aut So
crati diſputādi partes dedit:ut ſolent qui uetuſtatis baculo nitūtur. Amici fecit ut loque-
rētur homines probati:& noſtri tēporis:quo magis ei debet ætas noſtra etiam hac ex par
te Pii opera producta in lucem:in longumq; uictura. Vſus eſt & ſtilo diuerſiſſimo: dum
Aſiam ad Eufratem uſq; deſcribit:quantū concione fuſus & patens:tantum hic anguſtus
& breuis. & hac quoq; parte conſumatiſſimū impleuit oratorem: ut omnē orbem terra-
rum:aut adierit præſentia:aut diligētia penetrauerit:totuſq; ſit ei ante oculos exploratus
& cognitus. Collige hæc omnia:quid dices aliud q̄ congeſſiſſe naturam:in hunc unū in-
finitorum hominū ornamenta:ut recte alluſiſſe nomini uideantur:qui pro Pio Pau dicē
dum inuerterint:tanq̄ ad omnia totus:nulli rei mancus:cuncta unus perfecerit:quæ mul
ti conari nequiuiſſent. Quis eſt qui nō miretur:in tantis illum gerendis rebus quicq̄ ſcri
bere:aut in tantis ſcribendis aliquid gerere potuiſſe: aut quæ ī eo principe ſumma nō in
uenias quæ uel mediocria etiam priuatis gloriam atq; īmortalitatem pepererunt. Sed ni
hil eſt quod illa nūq̄ iremiſſa natura nō efficiat:nulla uitæ actio:ne uagatio quidē ocio
ſa:ut ſemper plura negotia:q̄ paſſus illi eſſe uideantur. Adde principis modeſtiam: dum
qui ſummus eſt:ne infima quidem contemnit ingenia:& eoꝝ ſe iudicio ꝑmittit:qui nul
la in re ſint uel mediocriter docto uiro comparandi:facta eſt mihi ab eo poteſtas eiicien-
di quæ ſupuacua:corrigendi quæ intorta uiderentur:& illuſtrandi quæ obſcuriuſcule di
cta. Sed ea uiſa eſt omniū elegantia:is ſplendor ut nō ſolum aliena nō ægeant manu: ad
augendam dignitatē:ſed manifeſtam afferant deſperationem imitari cupientibus. Vale.

Campanus ſecundino ſuo. S.

u Ariæ undiq; multoꝝ ad me litteræq; deferunť: partim eoꝝ qui acceſſiōē
dignitatis congratulanť:partim qui dolent hominē paulo ante ſolutū ac
liberū tantis curis:& tā grauiſſimis repente imerſum eſſe: afferūt illi uitæ
ornamentū:& ſpes ampliſſimas:aditus ad gloriā & honorē patentiſſimos
honeſtamenta quædā. & tanq̄ præmia uirtutis:il ſalutis diſcrimen in me-
diū adducunt:iacturā ingenii:abdicationē oēm uoluptatū: licentiā illā ſodaliciā ereptā
ſublatus congreſſus amicoꝝ:& urbiū:nationūq; eternaꝝ luſtrationes:iam nulla niſi pu-
blica cauſa faciendas. Quibus oibus aut oino abſtinedū ſit homini religionē ꝓfitenti:aut
certe modus quidam adhibendus ſeuerior & caſtigatior. His ego magis eſſentior:tā q
antea elatus animo haberi poterā:niſi comitatē iliā retinuiſſem:urbanū:& popularē nūc
niſi penitus abiiciā niſi colligā me me:& grauē ac reconditū induā uirū:effluens ſim: in-
temperās iudicandus. Ante hūc diē:noctu an interdiu:ſolus:an comitatus:urbe:an agro
ſpaciarer:par exiſtimatio honoris erat. Idem uiri graues. Idem amici ſentiebāt:& cohibe
re uiuēdi modū poteram:& laxare quoꝝ illud moleſtiæ:hoc licentiæ dabať. Nunc uero
tanq̄ in ſcœna poſitū unū oēs intuenť:undiq; oculi intēdunť. qui paratus. qui inceſſus ſit
quæ uitæ actiones. tanq̄ ad omniū hominū ſpectaculū expoſiti eē uideamur: Nec uagis
modo deambulationibus interdictum eſt. ſed abditū. & ſeclusum. horas ſingulas metiri
oportet. nec ſolus incedere ſi uelim. licet nec cœtus ſi libeat. cogere fas eſt. Quā iocūda
diuerſoria

diuerſoria illa ad amicoꝝ domos:q̃ grata cõuiuia:& ſuauis familiaritas eoꝝ:quos ames
quos tibi iam ab ipſa prope infantia deuinxeris:hæc una hora deſtituẽda ſunt oia:oibus
eſt belliũ indicendũ:querendæ familiaritates hominũ grauiſſimoꝝ:quas ut repente quæ
rere piculoſum eſt:ita cõparare difficile:cœnandũ intra penetralia:ubi fores ſi pateát : in
decorũ cenſent ſi occludant' ſuperbũ:adhibendũ ſilentiũ:põdus rebus oĩbus adiiciendũ
obſeruandũ eſt deniq; quicquid antea cõtemnebá . Veſtes & reliqui ornatus ad impedi-
mentũ uſq; & faſtidiũ cõparandi. Toga longa nec æſtatis q̃ hyemis expeditior : tũ quod
omniũ maximũ eſt difficillimũ:quæ ſtudia iã inde ab unguiculis cõplexus ſum : in qbꝰ
alterá iam ætatis partẽ cõſumpſi:nõ ſolum intermittere oportet:ſed penitus omittere ne
ceſſe eſt:ne religionis inſtituta uiolent':ſic ſenex futurus ſum:anteq̃ ſenex. Sed hæc: dicet
aliquis:incitamẽta ſunt uoluptatum:' atq; icc irco abiiciẽda:uiuet ut uelis uerſari:qui quũ
libitum eſt:iactari ad libidinis impetum . Quid q̄ opes maximæ proponuntur:' Fateor
proponi maximas. Fateor etiam ſpem maiorẽ nec egeſtatem ullo modo cadere in eum:
qui ſacris ſit initiatus:modo ad Pontificatum acceſſerit . Sed hæ opeſq; ſunt periculoſæ :
niſi conferantur:porro conferri:niſi pie:ſancte:liberaliter non poſſunt:quas ſi habeas:nõ
potes ad præſidium tuorum adhibere:non ad largitiones:ſplẽdoremq; domeſticum . &
explendas uoluptates:ſed ad eorum ſunt opem accommodatæ : qui maxime ægeant.ut
difficile ſit tuorum odium non ſubire.niſi largiaris:aut ſummi principis dei offenſionẽ.
niſi abſtineas largitione propinquorum. Si autem non habeas & premaris inopia. miſer
rimum eſt dignitatis maieſtatem tueri non poſſe. quando non eluceſcere i te religionis
ſplendor. ſed ſordeſcere atq; obſcurari uideat'. ita homini tanta in dignitate cõſtituto in-
opia dedecori eſt. copia piculo. ut q̄ plura babeat. diſcrimini propior uideatur. niſi recte
utatur. in maxima copia rerũ. atq; affluentia id uitæ genus eſt adhibendũ . ut effuſiſſime
uiuamus egentibus. parciſſime nobis. nec eſt opum magnitudo. quas religio peperit re-
ferẽda ad oſtentationẽ & iactantiá. ut ĩ cõmuni uita fieri ſolet. ſed ad liberalitatis modũ
reuocanda eſt. quæ ita ſit cum pietate cõiuncta. ut exiſtimemus oĩa ſanctiſſimæ charita-
tis ſtudio eſſe facienda. Taceo ludos. iocos. amores. aliaq; laxamẽta animi. qbus & diffi
cile eſt abſtinere. qñ in his ſis educatus. & niſi abſtineas. euertas fũditꝰ religionẽ. & maio
rum præcepta cõtemnas. nec ulla eſt uita coinquinatior. q̃ religioſi hoĩs intemperãter. li
bidinoſeq; uiuẽtis. Accedit huic oneri ſarcina multo grauior. ná ſi inter oĩa uitæ officia il
lud maximũ eſt & difficilimũ : hominẽ ipſum ita ſibi uiuere. atq; ita ſeſe exhibere ut ac-
cuſari nequeat:quanto maius eſt & difficilius eorum curam ſuſcipere : qui quales futuri
ſint:ignores. aut ſi ſcias traducere ad honeſtatem. & cõmunis uitæ iſtituta nequeas : hoc
ſi non cogitem:ſtultum & pernicioſum eſt:ſi cogitem:quæ uita non iocundior. & tamẽ
id itineris ubi cœptum ſit:peragendum eſt omni ſpe ſublata redeundi. Nec tamen ea de
cauſa hæc colligo. ut acceptum beneficium uelim extenuare . Equidem ſic cenſeo nullũ
eſſe genus ingratorum deteſtabilius. & magis alienũ ab officio:q̃ obſeruare uerbis alie-
nam in te liberalitatẽ. nam qui inficiant'. qui ſupprimunt. qui inferunt iniuriam ei:a quo
beneficiũ acceperũt:uana cã ĩpelli pñt. qui aũt magnitudini detrahũt rerũ acceptarũ. nil
aliud uidẽtur efficere:q̃ uelle ultro ĩgratos eſſe . Video me ex infimo loco ad faſtigium
euectũ ampliſſimæ dignitatis:abiectũ ad hũc diẽ:atq; incognitũ ita repẽte factum Ponti
ficem intelligo:quod munus eo maius fuit exiſtimandũ:qm̃ & competitores erant uarii
qui non modo ſumma gratia:maxima auctoritate:excellenti:ſingulariq; doctrina niterẽ
tur. Sed potẽtiſſimi regis ac principũ multoꝝ cõmendatiõe cõtenderent. & mihi ultro.
neq; petenti collatum eſt. neq; cogitãti. ut ipſa alioꝝ contentio gloriá auxiſſe uideatur.
qm̃ ſummi uiri nõ admiſſi ad dignitatẽ:nõ tam reiecti a Pio:q̃ a me ſupati uideant'. Ac-
ceſſi Pii ipſius Pontificis maximi oratio:quæ ita meas eſt complexa laudes . ut media in
concione ſeipſum accuſaret:qm̃ & ſero me ornaſſet. & minus nũc ẽt contuliſſet:q̃ uirtu-
tis meæ ratio expoſceret : ipſe de me rettuli:nouo more ipſe repente & tanq̃ de ĩprouiſo
me noĩauit:rogationẽ ipſe interpoſuit:cui cũ gratias agerẽ. Pontificia in toga. ut fieri cõ
ſueuit. multaq; eius in me beneficia cõmemorarẽ. ut Peruſiæ legenti ſuarũ priuato ære
inſtituerit. ut Mantuã ꝓfecto ſoli ex oi turba Poetaꝝ reſcripſerit. ut Senis te p me nõ ro-
gatus. & nec ãmonitus quidẽ ſubſignauerit. ut tandẽ Crotoniatibus ꝓfecerit. Decretũq;
interpoſuerit. ut qbꝰ ꝓpter nouá dignitatẽ exciderã:ea mihi ĩtegra forẽt :reſtituerẽturq;
oĩa. Illa fuit prima uox humaniſſimi & liberaliſſimi principis:beneficia quæ cõmemoras
ſem:minora extitiſſe. & uirtute mea,& deſiderio ſuo. Multa deinde de ꝓbitate:de inge-
nio in medium attulit:multa pollicitus eſt. ut uel diuinum & præſtãtiſſimũ ſũmi pri-
cipis animũ deprehẽdas:qm̃ in illa ĩmenſa beneficẽtia erga me nõ qd dediſſet, ſed quid

daturus eēt:cogitare uiderer. Quo qd ē in liberalitate magnificētius? q ſplēdorīq gloria
ī pricipe illuſtrior? nec ulla ī re uiſus ē occupatior:q̄ ī me amplificādo:extenuādo bñficio
Quā tu munificentiā:quā liberalitatē:cū hac cēſeas cōferēdā. tū ne qd largitiōis deeſſet
ueſtigiū:nihil ꝓtio:gratis:oīa tranſſigi iuſſa fūt. Addita dono bona idemortui Antiſtitis
ad fiſcū manifeſto iure deuoluta. hæc oīa ſi unū ī locū cōgerant:q cumulus erit bñficioꝝ
quæ ornamētoꝝ exaggeratio? Tanti ne inquies Pontificatū iſtū facis? q̄ſi nō ſis in extre
mā Italiæ orā tanq̄ relegatus. Qui d.n. Calabris obſcurius? qd abiectius ac remotius? aut
quæ gens. quæ natio īcultior. tū q fruct' dignitatis. qui cēſus reꝝ. Ego uero ut taceā tot
cōpetitores:quoꝝ gloria oīs ī me trāſlata ē:qm̄ fūt cōtētione ſupati:uel a nō repugnāte
locū nullū exiſtimo ī Italia noīe ac uetuſtate clariorē. Nec dubito diuinā Pii mentē hoc
ipſū cogitaſſe:tanq̄ ad uetus gymnaſiū p̄hoꝝ mittendū ſtatuerit. Nā quæ gens ī eo uitæ
genere Crotoniatibus celebratior:ubi & plures p̄hi & meliores. Nec uideo quā urbē ma
iora illuſtrauerint monumēta uetuſtatis. Quod igit' Pythagorā uiꝝ tantū nō puduit: id
me homūculū pudebit? ſi ille Samo pulſus. Crotonē ſibi ex oī orbe terraꝝ delegit p̄hilo
ſophādi locū:ego illo miſſus nō exul. ſed ad iperiū nō ꝓficiſcar? nō arripiā mihi hāc occa
ſionē? eū mihi locū nō glorioſiſſimū putabo. Nā Alnieō quidē:& Philola' q̄q̄ Pythago
rā nō æquarūt gloria:ambo tñ ea ī urbe nati multū ſplēdoris attulerūt. Quoꝝ alter pri
m' diſputaſſe de reꝝ natura fert'. rettuliſſe alter oīa ad cœleſtē armoniā & neceſſitatē:coa
ctionēq; naturæ Taceo Hippaſim Metapontinū. Tarentinū Architā. qui haud ꝓcul inde
nati ad eū locū ꝓfecti fūt philoſophādi grā. Sic Empedocles:ſic Epycarmus:aliiq; cōplu
res p̄hiam illo ipſo ī loco didicerūt. Nec minus hoꝝ ingenio claruit ea urbs:q̄ aut Milo
nis Lacertis. qui & ipſe Crotoniates tauꝝ toto geſtabat ſtadio. Aut Leuſis elegātia:q præ
ſtantiorē naturæ formā eo ī loco iueniri poſſe exiſtimauit. dū Helenen pingeret Croto
niatiū uirginū fretus exēplari. Vides quā mihi urbē Pius cōmiſerit: unde ſi uetuſtatē re
uoluas:centū uiginti milia hominū:qui arma ferre poſſēt:ꝓceſſiſſe acie iuenies. Si ad no
ſtrā referas ætatē:nō ē urbis illa cōtemnēda:neq; magnitudie:neq; opibus:neq; gloria in
ter finitimas:ut quæ & marinis cōportatiōib' ſit expoſita:& ſoli fœlicitate excellat:tū ma
re ſinuoſum primū ac recutuū. Mox Ioniū iter & Tyrrheuū latiſſime exit ī pelagus: uttā
q; in ptē nauigabile. Cōmeāt tui Veneti orbe terraꝝ potēriſſimi. Cōmeāt qui īfero mari
cōmercant'. Vide & īgenia ſunt cultiora q̄ Calabris & undiq;:q̄ ad uitæ ſpectāt uſum im
portant'. Tū ſolū fœlix atq; amœnū:amplū etiā:nec uaſtis mōtibus:aut ſtagnis īpeditū:
ſed liberꝝ & patēs:ut ſiue mari uelis ſiue terra:q̄ latiſſime poſſis euagari oculis. Proſpectus
tñ ī pelagus latiores:qui ī lōgiſſimū recedunt:& a leua Tarētinos:a dextra Brutios:a frō
te Siculos Ambrachios. Cahonios attigūt. A tergo Salēnnos. Meſapios. Apulos. Vide
quæ noīa:quæ loca:quæ ſpectaculoꝝ luxuria excitat' aīo:cū hæc legis. Quid mihi futuꝝ
cenſes. cū oculis luſtrabunt':pagrabunt' pedibus:cum ī re paulo licentius laſciuiemus: re
moti ab hoc faſtu & ſtrepitu:quo tenemur & ꝓmimur. Vix extāt priſca ueteꝝ Crotōiatū
& ueſtigia fugiētis iā lōgo īteruallo uetuſtatis. Deſūt qui cingāt urbē uiui:& pſpicui fon
tes deſūt orti irrigui. Sed ide ſalubritas aeris:cœliq; clæmētia:iā inde ab ultia reꝝ ꝓducta
ī ætates:ſcriptoriq; celebrata monumētis. Quippe ꝓditū ē Crotoniatas nunq̄ neq; ſen
ſiſſe terremotus:neq; peſtilētia laboraſſe. Idēq; eueniſſe Locrēſibus finitimis: credo eodē
tractu maris:ac terræ haud diuerſam fuiſſe uim ſydeꝝ: ſtellarūq; deſpectū: ſolūq; ſuapte
natura beatiſſimū īfici nullo mō poſſe. Cærealiū uero inaudita feracitas:ut horreū īſulis:
horreū cōtinenti eē uideat'. Accedunt arua & loca herbida pabulis equoꝝ accōmodata:
nā equi quoq; illic eximiæ pnicitatis naſcunt' maiores noſtratibus:hæc oīa & magna ſūt
& titulis maioꝝ illuſtrāt':ut nō ſolū cōtemnēdi nō fuerit Crotoniatæ a uiro philoſophu
lo. ſed oī conatu expetēdi. Quid de cenſu dicā:neq;.n. ſūt eiuſmodi dignitates cēſu me
tiēdæ:par ſplēdor ē oium atq; gloria:par auctoritas ſiquid interſit:id totū naſcit' a uita:q̄ q
excellatis maior habēdus:ſit minor qui uicat'. Neq;.n. aut Patauinor:aut Veronēſi: aut ſi
quē aliū opes extollūt īfenorē me cēſeo mō ſāctitates uitæ:obſeruātia religiōſiſſimoꝝ īte
gritate:& officiis illis. Pōtificis nō fueri ſupatus. Taceo tāti ordinis maieſtatē:ne epiſto
læ modū nō teneā. Nūc ſniam expecto tuā:quā ſiue tu ad hūc referas uiuēdi ſtlū. opinio
nēq; cōem:ſiue p̄hoꝝ īſtituta reuoces:nō eqdē laboro. mō qđ tibi uidea':afferas:nō qđ
mihi uideri uelis. Collige hic ociū:libertatē:ſodalitia. uagatōes: cōgreſſus:aliaq; oblecta
mēta aitnde res magnas:ſpes maiores:familiaritates p̄ſtantiū uiroꝝ:opes:honorē: glo
riā cōplectere:rurſus utrinq; tanq̄ ī trutina labores,ꝑicula,cōtemptū,ſopiā expēde,ſimul
hæc libra ſimul mihi locū expiunde,agere grās poſſim. Cū Pio .ii. Pont. maximo. tū etiā

Papienſi

Papienſi meo:quoꝝ alter ampliſſimis ac plurib⁹ornauit bñficiis;alter nõ ſolũ ut ornaret;efficit;ſed me primus mortaliũ ĩ lucẽ:ĩ dignitatẽ:ĩ noneiã ſũmoꝝ principũ eduxit:atq; ĩ oĩ fortuna acerrime:cõſtantiſſimeq; defendit:qd offerã?qd pollicear?nũ dedã meipm?exiguũ eſt iis me dedere:q niſi fuiſſent:ipſe nõ eẽm. Tũ qd allaturus utilitatis:cũ ope mea nec egeãt:aut ſi egerẽt.& uẽdicarẽt ipſi ſuo iure.& ego ſine ſũma fidia deeſſe nõ poſſem. Concedã & pmittã me ꝓpinquis:dedã:deuoueã:q̃ minimũ eſt hoc qđ eis neſcio:an unq̃ ſit ꝓfuturũ:aut ſi ſit:nõ ad animũ erga illos meũ:ſed ad meritorũ magnitudinẽ referri debet. Nũ monumenta poſteritatis.& hãc meam ingenii mediocritatẽ?q̃li ſim cum illis hac ipſa in recõparandus?Quis Pio & dicendi & ſcribendi arte ſublimio?qs certior?ornatior:breuior:ĩ oĩ forõ:ĩ oĩ cõcione orbis terrarũ?qs & ſepius dixit & diſerti⁹?ita ut nullũ oĩno oratorẽ ĩuenias aut poẽtã meliorẽ.& qui poſt hoĩum memoriã eloquẽtia & magnitudine aĩ maieſtatẽ tantæ ſedis ſolus ĩpleſſe uideaṫ. Tũ Papienſi meo qs accuratior.& grauior utroq; in genere & hoc ſoluto.& illo ſtrictore:qs utroq; ſcriptoꝝ monumentis celebratior. Aut quæ noſtri tẽporis ĩgenia in hoc nõ deſudauerunt.qbus ego neſcio an ulla ſim ex parte cõparandus. Proinde aliã mihi oſtendas uiã neceſſe eſt. Nã hærere lateri:oſculari manus:lãbere humi pedes obuolui genibus.& circũgyrare oculos:totum eſt effœminati & blandientis nihil opus eſt uulgaribus. Aperi mihi locũ aliquẽ ex illis intimis græcorũ penetralibus. Ego tantũ id intelligo nullum officium eſſe tantũ:nullos tã graues labores:nulla pericula tã dura & capitalia:quæ nõ ſint a me:quotiẽs rex exigeret:ſponte ſubeunda. Nã opes & ſimilia tã polliceri exiguum eſt:q̃ nõ pſtare pſidium & ingratum. Leua quæſo me hac moleſtia noſti epidi illud apud Sophoclem. Vale.

Campanus cardinali papienſi .s.

n ISI cũ te eẽ cognoſcerẽ:q accumulare tuis ſoleas nõ ĩputare bñficia:quo nihil ẽ ĩ illa tua ſũma atq; imẽſa liberalitate magnificẽtius:nihil ĩ oĩ genere largitõis & bñficẽtiæ illuſtri⁹. Eqdẽ nequaq̃ auſus eẽm:ita te quottidianis laceſſere poſtulatõibus.& tanq̃ agmine negociorũ meorũ oppugnare:cũ plura ſolus abs te ĩpetrauerim:q̃ alii:uel multi petierunt. Sed cũ ea ſit diuini & pſtãtiſſimi aĩ tui magnitudo:ut ĩ tuis ornãdis nõ defatigeris.& quos ſemel excitaueris:dõec cõfirmes nũq̃ cõqeſcas. Exiſtimaui nõ uideri temerariũ tãdiu petere:quo ad tua ĩ me bñficia ita eluceãt:ut neq; ego egere externa ope ad uitã ſuſtẽtãdã:neq; tu ſollicitus eſſe de me poſſis. Bona ſupioris antiſtitis:quæ ſpectare ad me hæreditario quodã & ſucceſſiõis iure uidebanṫ:ĩtercepta ſunt atq; ab iis ĩtercepta:q nihil afferunt:niſi cõmẽticia quædam & conficta ad me euertendũ. Aiunt neſcio qd fraudis cõmiſſum ab eo uiro in pecuniis decimaꝝ exigẽdis:idq; p Calixti ppa.eãq; ob rem ad ficum recidere oportere:iã ſi ad hunc diẽ neglecta res eſt:mirũ cur nũc tandẽ excitenṫ:niſi quia quẽ uiuentem accuſare nõ erant auſi:mortuum tutiſſimum oppugnare arbitranṫ:ſiue id eẽ in cauſa putẽt:qđ exiſtiment debili cum aduerſario rem fore. Neſciunt ſpes meas oẽs in Papienſi uno oĩum:qui uiuãt:collocatas eſſe & cõſtitutas. Neſciũt fortunas ad hunc diẽ mihi defuiſſe:animum nunq̃ defuiſſe:cũ ſemp paratum te mihi intelligã defenſorẽ:an uerendũ cuiq̃ ſit:ne hoc mi exiguũ nõ pſtes:quia maxima atq; ampliſſima pſtitiſti:ne opem ei nõ feras:qui quãtus ẽ:pepẽdit:pendetq; ex te tot⁹.totus in te uno mortaliũ cõquieſcit:qui ẽt alienis & incognitis opitulans:non me acerrime defendes in cauſa iuſtiſſima:qui ẽt ubi nullum ius ſuberat:defendiſti. Proh deum immortalem quæ tibi parata arma uideo ad me defendẽdũ:poteris inopiã afferre meã:poteris legitima actiõe decertare:& ſanctum & æquũ uideri bona indemortui Antiſtitis ad ſuffectum deuoluti oportere:nõ cõuenire fieri mihi iniuriã hac una in re:cui cæteras ultra iuris mætas pmiſſa ope tua ſint:etiam illud poteris afferre nõ hic agi ad te ampliſſima Exiguum eẽ qđ petiṫ:pauculum ſuppellectilis:tritas iã & ꝓpe obſoletas ueſtes:libellos:tapetes: atq; aulæa iã uetuſtate expilata: & neſcio qd argẽtuli.quæ ut exigua ſunt:ita mihi admodum neceſſaria uidenṫ.ultro mihi a Pio max.collata bñficia:ultro me epm declaraſtis:quibus p nouam dignitatem excideram:ea ultro reſtituiſtis & confirmaſtis:ultro gratis oĩa tranſigi uoluiſtis:in tanta igitur multitudine bñficioꝝ:in tantis ornamẽtis hanc mihi extremam fieri iniuriã patiemini. Adde hunc calculum ad cumulos altiſſimos bñficioꝝ ĩ me tuoꝝ.quæ q̃q̃ eo magnitudinis euaſerunt:ut excreſcere nullo modo poſſint:tñ hoc deſiderant reliquum:quo abſoluti atq; exaggerati oĩ ex pte eſſe uideanṫ:ueſtri Campanum tuum:quẽ ſolus in hanc lucem dignitatis:in oculos hoĩum clariſſimoꝝ:in ipſum deniq; uitæ ſplendorem eduxiſti:nec ero uerboſior in tua ope depoſcenda.cum eo ſis ingenio in conſeruandis tuis atq; ornã-

3

diſ:ut admoneri cupias:rogati non feras.   Vale.

Ad eundem interamniae ſeu terami deſcriptio.

p

ETIS ut ad te q̃ latiſſime ſcribam:nō de ualitudine ſolū:ſed de omni ſtatu rerū:fortunarūq; mearū. Ego uero nihil eē cenſeo:in quo & tibi parere iocundius poſſim. & me utilius etiam libentius exercere. Nam & tu ſummam capies uoluptatem:quū omnē Campani tui rem familiarē & quaſi ſuppellectilem:nō leges ſolū:ſed tanq̃ poſitam ante oculos euolues:inſpicies:conſiderabis. & quæ ex dignitate erunt. & modum nō excedent probabis ut digna ſtipatorio. Quæ autē maiora uidebunt̃:q̃ Campanū:aut minora:q̃ Antiſtitem deceant reiicienda iudicabis. & mihi quoq; gratiſſimū erit:cupienti amico diuitias omnes oſtentare:a quo ut magnificētia(ſi qua ſit)laudari poterit:ita tenuitas augeri. Primū ualitudo eſt qualem lætari poſſint:qui nos ament:dolore qui oderunt. Membra iam omnia uiua:pinguia:teretia:macies & ſqualor abierunt. Pedibus utor meis:aliena manu nulla in re opus eſt. Scalas ne manibus quidem innixus aſcendo:nō tū præcipites & abruptas. Iter longū pedes deambulo:adiutore nemine:ne baculo quidē:Hæc tibi ſi exigua uideantur accipe maiora. Minus ille quē noſtri iam incipio ſaltare:quanto aūt ſpatio ſubſiliam:uaria conditio eſt plano in ſolo pedes tricenos:non uno ſaltu:in lubrico ſum cōcitacior:in arduo pes unus:meta eſt ultima:uideor mihi factus athleta. Mane in gymnaſio:ueſperi ī gymnaſio deungor tanq̃ luſurus palæſtra:quanq̃ prope eſt:ut olympiā mediter:certaturus uel tecum pro corona:tecum inquā certaturus. Nam pili illi erecti atq; hyſpidi:quos horrebas:iam rediere equæ ſcabri & hyrſuti:atq; antea fuere:tam ſunt truculēti & tetrici:q̃ quū expaueſcebas:pernicias pedū:robur lacertoꝝ facies corporis:ita conſtant:ut non īmutata hæc mihi:ſed tanq̃ ſerpentibus exuuiæ:cornua ceruis innouata eſſe uideant̃:fuit itaq; mihi morbus hic tam diuturnus. & grauis pro fonte illo poetaꝝ:apud quē tradunt immerſos Senes extemplo iuuaneſcere:iuuenes repueraſcere. Tam ſum uenuſtulus tam obeſulus. & pinguiculus q̃ ante morbum Elucent:ridētq; oculi:flagrantia uincūt Labra roſas:uincūt Decia mala genæ. Frons nitet. & nullis rugis ſulcata decorā. Per cana demittit tempora Cæſariem. Qualis eram quū ſæpe una concurrimus olim. Et meus in cāpi puluere uicit equus. Sed mitto uetera cōmemorare:ne qui cū fortuna pari acie dimicas:animaduertere in eū pergas cui tot ultro iniurias intuliſti:ut ſæpe ulciſcendi magis cupidus eſt qui minus fuerit offenſus. & uindictā quærit:qui laceſſiuit:habes ualitudinē:accipe ſtatum. In urbe ſum:quanq̃ diuturno exhauſta bello. & pœne exinanita:tū amœniſſima atq; pulcherrima. Sita eſt inter duos amnes:qui muros abluūt:Statimq; urbē prætergreſſi:confunduntur. Alteri nomē uitiolæ. Tordino alteri. Sūt qui putent Truentinū:nōnulli Iuuantinū uocauerunt. Inde Interaminā dixerūt ueteres. Noſtri Teramū appellant Hæc flumina æſtate modico:hybernio equinoctio colliquētibus niuibus creſcūt. Tordinus aliquāto maior:& ubi confluūt nomen retinet. Viriola dimittit:uterq; ex editiſſimis montibus pari ſpatio labunt̃. Tordini ora patientior:dimiſſis mōtibus:cōualles ſecat tractu leni ac placido. Vitiola plærūq; præceps. & diſſiliens rupibus ſtringit̃. Vrbs igitur in angulo poſita cōmiſcentiū ſeſe fluminiū Paulo æditiore planicie diſtendit̃:habetq; hoc gratiæ:ut lato in campo tanq̃ in mari inſulæ plana proſurgat. A montibus duo:a pelago quindecim paſſuū milia recedit ad occidentē. Montes:unde aurā captat æſtate ad orientem adriaticus ſinus:unde teporē hyeme recipit. Neq; mari tā propinqua:ut æſtiui uapores:aut auſter noceat. Neq; montibus tam adiecta:ut hyberna glacie rigeſcat & niue quū tū utrūq;:cōmoditates maximæ hinc lignandi:uenādi:pabulandi:inde nauigandi atq; īportādi habēt̃. Ad ſeptētrionē olíueta diſtenta collibus:uinetaq;. Ad meridiem uineta ſolū & ipſa quoq; collib⁹ īteriecta aſpiciunt̃ Quo fit ut urbis ipſa ima planicie ꝓſurgens:dextera leuaq; colles uideat exortos montibus. & ad mare e regione porrectos. A tergo aūt & fronte:liberos exit in cāpos:quos medios Tordinus ſecat. & irrigat. Ille agri ad pelagus uſq; ut iocundus:ita perpetuus comes:quacūq; defluit:aut cæduis ſyluis:aut uirētibus pratis adūbrat̃. Vrbis mœnia qua flumina nō abluūt:quātū īteredit ſpatii:id totū complent orti irrigui:quoꝝ eximia eſt uiriditas & pherennis:ut ne bruma quidem areſcat aut algeat:piſcationes:natatiōeſq; extiuæ:ante oculos hyberna eiectamēta fluuioꝝ ante oculos in aſpectu orti:in proſpectu colles ſunt. Cāpi item pingues & læti cærealibus:& candentes niuibus montes uarietate delectant incolas:ſalubritate cōſeruant. Inde ſenes paſſim multi q̃ ānos cētū nō uiuāt ſolū. Sed qđ uetuſtius ē recordēt̃:plærıq; ſublimes & erecti ſola canicie ſenes. Sed redeo ad urbē:eius ambitus pauloplus minuſue q̃ tria milia protenditur.

protendit᷑.Ipſa plana diſtincta nec tam lata q̄ longa:ueluti in angulum deficit:fluminū
alueis inter quos media ſurgit ſtatim mox coeuntibus:urbis uiæ:aliæ ad latitudinem:ad
longitudinē aliæ porrigunt᷑ utræq; a muris ad muros:a portis ad portas:quanta urbis eſt
magnitudo decurrunt.Nihil hoc uicoꝝ ordine diſtinctius quacūq; accurrūt:ſecantq; ſe-
ſe:cōpita faciunt quattuor in partes urbem totā aſpicientia.Pars coctilibus ſtrata eſt:Pars
compactis æquata lapibus:quæ ubi deficiūt ſufficiūt ſabulo:ut æque hyeme atq; æſtate
ad deambulandū inuitent.& in fluuios ſingula quæq; pluuia:ſordes:& purgamēta de-
uoluat.Sunt tamen priuata ædificia p̄ſſa atq; humilia.Altitudini obſtat materia:quæ du-
riſſimi lapides:ut colligari nō facile poſſunt:ita nec coaceruationē patiunt᷑.Contiguatio
altera faſtigiū cogit.Concamerationes raræ fiunt.Priuatæ ædes:ſubductæ in longum la
tumq; patent.& altitudinem cōmoditate redimunt.Coctilibus quæ ſunt altiora:tabula
tiſq; conficiunt᷑.Templa marmoribus cōſtant:ad medios uſq; fornices:plæraq; ſublimia
ampla teſtudinea.Portæ urbis totidē.quot oſtia Nili:Romana imprimis celebris:ſic eni
appellant:quæ Romam ducit:regiamq; Neapolim.Quæ Picenos a præter labente flu-
mine uitiolā dicunt.Cæteræ a finitimis quos adeūt cæpere noīa.Singulis portis ſinguli
fontes exundāt.Vberrimi oēs & plucidi.Eſt & uitiolæ per urbem totā perfacilis:deriua
tio tenui foſſa haud amplius octingētis paſſibus ducta.Media urbe prominet templum
maximū uirgini matri ſacrum.Eius baſis tota ſilicea eſt:reliqua moles latericiis tollitur
Conus templi teſtudine præeleganti faſtigiatur.Alæ porrectius illæ quidē:ſed tñ ſubdu
ctius patent:materia teguliſq; contectæ.Fores ter geminæ:cariſtio marmore expoliunt᷑
quaꝝ unæ recipiūt orientem ſolem:alteræ oſtendunt occidentē.Tertiæ uergunt ad ſe-
ptentrionē:quæ ſpectāt pro foribus ſcalæ marmoreæ tractu longo porrigunt᷑ & ſurgūt
Conus medio īminet templo:deſpicitq; altare ad perpendiculū:ut tot templa:quot tēpli
latera eſſe uideant᷑.Ordinati ſacerdotes quattuor & uiginti.& in præcutinis nō inculti.
Callent tem diuinā ad unguem omnes.Cærimoniaꝝ cultus nuſquā ſolēnior.Miniſtri
ſacroꝝ complures extra ordinem tenent horas:obſeruant momenta:æque noctibus ac
diebus utunt᷑:ſtudēt imprimis muſicæ:ſeruato more maioꝝ:a quibus illuſtratam prædi
can.Zachatum muſicum ſuū dicunt:oſtendunt domos:prædia:nepotes:etiā diſcipulos
eius īuenta pro oraculis habent᷑.Impluuiū templi ad meridiē excipit uetus amphythea-
trū ex parietinis q̄ ex ſe notius fornices apparent magna ex parte deiecti:& ubi conſtant
exæſi uetuſtate.Periſtilii formā anni eripuerunt.Sūt & alia ueſtigia ultimæ antiq̄tatis.Sa
cellum Syluani & Priapi ſimulacrū.Monumētū præterea Iunoni Lucinæ inſtitutū Ali-
ton pro filia.Viſunt᷑ ſtatuæ ueterū attexæ nouis edificiis priſco habitu:calceiſq; Senato-
riis.Trophea item inciſa marmoribus.& ſepulchroꝝ epitaphia.Epigrāmatū quoq; gra
tia antiquitatē redolet:rotunda:polita:elegantia:breuitatē quū teneāt:terſiciam nō relin
quūt.Quoꝝ nōnulla indicant Teramū Martialem fuiſſe Coloniam ductū a.T.Tattie-
no:ſed hæc intra mœnia.Extra urbem ſepulchra:lapideſq; itinerarii:extant aranti agri-
colæ nōnunq̄ urnæ refertæ cineribus:quod genus humationis receſſit a noſtris.& mul-
tarū eſt ætatum.Nec ſtetit diu priſcis hic mos:ut igni cremarent᷑:a Sylla inſtitutus.Sub-
latus a Nerua.Templo maximo cōtigue ſunt ædes Pontificiæ:niſi quod uiculo ſolo diri
muntur.Hæ ædes haud quaq̄ reſpondent ad templi magnificentiam:apte tamen magis
q̄ pulchræ:liberæ undiq; atq; expeditæ in arcis modū aſſoluunt᷑:ſpectātq; triplex forum
primū ī quo animalia:alterum in quo merces ueneant.Tertiū a tergo marcellarii.& cer-
dones complent:habētq; hoc uoluptatis feneſtræ:ut cuncta deſpiciāt.Quicquid undiq;
comportationū rerumq; uenalium propter oculos eunt.propter oculos redeunt.In ocu
lis proponuntur.Inde cōmoditas uictus ſi qua rerum inceſſit libido prope eſt:unde hæc
depromant᷑.Audiuntur auctiōes:obſtrepunt:fremūtq; negocia:ut in emporiis cōſueuit.
Ciues uariis artibus:imprimis lanificio.& mercaturis deditt.Natio omnis uafra:callida:
arguta:libertatis magis cupida q̄ capax.Tyrannidem ſummo conſenſu nuper exuerunt.
Arcem opera & ſitu munitiſſimam adorti uiribus.& impetu expugnauerunt:expugna-
tam equarūt ſolo.Regibus ad omnia parent.Cæteros autē nō recipiunt aut interimūt
receptos.Antiſtes urbis maximo ī honore habet᷑.Me colūt:me obſeruant.Me nō p̄ſulē
modo ciuitatis.ſed & Principē uocant.Idq; uetuſtiſſimis īueniūt ſeruatū.Quod uaſtatā
hoſtili incendio Vrbem ac funditus deletam.Antiſtes refecerit.Quæ res maiorū decre-
tis eſt confirmata & celebrata monumentis.Habes Vrbem totam.habes ualitudinem.
Nunc ſtatum ut intelligas:accipe montes.Nam hii noſtri ſūt omnes per montes:a qui-

bus duo paſſuum milia recedere urbem dicebamus. Caſtella quinq;:arces duæ. Pagi circiter quadraginta ſparguntur. Quæ omnis noſtra regio eſt. Hæc Campani regna:hoc imperiũ ex ponato:agreſtiq; opilione factus ſum regulus. Audi nũc quantæ ditionis. & montana ne deſpice. Parent mihi mortalium:paulominus q̃ quattuor milia:in quis qui arma ferre poſſint:octinginti inueniuntur. Si me ad pugnam prouocaueris:hoc exercitu: his copiis licebat occurrere. In hos ego liberam habeo uitæ neciſq; poteſtatem. Solum ipſum admonitũ deuexa etiam olei ac uini ferax. Suprema iuga:perpetua hyeme niues occupant:nec quicq̃ gignũt:quod æſtate metatur. Serunt quidem frumentũ in uallibus ſed parum colligunt infœlicitate ſoli. Vino qui ſunt ditiores utuntur importato. Cæteri aqua refouẽtur. Pomorum ac pirorum eximia feracitas. Hyeme tota obruti niuibus:Sub tectis habitant:uictui neceſſaria cõgerunt per æſtatem & autumnum. Bruma tam poſſunt caſis efferre pedem q̃ uolare. Nix increuit hoc anno continenter altitudine pedum duodecim. Ripæ fluminũ quæ dixi orta montibus ad urbem confluxere:exitũ nõnunq̃ præbent:quod & preſſiores ſunt:& niues currentium aquaꝝ propinquitate diſſoluunt. Sed quãto Brumæ aſperitas grauior his in locis:tanto eſt æſtatis amœnitas & clementia maior. æſtiua pratula:æſtiui fontes:frigiduli:geliduli & platani:abieteſq; uiridulæ:mirũ eſt quantum affectant uoluptatis. Ita ſi quãdo urbis faſtidium cœpit:aut æſtus ſit ardentior in planis:huc me colligo naturam ſecutus:quæ hoc ſibi diuerſorium æſtate ſe legit. Per anni domicilium muto:hyeme urbem interdum. & maris littus inhabito:æſtate montes Eſt unde hoc uiuendi genus acceperim:oues imitatus:quæ per brumã:maritimã:p æſtatem montana ſectantur. Quæ uiciſſitudo ſi pecori liceat:homini nõ liceat. Si ignaua & bruta ouis hoc uidet. hoc ſequitur. Ego qui quoq; idem uideo. Idẽ quoq; nõ ſequar. Neq; enim pecudis uitam:hac refectione animi:hoc leuamẽto corporis:digniorem cenſeo eſſe q̃ hominis. Multa genera uenationũ in montibus:multa & expeditiora ĩ planis. Sylnarum nõ una facies:quædam apertæ & diſtinctæ arboribus:aliæ confuſæ & denſæ. Hæ apros occulunt. Ceruis illæ inhabitant. Colles item tonſi & nudi:Colliumq; cõualles:leporem ac uulpem exhibent. Apri ſpuma quũ fremunt inter ueptes. Cerui ſaltu delectant in nemore. In aruis lepus curſu placet:gyro & amphractibus uulpes. Illic ſedere potes ad rætia. & amitem ſuſtinere. Hic laſſare canem ad tempus. & irritare:utrum placeat in arbitrio:ut ætas quemq̃ excitat. & remittit. Ita & quieſcere in alieno labore põt & inquiete laborare. & tamen pari omnia cum uoluptate. Poſſem tibi mille fontes:mille riuulos deſcribere:qui per ſaltus excurrunt & murmurant. & uenationi auxiliantur:dum laſſos recreant ceruũ retinent:morantur aprum & uulpes:ac lepores aut ſiſtunt aut auertunt:apta inſidiis loca complent laqueis. Cætera impediunt materia. & ſubditis. Feruent quotidianæ uenatiões quũ cœlum patitur:rætia uicatim fiũt. Singulæ tribus aut portæ texũt ſua. Caput:exta:pelleſq; ferarum his dantur:quoꝝ rætibus fuerint interceptæ. Cætera diuidunt in capita:uiritim tamen:nã pueri ſunt extra ſortem contenti quicquid ex liberalitate dantis accipiant:dũmodo ſint expertes. Nec deſunt etiã aucupia:ſiue illa ocioſa quũ auium traiectiones obſeruant:mane ad eſcam exeuntiũ:aut redeuntiũ ad ſyluam ueſperi ſiue quũ exagitantur gleba & ſtrepitu:agũturq; in iſidias:ſiue quæ ſibilis fiuat. & cõuiſcationibus. Seu quem canes:accipitreſq; delectent:magna copia eſt agro toto. Multoſq; id aucupicii genus exercet:quod predicariũ uocant. Coturnicem:afframq; gallinam. & ionicam attagena: ſinguli ueptes proferũt & ſtipulæ Nam ficedularum:turdorũq; ingens multitudo:illæ rætibus & uiſco:hi etiã arte illectamentiſq; capiunt. Quibus ex rebus fit ut nulla poſſit eſſe ſacietas:hæc ſtudia ſectandi. Nam eſt uarietas uoluptatũ rerumq; omniũ condimẽtum. Me aũt delectant hæc omnia. & quidẽ æqualiter omnia:niſi quod expectare feras libentius ſoleo:ad clatros & rætia:q̃ perſequi fugientes. Habet hoc dignitatis. Antiſtes urbis ut uenari liceat:& ferre haſtam & uenabulum. & ſi opus ſit incedere armatum:purpuraq; ueſtri:etiã iudices cauſis cognoſcendis ſtatuere. & teſtamentis:tabuliſq; conficiendis:quæ res præter ſolum Regem toto regno pmiſſa eſt alteri nemini. Nam accipitrem nutrire. & geſtare manu:cõmune fortaſſe:ſed cum paucis. Poſſem prædia noſtra lautiſſima:poſſem opes templi cõmemorare:uariaq; & urbis & ciuiũ ornamenta. Sed hæc ſatis futura exiſtimaui:quæ te etiã mea ſomnia poſtulantẽ occupent & impleant. Si longiorem dicas hanc eſſe epiſtolam q̃ cõueniat:cogites nõ me ſcripſiſſe longam:ſed te longiſſimam poſtulaſſe. Si autem breuior uideatur:etiam illud conſideres non idem eſſe librum quod epiſtolam petere. Vale.

CAMPANVS CARDINALI PAPIENSI.S.

VADES pro pietate ĩ me tua:ut quod ipſe effeciſti:cæteris reiectis ſtudiis
præſertim poetaꝶ:incũbam Euangelicis:q͞ hæc ſalutaria & ſancta:illa ob
ſcœna & pnitioſa uideãt. Nec cũ ſurdo tibi res fuit:ita ſuades ut plane q̃d
ſuades iã pſuaſeris reieci ueterẽ achademiã oẽm:quos antea lectitabã ãti-
quoꝶ libros:nec aſpicio nũc quidẽ ne uidear legere:ſic ĩſediſti animo:ſic
tua ſanctiſſima ĩhæſerũt monita:mecũq ſũt ſemp:aut quotiẽs aut hiſtoric⁹ occurrat:aut
poeta aſpiciat:aut orator ueniat in manus:expiandũ me cenſeã. Cogito quod ipſe tonẽs
monuiſti:conſecratũ eſſe. Euangelio os meũ:admiſſum me in ſortẽ domini:& unũ de ex
cubantibus ad fores tabernaculi eſſe factũ:nõ dignũ exẽplo:ſed ut id quod iuſſiſſe uidet
Apoſtolus exemplũ ſum fidelibus in uerbo:& omnis ſermo malus ex ore meo non pro-
cedat:nec poteſt nõ malus eſſe:qui ſit natus:qui nõ ædificet:qui gratiam audientibus &
utilitatem nõ afferat. Datum eſt nobis os ipſum:nõ ad ſcurrilitatem & mendacia:ſed ad
id quod propheta decantat in pſalmo. Domine labia mea aperies:& os meum anuncia-
bit laudem tuam. Illic diſerti:illic eloquentes eſſe & poſſumus & debemus:ubi non ma-
gnitudo deſit laudatæ rei:nec copia laudatori:ſed quid aperies inquit:niſi ut ĩtelligam⁹
reconditam linguam:occluſum os noſtrum eſſe oportere in rebus cæteris:in una dũta-
xat Principis dei laude exoluendam linguam:aperiendum os eſſe:ut ad hanc unam rem
nati:hic toti quãti ſumus occupemur:quicquid agimus aliud:aut dicimus mẽtiamur ne
ceſſe eſt:& prædantur omnes qui loquimur mendarium:nec poteſt nõ mendax eſſe qui
aliud q̃ ueritatem:quæ Chriſtus eſt:loquimur:in illo uia:in illo norma eſt & meta ad q̃
tendit:qui nolit errare:os:aures:oculi:& ſenſum membra cætera nuntii ſunt rerum ex-
ternarum ad mentem noſtram. & præterea teſtes ipſius mentis ad externa tam quod illa
cogitat:hæc aperiunt:q̃ quod hæc porrigunt mens cõcipit. eam ob rem nemo poteſt de
ſanctimonia loqui qui ſancta non legit:qui ſancta non cogitat. qui non audit uerba do-
ctrinæ. & prophetam non attendit exortantem. Venite filii audite me:timorem domini
docebo uos. Quis eſt qui aſcendere poſſit in atria domini? niſi qui loquitur ueritatem
in corde ſuo? & non egit dolum lingua ſua. quæ autem ueritas in corde eſſe aut cogi-
tari poteſt:niſi qui ait. Ego ſum ueritas & uita. & qui credit in me uiuet in æternum. cœli
decepti eluſiq peribuit. Quid dolus niſi poetarum mendacia abſurda & uenefica? qui-
bus mulcentur aures:animi decipiuntur. An poſſit quiſquã nõ falli ſi poetas ſectetur? qui
non inueſtigatores:ſed & confictores atq inuentores fuerunt mendaciorem. An eſſe nõ
laſciuus ſi inter illorum fabulas:cantilenaſq uerſetur:refertas prutitu & titillatione uo-
luptatum:libidinum:flagitiorum. Nam quod tu flagitii genus in poetis nõ inuenias ex-
tolli & prædicari? digni illi quidem:qui & uates & uini dicerentur miniſtri eorum deo-
rum quos habebant profligatiſſima & perditiſſima quæq poſtulantes ſi modo erant ſi
dii. & non ſtultricia potius eorum qui hæc confinxiſſent:teſerentes omnia ad apetitum
quiſq ſuum inſanum & amentem. Extollebant Iouem qui adulteria probabant. Venerẽ
& Cupidinem qui uoluptatibus immerſi:finem ii in rebus modumq beatæ uitæ ſtatue-
bant ſic Baccum & Cererem:qui uentri & ingluuiæ dediti. Martem qui prœliis delecta-
rentur. Dianam qui uenationibus. Palladem qui lanificiis:quæ etſi erant honeſta:inter-
dum erant tamen indigna:quæ tantopere laudarentur:ut deorum loco ponerent:q hæc
excogitauiſſent: Itaq finxerunt ſibi ſermones nequam poetæ: Locutum eſt mendatiũ os
illorum. & ſecuti ſunt uanitatem:ad increpandum uerba concinnant. & ſermonem pro-
tulerunt inuentũ. & tamen neſcio quam ſibi perſuadent gloriam nominis:quæ aut nul-
la ſit:comparatur:cum uita extincta memoria:aut nihil eſt profutura ſi comparetur:quo
rum inſignem ſtulticiam perſancte carpens Hyeremias ecce inquit uos confiditis in er-
monibus mendacii qui non proderunt uobis. & ſecuti deos alienos in Balaam idest in
uoraginẽ & præcipitium declinatis. Ad unguem de poetis eſt Hyeremiæ ſermo:poe-
tas irridet:quorum totidem dii ſunt quot nugæ:ita pernitioſi ſibi poetæ:pernitioſi cæte-
ris ſi lectitentur:eam poteſt quiſquã inter illorum ſcripta non eneruari:q̃ in igne nõ uri:
in aqua nõ perfundi:ĩ fæce nõ ſordidari. & enim qui tangit picem inquinabit ab ea. & p
difficile eſt inter impudica uerba fieri nõ impudicũ:ratio uitæ noſtræ præceptis cõſtat &
exemplis ut quiſq ſibi auctorem proponit ad imitãdum optimũ:ita ſit ipſe optimus:peſ
ſimus:ut peſſimum:præclare uero continentiam ediſcas iis in libris qui ea de cauſa ſunt
ſcripti:ut te edoceant quibus modis fieri poſſis incontinentiſſimus Quid aliud ab Ana-
creonte poteris percipere græco auctore niſi ut diſcedas a deo tuo:ſequaris alienum:ut

quem alienum:ſpurcitiem & flagitiũ:quem boneſto nomine Amorẽ uocat:te ipſa ſordicies quædam fœdiſſima eſt:o domitor īquit rerum & dux amor en ſupplex genua amplector tua:pulchrum me Hercle deum:quem colas:cui ſupplicetur:a quo pernitiem impetres:deſperes ſalutem:qui quo tibi ſit præſtantior:hoc crucieris atrocius:arctiuſq; īuolueris ut diſcedere ſi uelis:a malo nullo modo poſſis:Sed erit præceptor alter e noſtris q ſe m oris præfectum fateatur. Quẽ uenus artificem teneræ præfecit amori. Et tu cenſes poſſe te aliquid honeſti edoceri ab eo:qui ſe magiſtrum cõtendat turpitudinis. Extollũt omnes una uoce poetæ uoluptatem ea ſe illaqueari cupiunt:eam auro & regno potiorẽ arbitrantur:hanc prædicant:hanc complectuntur:quoꝝ unus ex præcipuis dum huic nacat Regum inquit magnæ deſpiciuntur opes. Alter magiſter ille quem dixi media in uenere extingui ſe ait cupere:ut rite meis conſonet:ut qui uixit perdite:moriatur perdiriſſime:nt quiſq; tali ueniens in funere dicat:Cõueniẽs uitæ mors fuit iſta ſuæ. Taceo qui locuti ſunt impertiſſime. Proh deum quas turpitudines:quantas illecebras inculcant nobis:demus ueniam errori. ignoſcamus amentiæ impudentium:tantum quis poſſit ferre? exacuerunt ut gladium os ſuum cogitauerũt. & locuti ſunt nequitias:iniquitatem in excelſo locuti ſunt:poſuerunt in cœlũ os ſuum:& lingua eoꝝ tranſit ſuper terrã? Itaq; tantum abſunt a pudore flagitii ut flagitiis maxime glorientur:conficiunt & illiniunt aures prurientibus fabulis:ut penetrantia uenena non ſentias. & Syrenaꝝ more tunc maxime perimunt quũ delectãt:uenenum aſpidum ſub labiis eoꝝ:& inſanabilis eſt plaga quam inſerũt. Sed ẽ durũ dicet aliquis & ingratũ accuſare eos qui te quãtus:quãtus es fecerũt: nam ſi quid eſt nobis facultatis in dicendo. Id nos a poetis tanq̃ manu uideamus accepiſſe Hunc conatum:hanc umbram eloquentiæ quam præferimus:illi aut præſtiterunt ſoli aut maxima ex parte contulerunt. Ego uero & quod a Platone factum eſt in ea ciuitate quam uoluit eſſe optimã:poetas quidem omnes repudiandos cenſeo:ſed alteros ubi deſeruierint. mittendos manu relinquẽdoſq; libertati ſuæ:alteros præcipites ac longe abiiciendos. eos ſcilicet qui nos obſcœna labe quotiẽs uenere in manus:inficiunt:quoꝝ numero & Martialis & Catullus:& qui ſunt ſimiles:quoꝝ nihil eſt elegans:quod nõ idem turpe & obſcœnum. Cẽletur uir ſanctiſſimus atq; oĩno eruditiſſimus Virgilius nõ legendus modo pueris:ſed imbuendus:figenduſq; memoriæ:ſed cenſet dumtaxat pueris qui ornatum poſſint capere & elegantiam. Laſciuiæ ſi quid ſit ne quicq̃ ſentiant:aut ſi ſentiãt nõ corrumpant. Quũ enim dictũ eſt qm̃ tu ſcientiam repuliſti:& ego te repellam ne ſacerdotio fungaris:in quaꝝ rerum ſcientiam putamus repelli non oportere:omniũ arbitror:quæ ſunt honeſtæ:liberales cæteras:abiiciẽdas. Quippe lectio nõ aliena ꝓ Roſcio ſit:quantũ haurimus ex ueterum ſcriptis:tantum refundamus in cæteros:capiunt illi:nõ quod ſua eligunt induſtria:quanq̃ is morbus nullam habeat:ſed quod nõ percipiunt exemplo:& perceptione quam habent:pendent ex noſtro iudicio:ſermones noſtros attendunt:nituntᷣ:uitam noſtram comparant:monitis noſtris:præceptis noſtris obtemperant ueſtigiis noſtris innituntᷣ. Deniq; ad nutũ nõ modo actionũ noſtrarum:ſed & uerborũ īmutantur. Verba noſtra uirgulæ ſunt Iacob ut illarum aſpectu oues:ſic oratione noſtra & exemplo cõmiſſi nobis homines inuertuntur:& tanq̃ peone illo quem Græci concitandis militibus ſolebant adhibere:honeſtis ad ſancta:turpibus ad infanda impelliᷣ uulgus. Quo magis cauẽdum eſt nobis:quid quẽq; doceamus. Et enim ſi quod lectitamus diſcimus:quod diſcimus doceamus:neceſſe eſt qui ad hoc ſumus inſtituti ut lucem ꝓferamus:ut ſint lucernæ ardẽtes in manibus noſtris. & luceamus nobis:luceamus & cæteris. Sit igitur lumen uerum quod afferimus:dirigat nõ præcipitet:ne qui ad lucem poſiti ſumus alioꝝ:ipſi obtenebremur. Deus qui dixit de tenebris lucẽ ſplendeſcere:ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſcientiæ claritatis dei:nõ poetarum:nõ nugarum & mendacioꝝ. Eramus tenebræ qui in his fabulis uerſabamur:facti ſumus lux:qui e terrenis ad cœleſtia:ex mundo ad chriſtum cõmigramus:cuius regnum nequaq̃ eſt de mũdo. Sumus luminaria in caliginoſis locis:refulgeamus tanq̃ ſol in clypeos aureos & ſplendeſcant montes a nobis:qui ſumus lux mundi:ſed terræ:genus electũ:paſtores domini ad cuſtodiam uniuerſi gregis:in quo poſuit nos ſpiritus ſanctus:ſeparauit nos ab oī populo ut ſeruiremus ei. Tonſa coma:productæ & candidæ ueſtes:præclaræ initiationes in templis factæ:ſacramenta religionis ſponte ſuſcepta nos admouent:quibus uti uerbis qua eſſe uita:q̃ honeſtia:q̃ ſancta:q diuina quæ legantur. Quare lucratus es tu animam fratris tui. Exo iam mi Papienſis auctore te uetus fermentum. Nouum hominẽ auctore te induo ut ſim de quo ſcriptũ eſt. Cũ ingreſſus fueris Vrbem:obuiã habebis amicũ prophetarum.

phetaꝝ.Et inſurget in te ſpũs dñi: ꝓphetabis cũ eis ı& mutaberis in uirũ alteꝝ .Vtinam
poſſim ꝑſtare quod cupio:nõ magis me ſociũ poeticis ſtudiis olim habuiſti:ꝗ habiturus
es euangelicis.Poetaꝝ:ſcripta:& ſcia oĩs mũdi:ſũma ſtulticia eſt:& ob hoc ſtulticia ſum-
ma:quia mũdi: in quo nihil non ſumme ſtultum: ſi hic conſiſtamus. Vale.

De Tybure Campanus ad Nicolaum Luceñ.

VO in ſtatu ſimus hoc noſtro receſſu æſtiuo: ubi paucis acceperis par pari
referto:habet hoc boni rerũ cõmunicatio:ut ſi a beniuolentia oriat̃ı& pro
q ſpera iocũdiora fiant:cũ enũciãt̃:ac aduerſa leuiora: hic cocta uina: cruda
cũ aqua decertant:panis ater ac inſulſus:poma abunde partim natiua:par
tim exotica:ficus:uuæ:pſica paſſim undiq; ramis pendent ſuis uſq; ad deli
tias ut nuſꝗ meliora:etiã mala putica.Nam ceteſa nõ ſũt huius temporis: & ueri reſeruã-
tur:cætera important̃ a finitimis.Nullius rei copia maior quã uẽtoꝝ:oppugnamur uſq;
quaq; ab auſtris:libero auditu die ac nocte ſonitu magno ſeuientibus . Crepitus aquaꝝ
hẽt neſcio qd ſuitatis.Quippe caſu ꝑcipiti delapſæ:mirũ eſt ꝗ gratæ ad dormientium au
res reſonare:dulceq; illabi uideant̃ . Proſpectus ſunt in agrum romanum: defluentem:q;
Anienẽ patentiſſimi:ut ferri oculi in longũ:& cum ipſo abire flumine longo itinere poſ
ſint·A tergo montes prominent:partim aſperi:nudi:& ſalebroſi:partim lenes & ueſtiti ar
boribus:tum recurui omnes in lunæ nõ dum plenæ ſpeciẽ nec uno quidem limite exur-
gunt:nam ſcindunt̃ Aniene:fauceſq; efficiunt:anguſtas primũ:& paucis uiuentis:ex utra
q; pte ripa fluminis diſtinctas.Mox in cõualles exeunt aliquãto latiores:quæ uel ob hoc
memorandæ ſunt:qm̃ ueſtigia retinent ultimæ uetuſtatis. Aſpiciuntur aquæductus ſub-
limes & pulcherrimi:diuerſo tractu excurrentes:ſecuti æqualitatẽ ſoli:nõ regionis ꝗ ad
huc itegri atq; erecti:multis in locis ita conſtant : ut certaſſe cum annis : nec dum uicti &
ſupati eẽ uideant̃.Prodeunt aũt a montiũ primis radicibus:& cõualles ꝑtergreſſi.p alio-
rum montiũ dorſa labunt̃:nõnunꝗ ſub terra recõditi : quoꝝ uocem facile exaudiri cum
pedibus feriunt̃ . Tum uetera edificia quoꝝ magna iacent ueſtigia: totũ honeſtant agrũ
nec magnitudine ſolum te ad ſpectãdum iuitant.Sed ẽt uetuſtate quã oſtẽdũt & ſeruãt
priſco more edificãdi:neſcio qd præſeferẽte ambiguũ:iuolutum:pplexum.Q uædam ſe
re itegra parietibus ppetuum ſeruãt ordinẽ:ãbitumq; penetraliũ. Viſunt̃ cœnacula non
nullis i locis paulo editiora.Viſunt̃ & i augurãdi areæ i orbẽ quattuor itemalis aſpicien
tes.Latent ẽt uſq;quaq; ehripto porticus:& ueluti ceruice tenus ſeſe oſtẽdunt. Cætera ex
pte itra terrã abiere.Tum agro paſſim toto ſepulchra ueterũ Romanoꝝ:aſpiciunt̃ ẽt ſta-
tuæ marmoreæ:quaꝝ dignitas nobis antiquitatẽ oſtẽtat & ſuum laudare artificẽ uidẽt̃
Extant intermixtæ hoĩbus uolucres:feræq; & expſſæ marmoribus agitare alas ꝗtere cor
ua:occurrere roſtris atq; unguibus:ut niſi qa nõ mouent̃:uiuere uideant̃ ı Igit̃ egreſſus
mœnia:quocũq; te uertas:iter priſcos uerſari & in uetuſtate eẽ te cenſeas.Nã eſt agri gra-
tia ꝗ oppidi maior:nihil lauticiæ:nihil urbanum oppidanis .Sordẽt oẽs ut incluti. Tum
fontes in oppido nulli exurgunt.Sed ex Aniene crebre factæ deriuationes eius iferiora p
fundunt:inde diuerſo exitu ſubiectum agrum:quo nihil cultius pñt irrigere ſi expediant̃
Oſtendũt icolæ Sybillæ domos:Oſtendunt Quintilii ꝑdium facitq; ex noie coniectu
rã.Etiã uillã Hadriani quã uetus Tybur appellãt.Centum ac totidem diſtinctum fornici
bus.Tum aduerterẽ portã edificia pulcherrima:& quæ auctores exprimant . Poſſem tibi
alia multa calamo tanꝗ digyto deſignare.Sed aliquid uolui mihi reſeruare : ut cum huc
uenias:quod facere te uehementer cupio. Plus inuenias ſpectaculorũ ꝗ qd tibi fuerit meis
litteris demonſtratum:& ſuperata expectatio aduentu uideatur.Cum imprimis magnifi
cum ſit pauca pollicentem multa præſtare.Vale & tantundem redde.

Campanus Mattheo Vbaldo ſuo.S.

AGNA me libido inceſſerat uidendi Romam:cum ꝓpter rerum antiqua
rum magnitudinem:quam adhuc extare cogitabam ı qualem plurimi re-
m rum ſcriptores poſteritatis memoriæ mandauerunt . Tum ut ſummum
Pontificem quem antea nunquã conſpexeram adorandi:& mea expiandi
gratia conuenirem Sed o utinam nunꝗ acceſſiſſem ı omnia etenim longe
alite euenere quã fueram opinatus.Primum magnitudinem uidi nullam Vrbs magna
ſui parte diruta:multiſq; in locis funditus delata:uim mihi lachrymarũ excuſſit.Q uadra
ti enim lapides antiquis litteris inciſi:iacentes ubiq; conculcant̃.Edificiorũ reliquiæ pau
ciſſimæ:& quas uetuſtas ex oi pte exedeŕ ñ potuit.Colũnæ paſſim occurrũt eximiæ ma-
gnitudinis longe lateq; diſiectæ:quædam pro aliquo cõfractę uel conſumptæ uetuſtate.

Gens ipſa barbaris multo q̄ Romanis ſimilior: aſpectu fœda ſermone uaria: diſciplinis īperitia: cultu agreſtis: ruſticaq̧ uidet: nec mirū: quæ ex oī pte orbis terraꝝ in eū locū tāq̄ in uiuariū ſeuile cōfluxerit. nā ſi ad eius reſpicias: pauciſſimi ſunt q ſpecimē illud priſcæ nobilitatis retieāt. Nā gloriā: & ſplendorē militarē: magnitudinē īperii: ſeueritatē morū integritatē uitæ: tanq̄ uetera atq̧ aliena deſpicientes in luxū: molliciē: egeſtatē: inſolētiā atq̧ in effractā libidine ꝓruperūt. Dignitans oīs ī ſacerdotibus: quos aut claritudo generis in eū grādū: aut uirtus eximia ꝓuexit. Hi ſūt q Romanā. Romā eē faciūt qualē nō Romuli fortitudo: ſed Numæ Pompilii ſanctitas feciſſe fert. Sed nec oēs ſacerdotes eſſe poſſunt: Cæteros ſeruoꝝ turbā iudicandā putes quorū alios coquos: alios ſartores: lenones: alios ſcurras nebulonesq̧ cenſeas Hi ſūt q arcē obtinēt Capitolinā. Hi Garulloꝝ. Scipionū Cæſarū domos habitātes: clariſſimas illorū ſtatuas atq̧ imagines pedore: uolcrina fumo culina: & oī deniq̧ ſpurcicia cœnoſa fœditate deturpāt: obſcurant: delēt: qs aio tamdurō: tam ſerra mente ut illorū clariſſima geſta recenſens: ſūmos atq̧ repetens honores a populo: a Senatu: ab exercitu decretos maximas atq̧ ampliſſimas cogitans dignitates: non eoꝝ miſerā uitā: & fortunæ ībecilitatē dānare: accuſareq̧ cogat. Cū uideā in tanta ſpurciciem tantū ſqualorē & fœditatē clariſſimas eoꝝ imagine obduxiſſe. Domos illuſtriſſimoꝝ hominū: Ducū: Imperatoꝝ a Siccariis: coquis: lenonib᷒ poſſideri. Titulos eoꝝ aut fumo culinaꝝ obſcuratos: & fœdiſſimaꝝ rerū pedore funditus eſſe deletos: aut ptim cōtemptu deiectos: partim negligentia & uetuſtate cōſumptos.

Campanus Cerilo ſuo. S.

q

VOD neapolim ꝓpe diē ituri ſitis gaudio: urbē uidebitis nō ſolū Regiā ſed ſemp Regiā: cū ſitu: tū cœli clæmentia & amœnitate pulcherrimā: nā de feracitate agroꝝ plura dicēda eſſent q̄ dici poſſent. qd tibi roſaria media hyeme uirēna? qd poma illa ſuauia atq̧ odora cūmemorē? qd dicam Vrbē altera pte monticulis ſubiacētē: altera in planitiē longiſſimā extenſam. nā tertia ad mare ppetuo fluctu ſinus habet paulo remotiores: nec altū nimis & hominū & nauiū patientē portū. Vna eſt totius Italiæ ciuitas rerū omniū abundantiſſima maritimis īportationibus & ſoli beatitudine ut q eius urbis delectatione nō capiaſ cæteras poſſit reliquæ Italiæ faſtidire. Et uereor equidē cū eo perueneris totus tantæ urbis ſpectaculo effuſus omnē noſtri memoriā abiicies. Verū uale atq̧ ita ut cū ualido te & reduces, quantum oblectatus fuerit liceat longiſſimo ſermone iocundiſſime diſquirere.

Campanus Caldarino ſuo. S.

c

ALDARINE mi ſalue millies: Venerunt ad me agmine propinqui mii duce Ioancola noſtro. uenit & Landus iam ſenior. Nō putabā tanti te eē: ut etiā abſens ciuitates ī amicoꝝ occurſum ſollicitares. Excepti omnes ea fronte qua tecum ſpatiū nō fugam meditaris. Ioancolā & priuata mea beniuolentia & cōmuni tecū ita ſum complexus: ut maximæ læticiæ acceſſerit: utriuſq̧ noſter ſtudiū in illo eſſe perſpectum. Landus totus eſt beneficii tui. Andreas: Bartholomeus: Angelus facile oſtenderūt quantū te ament: qui mihi tua cauſa policid omnia fuerunt. Cæterum deliriaꝝ Benaci nihil bibendū ad Athaſim fuit. Cane poſt hæc officioſum te ꝑdices: qui amicoꝝ inopiæ ne in ſumma quidē copia cōſulas. Theatrū nōdum ituiſi: audio eſſe ppulchrum: & quod ad hūc diem uetuſtati repugnauerit: ꝑclarū illud quoq̧ harenā appellari: patereq̧ ad congreſſum: & quod ad ſpectacula erectū fuerat ſecularium ludoꝝ: Nunc ad quottidiana flagitia ꝓſtare: Vrbs quantū inteſpicere tranſeūti licuit. Viſa mihi ē agro: mœnibus: flumine: priuatis publiciſq̧ edificiis permagnifica. Ciuium aſpectu longe magnificentior: intelligo nunc tandē quantū ſit alpes accolere. Cœlum eſt lætum & perpurum: nulla caligo eſt. expeditum ſolum non paluſtre: rariſſimæ nebulæ: oleam nō patitur modo: ſed effert & porrigit: Vrbs ita poſita colles. flumina intra mœnia uideas: extra mœnia & campi latiſſimi: & editiſſimi montes aſpiciantur. Sed de Vrbe tua quantum opus dicere tuarum eſt partiū: mihi ſatis erit uoluptatē quam oculis cœpi: nō ſuppreſſiſſe: accæpti ſumus mirifico apparatu: nihil deſuit ad rem: nihil ad oſtentationem. Auxit gratiā Epiſcopiū noui operis in quo deducti habuimus in oculis Atheſim: habuimus arces. Sed heus tu: Inſanit: qſquis edificat alteri: ſib non parcit Hermolaus noſter quē ego inter amiciſſimos habui: corraſit undiq̧: nec ſine offēſione dignitatis: ut habitarent cōmodeq poſt ſe Antiſtes ſufficerent. Itaq̧ læſerat multos: & plane arripitur ſtudio excreſcendi qui edificat: nec cogitat unde: ſed quantum congerat ad faſtigium Et qua late ſpatietur. Tu qui ſapis columbis tecta non eriges. Vale.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIEN APRVTINI. EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

Campanus. P. Sciculo ſuo Salutem.

q

VO in ſtatu res noſtræ ſint:& nūc & alias ſcripſemus uberius: diui-
tiis enim ut nō multum polleo:ita & nec egeo quidem multū: glo
ria uero(nihil enim occultare poſſum Sciculo meo)pluſquā i iuue
ne ſatis eſt polleo .xii kalen. Nouembris orationē habui apud Pe-
ruſinos longe glorioſiſſimam. Aderat Beneuentan⁹ Antiſtes Vrbis
nunc Peruſiæ Gubernator. Sic eum qui ciuitati præſideat appellant
aderant & iuriſcōſulti octo & quadraginta:quid tibi dicā medicos
grāmaticos:oratores pœne īnumerabiles:quales ſunt oratores ho-
die:ſi ſolum nō barbare: il latineq; loquanť: præterea hominū pluſquā tria milia qui ad
me(de quo aliqua præceſſerat expectatio) audiendum cōuenerat frequentia incredibi-
li:aderat Giliſortis ſummi Pont.theſaurarius: quē iure ut arbitror quæſtorē licet appel-
lare. Cæteriq; ciuitatis magiſtratus ad Campanū tuum oratorem dicam:an aratorem au
diendū. Quid te moror. oraui horas tres:tanta cum aſſenſione auditorum: quantam tu
quū ſenties admiraberis. Primū initium atq; iuētores ſingularum ſcientiaꝝ atq; artium
explicaui. Mox qui uiri in unaquaq; facultate claruerūt:oſtendi. Poſtremo qd utilitatis
ex ſingulis conſequeremur:aperui breuiter & luculenter. Rem ſane pulcherrimā & lon-
ge plus inquiſitionis q̄ artis expoſtulantem. Politicam deinde aggreſſus:gubernatorem
paucis in cœlum tuli:eam uero in partes digeſſi duas. Ius ciuile & ſcientiam militarem:
quas multo uberrime:multoq; ornatiſſime proſecutus imperatorias artes appellaui. De-
inde ad ciuitatem conuerſus:duabus iis imperatoriis artibus illuſtrem oſtendi. Nec ullā
eſſe huic neq; legibus neq; armis in Italia comparandam: repetiiq; initium & proceſſus,
Peruſiæ unūquodq; trahens ad utilitatem meam:ideſt ad ſplendorem & gloriam ciuita
tis. Tandem ad eloquentiam omnis gloriæ conſeruatricem:ita me conuerti: ut tota una
atq; eadem eſſe materia uideretur:hic peruſinos adeo uehementer excitaui: eorūq; accu-
ſaui iis in ſtudiis negligentiam:ut quū auos atauoſq; ſuos loquentes & ſepulchris obſcu
ra ueſte pallentibus genis egreſſos:& ſeſe coflictantes:q; obliuioni perpetuæ traderētur
īduxiſſem: multis tum excuſſerim lachrymarum. Vltimo orationis meæ loco ad ſtudio
ſos conuerſus:ita ſum ardenter hortatus ad ſtudia tum legum:tum rerum aliaꝝ:ut conci
tari & proſilire quidam in ipſa interdū oratione uiderenť. Deniq; tam artificioſe conclu-
ſi:ut ſtupidi omnes atq; attoniti redderentur. Pronunciatio quidem ea fuit:ut longe pl⁹
celeritatis q̄ moderatiōis & grauitatis habuerit. Sum enim ut tu audire potuiſti paulo q̄
ſatis eſt in pronunciando celerior:ſed tamē nō ingrata ſemp auditoribus illa celeritas:ſi
quando amplificatione atq; acrimonia quadam: quum crebris ictibus decertemus. cur
autem ita rem acceleraſſem multa me in tanto cœtu hominū hortabanť. Primum q; res
erant percurrēdæ quidem multæ:perorandæ uero q̄ pauciſſimæ(neq; enim ſingulas po-
teram ſciētias perorare(tum quoniā hoc tempore:hominis plæriq; ignari atq; imperiti:
nō tam grauitatem ſcientiaꝝ:q̄ uerborum quaſi torrentem admiranť:memoriam præ
terea ſummā & quaſi diuinam eſſe cenſent:quotiens res tractu orationis non interrupto
prolatæ quodam ueluti dicendi flumine puehantur:quæ ſi rarius paulo aliquātoq; preſ
ſius:caſtigatiuſq; efferantur:nō artis eſſe iudicant. ſed alias diminutæ infinitæq; memoriæ
quod equidem niſi preſtitiſſem:non tantam fuiſſem ea die dicendi gloriam conſecutus.
Qui quoniā rem omnem præuidi:maniſeſteq; cognoui:effeci ut totum triduum ingens
quidam in ciuitate ſtupor ac tumultus eē uideretur:omnes me loquebanť:tum plurima
rum rerum noticiam:tum maxime memoriam cōmendantes:digytis me quocūq; irem
oſtendebant:qui tibi uis dicam? neq; enim eſt mihi cornea fibra:ut laudari metuam: &
quod omnes cupiunt:unus ego nō cupiam:ad quod & ætas me mea laudis auida: & ſtu
diū natura glorioſum uehementer impellit. Scripſi tibi quæ homini nato ſcripſiſſem ne-
mini ne plus apud te temeritatis habere atq; iactantiæ q̄ laudis:gloriæq; uideret. Sed ita
ſumus a natura comparati omnes:ut nihil nobis gratum & iocundū eſſe poſſit quod nō
cum optimis & chariſſimis cōmunicemus amicis. Ego uero quia chariorē te habeo ne-
minem:ſtatui ſuſceptam ex tanta gloria læticiā in te refundere:quā tacitus capere: & con
tinere nullo modo potuiſſem. Vale.

Campanus ſuo.S.

l ITTERIS tuis iocundiſſimis reſpondere ſtatim ut uoluiſſem delatorum inopia non potui:nunc quoq; quo minus ornare ad te reſcribam : cauſam affert feſtinatio tabellarii . Doleo equidem & uehementer angor litteris tuis & primis & ornatiſſimis mutuam ſcribendi gratiam referre non poſſe Tu nũc pro ingenti humanitate tua dabis ueniam :nos pro officio noſtro alias ſcribemus uberius. Orationem uero meam a dominico Sabino tantopere cõmendatam eſſe uix gaudeo:non ꝙ eius commendationem plurimi faciendam eſſe non cenſeam(ſcio uirum eſſe ꝗ doctiſſimum.& Ciceronis imprimis imitatorem)Sed qm̃ uereor beniuolentia potius motum ꝗ animi fretum iudicio commẽdaſſe. Amat illẽ te ut & ipſe mihi coram aperuiſti quum eſſemus una:& litteris deinde perſcripſiſti longe plurimum quo fit ut me quoq; ab eo uehementer amari nõ dubitem:quippe ita ſumus natura comparati.ut non amicos ſolum obſeruemus:ſed eos ipſos etiam qui colantur ab amicis :eadem prope charitate & beniuolẽtia complectamur. Judicium ab omni eẽ debet ut odio ſic etiam amore ſeiugatum. Huc accedat ꝙ percurrenti mihi pridie exemplar illud unde fuerat oratio ita tranſcripta:error quidam occurrit:neſcio an mihi:puto tamen ei potius qui tranſcripſerit tribuendus. Quum enim Peruſinorum mentionem feciſſem: ſcriptum erat Romanis primum apud Cremeram. Mox apud hũc ueſtrum Thraſim enim:poſtremo apud Cãnas maximis atq; acerbiſſimis cladibus affectis . Cremeram ſcripſit : quum Trebiam debuiſſet. Credo fabios ſomnians:ſiquidem homo ẽ haud illitteratus. Ad Trebiam debuiſſet. Credo fabios ſomnians:ſiquidem homo eſt haud illitteratus. Ad Trebiam enim primum ab Hanibale uicti fuere Romani:ſiue maius ad Ticinum:eum errorem ſi minime aduerterit Dominicus noſter:ineptum iudicem habuit oratio mea. Sin(quod magis arbitror)aduertens emendare noluit iniquum. Proinde ſic illi tu dicito. iudicium a me ſuum non improbari quidem .ſed tamen aliquantum uideri ſuſpectum : huc tu mi Anthoni totum illud tuum dicendi genus adhibeto:totum tecum tuo in Dominico de noueto. Operam meam quantulacunq; eſt:in rebus omnibus pollicetur. Cremeram uero funditus deleto:uel ſi cremanda tibi potius iſta Cremera uideatur:cremato : ac Trebiam ponito. nihil eſt enim a uiris doctis:iis præſertim qui hiſtoriam profitentur alienius : ꝗ nomina:perſonas:loca:temporaq; confundere. Si quæ præterea uidebuntur errata:corrigenda ea deſer ad Dominicum noſtrum:ea lege ut iudicem ſe non patronum præbeat a quo emendari res meas:ꝗ ab indoctis atq; imperitis commendari malim . Caue igitur ne in uulgus hominum errata noſtra perueniant Scripſi etiam Arionem Corinthium : quum aut Leſbium aut Mytleneũ debuiſſem : uerum id ego uitio dandum eſſe non puto. Corinthum enim a Delphine deuectus eſt Arion. id haud in magno pono diſcrimie uerum arbitrio ueſtro relinquo. Quantũ ego te quæſtori ut tu recte appellas commendauerim:nõ ad te ſcriberem:niſi factũ prius a Biſconte noſtro certiorẽ putarem: quod officii in te mei eſſe uidebatur : non prætermiſi quin & ego te apud illum non ſummopere commendarim:& ille deſiderium tui cœperit non mediocre. Vale.

Campanus ſuo.S.

e Go te ob ſingularem modeſtiam tuã perinde ac meipſũ amaui Et quod ætas a me tua poſtulare uidebatur:ſemp admoui ad uirtutem:ad liberalium artiũ ſtudia frequentiſſime hortatus:optimi cuiuſq; uitã ante oculos ueluti quoddã uirtutis ſpeculũ proponebã. Equidẽ eã mihi de te fecerã coniecturam . ut facile ad ſummũ poſſes litteraꝝ ac dignitatis faſtigiũ peruenire. Erat enim in te ſingulare quoddã ĩgenii acumen:tenaciſſimaq; memoria:quarũ rerũ utilitatem a natura datam ita ab arte:ſtudio & exercitatione confirmatã eſſe oportet. ut egregiũ naturæ munus . & per ꝗ paucis mortalium elargitũ diligenti cura & ratione roboretᷣ. neq; ĩertia & deſidia torpeat. Q uippe ut arbores ac ſemina quãꝗ bono ſolo iacta:niſi diligenterᷣ exculta depereunt. Sic uis illa ingenii:niſi ad uſum:exercitationemq; accõmodetᷣ omnis intereat neceſſe eſt. Qua in re diligentiores eſſe debemus:quoniã qui munus naturæ & ĩgenii bonitatẽ aſpernantᷣ & negligunt:maiori ſunt dedecore atq; ignominia afficiendi . Q uid.n. abſurdius & a bonis uiris alienius eſſe põt:ꝗ oblatum ſibi a natura munus:per iniuriã & negligentiã prætenre:quãobrem animũ intẽdas uelim. & ad ſtudia litterarũ oẽs conatꝰ tuos adhibeas. Litteræ.n. nõ utilitatẽ ſolum:ſed ſummã ẽt afferunt delectationem:ſummum ẽt ornamẽtum uitæ. Et quod eſt rebus oibus anteponendum. Gloriam atq; ĩmortalitatem parit cognitio litterarũ. Q uid.n. aliud arbitraris Chriſtoforũ auunculũ tuum ad tantam dignitatẽ rerum atq; auctoritatẽ extuliſſe:niſi bonarũ artiũ diſciplinas:ᷣ quibꝰ

prædi tus

prædirus atq; ornatus:uniuerſam Campaniã ſuo noĩe repleuit:ampliſſimã patriæ ſuæ celebritatem atq; memoriã dedit. Quæ paulo ante abdita atq; obſcura uidebanť. Nunc illius uirtute & noĩe mirificentiſſime elucet: omnibus cognita in frequenti omniũ ſermone uerſať. Idem tibi faciendum cenſeas:& eo uigilantius quo ſpem oĩbus q̃ maximã de te feceris:ut quanto tenens annis ſtudioſior:eo matura ætate doctior haberi poſſis paratam tibi gloriam ſi ſtudeas:q̃ampliſſimã Sin deſidiæ atq; inertiæ te dederis:uideo te oĩbus ludibrio futurũ. Credo te audiuiſſe fabulam. Turgida olim facta tellus:& mirũ ĩmodum tumida magnũ aliquid paritura uidebatur. Accurrunt finitimi:ſtupẽt agricolæ terræ partũ inter ſpem atq; metum expectanti alii Tipheũ illũ Centimanũ:alii montes erupturã putabãt. Aperiť terra:prodiit mus:& qđ miraculo fore oĩbus arbitrabanť:in riſum atq; iocũ cõuerterũt. Tu uero de me ita tibi pſuadeas:ſi litteris(ut iam cœpiſti)incumbes neminẽ tui fore amantiorẽ. Sin iſta me expectatio fruſtrabiť:neminẽ a te magis alienũ: uirtutis tuæ pretiũ uidebať:ut te diligerẽ:quæ ſi euanuerit:quãobrẽ te diligere debeã nõ intelligo:habes auunculũ:habes alios q̃ plurimos:quoꝝ exemplũ imitere. Vale.

Campanus Almerico ſuo. S.

p

RIDIE kalẽ. Nouẽbres tuas litteras accepi:pbreues illas quidẽ:ſed uerbis & ſentẽtiis ornatiſſimas:quibus ſignificare uidebaris uereri te admodũ ne mihi memoria atq; aĩo excidiſſes:quod quidẽ fieri potuiſſe nullo mõ putes. Amicos eni ſoleo mihi facere hoc præſertim tẽpore q̃ pauciſſimos:ſed eos ipſos quos feci amicos tanto amore:charitateq; cõplector ut rebus cæteris anteponam. Quare nihil tale de tuo Campano uereare:& cum uirtuti tuæ confidas: quæ ut te amem uehemẽter impellit:tum etiam naturæ meæ:quaꝝ altera facit ut amem te iure plurimũ:altera ut ſemel amatum:obliuioni tradere nullo modo poſſim. Tu uero enitere. ut in dies dignior bonoꝝ amicicia uideri poſſis:quãto enim uirtus tua futura ẽ amplior:tanto te amabimus uehementius. Quæ ſi langueret aliquando & uitiis obrueretur(quod fore nõ arbitror:noui ſingularẽ modeſtiã tuã)nõ amorem in te meũ accuſare poſſes:ſed negligentiam tuã:quæ amari ab iis uiris:qui aut ſunt aut uideri uolũt boni:digna nõ eſſet. Optimũ locum nactus eſt:& plurimũ tibi utilitatis allaturũ:da operam ut nõ minus tu illi decoris afferas:q̃ ille tibi:nõ ferro tibi opus eſt: ad arcem in qua nunc es defendendã. Sed fide & conſtantia ſingulari:quanq̃ etiã & ferro ſi res exigeret decernendum eſt uiro ſapienti. Audiſti ut opinor fabulã Mineruã:illi eni dedicatæ ſunt arces ſine matre natã Iouis cerebro armatã proſiluiſſe Scis tu quid hoc ſibi poetaꝝ uelit figmentũ. dicã paucis. Cuſtodientibus arces:diuina ſapientia opus eſt. & cerebro uigilanti. nõ ſomno atq; ignauiæ dedito. Armatos ea de cauſa oportet eſſe cuſtodes:ut hoſtiles ĩpetus ſingulari fortitudine repellant:arceant:& oĩbus ſe periculis ac laboribus cenſeant obiiciendos:quod ad matrem attinet:quid ſenſiſſe eos aliud arbitraris:q̃ nihil molle ac muliebre cuſtodũ animis ineſſe debere. ſed fidem & conſtantiã inſidere ſingularẽ. Cæterũ ab ocio tibi & deſidia tanq̃ ab hoſtibus cauendũ intelligo. Ociũ aĩo nocet:deſidia corporis offẽdit ualitudinẽ. Solent præterea frequẽter uſurpare medici exercitatione medicamẽris oĩbus præſtabiliorẽ. Hanc tu quantũ honeſte fieri poterit ne cõtemnito:ne ocio & deſidia cõtabeſcas. Quod ad nos attinet ſcribem⁹ ad te ſæpius. Lodouicus noſter optime ualet utinã ſit optime ſtudeat:ut & corpore & animo ſanus euadẽs dignus uideri poſſit amicicia noſtra:ſi quando ad eũ ſcribes:quod ſæpe facias uelim. ad ſtudia bonaꝝ artium uehementer hortator. Vale

Campanus. P. ſuo. S. D. P.

q

VID tu hominis es? græcum libellum meũ non remiſiſſe? Neſcis quantas lites:quãta iurgia intẽda niſi ſtatim remittas. Sed litteris tuis quid mihi iocundius? tum quia raræ quod maxime ad uoluptatem accedit: tum q̃a res & inprimis ualitudinem tuam cõtinuerunt:diſceſſum Sulmonẽſis noſtri nequaq̃ futurũ puto:qui etſi abeundi poteſtatem fieri ſibi inſtantiſſime poſtulauit:tñ ad hũc diẽ impetrare nõ potuit. Cui ſi eſſet diſcedẽdũ:darẽ operã quoad poſſem:ut hic tu legẽdi gratia cõducereris:nũc uana hæc ſpes:tum paucitate ſalarii:tũ etiam doctoꝝ indoctiſſimoꝝ multitudine atq; arrogantia. Si fortaſſe quod minime arbitror. Solmonenſis alio quoq̃ emigrabit:manibus:pedibuſq; cõtẽdemus:ut tu quoq; q doctiſſimus es inter indoctiſſimos doctores habearis:& locum & cætera & pro ſingulari ſapientia tua:etiam multo ampliorẽ cõſequaris. Vellem Theocritum illum Roberti Siculi optimi atq; humaniſſimi uiri q̃ primum nacta occaſione remitteres. Pollicitus eſt copiam ſacere:ſubmonuitq; ut ad te perſcriberẽ. Tu uero quo ſoles tuis mihi de rebus obtemperare eo magis obtemperabis alienis. Vale.

Campanns Vluæ ſuo.S.D.P.

OSTVLAS renũciari tibi quæ nã hic rerum negotia gerant: quod quidẽ
aſſoluere ĩprimis eſt difficillimũ:nã ut uaria:ita ĩcognita atq; abdita:aliud
p pictores:aliud figuli interdũ tñ idem effingũt:aliud ſinguli exercent & ut
infiniti hoies:ita infinita negotia ſunt:quod ſi non ſingulorũ diſtinctæ:ſed
omniũ genere quodã confuſo atq; pmixto negotia ſcire cupis: expediam
paucis:ludunt:iocant:ſtudent:plærosq; illud:hoc nõ niſi paucos delectat:quia in re eo ſũt
ĩpudentiores q negligentiã arrogantia ſequitur. Videri enĩ uolumus oibus in rebus eru
diti q utinã eſſemus in paucis. Nã ut alios prætereã:quid Beneuentano noſtro magis ut
ſibi uidetur mathematicum.ut uero mihi ĩſanum ac temerariũ. Fert ſecum aut Ptolome
um:aut Alfragranũ:aut ſi qui fuere in mathematicis paulo clariorẽ. Si quando illius do
mum ingrediaris Euclidem in ueſtibulo eundem in ianua:atq; in cubiculo uidebis: &
hunc ipſum aureum coronatum circinũ amuſſimq; tenentem:neq; exculpendo ſolum il
los:ſed media inter ſomnia ueneratur:ſiue de philoſophia ſiue de copia dicendi ſermonẽ
feceris:ſtatim cõfugit ad mathematicos:laudat Pythagorã:laudat Archimenidem. alte
rum q oia numeris cõplexus ſit:alterum q metiendo fuerit necatus. Nõ una hæc facultas:
quanq̃ colligatæ atq; affines oẽs:ille uero ita ꝓfitetur ut unam. Eſt etiam quod mecum
rideas quum audieris:heri ueſperi:qua hora ſtellæ paſſim claro cœlo uagari inſpiciunt.
Beneuentanus erecto uultu dũ annotaret ſydera:q erat ea nocte ut ipſe aiebat Saturni ac
Lunæ futura cõiunctio:ſaxo ingenti obuius ita quũ reliquũ corpus tum maxime caput
illiſit:ut liuores adhuc & cicatrices non unas oſtẽdat: hois mira temeritas etiã id ipſum
quod fuit mali:mathematica rõne pſcrutat:incuſat Saturnum q plærunq; mala euenta
portendat:afferatq; calamitates non mediocres:quod equidẽ neſcio an in aliis afferat:ip
ſi certe attulit. Marcus noſter eſt in balneis:puto ſatis iã ſe defricuiſſe lauiſſe:unxiſſe: quã
obrem ſperamus hic prope diẽ affuturũ:ubi primũ redierit:rerũ tuarũ curã optime pſua
debimus:hactenus etſi perq̃ negligenter:curauit tamẽ:tanta enĩ ſcabie fuit affectus ut ui
gilantiorẽ ſe præſtare nequierit. Cæteri familiares tui non mediocriter neq; iniuria que
runt q nunq̃ aut q̃ rariſſime ſcripſeris. Siue q litteræ tuæ tabellario in itinere fortaſſis ex
ciderint:ſiue q eos oẽs memoria deleueris ægre illud quidẽ:ſed hoc ægerrime ac mole
ſtiſſime ferrẽ:qd illis ego? excuſo equidẽ quoad poſſum:ſed excuſãdi quoq; calculus ha
bendus eſt:ne fidem quã falſis excuſationibus præſtiterunt.

Campanus Trebano ſuo. S.

Tſi litteras meas te uehementer admiraturum exiſtimo.q ne paruo quidẽ fa
miliaritatis ueſtigio:nec cõſuetudine tecũ aliqua deuinctus moueor ad ſcri
e bendũ:id tñ multo uehemẽtius admiraberis: quũ quinquenniũ iam a nobis
occulta quadã beniuolentia te obſeruatũ intelliges: & enim adoleſcentulus
hic eloquẽtiæ atq; humanarũ artiũ ſtudiis quantũ uel ætas uel regio patieba
tur mirifice deditus:quũ ſolerem oia epiſtolarũ atq; orationũ genera pquirere. Et Vena
frum quod eſt Cãpaniæ oppidũ auũculi uiſẽdi gratia me cõtuliſſem: forte illic Sueſſanũ
quendã offendo. diuinũ in medicinis hominẽ & phm ut omniũ ſnia ferebat acerrimũ
copioſum:is ubi uidet me haud multũ a ſtudiis humanitatis abhorrẽtẽ:multis de rebus
pcontatus eſt:tum ad eloquentiã:tum ad phiam uel maxime ptinẽtibus:quibus cũ ſatiſ
facere minime potuiſſem:erat enĩ nõ minus in diſputãdo lubricus & uarius. q̃ acutus &
copioſus:uiſus eſt cõtinuo ſucclamaſſe & Trebanũ neſcio quẽ puto te in cœlũ extuliſſe:
te ſi modo tu ille es Trebanus nõ admirabat ſolũ extollebatq;. Sed ornatiſſimã quandã
orationẽ tuã ſecum deferebat:ſuberãt præterea & carmina quædã:ſed illa ego memoria
nõ teneo:quorũ grauitatẽ:dignitatẽ:elegantiã mirũ ĩmodum extollens:te tum Ciceroni
tũ Virgilio cõparãdũ exiſtimabat. Quid plura? ſiue nouarũ rerũ cupiditate:ſiue ampliſſi
mæ uirtutis tuæ laudibus:quibus ab illo efferebaris allectus nõ prius deſtiti per q̃ mole
ſtus hoi eſſe. q̃ & orationẽ & carmina detorquerẽ. quæ ſi in patriã redire & bibliothecã
repetere liceret nũc:ad te mitterẽ:ut plane intelligeres amorẽ in te meũ p diu iam fuiſſe
q̃ maximũ:quẽ ut ſemp abditũ:ita nunq̃ intermiſſum Nicolaus Sulmonẽſis uir nra tem
peſtate milicia & nois claritudine celeberrimus:oi pterea humanitate:fide: manſuetudi
ne:atq; omniũ ſcientiarũ ac uirtutũ genere refertiſſimus:ſic auxit:ut addiderit quod dici
ſolet:calcaria ſponte currenti. Quũ enĩ in tui ſermonẽ aliqñ incideremus:dii ĩmortales
quãta te eruditiõe quãto ingenio prædicabat:accumulatiſſimũ id munꝰ quidẽ:ampliſ
ſimi atq; integerrimi uiri iuditio laudari:quẽ niſi ſcirem nihil ad oſtẽtationẽ:adulationẽ
ue. ſed oĩa ad cõſcientiã:ueritatẽq; referre parũ illi fidei putaſſem adhibendũ. nõ quo nõ
eſſes tu

eſſes tu oĩ laude digniſſimus:ſed ꝙ ita ex animo laudaret:ut beniuolentia poti⁹ ꝙ̃ iuditio
laudare uideret̃:quoꝝ utrunq; eſt uel mea ſñia maximum:uel ꝙ ita te diligeret ut lauda
ret:uel ꝙ ita laudaret ut nõ parum diligere uideretur.Congratulor me Hercule ampliſſi
mis tuis laudibus:quas miro oĩum conſenſu tibi paraueris:iſti quoq; cum tãto uiro fami
liaritati cõgratulor.Hũc ego aut Phtiũ illũ Appollinẽ medicæ artis repertorẽ: aut ipſius
quẽ tradunt filiũ Eſculapium audeo noĩare.Ne dici qdẽ põt quanta ſit in diſputãdo acu
cie:in repetendo memoria:in cõfutando ui:quanta ĩ curãdis morbis ſolertia:uigilãtiaq;
ſubſit:uoĩs gloria cõſecutus hoĩs doctrinã indicabit.Supioribus his diebus quũ Mathio
lus Peruſinus uir medicina ſimul & philoſophia oĩum iuditio haud mediocriter erudit⁹:
patriam ingenti oĩum cum expectatione repeteret:quanq̃ eſt inter eos ſilentium diu ha
bitum Cœpit is Sulmonenſem noſtrum clam primum:aperta deĩde uerboꝝ petulantia
laceſſere.Erant Mathiolo cuncti ſere optimates ĩpedimento quo minus id cõſequeretur
quamobrem extẽplo furore ſimul:ſimulq; ambitiõe præceps elatus ciues oẽs orare obte
ſtari:ne Imperiti hoĩs cõgreſſu ſibi interdiceret̃:ſe planũ facturũ haud qualẽ ipſi arbitra
rent̃ in Sulmonenſi facultatẽ eſſe:ſed omniũ optimatũ p̃terea popularũ animos illum
ſibi nõ ſciã:ſed aſtu cõciliaſſe:multoꝝ familiaritates:quoꝝ nõ ſcientiæ præſidio niteret̃:
nõ decere hoĩem philoſophia cæterarũq; artiũ quas ſibi phyſci aſſumũt diſciplina & co-
gnitiõe refertũ:in oĩbus p̃terea huius noſtræ heſperiæ gymnaſiis ſummo cũ honore:ſũ-
ma cum dignitate uerſatũ ab ignori uiri cõgreſſu & repelli:& in plæbẽ medicoꝝ tanq̃ in
ſipientiſſimũ & oĩum reꝝ expertẽ deiici. Neq; tantum tabernaculũ eſſe militiæ q̃ Sulmo
nenſi:quod non armis:nõ claritate generis:nõ deniq; uirtute aliqua:ſed prætio dũtaxat
non mediocri ſibi cõparaſſet. Addebat etiã militiã & ſi multũ affert ornamẽti:tamẽ neq;
philoſophiam:neq; modicã facultatẽ afferre.pluris faciendã eſſe doctrinã in gymnaſiis
philoſophoꝝ q̃ miliciã.Hæc ille.multaq; alia in eã afferebat ut ſe longe Sulmonenſe do
ctiorem fateret̃:ſuaderetq; q̃plurimis.Sed hæc in angulis apud uulgares plærũq;.raro tũ
aperte apud eruditos hoĩes loquebat̃. Quæ cũ Sulmonẽſis oĩa reſciuiſſet:hoĩem aggre
ditur ĩmpudentẽ.ĩmodeſtũ.temerarium:imperitũ:intemperantem appellat:qui neq; pu
dorẽ:neq; modum in ſe haberet ullum . Cõfidentia ſimul & ſtulticia plenus eſſet.Vellet
ne conferre ſecum quicq̃:uellet de re quapiam diſputare facile ſe illi oſtenſurum petulan
tia ne uerborum:an natura rerum cogitatione ſapientes eſſent appellandi.qui id ſibi no
minis uendicare ſtuduiſſent. Ad hæc Mathiolus quum multa intrepide ut ſolet con-
fidenterq; dixiſſet.(Eſt enim oĩum quos uideri lingua q̃q̃ ĩpudenti aſſolutiſſimus) ea ſẽ
tentia diſceſſit:ut poſt triduũ cõcluſiones(ut garrulitas dyaleticoꝝ dicẽre ſolet) poſitu-
rũ ſe neſcias:an magis diceret q̃ minaret̃? Affuiſſes utinã mi Trebane . & eni Mathiolũ
adeo ĩplicitũ:ideo argumẽtis inuolutũ cõſpicati ſumus.ut quæ decies antea dixiſſet: to-
tiens eadẽ negare coactus in apertiſſimã cõtradictionẽ.Sed temere dixi cõtradictionem
quũ eẽnt ſere decẽ:atq; in iocoſam oĩum irriſionẽ deuiniret.Hoc.n .phyſici ac dialectici
ut ignẽ atq; aquã effugiunt:nihil apud illos turpius:nihil ignominioſius:nullũ uerius ac
certius ignorãtiæ ſignũ q̃ ſibiipſi diſſerendo contradicere. Quid hoc obſecro errore ma
nifeſtius? ꝓportionẽ quadruplã duplam eẽ ad duplam denegabat:rẽ me Hercule ridicu
lã.& dictu abſurdiſſimã ĩſtabat Sulmõtinus:idq; p ꝓportionũ pricipiũ acerrime conten
debat.& cũ efficaciſſimis rõnibus:tũ dignis auctoritatibus nitebat̃:oẽm.ſ.quantũ ip̃e ac
cepi ꝓportionẽ:ex duabus ꝓportionib⁹ æqualibus iter ſe cõpoſitis ad utrãq; cõponentiũ
eẽ duplam:cõpoſitam ex tribus:ad quãlibet eſſe triplam:ex quattuor : quadruplã ex pari
iudicio deĩceps:quæ cũ negaſſet ille:oẽs qui aderant(dico eruditos)riſu emori uideban
tur. Rurſus ꝓbante Sulmontino quæ ab illo p ſtultitiã negabant̃:adeo conſternatus eſt
Mathiolus ut ad iurgia cõtumeliãq; cõuerſus:diceret pricipiũ illud in honuomeris . ſed
magis homogeneis.non aũt in etherogeneis quæ phyſici appellant ſimilia diſſimiliaue
eẽ itelligendũ:qd quanta irriſione & rep̃henſione dignũ cenſeri debeat:cũ.P. Pergulẽſi
eiuſmodi reꝝ quantũ ego audio pitiſſimo cõmunicabis:quãobrẽ Mathiolum in ſacra
ſcholaſticorũ turba & reliqua oĩs frequentia clamabat . Quũ aũt & poſtridie eius diei:&
ſæpe alias in angulis citeulariter ut ſolẽt diſputãdi grã cõueniſſent:diſpereã niſi ĩplicit⁹
ille ſemp cõcluſus:irriſus domum reuerſus eſt.Iam uero honoris & cõcurrẽdi deſpes in
mediũ nõ niſi q̃ rariſſime prodit:oĩbus iam neglectui:oĩb⁹ cõtẽptui eſt:neq; iniuria qui
alienos honores deturpare:bonos afficere ignominia.& optimum queq; detractiõibus
pſequi cõſueuerit.Iam caput ad cautes illiſit:qualẽ obſecro Sulmontinũ noſtrũ uirũ ar-
bitraris? quãtæ gloriæ:cũ regno noſtro Neapolitano:tũ reliquæ Italiæ futuꝝ . Sed quid

futurum:quũ iam ita eluceat.ita celebet ac notus oĩbus:ut etſi quottidie augeť:uix aliqđ
in eo ſplendoris(ná acceſſit ad cumulũ)augeri poſſe uideatur:quæ oia eam ob rem per-
ſcripſimus:ut ſi qui ſecus de illo ſentiant aut:ſe hominẽ ignorare fateanť:aut pueriſſime
iudicare:& ſeipſos temerariũ iuditium præſtaturos intelligant.Eſt alioquin uir facetus i
& ĩprimis perurbanus:epigrámata ſæpius a me cõtendit:dices qualia?Duo hæc ĩ præſen
tiarũ accipito quoꝝ alterum in Leſbiam potricem a me dum una heri iocaremur elicuit
ſi modo is ego ſum:a quo quicq̃ elicere poſſit.Alterum ad meá Syluiam pertinet.Leſbia
defuncti faciem uiſura mari:cælari ĩ fondo fecerat urceoli.Inde mero plenum ſolo ut de
pleuerat hauſtu:feci ait ut uideam cõiugis effigiem:hoc ad Leſbiam.Syluia cápanus in-
ter celeberrima nymphas.Hic iaceo caro contumulata uiro.campanus mecum iacet hic
cui carminis artem.Et facile ingenium materiamq; dabam.Vita duos olim tenuit cócor
diter una.Vna quoq; extinctos occulit urna duos:hoc ad Syluiam.Quorſum dices hæc
ut intelligas ſi quid unq̃ litteraꝝ ad me daturus ſis:non oẽm te operam perditurũ & me
quanq̃ magis arduæ facultati ut phiæ:ut mathematicæ operá nauátem:nõ tñ ab iſta tua
pingui Minerua.Sed ut iam ad me redeam.Eſt ne tibi cordi Campanũ tuũ nõ amicicia
ſolũ.ſed neceſſitudine.Sed ſi quid eſt etiá arctius cõplecti?atqui ut ego ꝓ te mihi reſpon
deam.Quid nõ cordi?quæ te antea q̃ uiderim dilexerim:antea q̃ norim obſeruauerim.
Vale. Peruſiæ idibus quintilibus. Campanus. ſuo.S.

ON eſt quod ſucceſeas nobis ſi aliquanto tardiuſculi fuerimus ad reſcriben
dum:multa fuere impedimento:cum ꝙ infecta pace rari tabellarii inueniebá
n tur quibus litteras ad te dare potuiſſemus:tũ qm̃ adhuc pependimus.& diu q
dem(ut opinor)pendebimus:niſi quid dii nos:& noſtrá innocentiam proſpe
xerit:& Labani nequiſſimi atq; ĩmaniſſimi uiri depreſſerint pfidiam:quæ me
mirũ ĩmodũ defatigauit:diſtraxit & excruciauit:hic me tantiſper demoratus eſt:quid ná
negotii cũ illo?longũ eſt repetere oĩa.Attingá tñ rerũ ſumma(ut aiũt)faſtigia Antonii
auũculi mei eius q ſupiorib⁹ his diebus nõ ſine oĩum noſtrũ lachrymis migrauit e uita.
Libros emere uolebá:ad qđ me nõ tam ipſoꝝ cõmoditas q̃ religio quædá ĩpellebat. Ini
quũ eni atq; infauſtũ putabá niſi ad cõſanguineas manus deuenirent.Auia etiá id ipſum
uehemẽter cupiebat:qđ facerẽ?quanto magis cupiebá:táto minus ſperabá:uideo libros
expoſitos:acceleratiõe nõ minus q̃ pecunia opus erat Labatium offendo:dico opus eſſe
decẽ aureis dico etiá quare opus:cõceditur:neſcias libẽs ne magis an mut⁹ i ut q facile ſe
oſtẽderet.nõ tam neceſſitudine q̃ pudore concederet:cui ego plurima bñficia pſtitiſſem.
Poſtridie uero quũ ad libros uenales accedo(plæriq; & meliores uenditi erát)doleo ue-
hemẽter negligentiá:ſimul atq; inopiá incuſans ꝙ nõ maturius cũ meo ſobrino pepigiſ
ſem.Labatio pecuniá reſtituo:ago gr̃as nõ mediocres.Mox renũciatũ eſt mihi Labanũ
dolo atq; aſtu libros mercatũ eſſe:diſſimulaſſe ne ad aures meas res pueniret. Vide hoĩs
nequitiá:nõ potui eqdẽ nõ moleſtiſſime ferre:hoĩem adortus:dico rẽ ĩdigná ſe : ĩdigná
me:indigná noſtra quoq; amicicia feciſſe:neq; iurgiis ultro citroq; pepcimus:at qui ho-
mo ſceleſtiſſimus addo etiá uerſutiſſimus Cápane(inquit)nõne decẽ es aureos & qdem
pbenigne a me hodie mutuatus?mutuatus inquá:bonus uir extẽplo litẽ irẽdit:dicit diẽ
pecuniá repetit:quá reſtituerá:neq; eni licebat ĩficiari qđ eſſem palá apteq; cõfeſſus: neq;
teſtes afferre q reſtitutá pecuniá cõfirmaſſent.Siquidẽ nulli cũ redderem affuiſſent: iuſiu
randũ illi cõmittendũ minime putaui:q neq; deos neq; hoĩes: neq; turpẽ dẽiq; exiſtima
tionẽ uereť:quáobrem uereor ne ſit illi ex integro pſoluendũ:hoc me nõ modo ut ad te
nõ uenirem:ſed ut ne ſcriberem quidẽ effecit cũ primũ ab hac contentione me abſolue
ro:iſtuc euolabo. Vale. Campanus. ſuo.S.

EPE me hortatus es ut q̃ maturrime poſſem græcas lr̃as addiſcirem : id mi-
hi ſolũ deeſſe dicẽs:quominus eẽm diſertus atq; ĩprimis eruditus : qđ eqdẽ
ſ cũ hortatu tuo:tũ meo etiá conſilio diu antea feciſſem ſi nacto preceptore/li
cuiſſet:nõ ꝙ diſcẽdi iá ætatẽ pterierim(tres eni & uiginti ános natus ſum)
Sed quia mirũ ĩmodũ ætas illa tenerior:ad rem oẽm aggrediendá pſertim
ad ſtudia ualet.Nũc uero occaſionẽ habemus nobis ultro delatá.Venit græcus qdá hõ:
ex illa(ut aiunt)recentiore Achademia.q quáta ſit & græcaꝝ & latinaꝝ lraꝝ eruditione
refertus:quáta etiá humanitate atq; prudẽtia ad te nõ pſcriberẽ:niſi ſperarem oĩa hæc ab
aliis prope diem auditurũ.Cœpit me & quidẽ fideliter edocere:cuius diſciplinis ob id q̃
maxĩe delector:ꝙ græcus ꝙ atthicus ꝙ etiá Demetrius illuſtrẽ illá atq; excellentem anti
quoꝝ græcoꝝ ſapiẽtiá:mores:elegantiá uideť effingere.Platonẽ mediuſfidius ſi hũc ui-
deas magis

deas magis tñ ſi audias exiſtimabis.Sed de eius laudibus alias accumulatius. Redeo iã
ad id quod te uolebã.Habes libellum quendam græcum ſuperioribus his diebus a te ſũ
ma cum diligentia tranſcriptum:ubi quantum a Martino accepi græca uocabula:latina
abſoluuntur hoc mihi uel maxime eſt opus:da operã ut non ſolum uerbis uidearis hor
tatus.ſed te etiã ſis futurus adiutor quamobrẽ ne pretereat qui e ueſtigio mittas.Conſti-
ſtitueram Patauium ꝓficiſci:tamen hic quem dixi Demetrius demorabitur Vale.

Campanus. ſuo.S.

Ominẽ cauillatiorẽ te uidi neminẽ:mendatiorẽ quoq; neminẽ:addo etiã ĩ
manẽ atq; crudelẽ.qui cum poſſis ad ſummũ me faſtigiũ ꝓmouere:tã lente
tam dure:tã deniq; ĩhumaniter mecũ agas:librũ habes græcũ: ut tu qdẽ ais
h inutilem:ut uero ipſe arbitror longe utiliſſimũ diceres:licet ĩutilẽ:at cur trã
ſcripſeris qui nullã tibi utilitatẽ eẽt allaturus:dices aliquã.ſed ꝑparuã:ſed ꝑ-
tenuem.ſed perexiguam.Cur uero illa mihi perexigua denegaueris? uolui Theocritũ tran
ſcribebaſ:uolui hunc alium:erat ineptus.Etiam Saliuam tuam ſi uelim & ita erit inſulſa.
Quæ nam eſt iſta inhumanitas:ita mihi illudis:ita cauillaris:ac ſi longe tibi alieniſſimus
eſſem:quum ſim longe omniũ quos habeas cõiunctiſſimus. Doleo equidem uehemen-
ter te & mihi & tibi male conſulere:mihi ꝙ non mature ut cupiebam græcas litteras ui-
deor conſecutus:tibi uero ꝙ aliquid impartire non potero ſi quando erimus una. Vide
quantum ſex ſeptem ue diebus in græcia profecerim. Demetrius noſter græco ſermone
tibi εὐπραξίαν ideſt bonam ac fœlicem dicit actionẽ.Eſt eni ex animo tuus:neq; mirum
quando eſt meus.Neq; eſt ille demetrius quem tu arbitraris.Solum iam hũc triennium
migrauit in Italiam:quanq̃ eſt cum Theodoro ipſo quem ſcribis arctiſſima familiaritate
coniunctus nunq̃ tamen neq; tecum neq; cum Theodoro ipſo Ionicum nauigauit:nunq̃
Siciliam appulit:ſed plana ut aiunt terra quantũ itineris ratio ꝑmittebat Athenis Romã
profectus eſt:neſcias fugiens magis futuram Conſtantinopolitanæ urbis & reliquæ græ
cie calamitatem:an præſentem imanemq; barbaroꝝ tyrannidem:quibus quot anni græ
ci ut ipſe refert nõ pauca uectigalia perſoluebant.Placet illi hæc noſtra heſperia:nec ſolũ
regionem:ſed homines etiã ipſos uehementer laudat: neſcio tamen adulatione in quo
morbo græcia q̃ maxime laborat:an potius ex conſcientia laudet.Homo eſt quantæuis
& grauitatis & auctoritatis:acutus:diſertus:copioſus:& quod me maxime delectat Plato-
nis atq; Achademiæ acerrimus æmulator. Vale. Campanus. ſuo.S.

Vdio nõ fruſtra nauatam operã ꝙ Romam te contuleris: & me Hercule ue-
hementer tum tibi tum ætati huic noſtræ congratulor.Tibi ꝙ rem ſueris di
a gnam te ac tuis maioribus cõſecutus.ætati uero cum uideã uirtutẽ ac ſapi-
entiam nõ omnino cõtemptui datũ iri:ſed bonos interdũ etſi non magnis:
mediocribus tñ præmiis ornari.Tum uero ita te cõparato:ut nunq̃ dignitatẽ
aliquam uideare conſecutus etiam ampliſſimam:quin maiore ſemper atq; ampliore di-
gnus habearis.Sic eni & te & donatorẽ a temeritatis iuditio uendicabis: ut nec tu indi-
gnus accipere:nec ille largiri temere uideatur.Scio nõ opus eſſe hortatiõibus: noui eni
prudentiam & ſingularẽ modeſtiam tuam.Eſt illud tñ amiciciæ ꝓprium & charitatis:ut
quẽq; maxime diligimus ita ſtudioſiſſime moneamus:etiam ſi ne opus quidem itelliga-
mus.Sperabam te extemplo poſt ĩpetratam rem huc regreſſurũ: uerum fruſtra ut audio
ſperabam.Aiunt eni prope diẽ Neapolim profecturũ: non eſt quod te deterream. Sum
eni ut id faceres frequẽter hortatus.Doleo tñ uehementer ſublatam mihi eſſe occaſionẽ
ut id itineris tecũ una cõficerẽ:qd ſi memoria tenes ꝑdiu antea cõſtitueram:deos quæſo
& iter tibi & oĩa fortunent. Vale. Campanus ſuo.S.

Ota erras uia ſi res tuas cuiq; æque ac mihi curæ futuras exiſtimes: nemo eſt
me(dicam impudenter ſed tñ uere)in colendis amicis obſeruandiſq; fideliꝰ
t or:quibus oĩbus ſi proſperam fœlicẽq; fortunam tibi longe proſperrimam
ac fœliciſſimam cupio:non ꝙ illos minus a te colendos exiſtimem. Colun
tur ſane a me omnes & ꝓinde ac tu amanſ quos ſemel mecũ amicicia deuin
xi.Sed ꝙ rebus tuis & ſecurius & liberius uti poſſim. Sunt illi plæriq; ad rem tenaciores
neq; hæc propterea loquor:ut is ſim qui utilitatem aliquam ſtatuam in amicicia ꝓponen
dam.Equidem Philippum illum Macedonẽ hoc uel maxime odi ꝙ cæteris in rebus cla
rus ac præſtans amicos ſola ut aiũt utilitate colebat.Sed eſt libera quædam nec ꝑſcripta
in amicicia mæta:ut ſi utilitatis cauſa nõ cõparenſ amici:illam tñ quũ eſt opus non oĩno
aſpernemur:neq; reiiciamus:qđ etiã nõ quæſitũ plæriq; indicanſ eſſe præſtandũ. Vale

Campanus ſuo.S.

Edditæ ſunt mihi iocūdiſſimæ lr̄æ tuæ:qbus petere uideris Sim ne hoc aīo
quopiam ꝓfecturus.ſtolida me Hercule poſtulatio q̄ſi ad claudicantem ali
r quē iſtec pſcripſeris. Num cōſuetudinē ignoras meam: q fueris mecum tā
diuturno tp̄e uerſatus. Nemo eſt alioꝶ pace dixerim me ambulantior : ne
mo uagus magis magiſq; oberrans:nunc ad forū:nunc ad phana. iterdum
ad agros accedo.Sæpe rætia ad uenandum.Sæpius hamos ad piſcandum ſoleo portare.
Tu ſi ſapis huc q̄ primum te confereas.Tunc enim nobis cōmodius conſulemus.Credo
tamen me Patauium profecturum:dicis cupere te una mecum : niſi mihi ſis futurus impe
dimento:facis impudenter:qui tantum mihi obiicias inhumanitatis:ut quos ſemp etiā
in piculo amicos habuerim eos me putes comites faſtiditurū:ſi uidebit̄ eūdū nihil te co
mite iocundius:ſin qđ nō magis opinor remanebimus:nihil te diſcipulo grati⁹. Tu ſi ſta
tueris ut ais oībus mihi i rebus obtēperare ad nos puola . Plures nā iſtic ſalaciū hircoꝶ
greges q̄ hoīum capita eſſe puto:qua ꝓpter cū huc uenies i Tybri prius terq;:quaterq;
lauato:ne nobis hircū oboleas:dehinc lotus ac bn̄ olens ad ſuauiſſimū familiariū tuorū
amplexum:iprimis tn̄ meum accedito. Vale Campanus ſuo.S.

X obitu parentis tuæ optimæ & ſpectatiſſimæ mulieris tantū cœpi doloris
atq; anguſtiæ ut nō minus lachrymaꝶ ipſe profuderim q̄ tu q ea fueris orba
e tus.Cum q̄ me pinde ac ſuos liberos diligebat:tū q; moleſtias tuas atq; in
cōmoda ægre nō ſecus ac mea fero.Verū q̄d faciēdum:⁊ æquo aīo quæ a
diis imortalibus agunt̄ accipe:patiq; debemus & quo ſapiētior quiſq; atq;
prudentior eo uitæ huius imbecillitatē ac fortunæ ipetus patientius pferre debet . & ſuā
ut in proſperis ſecundiſq; rebus:ſic in aduerſis dignitatem ſeruare:ne debilitari ac frangi
fortunæ ictibus uideatur:quāobrem te obſecro acerbitatē iſtā patiētia poti⁹ q̄ lachrymis
pſequere.Quorum eſt mulieꝶ alteꝶ eſt alteꝶ uero ſapientum.Etenim ſi oībus in rebus
uirtus q̄ maxime eluceat:in aduerſis tn̄ multo clarius illa pſpicitur:aduerſa ſapiētes dūta
xat forti atq; inuicto aīo recipiūt.Si modo illa aduerſa dicēda ſunt quæ nobis a deo atq;
a natura tanq̄ lege quadam inferuntur.Datum enim eſt ut moriamur oēs:non a fortuna
aut caſu quodam a diis in quoꝶ poteſtate ſumus ſtabilitum.Quid plura tecum:qui lon
ge melius mihi ac cæteris conſilium preſtare:q̄ a nobis accipere poſſes. Vale.

Campanus. ſuo.S..

Valem uoluptatē ac lætitiā Tantalum illum aduētu deoꝶ cœpiſſe ferūt: cū
eius domum conuiuæ fere omnes acceſſiſſent:ea nos & ſi fas eſt dicere maio
q ri hodie affecti ſumus.Cum.P.Cardinus germanus tuus uir oīum hac tem
peſtate doctiſſimus in paruā caſellam meam accedere nō ſit dedignatus. Mi
ram humanitatem & manſuetudinem ſuam oſtandere nobis uoluit:& uehe
mentem etiam amorem quo & ille & ſui omnes in hanc noſtram familiam afficiuntur.
Nam quod obſecro ſignum manifeſtius beniuolentiæ:quod apertius & ſimplicius amo
ris iudicium q̄ tantæ auctoritatis hominem conuiuā nobis acceſſiſſe. Viſus eſt profecto
totā hanc domū illuſtrare aduentu ſuo parietes mediuſfidius tecta ipſa:pauimenta illius
aduentui congratulari:& gratias agere uidebantur:nihil nobis iocundius : nihil gratius
ſua preſentia offerri potuiſſet:cuius frugalitatem etſi ſæpe alias mihi ampliſſimam perſua
ſeram:hodie non potui nō admirari.Carpere & luxuriam meam damnare uidebatur ni-
mis ſcilicet lautum paraſſe cōuiuium:quod etiam equidem uideri ſibi aridum atq; illau-
tiſſimum exiſtimabam.Gallinis quattuor octo quidem īquit homines accepiſſes . Quid
opus coturnicibus:⁊quid turdis:⁊quid auiculis aliis:⁊cur tantus apparatus rerum:⁊ut neſci
as ſuccenſuerit magis an reprehenderit comminatus:tamen ſe ne ſecundo quidem uen-
turum ſi tam lautus eſſe perſeuerem.Quid tum ſi quando illum pducere ad me potes di-
cito paratos ſibi caules & ne minutim quidem cæſos:paratas caſtaneas crudas:coctas ue:
& quod illum maiorem imodum delectabit:cæpas oleo pipereq; conditas. Vale.

Campanus ſuo.S.

Vereris & me Hercule iniuria . Plurimas iam tibi litteras dedimus : ſed eas tu
q quantum ex tuis epiſtolis percipere potuimus:aut non accepiſti: aut(ut eſt in
genium tuum)accepiſſe diſſimulas : grauem ne Hercule iacturam patimur ſi
non acceperis:Cū q̄ erāt pſacetæ:& quæ mirū imodū ab iſtis te illecebris atq;
amoribus dehortarēt̄.Tū q̄ nulla earū apud me copia remāſerit:qđ ego nō minus ægre
fero q̄ tu ſi quas paraſti ſtatuas amiſiſſes. Si quidē non magis te atq; imaginē tuā ſtatuæ
q̄ lr̄æ igeniū meū uident̄ efficturæ:uetæq; poſteritatis ad memoriā cōparare:ſed ille non
te magis q̄ artificē ſuū cōmēdabūt:hæ uni mihi:& quos ipſe cōmēdare ueli afferēt apud
poſteros

poſteros ornamentum certiſſimum:tum ingenii:tum rerum meaꝝ teſtimonium futuræ
Sed hæc ſatis de litteris. Vereris ne mihi animo atq; memoria excideris:te ſtultum cur
ita uereris?quē ego ſupra oēs mortales amauerim:eum mea poſſem & memoria delere:
praue ut uideo de me ſentis:qui tantā in me ſtatuis inhumanitatē:tāq; deteſtabile flagi-
tium obieceris:quos ſemel amicos & quos cōiunctiſſimos habuerim eos ex aio tanq̄ pi-
cturā e tabula poſſe deradere. Nequiciā in hoc tuā oſtēdere.& pateſacere te uideris. Ve-
teri enim prouerbio traditū eſt:quæ ſibi quiſq; ipſe ſentit:ea de cæteris ſuſpicia𝔱.Q d niſi
īgeniū tuū optimū ſanctiſſimoſq; moresi multis i rebus ſatis cognitos habuiſſem:multa
de te cogerer ſuſpicari Gaudio Decanū extinctū:ſi tibi eſt cōmodo. Sin nihil profeceri-
mus:quid habeā:quod illi⁹ morte:quāq̄ inimiciſſimi & hoſ gaudeā nequiſſimi equidē
nō intelligo. Sic enim a natura ſumus inſtituti:ut pietatē colamus & humanitatem atq;
miſericordiā.& quæ cæteris aialibus inhibitæ ſunt:lachrymas nobis natura ideo dedit:
ut feritatē illis nobis uero humanitatē & manſuetudinē colendā oſtēderet. P.ucinā ſcri
bis occidiſſe.& quod miſerrimū atq; infœliciſſimū putas:inter amātis oſcula atq; ample
xus expiraſſe:longe falleris opinione. Si quidē nō occidūt qui ita perire uoluerūt:ut ani-
mam nō deſererēt quidē:ſed amanti certiſſima fide cōmitterent. Nā ſi quēadmodū præ-
clare inquit Lucretius:amantes tot corpore in corpora migrare cupiant:eamq; ob rem
oſculādi:coeundiq; appetitus oria𝔱:ut oculis aiam:corpus coitu i rem transferamus ama
tam:quid illi fœlicius euenire potuiſſet:q̄ corpus in ulnis:aiam uero in amantis pectore
fuiſſe reconditā. Si enim nō bonū id ē quod oia appetūt:malū neceſſe ē appelle𝔱:qđ oia
fugiunt. Solēt eni apud phyſicos p oppoſitas qualitates rerū cōtraria diſtingui. Occidere
uero quū nemo rōtus pnceps deſideret:cupianmalū appellamus oportet:cum bonū mi-
nime dicendū:ſit quod oēs abhorreant atq; formident. Migrationē uero amantis i ama
tam utpote rem oibus:oi ui atq; ſtudio appetitā nō modo bonū quidē:ſed fœlicitatem
ipſam:te præſertim iudice nūcupabimus:nō igitur qui ita fœliciter migrauit e uita:recte
eū dicemus occidiſſe:quū illud me iudice fœliciſſimū:hoc uero te auctore miſerrimū &
calamitoſiſſimū uidea𝔱.Q uæ quidē cōgruere inter ſe & cōuenire nullo modo pñt. Mul
tos equidē memorare poſſem:q amore quodā ardētiſſimo uitā ſua ſpōte finierūt:ut eos
mortui ſequerent quos amauerant.Q uoꝝ aliquos etſi uide𝔱 i epiſtola ſupuacuū:& eos
te ignorare nō arbitror:adducere nō grauabor:ut aperte intelligas:nihil amantibus locū
dius atq; fœlicius euenire poſſe:nihilq; optatius q̄ uitā una cum iis agere:quos amauerūt
Vel ſi uitā fata nō patian𝔱 una mori:uel quod tu in fœlicitatē quandā appellas i amātis
gremio expirare. Cornelia ſancta iprimis & præclara fœmina:ciuilium belloꝝ euentum
Romæ quidē ſe mori multo tutior expectare potuiſſet:comitari tñ Pompeū quē arden-
tiſſime amabat:per mille rerum picula maluit:q̄ ſine illo ſecuta domi remanere. Hyſicra-
teā quoq; Mytridatis Ponthici coniugē:cum quo porro quadraginta ut ferūt ānis bellū
uaria fortuna geſſit:ſemp maritū comitatā accepimus.& ſeſe tonſis capillis & muliebri-
bus ueſtimentis atq; habitu abiectis:equo armiſq; aſſuececiſſe:uictum deinde uirū a Pom
peo:p aſperrimas regiones & efferatiſſimas gētes ſecuta:nō minorē uoluptatem i poſtre
mis calamitatibus præbuit:quā accepit. M. Plautiū in Aſiam Senatus iperio traiecturum
profecturū Oreſtilla uxor eſt comes ſecuta:quæ cum Tarentum appuliſſet unde claſſem
traiicere cōſtituerant:graui morbo affecta deceſſit:ibi exanimatus Plautius inter plāctus
atq; oſcula ferro incumbēs:quia uiuā ſecū ferre nō poterat:mortuā deſerere noluit:itaq;
eam obrem rogatus ut erat eodē in rogo ab amicis poſitus atq; crematus eſt:monumen
tumq; grecis litteris inſculptum marmoreis:ut ingentē illius amorē teſtare𝔱:græco uo-
cabulo cōdiderūt. Portia Catonis filia poſt Bruti mortē auditā:quia ferrum ſibi negaba𝔱
ardentes carbones abſorpſit:ut neſcias Catonē pro libertate an pro amore Portia glorio
ſius occidiſſe. Cæterum Arthemiſia Mauſeoli regis Cariæ uxor iuuenem pſecuta uirum
mortui oſſa bibiſſe tradi𝔱:ut quia ſe uiuo frui nō poſſet:eā illi mortuo ſepulturā donaret:
qua nullā acceptiorē exiſtimabat. Audiuiſti Cleopatrā M. Antonio ut in uita:ſic etiā in
morte comitē acceſſiſſe. Sigiſmundā (ſi uulgo credimus) id feciſſe cōſtat:quæ cum Guiſ-
cardū quendā:cuius mutuo amore teneba𝔱:a pre itetfectū aiaduertiſſet ueneno accepto:
uitā mortēq; trāſegit:prius tñ obteſtata parētē:ut ad funus una cū amāte ſepeliri patere𝔱
Sed qđ iſtis ie detineo:quum poetaꝝ teſtimonia ſuppeditēt:q quātū ad amores attinet.
Cæteris reꝝ ſcriptoribus ſunt anteponēdi. Thiſben Babiloniā ſcribit Naſo eodē gladio
fuiſſe uitā:quo Pyramus eius amator ſeſe paulo añ cōfoderat deos deinde:ac parētes ro-
gaſſe:ut eoꝝ quos certus amor quos hora nouiſſima iunxiſſet:ii eodē tumulo cōponerē𝔱
Leander Abideus quum ad Hero puellam natando traiiceret:deos imortales precabatur

ut eunti opem ferrent:redeuntē ſubmergerent:quem turbulentiſſimis procellis obrutū. & in littore a Delphino ante ſuos oculos deportatum quum conſpicaretur:ex altiſſima ſe feneſtra precipitem deiecit:ut Leandro uel mortua iungeretur. Prætereo Laodemiam Protheſilai. Prætereo. Argiam Polinicis coniugem:quæ dulciſſimam & ſuauiſſimam uitam eſſe duxerunt ſi mortuos uiros. & ipſe quoq; mortuæ ſequerentur. Phædram quoq; prætereamus:quæ quotiā uiuum Hyppolitum ad ſuum amorem trahere nō poterat:extinctum ac diſcreptum æquis ſua morte uindicatum:ad inferos ꝓſecuta eſt. Credo equidem hæc tibi teſtimonia ſufficere. Sed ne friuolæ tibi uideant̃ rationes meæ:addā aliud multo mea ſententia efficacius. Stagnum eſt quoddam apud Litiam ſi uera canunt. & ſi credenda poetæ:cuius aquæ perlucidæ:ſolum limpidiſſimum nō cannæ in eo paluſtres: nō ſteriles & aquaticæ ulnæ:nō deniq; acuti ac flexuoſi iunci uiſunt̃:cuiꝰ littus uiridi ceſpite. & mille coloribus herbis prætexitur:hoc Salmancis nympha incolebat:cuius ſtudia erant:arcus tendere:non Dianam ſequi:ſed pectere capillos:ſeſe ad ſpeculum intueri:illo docente uultum componere:cingere caput floribus ſertiſq;. & in perſpicuo ſe ſtagno lauare. forte illuc Veneris ac Mercurii filius Hermofroditus ſe contulit:quem ubi Salmacis aſpexit:blandis primum uerbis mox amplexibus adhortata eſt. & cum nec uerbis flectere nec amplexibus manſuefacere poſſet. Dii inquit qui loci huius poteſtatem:ac numen aquarum habetis:uos ego amans puella obteſtor:ueſtram opē imploro:ita iubeatis nos unum in corpus eademq; faciem coire ut nulla unq̃ dies illum a me deducat:nec illa me ab illo ſeiungat. Mori deinde Dii ita fore iuſſerunt:unum corpus una facies manſit. Ioco ſam me Hercule fabulam. Sed quæ altiſſimum ſenſum intra ſe latantem habere uideatur. Oſtendit enim quandam amantium conditionem atq; naturam & paſſionem ut quēad modum Lucretius opinatur quod paulo ante memoraui tranſire in rem cupiant amatā: hoc Salmacis deos ac numina precabatur:quod uicina noſtra prope conſecuta tantū uidetur fœlicitatis adepta quantum nō defuit:ut in ſuum amorē anima & corpore immigraret. Quo circa minus culpandi uident̃ illi qui ſi recte accipimus:ubi eoꝝ parentes & propinqui moriuntur:conuiuiū parare. & parentū corpora decocta:cōuiuis apponere dicuntur ſatius eſſe dicentes a filiis atq; affinibus aliis:q̃ a uermibus ac ſerpentibus parentes abſumi. & eū in locum poſt mortē reponi quo nullū uiuentes chariorē habuerūt:quo fit ut uerū illud eſſe putem apud quaſdā nationes:pulcherrimū amoris ſpectaculū eſſe:certiſſimūq; inditium beniuolētiæ:cum uxores in mortuoꝝ uiroꝝ rogos ſponte ſe iniiciūt quæ uero id ſubterfugere ex uiris ſuperſtites eſſe uoluerunt:īfames reliqua uita deteſtandæ habent̃:uix ſecundis nuptiis dignæ iudicent̃ quæ uitā ſine uiro q̃ uirū ſine uita habere maluerunt. Habes ualidiſſimas ut opinor rationes:quibus non modo nō miſerrimam eſſe Argirillam iudicare poſſis:ſed per magnam potius fœlicitatem adeptam:quod in amantis gremio expirauerit. Vale.

Campanus ſuo. S.

c VR ego te ferreū:imanē:truculentū & ſi quid dici pōt crudelis nō appellem:ꝰ qui cum mille iam a me litteras acceperis:uel ſemel (neſcimus qd curaueris reſcribendū) reſcribere noluiſti. Aues ubi cœperunt ſibilis a nobis prouocatæ:nūc cantu ſuauiſſimo:nūc querulo murmure blandiunt̃. & aures noſtras mira quadā & canora ſuauitate demulcēt. Pueri ēt quos bleſo interdū alloquimur ore:riſu quodā infantili nobis arridere:reſpōdereq; uident̃. Tu aūt marpeſiis cautibus:atq; ipſo ferro durior:iam totiens a me litteris compellatus minime reſpondes. Vetus prouerbiū eſt. & multoꝝ cōſenſu probatū. Neminē ſurdiorē eſſe q̃ qui audire diſſimulat:ꝑfecto haud æquū facere uideris:q tam īhumaniter mecū agas. Scio te dicturū nullas unq̃ a me lr̃as accepiſſe. & cui tuas dare potuiſſes īueniſſe neminem:aliis excuſationibus cauſam tuam defendas oportet:uana excuſandi ratio ſuperextat:quo ſerius eo accumulatius reſcribes. Vale.

Campanus ſuo. S.

u EREOR ne ſurdo fabulā decantauerim. Qui quū totiens lr̃ã ad te ꝑſcripſerim:hoc unū mihi ex tanta lr̃aꝝ copia cōſecutus uideor:ut quem antea longe mihi amiciſſimū exiſtimabā:eum ita meis litteris exaſperauerim ut factus Plane omniū inimiciſſimus uideatis. Multa equidem de noſtra:mutua beniuolentia mihi perſuaſerā. Sed ea omnia quantū ad re attinet præter ſpem oēm euanuerūt. Nam ſi meæ tibi litteræ faſtidio ſimulq; ludibrio fuere:quas ne hoſtes quidē deſpicere aut cōtemnere cōſueuerūt quid ſpei reliquū habendum in te putem equidē nō intelligo:quod niſi te uehemētiſſime diligerē:colerē:obſeruarē. & inau-

dito quodam

dlto quodá amore cōplecterer:iam pridē ſcribendi mihi modū finēq; feciſſem.Sed ſingularis mea in te charitas & beniuolentia nequaq̄ id paſſura uidebat.Spero te aliquádo & tarditatē iſtam tuam accuſaturū:reiecturūq;.& amorem in me tuū oī abiecta negligētia aliqn̄ propenſius oſtenſurū:ut qui nō ignoras turpiſſimū eſſe in amore & beniuolentia ſupari.Non me latet te plurimis rerum domeſticaꝝ negociis impeditū:diſtentūq;.& in erudiendis adoleſcentibus occupatū:parum habere ocii ad me ſcribendū:quáq̄ nulla tá arcta loca.& tá anguſtæ fauces inueniunt claudere latus ut in alterá partē colligēdi tui gratia flectere te nō poſſis:nunq̄ profecto tam iplicitū negotiis te arbitror:tanq̄ gerēdarū rerum ſtudiis inuolutum:ut uel illud ſcribere nō poſſis Viuo:ualeo:ſaluto.D.Ortinus quo uterq; noſtrum familiariſſime utitur:retulit te uehemēter cupere uideri Pliniū Dabimus operam ut in hoc ſatiſfeciſſe noſtræ amicitiæ uideatur. Vale.

Campanus ſuo.S.

VPIO ut nihil ſupra in iſtam tuá togatá Galliam me conferre:nō tam ſi dii me ament cauſa mea:q̄ ut uicinior uobis factus.& cernere oculis Galie
c tum meum poſſim.Et ſi quando opus etiam foret opitulari.Date omnes operam ut ueniam.Galienum meum tibi quanto maximo poſſum ſtudio cōmendo.tabellarius uehementer inſtat. Vale.

Campanus ſuo.S.

VNC litterarū meaꝝ latorē tantū tibi cōmendo:quátú aliquē nunq̄ ante a cōmodauerim.Eſt enim & mihi & germano meo arctiſſima familiari
h tate beniuolentiaq; cōiunctus:hunc tu amplectior:deoſculorq; & operá tuá omnibus in rebus mea gratia pollicetor:amor in me tuus præcipuus ſemp eſt habitus & cognitus multis:da operá ut huic etiá tam bene:tam clare:q̄ cæteris inoteſcat:millies de me pcontator.Q uid agá:ubi ſim:qua ēt in rerū fortuna cōſtitutus:rogato quid uelit:qua in re tuo illi auxilio opus ſit:Poſtremo domum introducito:accipitoq; opipare:uides ut ſecure imperē que abs te uelim ipetrari:tu uero libere imperanti:liberius obſequare:ne quod turpiſſimum eſt uidearis in amicitia ſuperari:uinci enim bello fortunæ:eſt amore aūt humanitatis. Vale.

Campanus ſuo.S.

CO Subinonenſem noſtrū quēadmodū ipſe ſcribis hortandū eſſe nō puto:neq; enim fieri poſſet arbitror:ut a ſuo tam precto quidē:honeſtoq; ꝓ
c poſito pmutet:homo eſt ſūma fide & præcipua integritate uitæ:honorē cæteris rebus anteponit.Tum ipſe hoc illi ſuadere nō audeo:etiá ſi auderem tantū pſuadere nō poſſem:ná in rem turpē:nullis meis hortatiōibus flecteretur.De negocio meo ſcribis mihi Perieiune:ſed nōdum tuæ diligentiæ diffido:da operá ne falſo te putemus diligentē.Neſcis quantæ ſim futurus tibi uoluptati:ſi hinc me diualles.Galienum ſtudioſius quá ſoleo:facio tibi cōmendatum. Vale.

Campanus ſuo.S.

ASTELLVTIVS & ad me & ad Sulmontinum lr̄as dedit:oīa ferme iſtius gymnaſii magnifica & præclara opera cōtinētes.& te me Hercule impri
c mis eruditū.Sed ego fidē illi adhibendá eē nō puto:noui altas dormitiones tuas.nō noctu q̄ iterdiu longiores.Noui ociū nō philoſophiæ:ſed de litiis a te frequēter accōmodatū:quæ nullá mihi tuá eruditionē pſuadēt. Credo illū uel a te ut ita ſcriberet ſubornatū:uel ut i falſá me cōiiceret uoluptatē.Alio teſtimonio opꝰ ē.Tuis lr̄is nō magis crederē q̄ Caſtellutii:quē i laudádis amicis cōſtat omniū eſſe mendaciſſimū.Famæ credendū eſt:quæ & in multoꝝ ore uerſat.& ſi uana eſt interdū:poſtremo qualis ſit ſeſe ipſa demonſtrat:diu enim falſa perſeuerare nō pōt Vale.

Campanus Galutio ſuo.S.

ERIOCVNDAE mihi fuerūt litteræ tuæ:cū qa nouá dignitatē:quádiu tu quidē optaueras cōtinebát.Tum qm̄ nō oblitus beniuolentiæ noſtræ
p participē eius me rei faciendū putaſti:quod iudiciū amoris ē:nō pexigui: Q uod igit Decanatū adeptꝰ ſis:tibi mihiq; cōgratulor.Sic eni ſtatuo qđ tibi boni maliq; eueniat:id identidem euenire mihi.Q đ uero me feceris certiorē gratias habeo nō mediocres.Voluptatē enim cœpi quantá antea nunq̄:nō tá ex pn̄ti cōmoditate:quæ & ipſa negligētia nō eſt:q̄ q̄ aditū tibi ad altiorē dignitatis gradū uideo eē patū:qđ meo:officii ac potius amoris eē puto:magnope te hortor:ut iis cōtētus

nõ ſis:ſed ad maiorẽ te cõpares dignitatẽ:quã ita ut ſpero facillime cõſequeris:ſi quibus
ueſtigiis iam pridem ut cœpiſti iiſdem per reliquũ uitæ tempus ad uirtutem accedas.Po
ne tibi ante oculos eum uirum qui ex iſto in quo tu nunc es loco deiectus:nõ tam amiſit
dignitatem:q̃ illa ſe oſtẽdit indignum.Quid inter uirtutem ac uitium interſit facile diſ-
cerni poteſt?Ille ſumma olim in dignitate cõſtitutus:ſua ignauia & turpitudine priuatus
eiicitur.Tu uero nullam hactenus habens dignitatem:prudentia & integritate tua:i ſum
mo nunc faſtigio collocatus.Memini hominẽ iſtum turbulentiſſimis ſemp contentiõi-
bus & controuerſiis agitantem multos in inuidiam ſibi conflaſſe:atq; odium plurimorũ:
ut etiam præſtantiſſimũ ac ſanctiſſimum ciuitatis noſtræ antiſtitem ferre nõ poſſet adeo
ſibi ſumma:infima uidebant.Sed quorſum euaſerit uides.Tu uero Antiſtiti uelim tot'
adhæreas:quem tu ſi ſapies:ut unicum habes dominũ:ita eum unice obſeruabis:hũc fau-
torem ſi habeas:nocere tibi poterit nemo.Et quod ait poeta tuus:Iniuſta iuſta habenda
ſunt quæ faciunt domini:quanq̃ nihil iniuſti ab eo tibi uideo metuendum:hominẽ om-
niũ quos unq̃ uiderim humaniſſimo atq; optimo:quem nõ ambigo(ſi ut æquum eſt)co
las atq; obſerues:maximũ tibi decus ac præſidium præſtiturũ.Si uero contempſeris:non
melius actum tecum q̃ cum aduerſario tuo. Vale.

Campanus Venturæ ſuo.S.

VIDVS tuus iam pridem amat Gratianam:eam quæ eſt apud Phanũ Her
culanũ:nõ mireris cur hæc ad te ſcribimus:nam & Guidus nõ ſolus amo-
g res ſuos nobis colaudare:ſed alienos etiã carpere conſueuit.Gratianã ſuã
omnibus forma & uenuſtate anteponens:illam tollebat in cœlum:illam
loquebatur ſemp.& nunc uitam:nunc animã:nũc uoluptatem ſuam uni-
cam appellebat.Amorem quidẽ dicebat eſſe mutuum:ut illa uirum alium amaret nemĩ
nem.& ipſe fœminas cæteras unius huius amorẽ cõtemneret:nullamq; præter hanc ex-
peteret mulierem:non ſi cum Venere de forma & uenuſtate certaret:hoc nobis in ma-
nu:hanc in cõuiuiis inculcabat.Pridie uero cũ apud Anthoniũ noſtrum cœnaſſet:opipare
ac paulo plus baccho:ceteræq; incaluiſſet:ad ſuam rediit Gratianam.hic multo liberius
prædicare amorem ſuũ cœpit:ut libere loqui ſolent:quia a Libero patre liberant'.Forte
fortuna affuit Gẽtilis noſter uir ut tute noſti perurbanus:qui cũ ſæpe decantatam Gra-
tianæ fabulam diutius ferre nõ poſſet.Heus inquit mi Guide grauida eſt an egrota Gra-
tiana tua?reſpondenti grauidam:fateor inquit ſi ita eſt:amari te ab illa longe plurimum
prægnãtibus enim & egrotis ea inſita eſt natura:ut homines cupiant altiſſimos:cibos ue
ro appetant immundiſſimos:ut carbones aliquãdo comedere auidiſſime conſueuerint:nã
quæ etiã altera tam fœdum tamq; incultum & lutulentum hominem amare potuiſſet?
pannis anniſq; obſitum.& ſolius naſi affinentia diuitẽ.Sed ego ſtultior:qui tibi fidẽ cen
ſeam adhibendam:quem ne muſcipula quidem poſſet amare:ſubiratus ille planum ſe fa
cturum ait:quantum a ſua Gratianella diligatur(ſic illam tunc neſcio an propter conten
tionem appellauit)ſi ſecum una nocte uellet accedere:quoniã interdiu nõ auderet:dicũt
noctem ſequentem:tempus:locum conſtituunt.Prima fere uigilia:ortulum quendã Fa-
no ſubiectum ingrediuntur:puellæ iam feneſtris appropinquantes ſuſpenſis pedibus.&
quaſi ad trutinam exæquatis paſſibus incedebant.hic Guidus arrectis auribus primũ ſub
ſibilare:mox paulo preſſius uocare.Gratianã.Screare demum ac tuſſire.& lapillos in fe-
neſtram puellæ coniicere:auditur interea nihil:ille diſcedendũ cenſet:ſatis ſe percepiſſe
quanta mendax homo in re perſæpe nulla confingat:is adhuc paululũ expectare iubet:
Gratianã ſuam altiore iam uoce compellans.Tum demũ feneſtræ perexiguus quidã:ſed
frequens tamẽ crepitus ſubauditur:haud procul hinc laurus quædam opaciſſima mediũ
prope ortulum obumbrabat:hic Gentilem abdi q̃ occultiſſime iubet:ut & amantiũ uer-
ba poſſet.& a puella libere locutura nõ cerneretur.Tum ille paulo proprius.

Campanus ſuo.S.

ITTERAS accepi tuas:quibus de calamitate regionis noſtræ certior fa-
ctus:nõ potui non grauiſſime cõmoueri.Tam etſi plurimis ante diebus:
l tantũ prodigum parẽtis noſtri litteris pleniſſime ſcriptis acceperam.Sed
erant recentiora omnia:nec fortaſſe tam diligenter iueſtigata.Vereor ne
aliquod magnum malum uel regioni noſtræ:uel quod nõ minus dolen-
dum eſſet:regionis principi portendatur.Dii res noſtras aſpiciant.Scio quã cupias ſcire
quid agam quanq̃ ego nũc quidem nihil ago.niſi hoc ſit aliquid agere:in ſummo luctu
grauiſſimaq;

grauiſſimaq; acerbitate uerſari. Nellus Balionius qui me unice diligebat:paucis exactis diebus migrauit e uita:nec ſine meo magno & acerbo dolore migrauit:quo uiro nihil ætate noſtra præclarius. Cuius laudes ita funebri ſum oratione complexus:ut mihi honorem:illi gloriam pepererim ſempiternam. hoc menſe magis confectis itineribus:primum Aliquam:deinde Romam profectus triginta continuos dies:ne unam quidem horam quietis nactus ſum. Roma rediens funere nondum celebrato:eã quã dixi oratiõem cõmendatoriam habui ſummoq; conſenſu auditorum omnium laudem ſum ampliſſimam conſecutus. Vale.

Campanus ſuo.S.

IDEM hunc ad te uenientem:ſumma eſt mecum beniuolentia. Summa etiam familiaritate deuinctus:huic ego tantũ a meis(quũ dico a meis di-
u co a te)auxilii atq; conſilii præſtari cupio:quantũ ab illis mihi maxima in neceſſitudine præſtaretur:quẽ ipſa a primis ut ita dixerim incunabilis inſtitui & quantum ipſius paſſum eſt ingenium erudiui. & pro ſingulari ei⁹ modeſtia perinde ac tu tuos liberos amaui:cõmendo ergo hũc tibi atq; ita cõmendo ut uehementius cõmendare non poſſim. Tu ergo dabis operam ut neq; fruſtra ſe intelligat cõmendatum:neq; me ſibi de noſtra mutua beniuolentia eſſe mentitum. Vale.

Campanus ſuo.S.

NVITVS me Hercule ad te ſcribo:cur ĩquis ĩuitus:qa litteras tuas aut nullas aut q̃ rariſſimas accipio ꝙ niſi Martinus iam totus ex arte atq; Achade-
I mia noſtra calamũ chartamq; paraſſet:neq; toga acceptum ſcribere compulaſſet:has ſi dii me bene amẽt minime habuiſſes. Negocinm tuũ quorſum euaſerit paucis accipito. Ex Tuderto litteras accipimus:quibus renũciabat neminẽ apud eos conduci conſueſſe:niſi qui decennio antea gradum conſecutus eẽt. idq; non cõſuetudine ſolum:ſed etiam inſtituto cautũ eſſe. hoc aũt anno etiã ſi ætas graduſue impedimento nõ eſſet conducturos eſſe neminẽ. Siquidem Fulginatẽ quendã uirum ut ipſi aiunt natu grandem. & in modica facultate optime exercitatum antea conduxere:cuius induſtriam nõ minus experiunt̃ quã laudant atq; admirantur. Ego uero ut de his rebus certior factus ad te reſcriberem:quendã conueni Tudertinũ ſcolaſticum hominẽ quem ubi ſum ea de re diligẽtiſſime percontatus: rettulit nõ ea ſolum quæ litteris enunciabant̃:ſed uiſus eſt maius quidam adieciſſe:neminẽ qui per id temporis ante gradum conſecutus nõ fuiſſet nõ ſolum nõ conduci:ſed ne curas quidem ſuſcipere:ac medicare apud eos poſſe:etiam ſi ciuis eſſe. Ex Tipherno nihil adhuc. Vale.

Campanus ſuo.S.

AXIMO tibi ceſſiſſet honori:ſi quo tẽpore diu es mecũ uerſutus:ad hæc te humanitatis ſtudia cõtuliſſes. Nihil domui tuæ cõtĩgere potuiſſet poſt
m hominũ memoriã glorioſius. Sed quũ uideam tempus atq; operam pdidiſſe:paucis te admonere:hortariq; cõſtitui:nec pati in hoc te diutius erroꝛe uerſari. Tu ſi ſapies epiſtolam meã æquo animo leges:quã quidẽ ſatis certe ſcio utilem tibi fore:iocundam uero nõ fore:ut uſu euenire ſolet:nullam fere ſalutarem medicinam eſſe dulcem. Et enim cogitanti mihi mores tuos:eoſq; ſæpe mecũ animo repetenti:abſurdiſſimum uideri ſolet. & ab humanitate penitus alienum:re deſtitutis ſtudiis litteraꝝ adeo temeritati ac ſtulticiæ deditum eſſe ut in his omnẽ operã:ſtudium:tempus:ocium conſumas. Quid obſecro arbitraris homines claros efficere ſolere? niſi diſciplinam atq; ſciẽtiam. Cæteræ & enim fortunæ:aut igni poſſunt:aut aqua:aut bello:aut mille deniq; tempeſtatibus ĩmutari:uel eripi uel ſurripi facile poſſunt. Sola ſcientia nulla unq̃ tempeſtate mutabit̃:nulla in nullis ſtudiis eripietur. Te fœlicem:ſi ſcientiam cõſequeris:multis nunc ridiculo es atq; ludibrio:qbus ſi euaſeris doctus eris:honori atq; formidini:diuites enim fieri pauperes facile queunt. Docti qui ſunt:indocti nullo modo effici poſſunt. Diuitias diuites mille uix clauibus cuſtodire ſatis queũt ſcientia uero tute ſine omni claue ſeruatur. Diuitias ſi parentes habeas:tuas appellare non potes. Si fratrem opus ẽ cũ illo partiaris. Scientiam tibi ſi uendicabis propria erit:nõ cum fratribus:non cum parente cõmunicanda. Plura tibi ſcribenda ſtatueram:ſed quo minus id faciam:impedimento eſt feſtinatio tabellarii:alias ſcribemus uberius. Da operam ne ex eo genere animantiũ haberi poſſis:quæ nõ niſi baculo ac uerberibus promouentur. Vale.

Campanus ſuo.S.

ITTERE tuæ læticia me affecerũt ĩcredibili:lætor quotiens aliq̃d ad me
ſcribis.& uehemẽter afficior:qd tibi pſuaſum eſſe nõ dubito.Socerũ tuũ
l cui tu litteras ad me dederas:puto iã Neapolim puẽiſſe:dedi ei litteras ad
parẽtẽ:ac patruũ deferẽdas.Pecuniã a.N.Canino nõ putaui fruſtra poſtu
landã:noui hoĩs ĩgeniũ & periculũ q̃ ſæpiſſime feci:alias lati⁹ hæc & corã
explicabimus. Latorẽ litteraꝝ tuaꝝ:quas ultimas accæpi nõdũ uidi.detulit enim ad me
Philippus familiaris meus.dixitq; tabellariũ nõ niſi cõuento me Aretiũ reuerſurũ. Si qd
illi opus erit præſtabo diligenter.de re tua nihil eſt actum.& tu me ſæpe huc illuc pellis:
ut animũ aliqua in re figere nõ poſſim.Retulit enim mihi ſocer tuus re q̃primũ in patriã
rem ĩgratuꝛum:a qua annis poene quattuordecim abfuiſti:quo circa fui paulo in ingrẽ
da re negligentior:tum q̃ ita mihi rettulit ſocer tuus:tum q̃ nihil tu mihi ultimis tuis in
litteris preſcripſiſti. Vellem itaq; animũ tuum expedite undeq; patefaceres:ut quid eſſem
facturus ſtabilitũ haberem.Spero nõ defuturam tibi fortunam tuam.Locum enim in
ueniemus & honori & utilitati nõ incõmodum. Vale.

Campanus ſuo.S.

ISI te in meis ſummis grauiſſimiſq; negotiis fautorem ſemp adiutorẽq;
perſpexiſſem:maximam tuæ mihi litteræ admirationem attuliſſent:qbus
n adeo me acriter obiurgaſti:ut a priſtino me uiuendi more penitus reuoca
ueris. Sed cum mecũ illud cogito beniuolentiam in me tuam ſemp fuiſſe
ſingularem:nõ ſecus obiurgationes tuas accipio q̃ a parentibus liberi con
ſueuerũt. Vetus enim prouerbiũ eſt:ut quiſq; re maxime diligit ita ſtudioſiſſime atq; acer
rime reprehendit:caſtigat:admonet:uel ut nõ incedas in errorem:uel diſcedas ſi fortaſſis
incideres.Hinc illud ſolet euenire:ut chari parentes quantumcumq; ſuos liberos uirtute
præditos intueanť:nunq̃ tñ ab acerrima quadã & continua obiurgatione deſiſtant.& p
petuo quaſi latratu pſequanť.Quibus autẽ tu curæ nõ ſis longe aliter facere ſolẽt:ſi qui
dem tam in bonis q̃ in malis actionibus bladienť:quo genere hominũ nihil mea ſentẽ
tia põt eſſe peruerſus.& a beniuolentia magis alienum:aſſentiendo enim ac blandiendo
ex ſtultis(ut ait poeta)inſanos faciunt:atq; dici uulgo ſolet Occidat ille catus qui tales
porrigit ungues:ut uultus ungat:ſed terga latẽtia pungat.Tua uero monita ab ardẽtiſ
ſimo quodam amore proficiſcunť quo & in me & in meos omnes eſſe:diu iam antea cõ
ſueuiſti:quo circa ſedulo euitare poſt hac tuis præceptis obtemperans ſimul cum uita cõ
mutas nõ ſolũ baculo ac uerberibus:ſed quouis exiguo tui ſtimuli nutu ꝓmoueor. Vale.

Campanus Giliforti Theſautario ſeu queſtori Peruſino.

REDO renunciatã tibi rem noſtrã plæbeis cõtentionibus impeditã heri
ueſperi nõ potuiſſe:multorũq; nobis ſuffragia defuiſſe. Homo male fotũa
c tus apud plæbẽ:quid agam neſcio? Vna ſpes eſt amor.& beniuolẽtia tua
reliqua in incerto ſunt omnia:nec dum ſatis de me habeo conſtitutã:mul
ta me quominus hic maneam dehortanť:gens imanis & gloriæ ſatis aui
da quidẽ:ſed eaꝝ rerum contẽptrix:quibus gloria ipſa paratur. Negligentia præterea lit
terarum:nullam enim gentẽ uidiſſe me memini:adeo a bonis artibus ſtudiiſq; humani
tatis abhorentẽ:quæ ſtudia ut cætera niſi apud eos q ſolent:quiq; ſectentur prætio habe
ri nõ ſolent. Quo circa ſtatui ſi tibi uidebitur ex hoc loco tanq̃ e manifeſta Barbarie de
migrandum. Satis hic temporis ociiq; cõſumpſi:per exiguæ uirtutis meæ quæ potui ſpe
ctacula exhibui:ſatis ut arbitror profectura ſi diligentem nacta fuiſſent atq; idoneum ſpe
ctatorem. Sed quis apud cœcum arbitrũ de nigro candidoq; contendat? quæ pertinere
ad me ſum arbitratus:dedi operam ut etſi nõ quãto decuit at quanto potui ſtudio uigi
lantiaq; perægerim:quæ uero ad fortunã ſpectant uiderint alii Cõtemnũt hi me neſcio
tamen an propter inopiam:ego uero ita me diuitem cenſeo ut eos omnes:fortunaſq; eo
rum animi mei magnitudine roboreq; contemnã:ſum enim quãtaculumq; rerum fortu
na cõtentus laudis & gloriæ:quod ipſe mihi nullius auxilio fretus præſtare potui:habeo
ſatis:cætera ut ipſe mihi præſtare non poſſum ita equidem illa nõ curo. Officii ſtudiiq;
mei eſſe putati ut dignus aliqua in re efficeret cui eſſent præmia cõferenda aliorum cul
pa eſto ſi non conferantur. Si probabis hanc meam abeundi ſententiam nihil erit moræ
Iam enim ſarcinulas colligo:ſi fortaſſe paulisper expectandum eſſe uideatur. Diſponam
ſuppelectilem & pedem e medio iam calle referemus:nihil eſt enim in quo non tibi ſta
tuerim obtemperare:ſatis equidem amorem in me tuum beniuolentiamq; perſpexi:ſatis
tibi curæ

tibi curæ fui:ſperoq; fore:ſed aliis in locis opus eſt mei curam ſuſcipias:uereor ne parum
hic prodeſſe poſſis tanq̃ egroto diuerſo ut dicitur in aere cõmoranti:uix ulla poſſunt me-
dicamenta conferre:plenas fortaſſe deſperatiõis litteras meas dices ſum ſint fiduciæ po-
tius:ſcio enim mihi quocunq; ituro domos hoſpitiaq; parata qualia illis parari ſolẽt qui
ſua ſecum omnia ferant.& ubi uis orationem q̃ hic locum inuenturum. Vale.

Campanus eidem.S.

VDIO & quidem a multis orationem meam uehementer a te cõmenda
tam:tum copia multarũ rerum quas ſparſas lateq; diſſeminatas mãu qua
a ſi in aream uideor congeſſiſſe:tum etiam ornatu & uarietate dicendi.Ego
uero iuditium tuum nõ probo ſolũ:ſed adeo pergrate periocundeq; acci
pio ut nullã ex eo maiorẽ ĩ omni uita cœperim uoluptatẽ.Laudari enim
natura cupimus omnes:ſed eam demum præcipuam laudem.gloriamq; ampliſſimã iu-
dicamus quũ ab optimis boni.& docti a doctiſſimis cõmendantur.Vulgus enim quid
cõmendet ignorat:cuius iuditium etſi ſæpe nõ eſt contemnendum:tũ maxime proban-
dum optandumq; uidetur cum nõ opinione dictum ſua:ſed ſapientiſſimorũ hominum
conſenſu trahitur ad iudicandum:quod mihi nõ ſine magna lætitia uideo cõtigiſſe:oẽs
enim in cœlum me tollunt.& maximas atq; ampliſſimis laudibus proſequunt:a quibus
ſi rationem petere liceret:cur ita me laudent nõ dubito reſponſuros:quoniã a te ſentiãt
fuiſſe laudatum.Gratias itaq; tibi habeo ĩmortales:qui & me cõmendaſti uehementer.&
ut a cæteris identidem cõmendaret effeciſti. Vale.

Campanus Simoni Philippo philoſopho ſuo.S.

ORITVRVM ais riſu fuiſſe Democritum ſi hæc tanta & tam quottidia-
na noſtrorum temporũ delyramẽta uidiſſet.Ego uero cum quo ſtulticiæ
m uentum ſit cogito nõ ſic exiſtimo:ſed fuiſſe illum ſi forte reuiuiſceret oĩ-
bus diuerſi ludibrioq; futurum iocorumq; nobis materiam præbiturũ qp
pe qui nõ ſolum ſtulticia & temeritate noſtra contenti nõ ſumus.ſed pru
dentiam quoq; ſi qui prudentes ſint:ſapientiamq; cõtemnimus.& quorum uereri debe-
mus auctoritatem præſentiam irridemus. Vale.

Campanus Tarquinio Pirinello ſuo.S.

CQVID agis tu mi ſuauiſſime Tarquini:?Et qd Pirinellus meus:ſatis ne
letis recte?cupido id equidem uehemẽter.Tuam enim ualitudinẽ longe
e ſi dii me bene ament pluris facio atq; antepono meæ:ſedet mihi in animo
ſedebitq; ſemper iocundiſſima memoria uirtutis tuæ.Sedet amor & beni
uolentia noſtra ſingulari uirtute & ꝓbitate cõflata.Sedẽt mores facillimi
atq; optimi:nec ulla unq̃ temporis uetuſtate delebunt.Dii modo ſuperſtitẽ te eſſe meq;
ad ſenectam uenire patiantur:multa futura qdẽ quibus aperte queas animũ in te meũ &
amorem diligentiamq; perſpicere:dii te perbegnine proſpereq; fortunent:nihil ꝑfecto
gratius mihi eſſe poſſet q̃ aliquam nobis dari occaſionem ut omnes pro te fortunas:ho-
norem:dignitatem exponerem:capitiſq; periculum adire liceret:ſunt hæc magna quidem
ſed multo ſane minima iudicanda:ſi ad tua in me maxima atq; ampliſſima beneficia cõ-
ferantur.Habeo gratias diis ĩmortalibus qui tanta nos amicicia deuinctos eſſe uoluerũt
cuius ipſe cogitatione ſic afficior ut & ego litteris explicare non facile poſſim.& tibi ſit
diu ãtea perſuaſum.Cura igitur mi Tarquini ualitudinem & quũ nactus eris occaſionẽ
de omnibus tuis rebus facito me certiorem:ſcio tibi nõ deeſſe tabellarios per quos id fa
cere q̃ ſæpiſſime poſſis:nihil erit mihi in tanta præſertim aeris tẽpeſtate iocũdius. Vale.

Campanus Americo Campano ſuo.S.

CRIPSI ad te ſuperioribus diebus ut ſi quid iſtic ſuſpitiõis aut metus ha
beretis:huc ad nos q̃ primum ires:conductam tibi domum non exiguã:
s ſed hyantem ac ſemi dirutã ut ſunt hic ferme omnes magna ſui parte con
cuſſæ atq; deiectæ.& cum paucitate hominũ tum ipſa uetuſtate cõſumptæ
Nũc uero mutata ſententia pauliſper etiam tibi cenſeo expectandum.Eſt
hic oppidum Zocchum ducentis paſſibus procul:ad quod cum primũ iſta lues hanc no
ſtram Vrbem inuaſiſſet:aliquot Peruſini uitandæ peſtis gratia confugerunt:ſed ea fuga
ut mihi quidem uiſa eſt admodum ſera:nõ multum ſalutaris fuit.Mortui ſunt una in fa-
milia pueri duo qui cum ueſperi cõceſſiſſent poſteri die morbo confecti perierunt:ue-
reor ne iſta cõtagio in plures ac latius peruagetur:ſitq; nobis neceſſe ex hoc etiam loco
demigrare:ſic ſunt fata noſtra quinquies iam mutate ſedẽ locum tutum ac ſalubrem iue-

nire nõ poſſumus. Fortunati tñ ꝙ ex oppidis in oppida continua tempeſtate iactati plus
timoris ꝗ aut periculi aut incõmodi ſubiennus: quo iam icerti deſerimur: quo ſugiemus
gentium: oppida ſi qua ſunt finitima aut ipſa malignitate ſui cœli: aut alioꝝ ꝓpinquita-
te tabuerunt: in longinqua uero nec accedere cum tanta familiæ ſarcina ualemus: neq; ſi
accedamus peregrini ac incogniti recipiemur: adeo hoc tẽpore ſibi quiſq; timet: ut ho-
mines ab hominibus: amici ab amicis interdum etiã a parentibus liberi deſerant. Proin-
de cauendũ nobis mi Americe etiã atq; etiã cenſeo: nõ ut mortem timeamus: quæ tamẽ
omni eſt conatu mea quidẽ ſententia fugiendo: uerum ne in eũ incidamus morbũ quo
deſerti ac derelicti cogamur mori: alii hoc tẽpore inopia deſtituti: alii inſepulti: multi ẽt
uiui ſepulti moriunt. Audio tantã hoc nouo lunæ ambitu ſtragem Peruſiæ fieri: ut quot
tidie ſexageni ſeptuageni ue homines efferant: quoꝝ alii ſeptima die: multi quarta: plæ-
riq; ſecũda: nõnulli ſtatim morbi aduentu moriũt. Turba omnis perterrita fugiẽdiq; im
pedita in templis deorum miſera atq; afflicta lamentat: diuinaq; implorans opem: mœ-
rens ac tacita futuram iam iam mortẽ expectat. Hic filios luget: ille parentẽ conclamat:
alius fratrem ſororemq; deſiderat: multi ad uxores maritoſq; ſuſpirant: credibile dictũ ẽ
ꝗ multæ quanq; uariæ lugendi ſpecies prædicent. Ferunt uniuerſam ciuitatem ſqualidã:
miſerabilẽq; uideri: ueſtes pullas: comas incultus atq; impexas cerni: undiq; gemitus: ac
lamentationes nocturnas diurnaſq; audiri: omnibus in locis luctuoſiſſimã atq; obſcuriſſi
mam faciem apparere: nos miſeros qui tam procul a patria in hanc peſtilentiſſimam &
periculoſiſſimam incidimus tempeſtatẽ: totis igit̃ uiribus nobis eſt enitendũ ut uelis re-
miſq; incumbentes: tandem incolumes redeamus: nec tam æſtuoſis procelloſiſq; flucti-
bus obruamur: quod una uia efficere poterimꝰ ſi nec ita timebimus ut metu ipſo cõficia-
mur: nec ita ſecuri ſimus ut incauti atq; improuiſi in id quod timemus incidamus. Ala-
tos hoc tẽpore eſſe oportet: quacũq; ſalutaris aura nos euocat: aut deferet: illo ſtatim eſt
euolandum: nec expectandus impetus in nobis quem alii ſubſtinere ſine certiſſima mor
te nõ poſſunt. Vale & tui curam diligenter habe.

Campanus Americo Campano ſuo. S.

ITTERRAS tuas accæpi: tabellariũ cui dederas nõ uidi: ſi ſtati nõ reſpon
derimꝰ oẽm in illũ culpã refundendã putato. Poſt illud tempus uariæ me
curie res impedierũt: nec habui cui litteras ad te dare potuiſſem: nũc fide
lem nactus delatorẽ uolui te de rebus meis oĩbus quo i ſtatu eſſent certio-
rẽ facere. Quod oĩum primũ atq; optimũ diis gratias bñ ualeo. Si qd ha
beo moleſtiæ. id æquiſſimo fero aĩo: nã hæc fuga tã grauis tã laborioſa tã deniq; diutur-
na & ſi mihi moleſtiſſima fuit ꝙ amicis atq; urbe carere: ſine ſũmo aĩ dolore non potui:
fuit tñ uſq; ad hanc diẽ ſalutis: dii nos dies non minus ſoſpites atq; incolumes tueantur.
Ex Neapoli Nicolaæ Mariæ optimi & clariſſimi uiri ornatiſſimiq; militis litteras habui:
fuerũt illæ mihi multis iuſtis de cauſis acceptiſſimæ atq; gratiſſimæ: ſed hoc quidẽ lon
ge gratiores ꝙ parẽtis atq; oĩum ꝓpinquoꝝ: proſperũ ſtatũ: bonã ualitudinẽ cõtinebãt:
nã ãtea uiuerẽt illi necne nõ plane cõpertũ habebã: qđ ꝗ ægere moleſteq; ferrẽ potes exi-
ſtimare: nũc eiꝰ ipſæ lĩæ oẽm i aĩo meo moleſtiã: oẽm egritudinẽ abſterſerũt. de re mea
nihil actũ: nã iſta quinquẽnalia comitia ꝓpter hanc acerbiſſimã pnicioſiſſimãq; peſtẽ ha
ctenus haberi nequierũt: ſpero ꝗ primũ peſtis ceſſauerit bonã me operã nauaturum: eoſ/
q; etſi nullã ob rem aliã: mea tñ de cauſa ituros in ſuffragia ac rem ipſam ex ſnia cõfectu-
ros: interea pendendum nobis eſt: & quæ rerũ euẽta ſequant forti magno & cõſtãti aĩo
expectãdũ: qui Peruſia ueniũt bonã præ ſe ſpẽ uident ferre: nã & cadũt iã pauci. & ex his
plæriq; priſtino ſupato morbo ſanant: quibꝰ ſignis adducti medici finẽ iã huic cladi por-
tẽdi uolũt: reditũq; nobis ad paucos dies tutiſſimũ pollicent: qui ẽt ſi hodie futurus eẽt:
qđ deſiderii ẽ noſtri ꝗ tardiſſime eſſe uideret. nũc plane itelligo ꝗ habeat ſuauitatis fre-
quẽtia hoĩum: quã id ẽt uoluptatis cõſuetudo cõiunctiſſimoꝝ amicoꝝ. Tu mi Americe
ualitudinẽ diligentiſſime cura ut tandẽ ad cœtus illos urbanos: iocũdiſſimaſq; ſocieta-
tes noſtras ex hoc ſolitudinis ſcopulo tuti ſaluiq; deuehamur. Vale & Adorardũ noſtrũ
ſaluũ eſſe iube: quẽ ſpero ad paucos dies cõuenite unaq; in urbe cõmorari. Iterũ Vale.

Campanus Ioanni Baptiſtæ Alfano ſuo. S.

ITTERIS tuis lectis: hoĩum quẽ tu mihi tam magno ſtudio cõmendas: pri-
mũ bono aĩo eẽ iuſſum domo excepi: mox pulſo metu: meaq; fide iterpoſita
ad ãtiſtitẽ itroduxi: cũ quo plura locutꝰ: ſic oẽm illiꝰ iracũdiã furorẽq; reſtri-
xi ut & ego aliqd apud eũ põderis habere & tuæ lĩæ apud me plurimũ poſſe
uiderentur

uiderentur:aliqua plenius a delatore ipſo cognoſces omnia. Vale.& ſi quid prætetea fa
cere me hac in re uelis reſcribe.

Campanus Carolo Fortebraccio Imperatori.S.

Itto ad te parentem tuum:non liniamenta ſolum atq; articulos qualis e
pictorum manibus prodire ſolet effigentem. ſed loquentem : pugnātem
m & nunc tandem excitatum ab inferis in hanc denium ad te lucem exeū
tem. Ampliſſimum profecto munus quo quidem ornatius fortaſſe : certe
maius nec ipſe tibi daremnec tu a quoq̃ accipere potuiſſes. Nam de tuis ge
ſtis quāq̃ magna ſunt poſt te qui erunt ſuperſtites iudicabunt. Viuenti raro gloria ſine
adulatione aut inuidia contingit:morienti neq; inuidet unq̃:nec oculi aſſentantium un
guibus effodiuntur. Tu modo initere ut facis parentis tui ueſtigiis:non deerunt qui effu
gere tecum caducam mortalitatē conabuntur. Quod ego mihi cum parente tuo ſpero fe
ciſſe:ut pari curſu ille geſtorum : ſcriptorum ipſe contendiſſe ad īmortalitatis ſpē uidea
mur. Qua in re quum non nihil mihi fortaſſe debeas : plus tamen Petroianni noſtro tui
nominis ac generis amantiſſimo debebis. Ille me ut hoc ſcribendi munus ſuſciperē hor
tatus eſt:ille cuncta ut explorata nobis compertaq; forent indagauit. Iacentēq; parētem
tuum & iam multos exemptum annos:ſuis una mecum manibus excitauit. Tu uero hāc
epiſtolam ſimul cum opere tranſcribendam nemini dabis:ne quod ipſi non fecimus ni
mis amice ſcripſiſſe hiſtoriam uideamur. Vale.

Campanus Oddoni ſuo.S

Ateor hoiem me eſſe fortunatū:qui quū ineptiolas meas ad charissimum
ducem Carolū Fortebraciū deſtino iudicem te habiturus ſum:cuius iudi
f cio reprehendi res meas q̃ alio℞ laudari malim. Spero te id īprimis cogi
taturum:non oēs ſenecas eſſe poſſe.& ſi quid eſt in me uel artis uel īgenii:
te tanq̃ Roſium e ſūmo theatro primā hanc meam actiunculā : ſpectaturū
puerillem illam quidem. ſed hoc magis nenia dignam iudicandam:quia puerilem : qua
in re quanto potui ſtudio conatus ſum ſic ſeruare hiſtoriæ dignitatem. ut magnitudinē
geſtarum re℞ orationis amplitudinem accōmodarem. Et quæ magnificentius geſta fo
rent:ea & grauius & illuſtrius explicarentur:cætera preſſius iacerent. Oratiōes ēt plenas
ſpiculis non illis oratoriis atq; forenſibus. ſed quibꝰ hiſtoria tanq̃ in acie cōmunis uti cō
ſueuit. Sed quid hæc tecum:ʼuide : corrige:emenda.& Campani tui ſic tuere dignitatem
ut e tuis manibus & laudatus & emendatus exeam. Vale.

Campanus Luceñ. ſuo.S.

Vt tardior q̃ eram pollicitus redierim quibus etiam tempeſtatibus agita
c tus fuerim plenius audies quum erimus una:mare mihi moleſtum fuit:ter
ræ iocundiſſimæ:ne putes aut Cæſarem quum e Gallia rediret:aut Genti
lem noſtrum tunc cum per urbes ductabat exercitum magnificentius a
quoq̃ exceptos eſſe q̃ ego ſum a Sigiſmundo Malateſta pricipum omni
um quos uiderim:quos audier:m:quos legerim liberaliſſimo. De his etiam coram:hoc
adiecerim:non magis Ciceronem Italiæ humeris reportatum Romam q̃ me aliena cru
mena toto hoc terreſtri itinere ſubſtentatum. Vidiſſes utinam Campanum tuum iner
mem illum quidem. ſed armatorum militum caterua ſtipatum:per Appenini iuga ince
dere.& ſeſe tuto graſſatorum inſidiis obuium dare:ſed hæc etiam coram. Tum qua læti
tia Peruſiæ acceptus fuerim:hoc quoq; coram:tu modo ſi coram audire hæc omnia uo
les:fac te lætum:fac dominum non iratum inueniam:nihil erit coram:ſi ruga certaueris :
noſti probe q̃ ſim eritio perſimilis. Blandiēti lenem me compoſitūq; præbeo:iratis & in
clamantibus criſtoſus:ſpiculoſuſq; occurro:ſic urſi quibus ego non minus ſum hirſutus
facere conſueuerunt:proinde iam nunc para mihi feſtiuiſſimam frontem qualis Campa
num tuum deceat hominum qui uiuant omnium feſtiuiſſimū:hic tabellarius quia terra
proficiſcitur facile me ante uertit:ipſe nauali itinere primū Ferrariam ad meū librum reci
piendum:mox Mantuam ad te contendā:intumuere nates.& equo defeſſus:ad undas cō
fugio:tunio eſt durior an uomitus:ʼfuit hæc mihi ꝓfectio multis quidem de cauſis q̃ gra
tiſſima:hoc tamen multo gratior:q; me totum quaſi ad ſpeculum circūſpexi:exptus quā
ti me homines facerent ad quos nominis mei uel notitia uel fama peruenerit:cur hæc m
quis ad me ut tu quoq; in me excipiendo fias conſideratior : homines enim exemplo ut
boues fune. ut tractu formicæ trahuntur:permagni refert qua me opinione eſſe āpud cæ
teros putes:ſi mihi credas homo ſum:quantouis honore:quantauis auctoritate digniſſi
mus:ſi non credas tua pertinatia non meo teſtimonio laborabis. Vale.

IOANNIS ANTHONII CAMPANI EPISCOPI INTERAMNIEN. APRVTINI EPISTOLARVM LIBER TERTIVS.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

s

Cio te plurimum admirationis ex mea temeritate ſuſceptururm, qui cum nullo unq̃ tecum officio deuinctus fuerim,& uiderim te nunq̃,auſus ſim tamen rem a te grauem & perdifficilem po-ſtulare ſed ego aliam rationem putaui:ſi quidem hominem te eſſe ſcio atq; eum homiem qui nihil a te humanitatis exiſtimes alienum.Tum eſt nobis mortalibus natura iſitum ut quos nũq̃ uidimus:ipſa tamen impulſi humanitate diligamus:quæ res ut ad te ſcriberem utq; meme ipſum cõmendarem effecit:eodem accedit præſtanniſſima uirtus tua:cuius tam incredibilis fama p crebuit ut ſummã in te ampliſſimãq; ſpem iure mihi uidear collocaſſe:pauci enim mortalium ſunt:qui in ſummo ipſi ſtatu & fortuna conſtituti cæteros præſertim inopes atq; imbecilles fouere:excitare:& in rebus difficillimis opem ferre ſoleant.Ex quo genere hominum ſi qui ſortaſſe reperiantur hi non cum hominibus conferendi ſunt . ſed cum diis potius imortalibus compatandi:quorũ illud eſt proprium & ſempiternum omni generi animantium præſtare & conferre beneficia:quo fit ut ad eos uel deos uel homines in noſtris neceſſitudinibus confugiamus:quos maxime ſciamus eẽ beneficos.Ego uero cũ tuam ingentem beneficentiam:ſingularẽq; liberalitatem intellexerim:ad te tanq̃ ad deũ aliquem præſentem & beneficum confugiendum putaui.Q uod autem te mea cauſa facere uelim paucis aperiam.Ego ab ineunte ætate mea quæ iam ſeptimum & uigeſimum attingit annum:in his liberalium artium ſtudiis uerſatus ſum:in hiſq; omne meum tempus ſtudiumq; conſumpſi:quibus in rebus ſi parum profecerim:natura mihi fortaſſe defuit:uigilantia certe non defuit:finem porro ſtudiorum meorum eum mihi propoſui ut ſi quid unq̃ conſecutus facultatis forem:aliquam eccleſiaſticum principẽ me conferrem: uitamq; illi meam omnem deuouerem:nunc quum creati ſint Cardinales tres:nactus mihi uideor occaſionem propoſiti perficiendi:quod tamen fieri poſſe ſine tua interceſſione non arbitror.Tu uelim apud aliquem eorũ:tuis me manibus colloces:& ſi fieri poſſit apd iuniorem Pontificis nepotem:nam & ætas eſt ut facile ad beniuolentiam flecti augeriq; poſſit:& eſt meus erga illum animus:neſcio quo pacto propenſior:non dubito bonam te operam nauaturum locumq; mihi q̃ aptiſſimum & cõmmodiſſimum & inuentione tua dignum inuenturum:ꝙ ſi me hoc imortali afficies beneficio:primũ officio fungeris tuo qui bonis omnibus benefacere conſueuiſti:deinde me niſi ſim ingratiſſimus tuum efficies:nihil homini glorioſius eſſe poteſt q̃ qui humiles abiectiq; ſint ſubleuare atq; ornare: eoſq; non adulatione fortunæ .ſed proprio beneficio ſuos facere.

Campanus Ioannis Baptiſtæ Criſpolto.S.

p

Lane intelligis q̃ parum me ames:ad quem tam raro ſcribis:ꝙ dii te : ſed taceo:nolo enim melli meo male dicere:neſcis ut uideo q̃ alte mihi inſideas animo:non dubito ꝙ reſpondeas eſſe occupatum:non dari occaſionẽ: deeſſe tabellario:friuola hæc omnia & plus q̃ trita:aliis te rationibus excuſes oportet:ſin quo modo?ſi quotiens potueris non ſcripſeris:totiẽs quũ non poſſis ſcribas fieri hoc inquis non poteſt:at illud fieri non debuit:uides ut facile cadis in plagas:expecta litẽm cum redieto:para tibi ſingraphum excuſatorium:qui ſi cauſa excides pugnis te totũ exoſſabo.Ventura nondum redit.Luſtrabit orbem uno orbis extremo angulo.& tamen cum redierit quæ hominis eſt uanitas noua lingua non noua ueſte.Barbatus ex occulto ſe nobis oſtendet:fortaſſe unde hoc ſciam quæris:nihil habeo compertum niſi quia ſcio omnia illi placent quæ ſordeant nobis: excucior deſiderio uidendi hominis:non tamen magis q̃ tui amplectendi:Amo familiam tuam quanta eſt totam:nec ita ut ſit paulo familiarius amo.nam & multa extant ueſtra in me beneficia . & ego quia par pari referre non potui:animo fui ſemper ega uos propenſiſſimo : ingratus igitur dicendus ego minime?ſatis enim refert:qui etſi non refert quia non poteſt : cupit tamen referre ſi poſſit.Sed cupis fortaſſe ſcire quid ego:equidem uiuam:uiuam an mortuus ſim neſcio tot albentes equi phaleratæ mulæ: tot & tam longæ togarum caudæ : tot deniq; præter curſitantes:præterq; uolitantes ſacerdotes:me mihi eripiunt ut quid uideam aut ubi ſim neſciam. Vale.

Campanus Carolo Fortebracio.S.

n

On mediocri ſum affectus lætitia:qui uiderim eum te eſſe qui fueras:nec amorem in me tuum aliqua ex parte imminutum:quod plæriſq; uſu ſolet euenire ut præſentia duntaxat amicorum incaleſcant: frigeant abſentia. Ego uero mi Carole ſic uelim tibi habeas perſuaſum:neq; uinci me a quoq̃ beniuolentia poſſe:neq; eos qui ſe mihi cõmiſerunt nulla unq̃ tempeſtate deſerturum:maxime te cuius animum multis uariiſq; periculis ſum expertus:& quaſi ad ſpeculum introſpexi totum. Vtinam eo in ſtatu aliquando futuri ſimus ut intellgere poſſis,ſemper te mihi ſupra q̃ litteris demonſtrari queat fuiſſe gratiſſimum altiſſimeq; in ſediſſe animo. Nunc quod reliquum eſt te magnopere hortor oroq; in ciuilibus ſtudiis ardentiſſime incumbas.ut dignus poſſis euadere:cuius curam & ego geram & optimus quiſq; ſuſcipiat.quod noſtri erit officii cum primum ætatis ac diſciplinæ ratio patieẽ dignum te ac familia locum perquiremus:interea ſcribe ad me q̃ ſæpiſſime:facies rem ut tibi non inutilem ita mihi iocundiſſimam:nam tu exercendo igenium excoles & ipſe nõ exiguam tanquã ex ſæmente mea capiam uoluptatem.

Campanus Sigiſmundo principi Arimineñ.S.

m

Agna fuit de rebus Italiæ concertatio cum magna pars eorum qui pacẽ q̃ bellum malunt:impetum externarum gentium:irruptionem in Italiam moleſtiſſime,ferre uidentur:reliqui erant quorum uoluntas a tuis reb⁹ abhorreret:hi cauſam quidem omnem huius belli in te reiiciebant:uerũ idignum eſſe confitebantur te qui ſemper a Barbaris Italiã defendiſſes a Barbarica gente oppreſſum ab Italicis omnibus eſſe deſtitutum: ſic partim nepharium hoc eſſe bellum:partim iuſtis de cauſis ſuſceptum ut cuiuſq; erat ſtudium contendebant omnes:tamen in hoc conueniebant ut ingratam cũ reliquam Italiam tum maxime Hetruriam iudicarent quã tu capitis periculis defendens totiens ab hoſtium manibus eripuiſſes Nec defuere qui abſentis dignitatem de cauſa belli acerrime tuerentur:horũ princeps fuit Vrſatius quem noſti:aut ſi non noſſes cognoſcendus tibi uel hoc uno beneficio uideẽ etiam ꝙ in tanto coetu non hominum ſolum.ſed diuerſarum nationum & gentiũ te defendit:rarum exemplũ charitatis quem nulla in re iuueras:nihil unquã contuleris ornamenti:eum ſe tibi in tanta præſertim acerbitate rerum præſtitiſſe defenſorẽ quod eo mirabilius uideri potuerit:cũ nihil tam leue nihil tam inconſtans ſit & mutabile q̃ aĩ mortalium in uarietate fortunæ. Feruntur.n.plærũq; non quo curſus honeſtatis & officii inuitet.ſed quo ſecundo flatu uentorum:tempeſtatũq; rapiuntur:ſic non diligimus qui ſunt diligendi.ſed quorum ſtatus paulo firmior uideatur:uariat fortuna mores cũ contra potius mores fortunam deberent:unde ergo quantum Vrſatio debeas ne in tantis quidem bellorum procellis partes tuas quas fortaſſe nuuquã ſuſceperit deſerenti eius oratio tota fuit contentioſa ut non uerba modo defenſioni tuæ.ſed quod ardentius fuit ẽt animum atq; ſpiritum accõmodaret:nec ueritus eſt grauiſſimam regis offenſionem ſubire cum & illum Barbarum quotiens in eius mentionem incideretur appellaret:& tyrãnidem obiicere quidem non illam cruentam.ſed quæ eſt in depopulatione pecuniarum minus acerbam fortaſſe.ſed hoc turpiorem quoniam non inimicis:non metu inſidiarum. ſed quæ turpiſſima eſt regibus:auaricia inducitur ad iniuriam inferendam.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

f

Ortunæ ego acerbitatem an tu importunam meam tẽperitatẽ accuſes illa me quaſi in angulo deprehẽdit ut pedem referre non poſſim:& ego tibi moleſtior ſum q̃ occupationes tuæ,uel mei ratio patiaẽ:Ego hodie conſcendam nauiculum:ideſt primũ Ariminũ mari:mox deinde Peruſiam ꝓfecturus:quid autem facturus ex Giliforte utriuſq; noſtrũ amantiſſimo poteris intelligere cũ eo priuſquã Mantua diſcederẽ rem oẽm cõmunicaui:nõ te latet quãta ſit pendentis animi expectatio:cuperem ſi quid in rem meam egeris:eius me ut faceres:tuis aut uerbis aut ſi fieri poſſit & litteris certiorem:non dubito quin tota expanderis uela ſi modo occaſio non defuerit ad me Pontifici cõmendandũ:ſed eam occaſionẽ nactus ſis:nec ne ideſt quod ſcire uehementer cupio:erunt mihi tuæ litteræ acre incitamentum:non ſolum ad maturandum reditum.ſed ẽt ad ſpem atq; aium confirmandũ:tu ſi deficias actũ de me eſt:nã cæteri uel non poſſunt auxilium ferre:uel ſi poſſunt quid ſit in me dignum auxilio non cognoſcunt:ſic fit ut partim iuditio carent:partim quod animo ſentiunt:re tamen illud præſtare non poſſint:utrunq; tibi tua uirtus dedit ut iudicare de me q̃ acriſſime.& opere iudicium confirmare q̃ ampliſſime queas.

Campanus Sigiſmundo principi.S.

q Væ prima data eſt occaſio ſcribẽdi non putaui cũmittendũ: ut quẽ mihi forte amicũ paraſſem:eũ parũ officio non cõſeruarẽ. Nam & tu hoc abeunti mihi munus iniunxeras.ut ad te q̃ ſæpiſſime ſcriberẽ.& ego id imprimis exiſtimo ad ueră amiciciă ptinere:ut fallamus abſẽtiam & quid agamus:ubi gentiũ ſimus: quia pñtia non daẽ qđ ꝓximũ eſt lr̃is itelligamus qui etſi nihil habui qđ eẽt ad te eum dignitate ſcribendum:malui tñ reꝝ exiguitatem: q̃ meũ erga te officiũ accuſares:quãquã pſcribere poſſim tibi quantum ex hac infeſtiſſima mea peregrinatione capiam moleſtiæ:cũ qđ graue eſt hoĩ ocioſo:& apte ſtudiũ profitenti ſupuacuis laboribus ætatẽ tererẽ:tũ partim q̃ iter noſtrũ fatigatione ipſa graue atq; inquietum ẽ:ptim q̃ p ea loca diſcurriẽ:quib' nihil amœnũ aut delectabile:nihil urbanũ. ſed oĩa dura:aſpera:inculta.ut ſolent quæ a ruſticitate coluntẽ:duꝶ hoc quidẽ quo ſi accedant hoĩs urbani delitiæ nihil pôt eẽ durius. Itaq; ſæpe me ipſum accuſo:nec ſolum hæc mea euenire culpa intelligo.ſed multa ꝓpoſita maiora atq; acerbiora cognoſco ſi in hoc opinionis pſiſtam:intermiſſa ſtudia oĩ mihi cibo.potu.ſomno chariora. deſtituti libelli alteri comites mei quoꝶ cõgreſſus oẽ uoluptatis genus facile anteibat: ſermones ſemp antea pulcherrimis honeſtiſſimiſq; in rebus uerſati iam neſcio quibus nouis adulandi captationibus accõmodanẽ nec mirere cũ dico accõmodanẽ.nã mihi quoq; par rõ eſt blãdiendi quæ cæteris:niſi q̃ illi magis naturã principis calluerũt:ut qui diutius hoc curriculo uerſati:oẽm in partẽ rotam nec ſemel inuerterũt. Igiẽ quo in ſtatu ſim uides:tollerabili fortaſſe:niſi meliore fuiſſem cũ uiuebam mihi:cũ nemini niſi meis auribus blandiebar:habet hoc magnæ fœlicitatis recordatio.ut duriora pñtia efficiat ẽt quæ ſũt mediocria. ſed hæc una eſt querela & quæ ut mihi parũ uoluptatis afferat:ita tibi & doloris & moleſtiæ multũ.neq;.n.dubito quæ mihi acerba ſint ea tibi eẽ nõ poſſe.& qui amicicia uinciũtur:iam tũc incipiunt non ſuis ſolũ laboribus angi cũ uinciuntur:tu ſi q̃ñ ſcribes: ſcribes aũt ſæpe:abrade hanc totam a me moleſtiam:præſtabunt hoc mihi tuæ litteræ. ut eſſe interdũ cũ meis & loqui cũ amicis uideat.nam hoc ipe his pſertim in locis ita ſolus ſum ut quẽ alloqui eleganter poſſim habeam neminẽ. Nam de amore quidẽ nulla ẽ dubitatio:plus mihi apud imperitũ gregẽ inuidiæ eſſe q̃ gratiæ:noſti ꝓbẽ hæc curiarum maria:quibus odioꝶ ꝓcellis agitenẽ:& ſi nihil ad hũc diẽ aduerſus me tempeſtatis hui' inhorruit:quicquid erit quod in noſtra eſt poteſtate magno nauigabimus aĩo: & uẽtos iſtos [illegible] quacũq; ſe offerant contemnemus. Vale.

Campanus Marino.S.

a Mitam tuam honeſtiſſimi nois fœiam eo diligẽtius defendi:quod propinqtatẽ tuam:quæ ualere apud me plurimũ debet ꝓbitatis fama cõmẽdat:utrũq; enĩ officioſum putaui.& quia tuam & quia honeſtam defenderẽ:qui ſi in tanto innocẽtis atq; imbecillæ fœiæ defuiſſem diſcrimie:nec amici boni nec patroni uiri officiũ pſtitiſſem:quoꝶ alterũ tibi dandũ erat:alterũ mihi tribuẽdũ. Defendi enĩ amitam tuam quod ad te ptinuit:defendi mulierẽ ꝓbam ad officiũ meum. Vale.

Campanus Ardicio ſuo.S.

n Ec his quidẽ in locis poſſum te carere:uerſaris ante oculos ſemp:nõ hos oculos quibus exteriora & rerũ cortices aſpicimus:ſed hos quibus rimamur intima.& in altiſſimos morũ receſſus penetramus: occurris mihi ea humanitate ea fronte qua ſoles quũ ſumus una:ſermones illi tui honeſtiſſimis de reb' haberi ſoliti nõ paruã afferũt abſenti ẽt uoluptatẽ. Addit calcaria currenti Gentiles noſter uir oĩum quos uiderim amiciciæ tenaciſſimus:amat te:amat me.& cũ æqualiter utrũq;: utrũq; tñ uideẽ ardentius.ut cũ paria laudaẽ utrum ſuſceperis defendendũ id alteri anteponas:non dici pôt quã cupiamus te conuenire. Augẽt porro deſideriũ noſtrũ loca hæc quibus miſeri erramus inculta & agreſtia:tantũq; a noſtris moribus q̃ a tuis ſtudiis aliena. Ergo para totum fruendũ nobis cũ ueniemus.& ſi qui amicorũ alii te uolent tanquã Plautina illa Phylemũ ſcribas in foribus occupatũ:nos iter maturabimus ut quoq; habere poſſis qui tibi non uulgari & trita ſed rara & ſingulari amicicia iunguntur. Vale.

Campanus Philo ſuo.S.

p Vta ſne me hoĩem eſſe uerboſum & nugacẽ ut quod tibi eram pollicitus id non ſtatim abſoluerẽ:uide q̃ longe falleris opinione:mitto uerſus multo plures q̃ quod poſtulaueras. Nã hoc quoq; ad beniuolentiã tantã ptinere ſum ratus.ut expectationẽ res ipſa ſuparet:ſi placẽt illi quidẽ bñ ẽ: ſũctι ſumus officio noſtro:ſin minus uidebũẽ & ad famã & ad mores accõmo

dati:ea

dati:ea tota ueſtra eſt culpa:qui feciſtis ut in obſcuro depixerim. effingere enim quæ nõ uideris. aut laudare quæ non cognoueris. tam eſt periculoſum q̃ incertum:accedunt eo dem ſpicula quædam amatoria quibus nõ ſolum ad laudãdum. ſed etiam ad amãdum excitamur. & certe ita ſumus mortales natura comparati. ut aliter amore. aliter iudicio laudemus creſcunt ibi laudes:hic ſatis eſt ſi non prætereantur:quãquam uidere potes:in cauſa noſtra plane utrunq; nobis & amorem quia non nouerim & quia non uiderim iu dicium defuiſſe:utcunq; tamen eſt morem uo luntati tuæ gerere q̃ officio noſtro conſu lere maluimus:neq; enim officii eſt de re incognita ſine omni cunctatione iudicare. ſe d facile patiar cuiuſuis rei crimen ſubire dum amiciciæ ſatiſfecerim:ut quantum in altero accuſari poſſem:tantum debeam in altero commendari. Vale.

Campanus. P. Brutio. S.

e X litteris Cuſini noſtri accepi q̃ moleſte feras q; in tanta frequentia epiſtolarũ nil ad te ſcripſerim:damnabis quantumlibet negligẽtiam meam:ego charita tem in me tuam ſic amplector. & plane itelligam eẽ te ſtudioſiſſimũ mei:cui' litteras tantope deſideras. Neq;.n. uulgaris amoris iudiciũ eſt. ſed rariſſimæ beniuolentiæ exemplũ quẽ pñtem intueri non poſſis:eius abſentis litteras tanto cũ ſtu dio poſtulare. Habeo itaq; tibi gratias ingẽtes. ſed illud demiror cur ne tu quidẽ aliquid ad me ſcribere uolueris:niſi prouocatus:ſic fit ut in negligentiæ crimine cenſendo ipſe prope negligentior habeare:accuſes me:nihil ad te:quaſi tu ad me multum dederis litte rarum niſi ea eſt ratio accuſationis tuæ:ut prior controuerſiam occupes:utcunq; res ſit ſic meũ in te ſtudium & beniuolentiam confirmaſti ut cupiditate tui accenſus:idem a te pe tam:quod ipſe a me:ẽt ad conuitium poſtulaueris. Scribe igitur quæ prima erit occaſio ad Campanum:de quo ſic tibi perſuaſum uelim. ut cum fortunis ingenio:doctrina uin catur a multis:charitate & doctrina & obſeruantia in amicos a nemine ſuperetur. Vale.

Campanus. P. Canonico. S.

a Liquãdiu mecum dubitaui ſcriberẽ ad te prior & quaſi hoc ipſum munus atq; officiũ occuparẽ:an tuas ut fortaſſe par ſuit litteras expectarẽ:omnẽ tamen hanc dubitationẽ excuſſit beniuolẽtia in te mea:quæ ſic ad cumu lũ peruenit:ut niſi maioribus iactis fundamẽtis augeri nõ poſſit:porro ut ſpero fundamẽta in dies firmiora:maiora iaciẽt. Nam hoc ætatis præſti tiſti oĩa:quæ præſtari ab adoleſcentia aut poſſent aut deberent:quæ ut te quantum aliũ neminem amarem:effecerunt. ſed expectantur ẽt maiora quæ nõ diligentia tua quæ ſũ ma eſt. ſed tẽps afferet. ut.n. plancta que quãquam oĩ ſui pte cõſtans atq; exurgens ad fru ctuoſam illam magnitudinẽ & quaſi maturitatẽ non puenit:tñ laudanda ẽ quia ꝓmittit Sic uirtus tua:quãquã eſt ꝑcipua ut ætatẽ antecedat. & ſi laudat a me neſcio quid maius mihi tacita pollicet:nec deſpero fore ut quantũ illa tantũ meus erga te amor & beniuo lẽtia creſcat:quæ non ſolũ ut nunc prior ſcriberẽ. ſed ut maiorẽ in te ſpem collocarẽ effe cit. Tu modo ne me fallas oro. & ſi ſcio ſi ab hoc quo cœpeſti curriculo non deflectas:fal li me nullo modo poſſe. Cauendum ĩprimis a uoluptatis illecebris:nec tñ oĩ tibi putes ĩ terdici uoluptate. ſed ea dũtaxat quæ ad molliciẽ aĩ & libidinum gurgitẽ deuexa aut in ocio aut in turpi ſemp negocio tota deuoluit. eſt tibi ab ea mi. P. longe magis q̃ ab ho ſte fugiendũ:hoſtiũ.n. inſidiæ raræ ſunt:multiſq; artibus euitant. huius aũt inſidiæ & q̃ una uia defugiunt ſi rõ tibi honeſtatis non libidinis ĩpetus moderet. ſtudia litterarũ nõ exiguum hñt uirium ad reſiſtendũ ſi modo non primo ĩpetu expugnent. His tu armis uelim te munias:habes ingenium præclarum:doctiſſimum præceptorem:patriã ſtudio rum altricem. & quaſi parentem quibus ſi non deſpicias tanq̃ ſpeculo ad uirtutem cõpo ni poſſis:non dubito facturum oĩa diligenter ut cũ cæteris oĩbus qui te amant:tũ uel im primis nobis qui ab illis amore non uincimur ſatiſfacias. Vale.

Campanus Lucio equiti. S.

e Vm ſermonem de regẽdo magiſtratu quem habuimus Senis quia ita poſtu las nunc dẽmum in epiſtolæ anguſtias reductum ad te mittimus:quod munus in hunc diem diſtulimus:non obliti poſtulationis tuæ. ſed impeditiorib' ne gociis occupati:quibus tandem per diſceſſum pontificis magna ex parte libe rati:uno labore & deſiderio tuo & officio noſtro ſatiſfecimus:fateri poſſumus integrum libellũ:hac ipſa de re ꝓximis diebus cõfeciſſe quãtũ potuimus tẽpis atq; ocii ſuffurati:quẽ quia nõdũ ſatis ad limã emẽdauimus. & officinæ atq; incudi reddendũ putam':nõ mit timus ipm quidẽ. ſed eius quaſi florum cacumina decepſimus:qbus & ipſe capere uolup tatẽ poſſis:ẽt utilitatem:& nos in totũ defeciſſe nõ uideamur:quũ in partẽ ſuffecerimus

Tria dicebamus ſeruare diligenter oportere:cum qui præſit magiſtratui : primum colere īmortalem deum.& religionem tueri:ex quibus rebus naſcitur opinio boni uiri:quæ ad populi motus uel ſedando uel concitandos īprimis eſt neceſſaria.deinde ut iudicia reddantur nullis animi ꝑturbatiōibus corrupta.ut odio.ut amore.& eiuſmodi uariis animorum impulſionibus.Iiſq; admittantur conſilia bonorum ciuium:quorum ſit uita laudata:prudentia autem probata & cognita.Tertium ut exiſtimet is cui munus hoc gerendum ſit nihil ad ſuam utilitatem referendum eſſe.ſed omnia ad publicum Ciuilis multitudinis cōmodum eſſe ſtatuenda.ut non tam crumena locupletata q̄ gratia Ciuium. & ſingulorum hominum quoad fieri poteſt bona de te opinio reportetur . Hæc ſunt uelut capita & fontes unde membra quædam.& riuuli exoriuntur:a religione naſcitur pietas ī deos.patriam.parentes etiam extinctos.Naſcitur,charitas in cæterarum multitudinem . & miſericordia in afflictos & calamitoſos. A iudiciis autem æquitas pendet :uel æquitate iuſticia:unde oritur obſeruantia legum & cōmunis iuris.ut pacta.ut conſuetudines.ut quæ ſunt eius generis iudicata ſeruentur.Q ua in re deerrari uix pōt ſi conſultatiōes bonoꝝ ciuium adhibeantur:quoꝝ aſſenſio in hoc ualet plurimū :quoniā ut extollere cum ſumma laude cupient:ita īprobari non poterunt:quæ ipſi tecum una peregerunt. Ex ultimo præcepto cōis utilitas naſcit̄:ſolidat̄ uera laus reipublicæ diligenter adminiſtratæ: naſcunt̄ gradus quidā ad altiores honores obeūdos:ut uſu euenire ſolet:qui parua elegāter moderateq; geſſerit:eū dignū uideri ampliori dignitate.Habes libellū totū:ita īquis libellū.Ita totū ut in equo Troiano duces achiuos oēs:ut in īuolucro & ꝑ feneſtras ſuppellectilem.Vnde ſūma rerū nō res ipſæ aſpiciunt̄:ubi libellū euolueris patebūt hæc oīa tanto latius:quanto milites cum Notariis ꝓdeunt in aciem fuſius ornatuſq; gradiuntur patebunt exempla & ueſtimenta earum rerum quæ hic anguſte & unde explicant̄:tu aūt ex re modica multa & magna deprehendes ut cogitantes ſolent. Vale.

Campanus Coſmo Medice S.

E unum quidem obolum uincere tecum poſſum:ſcribo caput duriſſimū:
m non places:ſcribo molliſſimum diſplicet :ſcribo tenerrimum & ſucoſiſſimum:accuſas:ſcribo ferreum & ſaxeum:intendis litem nihil utar amplius tecum epitetis:ſaxum dicam non ſaxeum.ferrum non ferreū.aut ſi ne hoc quidem arrideat:alia tentabimus uia:dicam mel:dicā fauū:dicā fabā molliculam & cucurbitum inflatam:dicā quicquid igni molliri aut aqua poſſit:ſin ēt in delitiis perſtes dicam ocellum:corculū:labellum:cerebellum meum:aut ſi ita uis oſculum:& lactucellā.Fac modo ſciā quo genere plurimum delecteris:neq; tuæ deero uanitati:neq; ſtulticiæ meæ:undiq; occurrent quibus iſtā ꝑuicacem ꝑtinaciā mulſo melleq; demulceā Sed mitto iocos:quid agunt nr̄i oēs:de tuis dico:nā hi maxime noſtri ſunt qui ſunt tui: quid Gratianus:quæ eſt ualitudo?quid Gaſpar defriguit ne?an adhuc eodem quo prius excandeſcit incendio?quid cæteri oēs?utinam ſic ualeant ut cupio & ipſi de me meriti: uiri ſunt oīum quos uiderim humaniſſimi.& quos ego quātū amem atq; obſeruem tacitus ſentio:explicare non poſſum.Scribo ad Brutium tuū ut cū tibi tum illi ut debeo ſatiſfaciā:uide q̄ ad unguem ſtudeā tibi morem gerere.Ariminenſes fratres ſi fatent̄ ſe mihi plurimū debere nō decipiuntur illi quidem:nā eos Sigiſmūdo principi ſūma cū diligentia abeūti etiam hinc cōmendaui.Sed expectent alia maiora quippe ad paucos dies ſi ꝑ maris tempeſtatem licebit Ariminū ꝓficiſcar:quid illic negocii inquies?nihil ſane niſi ut ei principi obtemperarem:uoluit hanc ſibi fidem ut cum Peruſiam ꝓfecturus eſſem quia terra non facile poſſem:mari ad eum diuerterem:quod ut cōmodius facere poſſem equos.famulos.pecuniam eſt pollicitus.ut inde recta Peruſiam comitatus : honoratuſq; contendam Vide principem noſtri temporis rariſſimum & liberalitatem atriis regū incognitam:tu ſi uidere me cupies.nam alloqui non poteris:ueni primum ad litus: deinde me longo interuallo perſpicies nauigantem:& ſurdum præter oculos euntem ſalutabis: erit ſignum in canna fornica pendula. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Itteris tuis facile perſpexi:qua die me in tuum accepiſti:quantū mihi for-
l tuna promiſerit:uideo firmiſſima reliquæ uitæ iacta eſſe fundamenta:ſic equidem ſtatui pandere uela uentis & tuum imperium:tuum conſilium: deniq; tuos pedes:tua ueſtigia ſectari:quem ego primum habui adiutorē: primū quaſi ianitorē ad curiam ingrediendam:ideſt ad ætatē meā omnē ſtatuendam.Veniam igitur ut iubes & mare latiſſimū tuis auſpiciis ductuq; ſubito : meū tantum erit ut ueniam:reliqua in te uno ſita erunt omnia. Vale.

Campanus

Campanus Stephano ſuo.S.

Vm Anthonio Volaterano quem mihi cōmendas haud ita multo uetu-
c ſtior tibi familiaritas eſt q̄ mihi. Eum annum iam hinc ſeptimum amare
cœpi: cum aliis de cauſis honeſtiſſimis tum uero mihi imprimis ꝙ me in
Hetruriam ueſtram per media hoſtium tæla fugientem & peregrinum &
incognitum libera fronte complexus eſt. ut niſi eius negociis adſim indi-
gnus ſum: quem nunquā alias hoies complectantur. Vale.

Campanus Car. Papieñ. S.

In quantū te expectemus in balneis: quātū qui in balneis ſitiunt: expectāt
s uinū: erimus una: quantū urbanitatis & ioci: ꝙ ſi non una prope: tū quan-
tū imutationū greſſuū nos Auinione tu haud procul inde: aut ibi: fortaſ-
ſe ſi ibi: nudū te nudus exoſſabo: iā nunc te iuito: ſcio ad quid: ad pugnos
in balneis: quantū mihi curaꝝ obuerſat animo: quantū prandiorū. Vide-
bis ueterē conuiuā tuū q̄ nunq̄ ante detentatū & edacē: reliquū eſt ut uenias q̄ primum.
Fabiano meo incredibili lætitiæ fuit quū dixit te uenturū: crede mihi nunq̄ iocundiores
hauſiſti dies: q̄ quos nobiſcū exiges. Ita ī quis? ita ſed caue triſtis & rugoſus accedas. Ego
eni quod tuū eſt te polliceor tibi. ut ſi qualē præſtare te ſoles uenias: adiiciemus non ni-
hil nos ēt uoluptatis: ipſe īprimis q tuo aſpectu urbaniſſimus fieri ſoleo: alias aſper & te-
ricus: qualē metuāt qui minus poſſint cōtēnant qui plus: qui æque aſpernent & rideant
habemus medicū o ium quos uita tua uideris facetiſſimū: uetuſtiſſimū: edaciſſimū: & qui
ficedulis & obeſo turdo īterdicat egrotis: arripiat ſibi. habebis Fabianū noſtrū cū qui te-
cū de præſtātia cōtendebat: uide quo tua te fortuna ſuſtulerit: quē habeas parē in curſu
honoꝝ: cū longo poſt interuallo reliquiſti: amat te ut ego. nihil. n. dici pōt arctius obſer
uat ut alius nemo. Rettulit mihi Blaſius nrē ſarius tuus: queri te ꝙ raro ſcribā: uera tu qui
dē ſed iniuſta quæreris. tua eni fit culpa: qui uel unis lr̄is crumenā tibi extorqueri paſſus
ſis: qui auiculæ ad primū ſibilū eſcā porrigit. & eſcam & auiculā pdit: uentre uacuo accur
rit accipiter ſaturo obaudit: ego quia crumenam quā uolui primis lr̄is impetraui nūc qa
quod ipetrare cupiā non habeo: nō ſcribo: ſi lr̄as uoles expecta famē. Chriſtoforū fac du-
cas tecū ad balnea ut cruta coæquent: idem ut utroq; fiat claudus qui unū habet intortū.
Cōmenda me oi generi hoium qui te amant: cæteros dii perdant. Vale.

Campanus eidem Cardinali. S.

Vm a te iſtinc diſcederē ultimū illud fuit uerbū: ſtatuiſſe te aliqd magnū
c in rē meā conari q̄ uocē ſic accepi: ut nihil unq̄ in oi uita iocundius & ma
gna ſpe plenius uidear accepiſſe. Q uū quod exiſtimaui non temere id te
mihi eē pollicitū: tam qm̄ aditū quendā habiturus mihi uidebar ad mea
iura dēpoſcēda: quippe maiorū principū ꝓmiſſa ꝓ oraculis habenda ſunt.
Itaq; eos conatus uehemēter expecto: qui ut fortunati ſint faxit deus: tu modo conare ali
quid: non dubito fœlicia conaturū. ut eſt diligentia ſæpe cū fortuna coniuncta. Vale.

Campanus Gentili ſuo. S.

Entiles requires tu fortaſſe ſtudium meū ut qui parū fructus officio uide-
g at nihil ſcribens: dabis ueniam errori quū intellexeris negligētiæ cauſam
eā mihi fuiſſe quæ multis. Primū maris aliquādiu tēpeſtate agitati. ut īge
nue fateamur exciderās. neq;. n facile recordari amicorū poteramus cum
noſtris præſertim tantis & tam certis uitæ periculis iactaremur mediis in
fluctibus: uenti nobis ueluti cōi hoſti undiq; bellū intulerunt. nam ipſi quoq; inter ſe ad
nauim obruendam uario occurſu decertabant. Aquilo maxime nobis infeſtus & maio-
res ciebat undas & uelū tumēti flatu antennaq; ſtringebant. Imperitis nauigandi maxīe
terrori fuit undarū magnitudo: quippe nūc in cœlū tota mole conſurgere: nunc ad infe-
ros præcipiti lapſu recedere uidebamur: ſic aut pendebamus maris dorſo ſublimes elati:
aut īmo atq; obſcuro ſtagno ꝓpe obruti cōdebamur. Hæc quotiēs erāt ſubeūda ſemper
ante oculos duriſſimum genus mortis intētebat. Egreſſos deinde in terras ipſo in litto-
re latrone adoriuntur: refugimus in nauiculam extēplo oēs: reddimurq; tēpeſtati: totā-
q; noctē incerti nauigamus: uento iam deſinente: inde rurſus in terras expoſiti rurſus in
uadimur. ſed agniti a militū præfecto (neq; enim erant latrones) in tuta deducimur. Tan
dem Ariminum eſt uentū: ibi totum triduum conquieuimus a Sigiſmūdo principe regia
magnificentia excepti. Hic ēt in tanto rerū apparatu exciderās: neq;. n. leuius aduerſa ua-
lent q̄ ſecunda ad memoriam caligandam. Poſt triduum ad iter accingimur: erant alpes
tranſcēdæ: militū Bracianorū ſtationes tranſitus occupauerant: ꝑ media agmina tentan-

da uia:& quo remotius a Caſtris hoc ſuſpectius incedebamus:militibus uſq̧quaq̧ diſcurrentibus.Comitabantur nos uiri robuiſti.x.armati haſta clypeoq̧ quos Sigiſmūdus hāc ipſam ob rem ſubſequi nos iuſſerat:ut a craſſatoribus tuerentur:& hic quoq̧ ſuſpenſo mihi excideras.Inde Vrbinum primum:deīde Eugubium:tandē Peruſiam profectis qm̄ milites ad hyberna conceſſerant:toto itinere eſt trepidatum:Peruſiæ rerum omniū imutatus ſtatus memoriam quoq̧ imutarat.Conuiuia mane:conuiuia ueſperi certamen inter amicos ita dirimebatur:qui prior uocaſſet ad cœnam aut prādium ei aderam:cæteris diem alterum pollicebar.& hic quoq̧ de te mentio nulla:nunc quia & pericula & cōuiuia ceſſant:in memoriam rediiſti. Vale.

Campanus Collegio Sueſſano.S.

s I p & belli & anni tempeſtatē licuiſſet non equidem miſiſſem quēq̄ iſtuc: ſed ego ipſe meo functus officio ueniſſem ut ueſtris.P. me me exhiberē: uerū quū & itinera ſuſpecta ſint & mare hoc tpis non ſatis tute ſoleat nauigari:aduentū meū in meliorem occaſionē differendum putaui:dabitis ueniam rerū iportunitati.& hanc meam tarditatem non aio ueniendi cupidiſſimo.ſed tpi difficillimo tribuetis:interea uero dum a uobis abero ſi quid opa mea opus ſit eſt equidem facultas mihi perexigua.& quæ nec montes poſſet nec aurum polliceri.ſed fide in collēgium:obſeruantia in ciues:uigilantia in utilitatem urbis ſtudio erga uos omnes ueſtrumq̧ honorem ampliſſimum inuenietis. Vale.

Campanus Sextio ſuo.S.

I Am uides ut etiam mitriam infulatiq̧ iocamur.Infinita ſunt huiuſmodi. Excidunt etiam inuito ut ſolent qui in umbra ſtomachantur:dum tendētur ungues dentibus.& mordentur labia:& in re nulla montes rerum edificantur. Vide qua te afficio uoluptate q̄ tu ingratus ſi gratiam ſi par pari non referas:ſcio quantam Galla tua eliciat cantulenarum dum petulatus Citharœdus media nocte clamitas ad fores:Amice expergiſcere iam puella & audi quæ clauſas tibi cantet ad feneſtras:& quæ ſequuntur:ſed ſatis iam iocorum ad ſeria ueniam. Tabellionem illum de quo ſcribis tibi factum reddam ſed tempore opus eſt & morula: eſſet etiam pecunia ſed dabitur hoc tibi:dabitur etiam affinitati quæ mihi cum illo eſt. Quod autem facere te uelim in rem eam id quæſo attende diligenter:conficio diligēter. Principem noſtrum quū primum poteris conuenito:dato tu:has quas ad illū ſcribo litteras materno ſermone conſcriptas.Mox ubi rogo acceperis:compellato hoīem nō regiū eſſe:non liberale:neq̧ ullo modo ad principē ptinere pugnare cum muſis.Vetus ē illud Protogenis Rhodii qui cū urbe obſeſſa in ſuburbano pīgeret captus:ductuſq̧ ad Demetrium atq̧ interrogatus qua fiducia extra urbem pingeret:Reſpondit quoniā ſciret Demetrio cū Rhodiis non cū artibus bellum eē. Quod igit̄ picturis & figmentis apud hoſtē licuit:id muſis apud amiciſſimū principē nō licebit:ut tute ſint ut honori habeantur: quorſum mollit̄ bellū:quorſum exercitus cogit niſi ut gloria nois ꝓpaget̄.nam imperii & fortunarū ſatis habet:porro hæc gloria q̄ diuturna q̄ clara niſi muſis illuſtretur: at uero inquit actū eſt:confracti nerui ſunt:cōfracta lyra nihil mihi cū muſis iā negocii eſt: nō recte ſentit ſi ita ſentit:nunq̄ fuere paratiores:nunq̄ armatiores q̄ nunc ſunt.Iā canere incipiūt altiū:iā fertile meſſe Proferet ingeniū plena iā falce colonus In ſegetem ferat: æſtiua bobuſq̧ relictis Grādia maturæ cōplebunt onera fruges.Principi Tarentinorum ubi declaratum me Antiſtitem ex Cortonianibus intellexit:non ſolum non aduerſatus ē:ſed etiam gratias Pontifici per litteras ægit ampliſſimas ꝙ uirum (ut eius uerbis utar),talem perfeciſſet.Ergo ille quem nunquā uiderim:quem nunquā nominauerim: quo cum nihil erat mihi neq̧ humani neq̧ diuini fœderis:me in ep̄atu acceptauerit:iura ſuffulſerit: prouentus etiam aliquot annorum qui publice ſeruabantur conceſſerit.hic uero in cui urbe educatus:erudituſq̧ ſum:de cuius imperio ſemper optime ſenſi:cuius patria eadem eſt:ætas non multum diuerſa:me in exiguis ac prope minimis beneficiolis nō admittit: o crudelem & īmanē ſi ita faciet ſi non amplectetur:ſi prohibebit adde minas:ſi præcibus non flectes quaſi dices.ut dicas clamaturum me ad cœlum:ad ſtellas principis mei opera uitam me & dignitatem tueri nō poſſe:additio ēt ſi opus erit:acerbiores:odium omnium poetarum atq̧ oratorum imprecaturum ſi me reiiciet.& ſi ne hæ quidem ualebūt: addito acerbiſſimas fore.ut qui in eo principe ſummā ſpem collocauerā:aliūde mihi intelligam expetendam opem ad uitam ſuſtentandam:ſpero feciſſe Cubellum nepotē meum Canonicum Sueſſanum.& animus meus omnis in eo principe ſitus eſt.ut ſi quando per tempora licuerit ad eum quot annis æſtiuis ſeceſſionibus diuertam: cura tu ut ſoles rem meam:

tem meam:tem a Paulo fratres cognoſces. Vale.

Campanus Turio ſuo.S.

TA ne eſt illud uerũ quod uulgo dicit. Nulla re magis cõmoueri homi-
num aĩos q̃ quũ uera obiciunt:equidem ita eſſe nũc demũ intelligo:tuli-
ſti ægre cuculatũ ſenẽ:ægrius pedũ ſeneſcentiũ tumidũ inflatum morbũ
Credo qa recentior fuit ea plaga ut minus inficiari potueris ita grauius eſ
ſe cõmotũ:Sed quoniam uera quæ ſunt æquo animo pati non potes : ex-
periar falſa qua mente patiaris pro cuculato ſene Bullatum puerum aut Calamiſtratum
adoloſcentem aut pernitidum & luculentum uirum cõmutabo : uis me alienis in rebus
eẽ liberalem. Magnificentius q̃ tu q parcus in tuis. Nam hoc anguſti: illud ampli animo
opus:Mirum prudentiá tuam apud me tantis laudibus extuliſſe quaſi me lateat q̃ ſis pru-
dens & diſtinctus agricola q diligentia tua adductus ad aquam fodiendam te deſtinaue
rimuſodem in aqua ſapiens agricola:quære tibi fidum alueum:intende neruos & intus ĩ
undas incute ut merita eſt iactátia tua. Nam qui mihi agrum publicum obiectas:facis qd
me decet:magni uiri publicis rebus admittuntur abducti nullis. & tutius domus quam
multi incoluerunt habitatur:q̃ quæ deſerta : etiam templa eo ſanctiora putantur quanto
celebratiora:limoſi putei priuato ꝝ:ſunt fontes publici:plus habent nitoris. & aquæ lucu
nares:quo ſæpius mouentur hoc plus uidentur habere ſuauitatis :quid in ferculis nihil fe
re placent niſi miſceantur:tum doctius uibrant ıæla qui publicis certaminibus & quot-
tidianis prœliis dimicant q̃ qui priuatis & raris. Hæc me & Gentilem noſtrum adduxe-
runt ut exercendi ludi gratia aliquando in publicum prodiremus q̃in priuatis parũ eſſe-
mus eruditi: neq; enim in foro pila ſolẽt ludere niſi qui in angulus ãtea domeſticis parie-
tibus ſint exercitati. Tu uero ediſce in te pati:quod in aliis ægiſſe gloriaris :nec moleſte
feras exprobari tibi uerbis quod re ipſa etiam ſi uellis inficiari non potes. Vale.

Campanus Braccio ſuo.S.

INIS tuis litteris quas ſimul acceperam nondum reſpondi : non ꝙ oblit⁹
ſim officii & amoris ueſtri qd fieri tá põt q̃ cœlũ ruere:uerũ qm̃ nõ data ẽ
occaſio reſcribẽdi:defuere quibus litteras cũ fide cõmitterẽ:nũc Gratianũ
noſtrũ redire ad te uacuũ minime ſum paſſus : nã cui lr̃as dediſſem ſi huic
nõ dediſſem hoi utriuſq; noſtrũ amantiſſimo: & tuæ dignitatis acerrimo
defenſori. Tu igit nõ me accuſes negligentiæ ſi tardius q̃ uoluiſſes. & ipſe debuiſſem ad
te reſcripſerim noſti Terentianũ illud : ſi nõ poteſt quod uis:uoluiſſem extemplo poſt ac
ceptas litteras fũgi officio meo:nõ affuit tabellarius : cur igitur me accuſes ſi quod uolui
nõ potui:tũc fuiſſem accuſandus quũ accuſatiõi uoluntas atq; animus defuiſſet: hæc aũt
ideo uolui ſcripſiſſe ne quid hõ ut aperte loquar Sicophanta aliquid mihi litis intẽderes
noui calumnias & cauillatiões tuas nodum in ſcirpo:in mari ſuliginẽ quæris. Scripſi ca
put duriſſimum illicet indixiſti bellum & pro duriſſimo dulciſſimũ poſtulaſti. Sed habe
tibi dulciſſimum:habe ſi placet etiam ſuauiſſimum dum tamen ſcias blandis nominibus
multa peruerſe ac ſupine deſignari. Vale.

Campanus Perrucio ſuo.S.

VI me mortuũ appellas:facis rectius q̃ ſi dormientẽ:qui enĩ dormit aliqñ
tandem excitat:nunq̃ tñ excutit ſomno qui morit. ſed crede mihi dãdis
ad te litteris nõ uiuá:curando tñ honori & augẽda de te hominũ opinio-
ne nõ uiuo ſolũ ſed lingua tãq̃ gladio decerto: quæro qui familiã tuã nõ
ament modo. ſed tollere in cœlũ cupiant:feci tñ tibi Lionorũ amiciſſimũ
quod negare nõ potes opera mea. & cœptum amicũ & confirmatũ:poſſum id tibi etiam
ſi nolis exprobare qui ſic me mortũ uocas:alterũ deinde tibi nõ amicum nõ beniuolum
ſed fratrem ſed parentẽ ſed ſi quid poteſt dici maius atq; arctius cõparari:poſſum hoc ti-
bi de meo Liuolio polliceri futurũ illum tibi parentẽ alterũ:atq; ita futurũ ut ab illo ipſo
q te genuit amore in te & beniuolẽtia nõ uincat:habebis hoiem qd dicá non poſſum ex-
plicare qd ſentio:nec tu quidẽ poſſis credere niſi cum uideas : tu uero ſcribe ad illũ q̃ ſæ-
piſſime & ut cauſam tuã ſuſcipiat rogato:q quanq̃ id ſua ſponte facturus ẽ:maturius tñ fa
ciet ſi rogabis. & faciet qdem fidẽtius : de me aũt ita ſtatue ac ſi nuſquã me cognouiſſes:
dico aũt quantũ ad lr̃as:uix unq̃ ad te ſcribã niſi laceſſitus iniuria: niſi me mortuũ ſopitũ
& mero ſõnoq; grauẽ appelles:poteris hoc mõ aliqd elicere: alioquin ſurdo fabulã decã
tabis. ſum equidẽ occupatiſſimus. ſed ita tñ occupatiſſimus ut ſi raro ad te ſcribã nũq̃ ꝓ
re tua ceſſẽ iuigilare:qd inqes poſſes tu hõ nullius qd ego poſſum: mortui nihil pñt uiui
oia bona uerba dare: facillimũ id qdem eſt:datis aũt tu fides fiat:id uero ipriimis difficillĩ

mum dico de te:dico de beniuolentia tua:fratris tui mirabilia prædia : libertatéq; extol-
lo.manſuetudinem in cœlum effero erga amicos obſeruantiā inde amor gignitur.inde
animi conglutinatur & conflatur opinio:hæc tibi ſi parua uidentur . non eſt quod a me
maius expectes.horum diues ſum cæterarum rerum inops:expendo pro te quod habeo:
non culpa eſt mea ſi quod non habeo:non expendo. Vale.

Campanus Ia.amantiſſimo ſuo.S.

Vnc illud tempus eſt quo tu totis utare calcaribus:pungas diffiænes & oi
conatu excites dominum Laurentium noſtrum:reſponſum Reuerendiſ-
n mi;domini mei procuret.maturet.acceleret. quoad enim id feſtinantius
fiet hoc me citius habebitis:eſto tu quoq; diligens adiutor litteris redden
dis:ad quos diriguntur.litteras.d.n.Lucentineñ.patris mei unici & Re-
uerendiſſimi.d.Papieñ.non obſignaui.ut uos quoq; legere & Reueren-
diſſimo.d.meo oſtendere poſſitis antequā reddantur : ſi modo id uidebitur Laurentio
meo:quæ res eius arbitrio tota permittitur.Ego iter faciam per Peruſinum fortaſſis etiā
prius per Iſpellanum agrum.nam mœnia ingreſſurus ſim nec ne nondum habeo conſti
tutum.quáquā Peruſiam certum eſt ingredi.ſi quid uis fieri tua cauſa ſcribe ut ſciam : cu-
rabitur probe & diligenter.

Campanus tuo.S.

Audio:eſt mihi non mediocri ꝙ intelligam in Albanum noſtrum ſeceſ-
g ſiſſe:ſuſpectus admodum erat mihi Romanus aer:præſertim æſtiuus.Sed
quáquā una me leuat moleſtia:amœnitas loci:ſuborta eſt tamen grauior
dubitatio ſtatu rerum imutato:ardent bella undiq; paſſim.undiq; inſidiæ
ſtruuntur.Nec ſolum itinera ſuſpecta ſunt. ſed etiam minus munita loca
non ſatis tuta ſunt a latronum iniuria:itur agmine a craſſatoribus & quo dolo nequeūt.
irrumpunt impetu.oportet hoc tempore uirum pecunioſum qualem te multi exiſtimāt
tanquā Argum illum quem fingunt poetæ omni ex parte eſſe oculatum.atq; omnia cir-
cūſpicere:quamobrem tutiorem in locum uelim ſecedas.ubi te ſi opus fuerit : nō ſolum
muri.ſed etiam homines tueantur.nihil eſt quod temeritas non audeat. ubi ſpes ſubeſt
rapinæ . & dubiis tempeſtatibus præſertim bellorum nunꝙ tantum caueri poteſt ut non
magis cauendum ſit ei qui falli nolit. Vale.

Campanus ſuo.S.

Itto tibi orationem ſi qualem tu cupiebas:bene habet.ſin aut longiorem
recidemus aliquid:aut breuiorem addemus . aut luculentam ſplendoris
m aliquid ſi poſſimus infundemus.tu non uoluntatem ſed ingenium accu-
ſa. Vale.

Campanus ſuo.S.

El mihi fuerint litteræ tuæ:hoc tamen dulciores ꝙ uos ad priſtinum mo-
m láq; aſinariam rediiſtis:nos autem ſoluti ac liberi patēte in area uagamur
uereor tamen ne plus iſtic olei in piſtrino molēti præſertim: ꝙ hic in area
triciti decudatur.Inuideo equidem & id itineris ſi per miſeram ſeruitutē
licuiſſet tecum una libentiſſime confeciſſem.Sed quia eo me fata miſerū
compulere:ut in mea ſella quieſcere & palpitare non poſſim.oro te per eam quæ tibi me
cum eſt beniuolentiam.ut eam ipſe conſcendas equumq; quottidiano curſu pungas &
excites:nec fræna deſint:quæ dentibus quaſi lingua mordeantur mole & blande funge-
re officio amici ut ſoles:non negligentis abſentiam meam præſentia tua fallens : nec te
quominus meis partibus ſatiſfacias tanta equorum multitudo copiaq; deterreat. Vos au
tem ſiquid hic reliquiſtis agri:facitote me certiorem:coletur egregie:fodietur :arabitur :
irrigabitur.& quæ mea eſt poſſibilitas uiuis omnibus ſatiſfaciam:tuo tamen multo uigi-
lantius polliceor tibi non ingratam operam uillico nauaturam:ut qui pro deſide & iam
pedum morbo ſeneſcente domino:iuuenem & robuſtum & integrum habebit.& cui p i
li pro neruis intendantur. Vale.

Campanus ſuo.S.

Vid agas tu:ᵓquid agā ipſe nec tu nec ipſe ſcio : præclara ſane amicicia : cū
nulla moleſtia alter alterius afficiamur proinde uale bene:ſin minus id po
q tes:ſcribe:tū ualere aut ſi forte ſecurius atq; ocioſius id cenſeas nihil neq;
ubi:ſcis neq; quid agas ad me ſcribas:ego idē curabo .ut uiuam an mortuᵓ
ſim id tu ſcire non poſſis.ſed hæc alias:poſſum ego abs te elicere uel unas
breues lr̄as breues inquam.Nam uix magna cupiunt qui parua deſperant. Vale.

Campanus

Campanus ſuo.S.

X Diamante noſtro accipies quid me quominus aduentum meum acce-
lerem demoretur:nec demorabitur quidem diu : ago tecum paucis : nam
e & tibi ad legendum fortaſſis ocium non multum . & nobis ad ſcriben-
dum hic in foro per exiguum. Vale.

Campanus ſuo.S.

BI Bononiam ueniſti. & ſi nõdum de aduentu tuo cognoueram : neſcio
quid nouæ me leticiæ titilabat:quaſi diuinaret animus futurũ :ut ad pau-
u cos dies te uiderem : quod hoc tempore multis de cauſis mihi eſt iocun-
diſſimum:primum tamen omniũ:quia maximam moleſtiam (ut ait Co-
micus a floribus)amoui meis : nec eſt quod amplius de te exiſtimem eſſe
uerendum . Fatebor ingenue cum Peruſia diſcederem nihil magis q̃ tuam illam callidã
prudentiam timuiſſet noſti probe quid dicam:ubi dominus non adeſt:diſcurſitant ſerui
cuncta foris domiq; permiſcent:quid poſt meum diſceſſum ægeris neſcio:ſi ſupplantaſti
ſi fodiſti bene eſt:ſaluus eſt ager:ſin inaratum incultũq; reliquiſti: tutiora hoc quoq; mo-
do ſunt omnia:diſperam niſi ardeam te uidere. ſed quid uidere dixi:Imo amplexari:lã-
bere & deoſculari totum.Sed obſecro mellicratum attuliſti:'an totum in itinere eſt aſſũ-
ptum:'Chriſtoforellus meus. Laurentiolus meus ualent bene an non:'ſi minus ualẽt orã
dus eſt deus:ſin ualeant nihil oratu opus:porro orandus deus eſt:debẽt igitur ualere ma-
le:quando erit illa dies cum magno ſtrepitu irrumpam ad te:cum a feneſtra anhelantem
properautemq; deſpicies : adeſt adeſt inquies : occurramus homini : ſcio non poteris te
continere quin extemplo togam abiicias : quaſi me pugili palæſtra non hoſpitali cœna
ſis accepturus:equus meus eſt in hybernis: puto ſactum pinguiſſimum. ſed terra ueniam
an aqua nondum habeo conſtitutum:ſi terra: uidebis hominem albenti equo inuectum
quaſi triumphantem Si forte quod magis arbitror: aqua: ſic quoq; erit quod & ridere &
mirari poſſis nautam aſpicies:myrtho coronatum & quaſi tum demum e naui ad te pro
ſilientem. & primo tecum occurſu omnia ſtrepitu læticiaq; permiſcentem. Para cubicu-
lum:para equos nauali itinere uenienti opus erit equis: neq; enim poteſt na uis ad duo
circiter paſſuum milia apropinquare :' Chriſtoforum & Laurentiolũ meos o q̃ cupio ad
tripudium inuitare:non diem non horam uidi lætam ubi a te abii:ergo tanto magis erit
mihi lætandum: quanto minus ante hunc diem potui lætus eſſe. Habes iſtic Gabrielem
Peruſinum uirum peritiſſimũ & mihi non uulgari amicicia uerum arctiſſima ſi quis eſt
alius familiaritate cõiũctum:eum tibi quem do plurimum accipe hominẽ. Si nullo alio
officio certe mea gratia chariſſimum tibi futurum Alexander tuæ dignitati dies ac no-
ctes diligentiſſime ſtudet:ne eum obſecro labores & uigiliæ fruſtentur ſine : qui & ſi ſcio
nihil opus eſſe monitore:nihil tamen poterit nocere ſi moneam. Vale.

Campanus Morando ſuo.S.

REVIBVS litteris hominis ut amici ita ut ocioſi aut profecto nõ magno
pere negocioſi multo eſt breuius reſpondendum ab eo qui ſit grauiſſimis
b occupationibus inuolutus. Acceſſionem fortunarum mearũ tuliſti ægre
tu quidem. ſed mirum eſt ita ĩfirmũ eſſe ĩ amicicia cõſeruanda:ut uel pau
lulum taciturnitatis meæ perferre nõ poſſis: in cœlum tollis Ariſtotelem
qui putet aduerſari fortunã amiciciæ . ſed quantũ fert opinio chariſſimi philoſophi ho
neſtã ſentẽtiã praue es interꝓtatus:ait ille ĩæqualitatẽ fortunæ hoc facere ut dirimãt amĩ
ciciæ. Cauſam uero quare ita faceret:nõ attulit:afferrã ipſe indice te: caue tñ primũ exiſti
mes de ſapiẽtiũ amicicis eius fuiſſe ſẽtẽtiã. Cõſtãt illæ & cũ fortunã nõ timeãt nec ſequũ
tur : quidẽ:de uulgari amicicia loquit:cũ ita loquit : ubi cum fortunato amico inuideãt
nõ ſe ad parẽ dignitatẽ uenire nõ poſſe cenſẽt. ſed quæ hominũ temeritas tanq̃ deſtitu-
tos arbitrãt:ſi paulo te ſum fortunatior qd accuſas quod aſſequi ipſe nõ potes :'Calligãt
(inquis) oculi & te ipſũ in tantula rerũ acceſſione non capis : imo uero tu hunc tam exi-
guum aut honoris aut utilitatis gradũ quo te ãteceſſi quaſi ſupatus indignaris :pari inter
uallo a ſũmis infima q̃ ab infimis ſũma conſpiciunt:q; ſi oculi tui ad faſtigiolũ meũ eua-
dere nequeũt. Cur miraris meos ad ſalariũ tuũ non poſſe deſcendere:' Accuſas taciturni-
tatẽ meam:putaſq; illã ad elationem aĩ nõ ad ĩpeditiſſimas occupatiões eſſe referendam
Sed uide ut tuo te gladio reſeriã:ſi minus fortunatus:addo ẽt occupatus minus amicorũ
oblitus es quid facies:ubi ad eam:quã mihi exprobas fortunam acceſſeris. Itaq; Ariſtote
lis quẽ ais ſñiam probo quidem. Sed eã ita iterpretandam cenſeo. ut non minus culpæ ĩ
humili amico ſi inuideat q̃ in ſublimi ſi contẽnat ſit iudicandum. Vale.

Campanus ſuo.S.

Ccepi tuas litteras nunc q̃ raptiſſime ſcriptas. Nec ceſſas tu quidẽ amorẽ
in me tuum aperire. Scribis de omni ꝓfectiõe noſtra: me q̃ ut primũ ueni
a am hortatis: nõ ago gr̃as: facis pro certa charitate in me tua. Ego uero to
tus ardeo deſiderio tui conueniendi: exiſtimo tamen aliquanto tardio-
rem aduentum meum ſuturum: non quia ipſe rem non accelerem. Verũ
quoniam non ita mature pecuniolas meas exigere: ſuppellectilem colligere: equos pare:
ueſtes ut ali quanto tu noſtri togatiores ſarciendas curare potero. ſed hæc fient omnia q̃
celerrime ut nec uiginti occupatas dies exiſtimes: ego igitur ſi Bononiæ nõ potero. Mã-
tuæ te conueniam. Vale.

Campanus ſuo.S.

Emoria teneo: quum omnem mei curam in te unum reieci quanta me hu
manitate & beniuolentia ſuſcepiſti: nec opus eſt multa in eam ſententiam
m afferre: ut te orem: tua uirtus hoc præ ſe fert: ut orari ad benefaciẽdum mi-
nime uellis: a me præſertim cuius curam omnem tãto ſtudio complexus
es: ut ante quo pacto opem ferre poſſes cogitaueris q̃ me cognoueris: non
agam tecum longius. Trahe me iſtuc ad te q̃ potes primum. Quid offeram? quid police-
ar futurum me tibi deditiſſimum parum eſt? an non futurum ingratum? Quid ego refer
re niſi animum poſſim? certe hoc poſſum polliceri? Cognoſcere me tantum tibi debere:
ut e memoria deleri non poſſit. Qui enim ſe cognoſcat fuiſſe miſerrimum: non poteſt eo
rum per quos excitatus & adiutus fuerit non recordari. Vale.

Campanus ſuo.S.

Ccepi his proximis diebus litteras tuas & elegantes & ſingulari beniuolẽ
tia refertas: uidi qd pſuaſeram eſſe te mei honoris dignitatiſq; amantiſſi-
a mum: quod cum ſæpe alias te oſtenderis: nunc in litteris aperuiſti. Ego ue
ro niſi te tuoſq; omnes chariſſimos habeam: uideri poſſim ingratus: quo
ſcelere nihil homini libero deteſtabilius. Dii res tuas ſecundi aſpiciant: de
me aũt ſtatuere ut de alio nemine poteris: uerba quidem hæc ſunt quæ magno non con
ſtant. ſed ſi facultas & occaſio detur cognoſces manifeſtiſſimis argumentis nihil me tibi
de amore in te meo & beniuolentia eſſe mentitum. Vince tu quidem me diuitiis: uinces
etiam dignitate: charitate: beniuolentia: atq; officio non uinces. Vale.

Campanus ſuo.S.

On ego pergratus ſũ homo qui tamdiu te ĩ mentẽ habeo: q̃diu mihi uer-
ſaris ante oculos. Videbis igi cui tu homini negotiũ demãdaueris: ſed nr̃i
n me quanti ſum totũ: cõuiua nemo melior: legatus deterior nemo: mira il
lic ueloxq; edácitas: hic tarditas deſidioſa. Itaq; quotiẽs me ad cœnã inuita
bis miſſa ſi qua erant negotia: miſſos comites faciebã extẽplo quaſi ſũptis
aliis euolabã nihil tũc in Campano negligentiæ: primus ad ueſtibulũ: mane ultimus ue-
ſperi a cœna diſcedebã. Nũc in litteris illis conficiẽdis cuius rei curã mihi delegaueras.
Pœne memoriã obdormiui: quæ ſint: aut qd demum contineri uolebas: aut ad quẽ diri-
gi hominũ poſtulabas. & litteræ & homines memoria exiderunt. Videor tamen neſcio
quã ſacroꝝ iperationẽ ſomniare. Quippe iniciari ad ſummũ ſacerdotiũ cupiebas: id ſi ẽ
curabit̃ q̃primũ ſin eſt aliud quod uelis refricare memoriam litteris: q̃ſi ſcabiem digytis
oportet. Vterq; enim mihi eſt morbus. ſed ille moleſtior mihi: hic amicis incõmodior
nam & ſcabies ſi quando ad ignem ſcalpatur mirum eſt q̃ titiloſam ſoleo capere uolupta
tem: aliena tamen manu q̃ mea longe gratiorem: tu ſi adeſſes ſcalperes interdum & ignẽ
incendio adderes. Tument etiam nunc articuli quos peſſime hominũ mihi tanq̃ mure-
næ dorſum ut caput ſorici contriuiſti: uix ſardi noſtri Cycrothecis a uento muniunt̃ a ni
ue etiam. Sed de ſardo quidem nihil attinet dicere: dedit inuitus: at aſinarius ludus quo
me tanq̃ abſentem depilaſti: multo fuit nequior: etiam nũc in plumis uolo media bruma
mediis niuibus ouem totondiſti: experior q̃ ſit miſerum per ignotas gentes errare uacua
crumena: ubi niſi tibi aut aurũ aut argentũ uideant credunt nihil adeo in crumena fidem
ut in fronte oculos intuent̃. Sed quem tu obſecro uidiſti hominẽ animo q̃ ego ſum grã-
diore: magiſq; impudente? cui cum nihil ſit pecuniaꝝ: tamen magnis etiam in rebus ne-
gotiari non deſino. Liuium totum tam magnum codicem emi: nõ dicã quanti ne mihi
de præcio præſcribat̃. Illud tantũ dicã Liuiũ accepi: pecunias nõ pſolui: additũ eſt onus
peregrinanti. Expeditus ante hũc diem: ſarcinatus incedam. Sed grauiter armati milites
tardius mouent̃: fortius dimicãt: qualis eſt ſimia tua illa uetus quæ qñ plus oneris habet
a tergo minus quidem diſcurſitat: ſed ubi natem ferias etiam ad ſudorẽ bellatur. Vale.

Campanus

Campanus Petrino ſuo.S.

ST ita ut dicis:parua quidem me tenent:tñ officioſa negotia atq; ideo nõ negligẽda:ne ſi parua contẽnã maioribus dignus eſſe nõ uidear. B. Cardillus noſter ſuſpenſo eſt animo:ſuſpenſo inquã:hoc tu effeciſti : ut ille te ſine graui moleſtia carere nõ poſſit:adit me:quid ſentiam de aduentu tuo male tecum ſortunatus amicus:cui per alium ſignificetur quod per eũ alius oporteret.Habet hoc amicicia ut grauiora ſint quæ putamus minima ſi ꝑtereãt . Vale.

Campanus Scipioni ſuo.S..

GO hunc tabellariũ quæ mea fuit celleritas anteuerti. Baiulantiũ ad quẽ litteræ dirigebant nuſquã inuenio:librum Bononiẽſi meo tui obſeruãtiſſimo dedi deferẽdũ:acceperis nec ne haud equidẽ ſcio :puto tamẽ accepiſſe:tu uero cura ut q̃ primũ fieri poteſt exſcribat:ſi modo dignũ eẽſeas quẽ exſcribi facias:nõ dubito deprehenſurũ p multa:quæ nares quatiãt:exaggeratione præcipue nimiã exemploꝝ & inflatũ quendã tumorẽ magniloquẽtiæ.Sed ẽ hoc totum ætatis & feruoris ut nullo habito rerũ delectu omnia elatæ:nõnulla etiã turgide efferant.& ebuliant cum annis. Et ſi ſcio q̃ inque faciam qui tibi quaſi mætam imponam iudicandi dum cauſas affero:leges tu quidem amice:addo etiam diligẽter . Sed eo pacto ut luxuriam illam ingenii quantum præſentis uitii habere:tantum future ſpei polliceri intelligas.Q uicquid enim excreſcit & expandit ſi minus diligentia:ipſa tamẽ ætatis maturitate tanq̃ falce retunditur atq; amputatur.   Vale.

Campanus Mario ſuo.S.

INIS in litteris quid animi haberes ſignificaſti. & de uolũtate quidem in te mea nõ deciperis .ſed non ferme ſemp idem poſſumus quod uolumus: nec momẽto temporis cuncta uertunt.& tu cũ cupis ad me uenire & ego ſi ex re fieri poſſit nihil optarem magis. Verum occaſio qualem uterq; noſtrum expectat nõdum adeſt.Tunc ueniendũ erit:cum & tu cõmodo mecum eſſe.& ego te accipere nõ incõmode potero:nunc pendent oĩa æque frigide q̃ ſolebant cũ fuiſti mecũ.Nec quid de me agam firmũ eſt . Si quo res inclinabit fies extemplo meis litteris certior . Illud tñ ĩprimis tibi perſuade me neq; manſurũ diu in miſeria eſſe. Neq; tibi quæcunq; cædet fortuna defuturum tu aliquantulum dierũ fer æquo animo ſi non te reuocamus:curaberis a me diligenter:qui ſi mecũm domi eſſe non poteris:prope ut ſis dabitur opera.   Vale.

Campanus Nicole ſuo.S.

CRIPSI & ad Fenlum & ad paulum : nec tñ id quod maxime cupiebam mihi reſponderũt:cura tu ſi me amas ut q̃ primũ & per hunc litteraꝝ mearum delatorem reſpõdeat .Id ue ꝑtereat quæſo : oroq;.Nicolaus ſperat in uenturũ ſe uxorem.Subodorauit eſſe Romæ: te ĩprimis habet ſuſpectiſſimum:multa dixi:plura cõtendi:ſed laborat pertinacia ſua:nec inde auelli poteſt:ne principem eius rei fuiſſe:non credit ſolum ſed affirmat.   Vale.

Campanus Iachino ſuo.S.

VID tibi rei eſt cũ Herculano meo :ˀ rapax atq; ĩuide :colligere me uolebã cũ illo una ĩcluſinũ tuũ:uide quæ mea gaudia ĩterceperis : ĩi hoĩem tibi tenes ĩuideo equidẽ.ſed tñ laudo cõſiliũ tuũ: qui tibi cõmodũ q̃ alteri malis: ſin quoq; delegaſti hominẽ inuidia nulla recũſare p magna:qui qđ ipſe nõ eras habiturus:mihi eripueris:ſubtraxeriſq; : una eſt reconciliãdi uia ſi Herculanũ ad me.ſed erraui cũ dixi una:nã & me iſtuc ad illũ potes adducere.   Vale.

Campanus Victorio ſuo.S.

ETVS ẽ puerbiũ:ut fune boues ſic ſermone hoĩes uinciũt. Ego quidem fateri poſſum q̃ ſatis eſt negligẽtiorẽ : eo ſermõe quẽ ꝓximis diebꝰ habuimus Senis:ita me tibi totũ arripuiſti : ut quẽ hoc tpe maiore obſeruãtia ꝓſequar:habeã neminẽ:nõ amici tu quidẽ ſed parẽtis chariſſimi erga me induiſſe pſonã uiſus es.& cũ magna contuliſſes:has a me expectaſti gratias: ut maiora pollicereris:rarũ exemplũ bñficii & ꝑſtantis uiri qui cũ gratiã collati a ſe bñficii ſperare poſſit:magis tñ cogitet quo pacto queat & plura & maiora cõferre: qđ ipſe in me incredibili humanitate ꝑſtitiſti:nõ fuit fortaſſe magnũ qđ effeceras:ˀ idẽ in multo fieri cõſueuit:mihi aũt uel hoc maximũ uiſum eſt qm̃ animũ tuũ ꝓſpexi grauiſſimis in rebus futurũ in meã utilitatẽ & laudẽ ꝓpenſiſſimũ . Nec uolui ſcripſiſſe ut intelligas me tibi deditiſſimũ eſſe factũ.Scriberẽ etiã ad Nicolaũ noſtrũ.ſed qm̃ ſtudiis inardet magis ociosum tempus reſeruaui.   Vale.

Campanus Franciſco ſuo.S.

Ratiſſimæ fuere mihi litteræ tuæ : quãq̃ tardius ad me profectæ uel totũ menſem deerraſſe uidentur:quæ tantum mihi dicendi pondus & grauitatem uiſæ ſunt habere ut excuſatione dignas exiſtimem : ſi hoc paululum itineris non ita ſtatim conficere potuerunt. Legi eas eo animo quo ſolent qui feſſi ſunt flabellum agitare. Mirum eſt q̃ occupatiſſimum animum ad ſe & pellexerunt & recrearunt. Vidi quanta de me conceperitis dum iudicium confundit opinio & me qui nihil ſum neq; futurum ſpero(quamq̃ nec deſpero quidem)ad alta tollitis ſed nihil eſt quod beniuolentia non promittat: quæ ſæpe non quod putat uẽturum:ſed quod cupit futurum pollicetur. Iacturam litterarum mearum eo tuli moleſtius quiam totum biennium nihil habui compertum de meis : ꝙ uiuant an mortui ſint certo ſcire non poſſum. Hoc me conſolatur ꝙ ſi quid accidit aduerſi Gaſparem noſtrum latere non potuiſſet:ut mala diutius occultari nequeunt. Quanq̃ edocuit me fortuna mea non magnam uel in noſtra uel in propinquorum uita ſpem eſſe colocandam? Eodem anno puer parentem : quo Ciccum germanum amiſi. & quod dolentius fuit alter filii:fratris alter lachrymis caruit:cum uterq; moriens ultimum deſiderium mei ſignificaſſent. Abſentiſq; nomen inuocaſſent. & alter fratres mihi meos:alter nepotes infantulos commendaſſent:quæ res quotiens de meis cogito : animum exulcerat. Quod mihi decimis ſignificaſti audieram equidem antea. ſed non eo ego turbinum progreſſum arbitrabar:quanq̃ decimas rerum omnium & primitias offerre deo priſci homines conſueuerunt : tamen rerum omnium(ut in Chytro ait Zenophõ)magiſtra neceſſitas eſt. Baſileus uiſus eſt mihi ſchaphium olfacere:cum litteras tuas legeret & plane glaucus uultus pallore medium pigmentarum effingens : accedunt manicæ ſupparo patentiores. & famuli de induſtria tonſi. & penulati. ſed ioci gratia ꝙ Surianæ noſtræ & parentis tui impulſu hæc ſcripſeris Habeo illi gratias:qui me in maximis negotiis impeditiſſimiſq; iocis reficiẽdum curarũt Ergo credo mihi Franciſce:eis nullum mortalium antepono. Vale.

Campanus Ghilardo ſuo.S.

Ignificaſti tu quidem multa:ſed(quod omnium fuit iocundiſſimum)tuã in meis conficiendis negotiis diligentiam. Nam cum multi ſunt quorũ amicicia proferatur:a quibus autem exibeatur in abſentem amicum & diligentia ꝑpauci. Nec me ad philoſophorum calculum referre amicitiam putes:de hac noſtra loquor:neq; tã ſacta neq; tã firme & in qua philadem ſemper inuenias. Sumus enim ut in eligendis amicis uulgariores : ita negligentiores in conſeruandis:quod tu demum ſolet accidere cum non iuditii adhibeatur maturitas. ſed uoluntatis properatior impetus offeratur. Raram igitur pietatem in me tuam eſſe fateor atq; ideo iocundiſſimam ꝙ raram. Et mihi quoq; iam quod opes exaggerare incipienti aurum gemmæ prædia & deniq; omnia preterq̃ amicorum cumuli & quaſi theſauri ſorduerunt ii ſunt qui rerum omnium quas uulgus admiratur longe precioſiſſimi uideãt. ſed cæteros ut minus expertus ſum ita ſi non quanti te faciam non eſt cur illi me nec poſſint nec debeant accuſare. Vale.

Campanus Dulcio ſuo.S.

Ic tabellarius non uult ſine meis litteris ad te redire. Ego uero quod ad te ſcribam habeo:nihil niſi ut cures ualitudinem diligenter. Impetraſti de ueſte qd̃ poſtulabas. Et crede mihi ſi recte uixeris: nihil a patruo defuturũ ſin te iuuẽtutis ĩpetus rapiet & illi moleſtiã afferes:tibi magnarũ rerũ auferes occaſionẽ:fac boni & ſint & habeant quibus cũ uerſere:fac non minus ex uirtute tua q̃ patruo tibi compares ornamentũ:ut dignus ille te tanto tu illo iudiceris perſuadeaſq; tibi plus honoris ex eius dignitate quam licenciæ conſecutum : ante latebas ĩcognitus. & quod facere collibuiſſet ĩpune faciebas. Nũc omniũ oculi te obſeruãt & qd agas:qbus hæreas: quo pacto fortunã tuã feras taciti circũſpectãt:eſt itaq; tibi faciẽdum quod ſolent mimi & ioculatores qui q̃q̃ in occulto incultiſſimi ubi ad ſpectaculũ uenere ne uel unũ capillũ ĩcõcinne moueant ſtudioſiſſime cauent. & enĩ poſitus es in altiſſimo proſpectu unde ſi non tuo certe patrui lumine quã longiſſime a ſpectatoribus uideare:caue uel uno uerbo quẽq̃ offendas:caue oſtentationẽ & elatũ animi tumorẽ præte feras. & cũ honeſte loqueris:honeſtius uiuas:magna impas : dices ita opus eſt magnis in rebus nõ mediocri poſſumus imperio eſſe cõtenti qui ſi minus decere me cenſeas totus eras. & uolo te monere & debeo. Quod enim monitis debes mihi multum qui ita facio tanq̃ egeres. Vale.

Campanus Nicodemo ſuo.S.

Vdio illuſtriſſimũ Ducẽ quẽ nos aliquantulũ hic moræ facturum puta-
bamus:cras prima ſtatim aurora diſceſſurum:ſpes noſtra omnis in te ſita
a eſt uno. Ne pariare per immortalem deum quod mihi exigum natura tri-
buit ingenii id in tantis curialium rerum fluctibus contabeſcere Legi Pe
trarchæ eum librum quem de ignorantia ſcripſit: collegit omnem ætatis
ſuæ concurſum. & tum multa in ſe collata beneficia multorum:tum maxime a clariſſimo
Stephano Colũna adiutum ſubſtentatumq; fateatur. Non igitur nouum eſt tuæ illuſtriſ
ſimæ familiæ iacentes litteras excitare. Nam de te nihil aliud dicam niſi quod res eſt:ne-
minem hoc tempore eruditorum hominum inueniri quem tu nõ humaniſſime comple
ctaris:ꝙ ſi me parum tibi litteræ quarum ſum expers concilient. Sunt tamen alia permul
ta quæ debeant commendare: fides & mea & eorum qui cum ſint deditiſſimi nulla in re
magis operam tuam taciti deſiderant ꝗ iam in me conſeruando. Spes etiam quam mihi
iam pridem quaſi manu porrexiſti: ut non tam orare a te opem poſſim ꝗ repetere. Acci-
dit etiam illa tam liberalis tãquã familiaritatis plena: tuæ frontis hylaritas qua me ſuſci-
pere conſueuiſti: quod ſi cætera deficiant: illud eſt longe potentiſſimum: homines cum
poſſis adiuuare proprium diuinitatis: ut quanto maior ſit dignitas tua propius accedat
ad eum:tanto benignius tueri debeas:quorum in te curam uideas eſſe delatam. Quanq̃
hæc omnia ſuperuacua ut quæ non certæ ſpei. ſed diffidentis animi uerba eſſe uideantur
Cur aũt tantopere deferri mihi hanc hiſtoriam poſtulem? cauſæ ſunt multæ. Primum cu
piditas gloriæ:quam mihi ex ea re uideo eſſe propoſitam. Deinde rerum geſtarũ ampli-
tudo:quanta ſi ſcriptis conſequi potero fœlicem me & in litterarum ſtudiis fortunatiſſi-
mum iudicabo:præterea exercendi ingenii tam fertilis tam grandis occaſio. Vgi permiſ
ſo equo totis habenis patentiſſimo campo decurremus: Tum ita cogito nullum tam ma
gnum eſſe rerum detrimentũ:quod cum ingenii poſſit iactura comparari. Iam inde poſt
ꝗ me iureiurando Senis adægiſti ad hanc hiſtoriam conſcribendã Totus perii:nihil ægi
nihil elaboraui:cum ut tibi cuius in me auctoritas eſt ꝗ ampliſſima ſatiſſacerem: tum ꝙ
exiſtimabam fore ut ꝗ primum contextum rerum ad me deferendum curares. Quædã
poſt illud tempus fuere propoſita ſcribenda quæ nos tanq̃ occupati reiecimus omnia:
erant enim qui ad res geſtas Nicolai Picinini complectendas non mediocriter hortaren
tur ꝙ & magnæ eſſent. & Brachium cuius uitam ſcripſimus ſerie quadam & temporum
& rerum geſtarum ſubſecuturæ uiderentur:quod eo potiſſimũ recuſauimus:ne huic quã
a me poſtulaſtis hiſtoriæ quaſi nebulæ quædam infunderentur. Nam & ſi euentus rerũ
ut ſeſe habeant peruerti non facile poſſunt certe conſiliorum. rationum. cauſarum. con-
flictuum explicationes aliter ab his qui uicerunt aliter ꝗ qui uicti ſunt proferuntur. Illi ui
& conſilio uiciſſe:hi fortuna & dolo circumuentos eſſe contendent. Ego ſi Piccininum
prius abſoluiſſem:multum huic & noſtræ hiſtoriæ derogatum eſſet:neq; enim interfui-
mus ipſi gerendis rebus ut pure integritas qualem oculis accepiſſemus & uictoris & uicti
ſeruari poſſet. Sed erant omnia ab his perquirenda qui Ducem illum ſecuti pace belloq;
interfuiſſent:quorum ſtudia non dubitas fuiſſe futura & ad extollendas uictorias & exte
nuandas calamitates propenſiora:hæc ratio maxime omnium me ut nihil ſuſciperem
ſcribendum detinuit. Iam niſi ꝗ primum meis me ſtudiis reddas niſi materiam pares:in-
tendemus litem nec ſolum preſentis ocii. ſed etiam præteriti temporis: quod tua cauſa
periit:crimen obiiciemus ſatis. Cura obſecro per immortalem deum rem meam: breuis
eſt uia:poteris Ottoni negocium committere:poteris ipſe fauillas accendere: neq; enim
dubito facturum. ſed ſtomacho ꝓperanti ẽt quæ præco quia ſunt tardiſſima uidẽt. Vale.

Campanus Ottoni ſuo.S.

Vantum repetere memoria poſſum nonus hic agit̃ annus exquo Capuæ
q te uidi:conueni. & quæ tua fuit humanitas:amari a te cœpi. Iam inde ſi pa
rum officio ſatiſfeci ꝙ neq; ad te ſcripſerim unquã:neq; ipſe adierim non
dubito totam hanc te culpã non mihi ſed tã longo ĩteruallo imputaturũ:
Nam cũ Peruſiam tranſires meo neſcio quo fato non uiſus a me deceſſiſti
nec latuit me quidem Ducis aduentaſſe legatum. Sed quis is eſſet tum demum intellexi
cũ diſceſſiſſes:qua de re quanto fuerim affectus dolore:ipſe potes cõſiderare. Nunc uero
cũ te auidiſſime expectarẽ. In hoc illuſtriſſimi ducis aduẽtu nõ dici põt ꝗ ægre tulerim:
ꝗq; acerbe ĩcuſaueri fortunã meã ꝙ in tanto cœtu nobiliſſimoꝝ hoĩum ſolus ipſe quẽ ſo
lũ cupiebã defueris:ſic quo ꝓpior erat ſpes eo moleſti⁹ fraudat⁹ uideat deſiderio meo:ſed
nõ cõmittam quid te cõueniam ante pontificis diſceſſum & ſi incertum eſt nobis quan-

do ſit diſceſſurus Ego interea Baptiſta tuo ſic fruor ut ſolebam te : parauerat ornatiſſimã orationem eamq; partim ad confirmandã ante ducis beniuolentiã partim:ad clariſſimas illius uirtutes belle paciſq; acommodauerat. Noluit tamẽ orare te abſente:erãt omnia & inuenta peracute & q̃ aptiſſime diſpoſita. Tum hæc perfluens quædam ac uehemens eloquendi uis adornauerat nec deerant ordine ſuo diſtinctæ : & rerum & uerborum dignitates & ſpicula illa oratoria ad delectandum ſuadẽdumq; parata. Nam & attollebat ubi opus erat orationem & deprimebat ut neq; per magnas res explicandas turgidus:neq; p paruas aridus atq; abiectus ire uideretur:nihil erat noſtri temporis: uetuſtatem omnia redolebant. Vide quantum utriq; noſtrum attuliſſet aduentus tuus. Sed patiemur æquo animo ſi non bene ualeas id diligenter oramus: non puto ingratũ eſſe tibi ſi pauca de me ſcripſero. Nam poſt illud tempus quo Capuæ me uidiſti. & ego parum functus officio meo. & magnis rebus occupatus fuiſti:ut nec ipſe ad te ſcripſeri de meis rebus: nec tu aliunde potueris audire. Veni Peruſiam anno hinc ſeptimo ubi primum philoſophiæ auditor mox oratoriæ aut ſi ita uis aratoriæ profeſſor utilitatis aliquantulum:nominis nihil ſum conſecutus. Nec defui ipſe mihi quin & euigilarem litteris & ingenium uariis rebus ſcribendis exercerem. Iam primum ut ordine incipiam:ſcripſi in delegatione Peruſinorũ librũ unum:nec mirere cum dico librum:nam & orationes multorum legatorũ ad Ro. ſuperiorem Pontificem : continet & ornatũ omnium rerũ explicat de ingratitudine fugienda:libros tres:opus etiam a doctis uiris non illaudatũ De fœlicitate Thraſimeni unũ De uita & geſtis Brachii ſex. Verſus quorum pars eſt amatoria:pars amore non uacat:ad tria milia:orationes funebres duas:perſuaſorias tres. Epiſtolarum libros ſex Reddidi tibi tanq̃ parenti rationem ocii mei reddamq; ſemper. Nam cui graciora mea ſint q̃ tibi habeo neminem. Loquar tecum paulo glorioſius qui hanc hiſtoriam nouiſſime ſcriptã legunt:ſic afficiuntur ut omniũ ſit iuditium nihil iam poſt ſeptingentos annos ſcriptũ magnificentius. Nam & cõtionũ ardor hiſtoricus apparet & æqualitas rerũ caſtigata oratione profluit:tum multa loca ſũma cum diligentia deſcribunt. Deniq; ſic ſum conatus rerũ ſeruare dignitatem ut ſi legas ueſtitam hiſtoriam non nudos cõmentarios legere uidearis Eius hiſtoriæ ſuauitate pelecti Otto & Nicodemus cũ ẽt ſummorũ hoĩm iuditio mouerentur petierunt a me ut res geſtas illuſtriſſimi Ducis ſuſciperẽ ſcribendas. Recepi me facturum cum quia ſperabam fore ut omnia q̃ primum ad me explorata & cõperta deferrentur:tum rerum magnitudine adductus. ſed eorum negligentia res tota defriguit. Nã dum uerba dant nec conquerunt quidem res a Duce geſtas & me ſpe quadam iniecta demorantur:quo minus aliud aggrediar. Imploro igitur opem tuam cura ut hæc mihi prouincia decernatur:aut ſi liberius dicendum ne mihi ante tempus:ideſt ante confectam hiſtoriam ſuccedatur. Scio q̃ ſoleas iacẽtes amicos excitare: neq; enĩ præmii gratia hoc me tãto ſtudio petere arbitreris:ſatis eſt præmii ubi laborẽ gloria:laus iduſtriã cõitat. Vale.

Campanus Dulciboni ſuo. S.

q VOD ſcripſiſti nobis habentur gratiæ nõ mediocres:neq; enĩ quo minus aliquãti nos faceres nequicia ni a deterruit: q; ãt rheginos mõtes diuerſoriũ ſacietatis ut arbitramur tibi delegeris:ꝓbamus conſiliũ tuũ: ueremur tñ ne frigidiora ſint loca iſta q̃ pati ualitudo tua poſſit. Quippe nõdum ſatis firma tãq̃ foliũ modico uẽto decutit. & delicatiore indiget cultu:tẽperatioreq; plaga:tũ montes iſtos quos ſcribis uicinos Alpiũ radicibus : atq; ideo gelidiſſimos a ualitudine tua penitus alienos exiſtimamus :ſim minus ꝓpe ad Alpes accedũt tutius erit cõſiliũ tuũ. Poſſes hic mecũ eſſe fortaſſe cũ Necio. Sed errauimus cũ uobiſcũ diximus. Nos enĩ tanq̃ lupi p nemora ſaltuſq; diuagamur. & dũ Rheno alueũ quærim⁹ fluẽtiores ſumus q̃ ipſe Rhenus:nuſquã nobis quietus locus quaſi iã nũc ſit nobis cũ aqua & flumine de iſtabilitate certãdũ. Quanq̃ Cãpanus ſẽp in umbra ut quẽ muſæ gremio fouerũt ſuo. Gentilis totus natus ad ruſticitatẽ ſẽp in agris:hõ nequã:doloſus:inſidiarũ plenus. & cui tu nõ facile uel egyptiã credas:ob hoc fallacionqa qd auidiſſime cupit id diſſimulat callidiſſime Hoiem uerſutiorẽ:uafriorẽ:aſtutiorẽ inuenies nullũ. Is pria frõte ſãct⁹ caſtigatus uoce ad emulcendũ tractandumq; blanda & ſubdola: ceruice alior ſum intorſa & pendula Quid tibi hoc hominis non promittit ubi proprius intueris:olet uulpem: ſpirant a nare doli:fraudes:inſidiæ. uerſutiæ ab ore. nugæ & mendatia prodeunt. Quid in Campano? totas noctes quietus ſtertit:uideas medio in thoro hominem nudum feris omnibus horridiorem quas ſyluæ alunt : pedes uncos : curuas & hirſutas manus : nares perlatas & patentes. & ſubductam frontem : turgidum iam nouis ferculis : ferculis & inflatum uentrem:membra breuia: teretia : corpulenta. & urſis etitiis hiſtricibus aſperiora.

Quod tu

Quod tu monſtrum huic homini comparabis? mirũ eſt tam diuerſos homines tam iter
ſe mirifice cõuenire. ſed non ſp extremis interiora reſpondent. Sub pilis illis multæ latẽt
molleſq; delitiæ: homo eſt ex aío quem appellare poſſis manſuetũ: nequã tamen & calli-
dus. ut ſunt lenta flumina periculoſiora: raro ſolus incedit quãquam domi ꝙ foris aſſue-
tior. Somniat Mantuam & neſcio quid magnũ uerſat animo: mirũ eſt tam puſillũ homi
nẽ tã altas cogitationes edificare. ſed edificat & montibus mõtes imponit. Ergo tu quo-
q; Mantuam nos ſequere non ſolum cõſilium tantis edificiis. ſed ẽt opem allaturus. Sed
nec tu conſilium capias huc ueniendi fugies. ubi primũ olfacies ubi deguſtabis moriere
Itaq; nos miſeri quotienſcũq; bibimus morimur. & tãquã Promœtheus ille quem in cu
biculo pictum Mantuæ uidiſti ad pœnam ſitimq; renaſcimur. Vale.

Campanus Roſcio ſuo. S.

I tardius ꝙ eram pollicitus ad te redibitur quid cauſæ futurum: quod ĩpe-
ſ dimentũ exiſtimabis? num niues totos undiq; montes nec iuga modo.
ſed ipſas radices occupauere: num pluuias hæ quoq; niues excepẽrũt qua-
ſi cum cœlum grandine geluq; duratum: in mellem roſculum & tenuem
aquã humorẽq; diſſoluitur. Num ẽt fortaſſe delitias meas nondũ me ha-
bet Hercule neq; adiui neq; uidi eſt ruri prata iter atq; uirgulta. Inter phylomenas potius
ad delitioſiſſimũ caput mane ueſpere nocte concinẽtes: aut ſi ita maius iter ſtultitiã amẽ
tiãq; meam qui quod nõ amo quo pacto fieri hoc põt inquies: non dubito cognita eſſe
tibi ea ratione conſtare mihi oĩa: ut quæ non ſint ea eẽ contra quæ ſint ea nuſquam eſſe
uideant. Sic quia regnũ non habeo regẽ me eſſe iudico: illam aũt cũ habeam eam mihi
habere non uidear. Non dubito quia lenẽ me & quaſi ſcripſeram appelles cũ eadem ſit
ſemp materia ridendi. Sed heus tu cui grauia deſunt aut nihil agat aut leuia ſectet: neceſ
ſe eſt: ſi nihil ad te hoium quos uidi oium ſcrupuloſiſſimum ſcriberẽ: quæ iurgias: quas
mihi tu lites intẽderes? grauia uero ide mihi: aut quo ex trutico ſuppeditent: ſic iter ſaxũ
ferrumq; diſtrictus tuam iſtam tam proteruam importunitatẽ: & meam tam ancipitẽ ne
ceſſitatem una uia fugiendam eſſe cognoſco: ſi cum ſcribam aliquid nihil tamẽ ſcribam:
quod meis litteris ſi cuncta perſpicies facile deprehendes. Quippe multa cum legas ni-
hil tibi legiſſe uideare: tãq̃ gladio cum ſole atq; umbra decertes: ubi tum multum crebro
q; circumferias: nihil eſt tamen quod feriatur. Vale.

Campanus Dulcio ſuo. S.

Orſiano uenimus ad lacum Thraſimenum: nec adhuc tamẽ ſedem ſtatuere fu
giendiq; finem facere potuimus. Peſtis hic late ſerpit: oppida iam oĩa peruaga
t tur ſi qua ſint quæ ſalubritate ualeant ſua ea aliorum propinquitate cõtingũ
tur: ſic quo fugiamus uix habemus loca quærimus deſerta inuia inaceſſa tanq̃
feræ nemora ſyluas monte habitamus: quæ res una me ſolebat maxime dele
ctare: deuitamus hominum frequentiã quod exilium durius: quæ acerbior relegatio aut
eiectio: exules qui ſunt nouas adeunt ciuitates ubi iocunde uiuant & multa cognoſcant.
Nos cœtum oẽm nõ ſecus ac peſtem ipſam extimeſcimus. Illi inimicos habent quos fu-
giant & poſſint ſalui eſſe. Nos qui fugiẽdi ſint aut quo eundũ ignoramus: occulta in nos
tela coniiciunt: ſed nimis diu tecum quærant nihil aliud ꝙ moleſtiã addituri: tu uero da
operam ut ſalui ad Salum redeamus: quod plane facies ſi monitis præcibuſq; noſtris ob-
temperabis: quibus nihil fuit moleſtius ꝙ ꝙ te in medio piculo incendii in media ſtrage
relictũ nõdum potuimus reuocare ut iam eo res proceſſerit ꝙ neq; ad nos tuto poſſis ni-
ſi aliquo diuertas ubi aliquot diebus tanq̃ expurgatus: neq; periculũ afferas nobis ſi huc
eas: neq; repulſam habeas ſi alio proficiſcare. Vale.

Campanus Chariſtio ſuo. S.

Doardus noſter heri ueſperi domum ad me uenit. ait parentis accepiſſe lit
teras quibus extemplo in patriam redire iuberetur. Si quid uellem amicos
a aut propinquos ſcribere ſe poſtridie prima aurora diſceſſurum. Cœpi ego
mecum aliquantulum ad quos potiſſimum ſcriberem cogitare: tu primus
omniũ occurriſti: cuius ſumma atq; ampliſſima beneficia hærẽt mihi anio
hærebuntq; quoad uiuam memoria ſempiterna: nec ulla uetuſtatis obliuione delebunt:
ſed quærẽti materiã nihil aliud ueniebat in mentẽ ꝙ ꝙ Adoardũ ipſum cõmendandũ ti
bi exiſtimaui ꝓ ueteri officio erga te ſuo & obſeruãtia illa familiari qua tecũ uiſus eſt cõ
iũctiſſimus: nõ ꝙ ei opus eẽt cõmẽdatio mea apud hoiem familiaritatis iura tãq̃ haſta &
mucrõe defendẽtẽ. Sed qm̃ nihil erat aliud qd & me hõeſtius inũgere & te libẽtius effi
cere poſſe arbitrarer: qua in re nõ multis utar. Adoardũ tuũ noſti: fuit ſemp tibi fuit etiã

mihi amiciſſimus ut ſi negligentior eſſe uelis in meis amicis confirmandis atq; ornandis in tuis complectendis & iuuandis ingratus:& perfidus eſſes:nõ poſſis non multa patet. Nam hoc etiam magis iuuandus eſt quoniã modeſtia laborat ſua:ut quæ exteri petulantius extorqueant:hic uix remiſſe ac frigide audeat non dicam poſcere:nam id non audet ſed ſignificare. Quæ res me ad hanc cõmendationem uel prima impulit:ut eius uerecundia mea opera excuteret:tu ſi te habitas & iis idem qui fueras:ex taciturnitate poſtulationem aucupaberis:& hoc magis elaborabis quo eum pudore ſuis negotiis deficere intelliges. Vale.

Campanus Hautonphilo ſuo.S.

Arii nuntii quæ de tua ualitudine nobis afferuntur:miſere me diſcruciãt: neq; enim ſum qui ſoleam ſuſpiria & lachrymas imputare: quod eſt mulierum. Sentio tamen animo dolorem. Et quod ſapientius eſt cõprimo & mihi ſoli augor quum angor:de te autem ut ſim ſollicitus: multa faciunt amor in me tuus & charitas qua me proſequeris & ſolus ut alrius neſcio quid ſperarem effeciſti. ſolus ad hæc maria uel tempeſtatũ uel negociationũ pellexiſti:unicus Dux conſilio℞ cogitationumq; mea℞:atq; ideo longe chariſſimus: quia unicus accedit eodẽ quod omnium primũ eſt ſingularis humanitas tua. Caue putes me adulari tibi:fuit ſemper id a me alienum:placent mihi multæ præclaræ amplæq; uirtutes quibus es præditus:placent etiam fortuita & externa: fauor principis ſtatus dignitatis non mediocris:diuitiarum quantum ipſe mihi ſæpe ſatis tibi eſſe dixiſti:ſtudia littera℞ quæ & tenes & amas:hæc in quam placent omnia:ſed illa comitas:illa tã liberalis frontis tuæ humanitas:illi iocundiſſimi & ad manſuetudinem paratiſſimi mores tui:neſcio quid maius habent & ad beniuolentiam omnium promerendam uehementius. Illa ſuperiora dignitatem poſſunt afferre:ſed etiam inuidiam:poſſunt gratiam ſed magis inſidias. Hæc poſteriora æque omnibus charum te & iocundum reddunt:& ut nihil odii & cõtempt' ita gratiæ & auctoritatis afferunt plurimum. Credo equidem apud omnes ut qui de me facio coniecturã:ſed mihi tanto hæc omnia gratiora ſunt:quanto fortaſſe notiora. Cæteri ſtatum tuum:ego etiam uitam moreſq; cõſidero:nec iccirco hæc ſcribo ut te mihi reddam benigniorem:humanitate tua factum eſt ut ad eum cumulum beniuolentiæ tecum acceſſerim:qui multis magniſq; tuis meritis exaggeratus nullo pacto augeri poſſe uideatur. Sed ne quid ualitudini tuæ afferam tedii miſſa hæc faciam. Illud tantum a te poſtulare ne uel ipſum quem unicum habes fratrem magis ſollicitum:magiſq; ſuſpenſum de ſalute tua cenſeas eſſe q̃ me:nec dubito quin tibi ita eſſe perſuadeas quamobrem ſi eo in ſtatu es ut reſcribere ipſe manu tua poſſis:nihil neq; certius neq; iocundius:ſin id per ualitudinem non liceat:fac ut ſciam quouis modo:non deerunt quibus iniũgere poſſis ut ſcribant. Ego nuntiũ certiorem expecto:ueniam ad te q̃ primum ſi morbus ingraueſcat: qd facturus inquies? ſi nihil aliud ut adeſſe tibi qualis ſoleo q̃ facetiſſime poſſim. Vale.

Campanus eidem ſuo.S.

On potui in diſceſſu meo te conuenire:quam rem non dici poteſt q̃ moleſte tuli:uiſus meo in te officio defuiſſe. ſed noui animum tuum: non tam ebbanditas amicorum captatiunculas q̃ fidem ſimplicem uelle. Nec excuſabo me pluribus:para te ad arma pro Campano tuo ſuſcipiẽda:cum iſtuc ad Pontificem ueniemus. Spero Cardinalem futurum mihi per omnia fauentiſſimum adiutore te:nã & ipſe ſua ſponte multa mihi pollicitus: curã uidetur de me ſuſcepiſſe nõ mediocrem:ſi modo facta uerbis reſpondeant. Interea ſi quid de me inſtillare ad aures Põtificis poſſis:cura hominẽ omniũ quos habeas tibi deditiſſimũ: melius tu uel ſomnians q̃ ipſe uigilans:quod in rem meam cedat intelligis. Vale.

Campanus Calandrino ſuo.S.

IBERO te metu iſto:nam & ſi amiciſſimos omnium qui uiuerent nephario ſcelere propinquorum amiſi: non tamen is ſum qui duorum hominum beniuolentia contentus eſſem:reliqui ſunt complures quorum & ſi minora in me beneficia extiterunt. Charitas tamen par:aut certe nõ multo minor fuit:dedi lachrymarum quantum oportuit: fortaſſis etiam ultra:ultri fortis & compoſiti dignitatem. Tu ſi quando alias ad me ſcribes quod ſæpiſſime uelim facias:ſi diſſimulare communem iacturam poſſis:noli obſecro utrumq; noſtrum noua plaga exulcerare:cum tantum facinus & tam acerbum atq; indignum: nec ſcribi a te ſine dolore:nec a me legi ſine lachrymis poſſit:demum tua dum polliceris acta agis:q̃ ſi exciderit:diu iam pollicitationem iſtam non ſolũ factam a te:ſed etiam a me receptã

Itaq;

Itaq; quod mihi partum eſt:id tu in litem uideris adducere:dum offers:& nouum expoſcere libellum amiciciæ:quæ multis ac maximis:teſtimoniis confirmata non modo non negari:ſed nec diſſimulari quidem poteſt. Vale.

Campanus[1] ſuo.S.

e ST ita ut dicis:parua quidem me tenent:tamen officioſa negotia: atq; ideo non negligenda : quia parua : ne ſi minora contemnam maioribus dignus eſſe non uidear. B. Cardillus noſter ſuſpenſo eſt animo:: ſuſpenſo inquam hoc tu effeciſti ut ille te ſine graui moleſtia carere non poſſit : adit me : percontatur:& quid ſentiam de aduentu tuo : male tecum fortunatus amicus cui per alium ſignificetu. quod per eum aliis oportuerit:habet hæc amicicia ut grauiora ſint quæ putamus minima ſi pretereantur. Vale.

Campanus Baccio Vgolino.S.

c Ampanus ſaluere iubet incudem ſuam:ſic enim libet appellare eum qui aſſiduis negotiorum meo℞ ictibus feriatur:& pferat. Cogitaui mecum i hoc ſeceſſu noſtro æſtiuo:qua in re poſſem tibi laborioſus eſſe:uta conſuetudine non diſcederes:lenteſcit ager cum nõ uerſatur : frugi eſt cum excolitur: & etiam ſi ſæmentẽ nõ ieceris:arandus tamen eſt. & tanq̃ iaciat exercẽdus ita nunc quũ nihil habeam:quod tibi iniungã laboris : ſcribo ad te ut cum mea legas:labore nõ uaces:nec aratrũ uomeremq; detractes Cum ad iugum ueniet:feriæ eni ſemper agricolis nocuere:nõ ſolum qm̃ ceſſat opus. ſed etiã quia iuuencii redureſcũt:ſcripſiſſem ad te prius ſi quid auribus tuis:aut opera dignum habuiſſem:uerum cum neutrum adeſſet. diſtuli ad hunc diem:occaſio quæſita eſt:non admiſſa negligentia quæ tñ poteſt fieri cum eſt mediocris. Sed homo ineptus pedetentim in mea errata delabor : qui dum propellere crimen ſtudeo:uideor cõfiteri:utcunq; ſit in tuto res eſt:& i portu nauigatur:cum apud te cauſam dicturus ſum Nihil fœlicius in cauſis ſecundo iudice.aduerſo infœlicius nihil:ubi redierimus ſi dignum ſupplicio putabis,nõ recuſabo uel crucem:ſi uideat interea da operam ut ſaluum te inueniam :cætera forum iudicabit. Vale.

Campanus Gentili ſuo.S.

p Lacet iocari te mecum de Syrenula:uerba mihi a te data eſſe non placet : ſed ſtomachum in te meum ex endecaſyllabis:errores tuos ex tetraſtico intelliges:ridebis in te morſum tam lepide : iure morſum niſi ſtultus ſis non ridebis:non eſt idem ad me:quod ad Papienſem ſcribere:illum fœlicitas perdit ſua dum te perfert:mihi etiam eſt tecum de ingenio ſumma contentio . Laxiorem fuiſſe me dicis q̃ oportuit:& niſi me tanq̃ e campo recepiſſem negaturum te fuiſſe meos eſſe uerſus quos edidi:quantũ uideo tractum igenio putas & tantæ rei:neq; modum neq; iuditium adhibuiſſe:ſed uide tu q̃ diuerſa ſentiam. Ego anguſtias accuſo meas in iis uerſibus:tu obiicis laxitudinem:& quod tu probas nihil mihi placet minus q̃ me in exitu colIegiſſe. Poſcunt collectam & rotundã breuitatẽ epigrãmata:& tunc probantur maxime cum exacuuntur ſpiculis & ſale:ut quanq̃ cito non tamen leniter ingluttiantur. Longe diuerſa eſt ratio in panagyricis:late fundimur nullus eſt locus paulo apertior in quo non ſpatiemur ubiq; conſiſtimus : ubiq; explicamur. Riſiſſe amnũ & illius undam factam gratiorem:plauſiſſe feneſtras ac uias : & cœlum Papienſis laudibus & cantu plenum late ſonuiſſe. Charites itineri acceſſiſſe comites:& alia eiuſmodi plauſu & læticia pfuſa:nihil habent rugoſum aut contractum:carent tælis ac dentibus:fuſa & læta ſunt omnia:quod proprium eſt generis eius quod dixi:poſitumq; eſt totum in feſtiuitate ſententiarum:uerborumq; luxuriæ:& uolunt panagyrica omnia prope ſupra fidem & plena miraculis ſi a poeta tractentur:remiſſius præſtare hæc oportet oratorem : ſed ita ut a iocunditate & copia non diſcedat. Accedit uarietas rerum dicendarum . quæ niſi exornentur & pateant : nullam poſſunt afferre gratiam conculcate. Nec unus aliquis eſt locus certus in panagyrico:per omnes uagatur & ſurgit:per omnes exultat. Epigramma unum eligit atq; attendit locum quem uulneret. uimq; omnem poſitam habet in dextra . nec unq̃ recte ferit:niſi cum celeriter & uulnera tunc infert grauior tum tãq̃ improuiſa. eſtq; gladiatori perſimile:cuius ultima eſt laus . una plaga conficere aut iactu in uulnere aduerſarium Habes meam de utroq; genere ſententiam . tu ſi perſtes in propoſito & omnia cõfundas non labero. uolui iis in uerſibus meo iuditio ſatiſfacere. non tuo ſatiſfacturus. etiã & tuo cum tu iubebis. nihil enim potuit tam ample dici in Papienſis laudem quod non anguſte dictũ uideretur. Endecaſyllabos meos nõ quæro ut laudes. qppe multum ex illo℞ dignitate detractum putauerim ſi ab eo probentur quem laceſſunt . tetraſticon ſi uis etiam

dilacerata:dummodo ſcias me non tam uerſus tuos corrigere q̃ mores uoluiſſe:non q̨ cō
tendam crimen ineſſe epigrammati:ſed qm̃ neq̨ quid ſcriberes:neq̨ ad quem ſcriberes:
habuiſti rationem. Vale & Sytenulam mitte. Iterum uale.

Campanus Cardinali Senenſi. S.

Rras ſi exiſtimes mihi non eſſe morſum:nam etſi canis non ſum:latro ta-
men. tum etiam aſini mordent cum amant: & hoc uehementius quo ſunt
e incitatiores. Spes mea æque pendet ut antea:aliquanto min⁹:q̨ ſcio nihil
magni aut præclari cogitare Lapidarium. Galli fabulam audiuiſti:ſequar
conſilium tuum:& quod ſoluere non licebit arrumpam. etiam ſi cœlum
ruat non peribit Campanus pro Cocodrillo. Eligam de tot locis unum:quanq̃ ſpero pri
us te rediturum ex balneis q̃ ego in Senenſem agrum perueniam. Tranſitum faciā p Peru
ſinum accitus arbitrer in longa contentione prædiorum: uagabor ut tu feciſti forſitā ne
quid me ſuperes etiam uagabo. Thraſimenum meum quem alias deſcripſi recenſebo om
nem iure meum ſymbolum accepturus ab accolis quos ornaui. Collegam mihi datum
dubiis temporibus uehementer gaudeo: atq̨ eum collegam quem ego ſi mihi quoq̨ in
ſuffragia fuiſſet eundum non modo cooptaſſem auguratui:ſed etiā proconſulem ſtatuiſ
ſem. In re tua nihil eſt prætermiſſum quanq̃ ad hunc diem fruſtra laborauimus. Ego Vr
ſinum Spoletanum. Theaneñ. Rauennatem. Papienſem uerbis accendi ardentiſſimis.
Queſtus eſt nequam Socculus Papiēſem ſibi immutatum eſſe. Vrſino dedit uerba Thea
nenſis propter aduerſam ualitudinem non potuit adeſſe ipſe quidem: mittit tamen qui
cæteros excitent: polliciti ſunt omnes ſummam operam: nec ſperant tamen ſolus Vrſi-
nus cenſet cum Socculo elaborandum. Datus affirmauit ſe multa dicturum cum Papa.
Ego iurare poſſum facturum pauca:nam uideo qua fronte promittat. Cæteri dicunt ſum
mis uiribus contendiſſe:nec eſſe exauditos. Ventum eſt in eam ſententiam ut apud Papā
intercedant:non quidem de re ipſa quam putant factu difficillimam: ſed de expectando
aduentu tuo. En quo recidimus:& durandum tamen:omnia uincit qui perfert. omnium
egritudinum medicus dies. Tu uero ſi cenſeas hanc tibi datam aream in qua uires exerce
as tuas:id eſt ut animo uincas qui fraude oppugnaris:non eſt uirtus in campo decurrere
ſed in lubrico non poſſe auelli:homini ſapienti nihil iocundius q̃ iactari procellis ut quo
ſtudio atq̨ animo id uinci poſſit oſtendat. Nihil poſt mortuum Pium accepiſti iniuriæ
quod tibi ad gloriā non ceſſerit maximam:plus his aduerſis reb⁹ adeptus es laudis q̃ fue
ras illo uiuo ſecundis:quare ride hæc delyramenta ne augere ne perturbare Vincemus in
quam omnia:nec unq̃ ſine inſigni laude ſuperabimur. gloria eſt noſtra quicquid infligi-
tur. Inſtat tabellarius. Oro te atq̨ obſecro ualitudini & quieti ſtudeas:contemnas cætera
præſertim cum iurare poſſim quicquid accipias creſcere ad ſummam laudem: augeriq̨
de te apud omnes iudicium. Bene uale. Rauennæ.

Campanus Donato Acciarolo. S.

Ccuſa tu quantum uis uel iudicium de me tuum:uel meam erga te neſcio
an dicas inſolentiam:qui tecum ſic ægerim ut ingenium tuum & doctri-
a nam & liberalitatem plane uiſus ſim contempſiſſe. Ego uero cætera for-
taſſe temere:amicos autem diligere non niſi conſulto & ratione adhibita
ſumma conſueui:quippe q̨ ſic exiſtimem eligendos. ut locus pœnitentiæ
eſſe non poſſit:ſic habendos ut dimitti non liceat. Nec unquā ꝓbaui periandricum illud:
ſic agendum eum amico tanquā ſit futurus inimicus. Habeant ſibi eius generis amicici-
am. immo amiciciæ umbram potius leuiſſimi homines non minus conſeruandis amicis
inſtabiles q̃ eligendis inconſiderati. Mihi quidem ratio placet firma conſtans diuturna
ut teneam ſemper quod ſemel acceperim:atq̨ ideo eos accipio qui ſemper poſſe teneri ui
deantur. Ego te qui eſſes aut qua natura qui ad me ſcripſeras ignorabam. & de doctrina
quidem audieram multa:etiam ſcribendi elegantiam antea ſæpe proſpexeram: ſed hæc
fructus pollicebantur amiciciæ:amiciciam ipſam non promittebant:neq̨ enim fere idē
eſt eloquentem eſſe quod amicum:quorum alterum artis & ingenii eſt: alterum naturæ
& probitatis. & illud ſtudio procedit:hoc officio continetur. Eam ob rem ad reſponden
dum elegantiſſimis litteris ſimul q̨ plus ocii deſiderabatur:ſum factus cunctatior etiam
q̨ abſente me Romam delatæ aliquanto poſtquā fuerant ſcriptæ ad me peruenerunt. In
primis tamen q̨ paciſci mecum uelle uidebaris:& paciſci de re grauiſſima in qua ne poſ-
ſem falli:cauendum mihi etiā atq̨ ē iudicaui. Petebas ut quoniam Gentilem meum eſ-
ſem complexus te quoq̨ pari uinculo amicum acciperem. Eam ego conditionem etſi
reiiciendam nullo modo exiſtimabam:non tamen ita ſtatim putaui accipiendam: cum
nihil ſit

nihil ſit in quo feſtinetur periculoſius: quid enī aut tam facile paritur aut tam turpiter di
mittit q̄ amicus? Noſti puerbiū de ſale: ut plane cōſtet amiciciæ recte cōciliandæ neq; di
em neq; menſem ſatis idoneū teſtē eſſe. itaq; plurimū refert. precipitemur ne lubrico paſ
ſu in beniuolentiam an firmo gradiamur. illic paruo momēto dilabimur. hic nullo q̄uis
magno impetu poſſumus deici. His de cauſis hæſi primū ad tuas lr̄as: ſubdubitaui de te:
cuius neq; dum humanitatē intellexerā: neq; de moribus habebā compertū: & ut arden
tiſſime cupiebā hāc mihi facere acceſſionē amiciciæ ita maxime ne iprudēnter facerē: me
tuebā. Gētilis mei teſtimoniū hēbā ſuſpectū: uehemētius enī extollebat q̄ qd carcere poſ
ſet ſuſpitione: nec quicq̄ laudatur icertius q̄ quod nimis. Viſum eſt deniq; illud imprimis
ad rem pertinere ut de te percontarer: utrumq; enim ſummæ uidebatur negligentiæ: aut
habere amicum cuius uitam non exploraſſem: aut nō explorare quem cum gloria eſſem
habiturus: pcontatus ſum igitur de te multos. Inuenio eam opinionē apud oēs: ut & pu
deat cunctationis huius me non mediocriter & dignū te cenſeam cuius amicicia nō mō
recipienda ſit: ſed oi ſtudio atq; conatu expetenda: proinde quod tu a me paulo ante po
ſtulabas: id ego abs te nunc ſummis præcibus contendo: ut nobis amicum te præbeas: &
illud cogites amiciciam tuam eo mihi futuram chariorem quo plus adhibuerim iudicii
in comparanda: ut fere diutius perſtant quæ tardius coaluere. Eſtq; multo cōſtantius qd
iuditio elegiſſe q̄ quod caſu incidiſſe uidearis. Reddidi tibi rationē tarditatis meæ uer
boſius fortaſſe q̄ decuit aperte ſentientē: ſed dabis ueniam & ſi ſero tñ aliqñ pœnitenti:
aut ſumes ſuppliciū ſi uoles non recuſo uel capitale: modo illud intelligas: plus utrunq;
noſtrum hac ipſa tarditate pfeciſſe: q̄ ſi extemplo reſpondiſſem: aucta eſt de te opinio: mi
hi ratio conſtat cōciliationis tuæ: iam fructus capere ex hac noſtra beniuolentia icepi ma
ximos. Roma profectus cū Papienſi tuo Demetriū & Carolum magnum perpetuo itine
re habuimus in manibus: quorū tu dum uitam ſcribis: alterū ex intima græcia: alterum e
media Barbarie utrunq; e tenebris in lucē reuocaſti: non contempſi ſtudium exercitatio
nis tuæ ingenium tam ad omnia facile uehementer ſum admiratus. Habet enim interp
tatio difficultatē nō ſolum quia per ignota & peregria uerſatur: ſed etiā propter æquali
tatem: & ut ſic dicam quadrationem exprimēdi: in qua ſi oia teneas niſi fœlicitas aſſit in
genii multa aſpere quædā etiā obſcure inuertant. Editio noui opis plus habet induſtriæ
totaq; eſt inuentionis & hoc difficilior q̄ labore conſtat proprio & tuo: mirū eſt quantū
tu utraq; in re ualeas: q̄ diſtricte atq; appoſite: quanta luce uerborum abſoluas oia. Dicam
aperte quæ ſentio: maiorem te inuenio & doctrina & ingenio iis in libellis q̄ exiſtimarā
Eſt & Papienſis noſtri idem de te iuditium: ita ſentit ut ego: quanq̄ maiorum eſt illi uis i
iudicando: nihil eſt quod non perſpiciat alienis in ſcriptis: præſtet in ſuis. Iam tui erit of
ficii exhibeas te oculis illorum quorum manibus libellos exhibuiſti non minus iocūde
te aſpiciemus q̄ illi ſunt lecti. Vale

Campanus Phylemo ſuo. S.

On ſine rubore quodam ad ſcribendum nunc tandē tam ſero ſum adductꝰ:
quod ſtatim poſt acceptum munus tuū digniſſimum facere debuiſſem: aut
n ſi pſtinæ noluiſſem noſtræ beniuolentiæ ſatiſfacere: nō erant a te neq; litte
ræ: neq; munera expectanda: ſed extemplo poſt deſignationē factam redde
re te de mea dignitate certiorem oportebat: quæ dignitas ut neq; ſperata fu
it a me nunq̄ neq; poſtulata ita ſubitis atq; ingentibus curis inuoluit atq; immiſcuit acce
pta: de qua re non dubito preter cæteros noſtros maximam te læticiā ac uoluptatem ac
cepiſſe: qui me ſemp unice ac ſingulariter dilexiſti: ſed quo tardius tibi reſcriberem cauſæ
hæ potiſſimum extiterunt. Primum q̄ erat multis aliis reſcribendum qbus moleſtior tar
ditas mea ſuſpectiorq; fuiſſet. niſi confeſtim reſpōdiſſem (ut ſūt plærūq; infirmiores ami
ci confirmandi) ne ſe contemni ac deſpici arbitrent: de te autem nihil erat tale quod ſuſ
picarer qui nunq̄ de mea ſingulari atq; uehementiſſima beniuolentia dubitaſti: deinde
quia nondum omnia erant confecta deerant quædam ex quibus plenā ac ſolidam cape
res uoluptatem ut ſolēt quæ minima ſunt interdū rerum ſummæ detrahere: efficereq; ne
ex oi parte plenæ eſſe uideant. Illud ſolum ne ſuſpiceris. Ideo ante hunc diem non fuiſſe
ſcriptum a me quia languidior ac frigidior dignitate effectus animū extulerim: nunq̄ tā
ta dignitas eſſe poſſet quæ uel obolum mutui amoris noſtri poſſet auferre imo uero quā
to maior dignitas tanto animus ad amandum eſſet ardentior. Vale.

Finis tertii libri.

IOANNIS ANTHONII. CAMPANI EPISCOPI. INTERAMNIEN. APRVTINI. EPISTOLARVM LIBER QVARTVS.

Campanus Antiſtiti Maguntiũ. S.

m

IRABERIS præſtantiſſime Antiſtes: qui nullis tecum ſum de uinctus officiis: nulla in re tibi uſui fuerim: nihil dixerim: aut præſtiterim in tuos: ita nunc repente ſine cauſa ad te ſcribendũ erupiſſe. Et uereor ego quoq; ne me nimis impudentem exiſtimares & temerarium: qui obſcuro loco: infima fortuna: nullo ingenio: apud te principem genere illuſtriſſimum: ampliſſimum: opibus gloria & uirtute ornatiſſimum me īgeſſerim: niſi ſcirem eum te fuiſſe ſemper qui tantum ſplendorẽ nobilitatis: pari condieris manſuetudine: & gloriam cum humanitate: opes cum moderatione coniunxeris: ut ſi utra in re magis excellas habendum inditium fuerit longe plus in te uirtutis q̄ fortunæ aut naturæ iudicetur. Hæc me ad ſcribendum perpulerunt: admirentur alii quantum uis ſplendorem tuæ gẽtis obſtupeãt præclaras res geſtas maiorum tuoꝝ: & latitudinem imperii familiæq; uetuſtate metiant. Ego & ſi hæc maxima cenſeo: pluris tamen facio ornamenta tua & propria. Gentilicias opes: & auitam gloriam tui maiores pepererant: eaſq; tibi & cæteris ſuis poſteris reliquerũt præſtantiam uirtutis ipſe tibi tuo quæſiſti ſtudio: non aliena induſtria comparaſti. adæquaſti te ipſum: ut probitas cum nobilitate: nobilitas: cum probitate contendat: & talẽ te præbuiſti: qualem tui te maiores eſſe uoluerunt. Intellexiſti q̄uis fortunatiſſimũ principem niſi pari uirtute fuerit preditus: maximis deſtitutum præſidiis: minorem ſe ipſo iudicari: purpura & ſtatuæ uetuſtatis ſunt: nihil ad nos attinent: niſi cum meremur: & quanq̄ afferunt hæc aliquid poſteritati laudis: & elucet in nepotib⁹ auoꝝ ſplẽdor: tamẽ hæreditaria quædam ſunt & ueterum induſtria comparata bona: neq; ſatis magnifica in nobis: cum ipſi non fecerimus. neq; admodum præclara iudicanda: eum non ipſi nos. ſed noſtri potius maiores illuſtrarint: ita ueterum ornamenta nullam afferunt nouam laudem ſi præſtentur: ſummum dedecus & turpitudinem ſi negligantur. Quorum autem eſt ratio coniuncta ut enim præclari nati ſint. & ipſi ſe fecerint præclariores: aut ſi ſuperare non poſſint maiores ſuos tamen adæquarint: horum eſt illa ſolida & expreſſa nobilitas: quã philoſophi laudant ciuitates extollunt: nationes populiſq; uenerantur: colunt poſteri: & qua qui ſunt prædìti diuturnitatem nominis quantam præſtare mortalitas poteſt aſſequuntur. Quamobrem ita tibi perſuade: neq; Ludouicos: neq; Rupertos: neq; alios maiores tuos: quorum tot res glorioſiſſime geſtæ memorantur: plus tibi afferre laudis: q̄ quas te uita tua geſſeris attulerunt: quãquam non inficior pulcherrimum eſſe inclyta familia natum te principem: habere monumenta ueterum ante oculos: illiſq; inniti: atq; ea familia natum: quæ non modo Imperatores eligere conſueuit. ſed Germaniæ ſummos duces dedit. & Italiæ Cæſares: quorum ne uetera recenſeamus. Auus tuus præclariſſimus cuius tu refers nomen Ro. regnum ita geſſit: ut iam Bauarii uel ſoli in Italia celebrentur: ſoliq; expetantur. Auxit ille rem. & ſecunda uſus fortuna cum plæraq; fœliciter proſpereq; geſſiſſet: ſumma cum moderatione adminiſtrauit imperium: ſumma cum gloria deceſſit. Minus bellicoſus quidem pater tuus Ludouicus. & quem religioni q̄ armis aptiorem iudicarunt. ſed cuius laudes in pace q̄ Ruperti in bello nequaquam minores extiterunt. Beneficia in rem chriſtianam potiora: quæ cum tribus uno tempore Pontificib⁹ cõflictaretur: contẽtiones aliquãdiu perpeſſa acerrimas: diſciſſa in partes grauiſſimis incõmodis affecta: ut breui in præcipitium ruitura uideretur. Surrexit unus pater tuus: uenit Cõſtantiam: concilio ipſe interfuit: egregia nauata opa: diſcordias ſuſtulit: pontifices ut omnes ſe pontificatu abdicarent perſuaſit: Ioannem id facere & parere decreto recuſantem: atq; omnia conuoluentem ac perturbantem comprehendit: comprehenſum aſſenſu pricipum reliquorum coniecit in uincula. Creationem Martini oibus gentibus utilẽ: ſtatuiq; chriſtiano neceſſariam procurauit. Schiſma oium quæ unq̄ fuerant: diuturnitate temporis: uarietate ac numero eoꝝ qui contenderẽt: atrociſſimũ ac periculoſiſſimũ eradicauit. & ut q̄ breuiſſime dicam ſtabiliuit religiõem diſciſſam: domini tunicam reſarſit: & ſolus rem chriſtianam in eo quo tunc eſt ſtatu maximo atq; ampliſſimo collocauit: reddidit quietem eccleſiæ: dignitatem ſedi: pacem uniuerſis. Succeſſiſti huic tu religioni: frater imperio:

imperio:ut tu patri filius:ille auo nepos exorti.& alter alterius ſtudia complexi uideam
ini:ille iuictus bello:tu religione clariſſimus:frater armis ac militiæ deditus: tantam ſibi
iis in rebus gloriam comparauit:quãtam germanorum ætate noſtra aut patrum noſtro-
rum aſſecutus eſt nemo:ut iam eius nomen longe lateq; diffuſum : nõ theotones modo
ſed gentes omnes:nationeſq; compleuerit: & nihil in re bellica Palatino dici poſſit illu-
ſtrius:nec quicq̃ ei deeſt ad illam Cæſaream amplitudinem quam diu meruit præter no
men & Aquilas quæ eius præſtantiſſimæ uirtuti debitæ illi reſeruantur:& animi eius ma
gnitudinem:liberalitatemq; deſiderãt. Nam cum hæc duo maxime expetantur imperan
ti:ac præcipua & ad augendam maieſtatem & ad retinendam eſſe uideantur:alterum ut
uincat bello eos qui uelint contendere:alterum ut uictos & qui ei ſe dederint clæmentia
& benignitate conſeruet:exhibeatq; ſeſe omnib' largum:magnificum:liberalem: ea om
nia:ſic elucent in fratre ut iam nunc poſſit cum omnibus qui iam aliquando imperium
tenuere:harum rerum laudibus gloriaq; conferri. Vicit quotiens pugnauit:pugnauit au-
tem: ſæpe & atrociter uictoria potitus:cum ſemper alias tum uel potiſſimum:quinto iam
hinc anno incredibili atq; inaudita ut plus ipſe uno prœlio confecerit q̃ diuerſi impera-
tores multis:omnes fere Germaniæ principes & nobiliſſimi quiq; pugna ſuperati: capti:
uicti i eius poteſtatem peruenere quos ut præclara uictoria deuicit:ita deuictos & captos
præclariore magnificentia conſeruauit & quos cum iure belli potuiſſet occidere aut ur-
bes oppidaq; corripere:aut citra omnem aſſenſionem humanitatis:ære grauiſſimo mul-
ctare:maluit ſuis commodis illorum ſalutem anteponere:quo beneficio quæ tota paulo
ante exæſtuabat armorum tempeſtate Germania omnis pacata eſt.ut facile fuerit intelle
ctum in eo principe totius nationis fortunam ſitam:pacis belliq; fuiſſe. Cum tamẽ adhuc
ea eſſe ætate ut uix militem agere nedum exercitus cogere poſſe uideretur. Itaq; ille ĩ ſuo
curſu laudis eſt totus. Tibi autem diuerſa ratio uitæ:non diuerſa gloria. Quartum natus
annum ſacris es initiatus:ut qui religioni debebaris ætatem cum religione tranſigeres iu
uentam illam uero lubricam licentia præcipitem ſodalitiis inquinatam:ſic cohibuiſti ut
prius moribus ſenem re ſactum iudicarint:q̃ intellexerint iuuenem:octo & uiginti annos
in oculis colonienſium uerſatus:talem re illis exhibuiſti: atq; eam de re feciſti opinionẽ:
ea deniq; uitæ tuæ factis dictiſq; exempla præbuiſti.ut te cum annis eſſent :te unum cun-
cti intuerentur.in te mentem oculoſq; conicerent mortuo Antiſtite cum cõpetitores tã
ti:partim qui ſummis opibus:partim qui doctrina atq; ingenio niterentur . ſuffragia in
te unum uniuerſa collata ſunt quæ animorum conſenſio ſententiarumq; frequentia uiſa
eſt diuinitus contigiſſe:aduerſante nemine raro fiunt ſine inuidia hominum comitia :&
niſi quoddam ſit ſupremum atq; excellens diſtrahuntur hominum iuditia : uarianturq;
qui ſint interceſſuri:dum nemo eſt qui ſe dignum cenſeat auxilio approbationeq; multo
rum. Quare cum unum in te coniecta eſſent omnium uota:repudiati cæteri : neceſſe fuit
eximiam quandam in te fuiſſe eminentemq; naturam : mirificis atq; illuſtribus quibuſ-
dam exornatam dotibus:quam eligerant:cui uellent parere: cum qua neminem compa
rarent. Itaq; ſolus es nominatus:non quia ſolus dignus eſſes : inter tot tantoſq; ſummos
uiros:ſed quoniam maxime omnium digniſſimus eſſe uideare:quam rem lætitia populi
plauſus ciuium:congratulatio principum acclamatio gẽtium declarauit:te uiri: te fœmi
næ te ſenes:te pueri.te omnes ſexus:omnis ætas dari ſibi Antiſtitem poſtularunt:poſtula
tum acceperunt.acceptum ſummis uſq;quaq; ad cœlum laudibus extulerunt Nec tu illo
rum de te iuditium feſelliſti.maiorem illis præſtitiſti q̃ futurum eſſe cõceperant.ſic enim
geſſiſti rem.ita eccleſiæ præfuiſti. ut & qui te elegerũt & quibus præfectus es pari conſen
ſu:hi te elegiſſe:illi ſibi præfectum eſſe gloriarentur . Auxiſti iura uectigalia: & quæ perie
rant.bellorum impetu arrepta:aut ære alieno exinanita. & ĩminutos magna ex parte cen
ſus:ac iam prope abſumptos a fœneratoribus recuperaſti. Oppida quæcunq; ſuperiore tẽ
pore a fide defecerant.aut ab hoſtibus fuerant intercepta:redægiſti in poteſtatem.nec ſo
lum ditionis tuæ fines liberaſti a tyrannico impetu.ſed etiam alienas eccleſias tuis præſi
diis defendiſti:& quæ tua cauſa non moueras.in defenſionem eccleſiaſticæ dignitatis cõ
uertiſti arma. Ludouico Lantigrauio Ladeburgenſem Antiſtitem opprimere : ſtatumq;
enpere conanti:aliquot milibus hominum collectis occurriſti.uitam.fortunas . imperi-
um diſcrimini putaſti obiiciendum . ut oppreſſi epiſcopi dignitatem tuereris . liberaſti
amicum.hoſtem non repuliſti ſolum.ſed quod longe fuit maius reiectum atq; diſſipatũ
inſigni uictoria profligaſti. Exeruiſti gladium ad amici periculum propulſandum . non
enſem ad iniuriam faciendam perſtrinxiſti.mox pacaſti regionem.conciliaſti principes

& exortas publice priuatimq; diſcordias ſuſtuliſti.prouinciamq; tuam omnem & quan-
tum in te fuit etiam alienam:ita pacatam habuiſti ut facile oſtenderis ſi tui fuiſſet arbitrii
nunq̃ iturú te ad arma:fuiſſe qui pacem dederis finitimis:quietem tuis:defenſionem op-
preſſis:humanitatem alienis:non modo germanicis in rebus ubi maxime præſtātiſſima
tua uirtus enituit:ſed etiam dignitate primæ ſedis conſeruanda pro qua tu ſumptus ma-
ximos labores difficillimos:itinera longiſſima nunq̃ recuſaſti:non modo ſatiſfeciſti Pii
pontificis opinioni de te:ſed ſpem quam maximam de diuinis uirtutibus tuis cōceptam
plane ſuperaſti:extulit ille ad hanc dignitatem ſine omni controuerſia:quando digniſſi-
mum iudicauit:quem ad hanc dignitatem ſine omni controuerſia efferre:nulla in re fru
ſtratus es:qui aut te erexerunt:aut ſtabilierunt erectum Hæc ſunt quæ te exornát:quæ tu
um Pontificatum decorant:quæ optimum quéq; ad amandum admirandum celebran-
dum excitarunt:qui tanta geſſeris ꝙ nulli officio defueris:& ita temperaueris fortunam
ut ſplendorem domeſticum:manſuetudo:ampliſſimas opes:liberalitas:imperii magni-
tudiné:prudentia exornauerint. Sed hæ tuæ laudes quanq̃ ſūt maximæ & quæ ſupra ho
minis naturá uideanť:adhuc tamen intra ianuam ut ſic dicam latuerunt:& indicarunt te
nobis atq; huic noſtræ Italiæ non oſtenderunt:impleſti Germaniá te ipſo totam:& theo
tones omnes aut uidiſti oculis aut bello ſupaſti:aut qui illuſtriſſimi ſunt affinitate conti
gis ut fieri non poſſit quominus iis omnibus q̃ notiſſimus:qui non audierunt ſolum exi
mias uirtutes tuas:ſed plæriq; ſuis ipſi oculis proſpexerunt:fructuſq; ex iis uberrimos per
ceperunt. Expectat te iam Italia cui quanto maior eſt fama tui & fraterni nominis:tanto
illi ardentiorem uidendi ueſtri cupiditatem inieciſtis. Et tu quoq; tibi ipſi hoc debes:ut
Italiam uideas:arcem orbis terrarum:natam ad imperium & magnitudine rerum geſta-
rum ſeipſam fineſq; ſuos longe ſuperanté:cuius termini & ſi ſunt anguſti:potentia tamé.
& uiribus & orientem & occidentem ſolem attigerunt:& ipſa facies atq; aſpectus orbis
dominá ita præ ſe fert:ut qui primú Italiam aſpiciant:maieſtatem quandá genialem aſpi
cere & reuereri uideantur. Ex hac tui maiores ortum habuere. Boi enim in Italia fuerunt:
ueſtri Rheni accolæ:eos proditum eſt orto ſeditione reliquiſſe patrias ſedes:& interiecto
curſu temporum primum in Germanici littoris oram delatos:mox non procul a Rheno
ueſtro incoluiſſe loca:& Bouarios appellatos uetuſtate etiá nomina interpellante mor-
tallum Ex ea gente multi poſtea glorioſiſſimi exorti principes:imperium quod in Italia
relinquerunt:in Germania tenuere:etiam ipſam aliqñ Italiá propagauere. Quáobrem
neceſſitudine quadam naturæ tāgi debes:ut natalem ſedem inuiſas ſanctos maioꝝ & ge
neris tui lares:penateſq; ſalutes:tum ut exhibeas te oculis illorum:qui famam tui nois au
dierunt:te ipſum non cognouerunt. Aſpicies cum cæteram Italiam facie lætiſſimam:fœ
liciſſimam ſolo cultu atq; amœnitate beatiſſimam:tum in primis urbem Romam caput
orbis:domicilium principum:ſacrarium religionis cuius officia ſic obſtupebis:ut uel pa
rietinas ipſas & moles paſſim deiectas:reliquú ſperare orbem:quantum eſt totum fateare
tot coloſſos:tamq; prægrandes obeliſcos:& omnis generis ſpectacula uidebis:ut quod
ubiq; fuerit in prætio:hic iaceat:nōnulla adhuc uetuſtate ſuperata priorem retinent gra-
tiam:omnia admirationem quandá etiam ſtuporem iniciút ſpectatori:& ut pauciſſimis
dicam Romam qui uiderit:totius orbis terrarum miracula uiderit. Erit quoq; te digniſſi
mum.ut qui unum habeas in terris cui debeas parere:& ſupra te ſit Pontificem maximú
adeas:ſalutes:uenereris:& quæ in rem tuam ut eccleſiæ tuæ cōmodum fuerint impetres:
Offeras ꝑterea tot ſummis uiris quoꝝ es ſuffragiis confirmatus & illi quem ornarunt in
tueanť:& ſuum de te iuditiú comprobent. Sunt in collegio præclari principes:qui tibi af
ficiunť:quoꝝ ut taceam cæteros:unus Senenſis adeo in te fratremq; tuú propenſus:ut cú
cæteram nationem mirifice complectať:uos tamen ſemp habeat in ore:& illius animú:
tuam modeſtiam:utriuſq; ſummas laudes loquiť ſemper hæc una illi eſt aſſiduaq; mate
ria.qui etſi ea eſt ætate ut annis deeſſe poſſit auctoritas.iis eſt dotibus.ea natura.ut qcqd
in quoq̃ poſſit deſiderari ſplendoris:in hoc eluceat.ut neſcias. Pius hoc nepote:an hic
Pio auunculo dignior fuerit habendus? grauitatem:eloquétiá:conſiliú ab illo accepit oia
humanitatem illius præ ſe fert totam:niſi quantú ipſe eam conatur efficere maiorem:dú
ſe nō effert iuuenis.quantum ille non ſenex efferebat erga amicos idem eſt ſtudiú.eadé
integritas animi.factis dictiſq; uerus nemini ultra affectum eblandiť.adulatur nemini.
Germaniá omnem præcipua complectiť charitate.nec inficiať ſe ex germanis.eſſe quo
rum cōmertia linguæ a moribus habeat.ubi educatus eruditusq; fuerit unde fortúæ ini-
tium ſe dicat accepiſſe. Germaniam tabella depictam ſemp habeat ante oculos loca iter

uallaq;

uallaq; locorum ſic callet ut in ea tota natus:uerſatuſq; putetur:germanorũ rebus ita ſtu
det ut ſuis.& multa præſtiterit ea eſt modeſtia ut plura ſe debere:maioraq; contendat
tua uero tuorũq; negocia ſemper anteponit ſuis:nec quid in te effecerit:ſed quid efficere
poſſit cogitat.Qua lætitia cenſes hunc te uiſurum in Italia:quem nunc in Germania agẽ
tem tam incredibili ſtudio & inaudita beniuolentia complectatur.Cæteri quoq; fama re
rum a maioribus tuis in Italia geſtarum.& ſplendore domeſtico:ſtudioq; præſtãtiſſime
uirtutis tuæ:ſumma te gratia intuebuntur:pari honore proſequentur.Multa de te uir cla
rus Georgius Heſter.tuæ familiæ deditiſſimus:multa de fratre:nihil prætermittit quod
ad laudem nominis ueſtri cedat.& prædicationem uirtutis obit:omnia ſũma fide:inau-
dita diligentia:affertq; admirationem ſummam omnibus de uita:de religione tua:ſed
tamen aliter hæc omnia in te perſpicimus q̃ ex hoc audimus:uirtus ſola ſemper eſt ſua fa
ma maior:gaudetq; ſpectaculo:ſcelera ac uitia cõſpectum reformidant:quæruntq; latibu-
la.Proinde exibe te oculis eorum clariſſime Princeps:quorũ auribus exhibuiſti:noli frau
date ſua gloria uirtutes tuas:profer in lucem quod in tenebris non paſſus es latuiſſe.Aſpi
ce Federicum Cæſarem:annis grauem:imperio ancipitem:liberis populis ſuſpectum:ta-
men Italiam petere quam alias uiderit:tot amq; luſtrauerit:uide ut non ſatis eſt uidiſſe:ſe
mel cum tamen nulla religione coherceatur ut ueniat:quid tu facies ætate iuuenis:ʼfor-
tunis tutus:omnibus locis tranquillus:qui in Italia non fueris.Romam nunq̃ uideris.
Pontificem nõ conueneris.& plurimum religione tuearis:qui ſi omni uita ſtudueris ut
clarus fieres ad eũ iã locũ cõſcendas oportet:unde fax tui ſplendoris lariſſime poſſit eluce
re.Spectaculum orbis Roma eſt:ex oriente atq; occidente confluunt ſũma ingenia:ma-
ximæ res:pulcherrima ſpectacula:quæ qui non aſpexerit maximam ſibi uitæ iocundita-
tem adimat neceſſe eſt.Veterum ſummos principes luſtraſſe orbem legimus.& alios He
mum montem conſcendiſſe:quod falſo audierant.ex eo loco proſpici Italiam poſſe.Ali
os in Caucaſi euaſiſſe iugum ut orientem ſolem intuerentur:alios ad ætnæ uerticem con
tendiſſe:ut regionis late conſpicerent.Ad ſpeculandum enim natus eſt homo:indeq; ſor
titus nomẽ apud Græcos fertur:ut alte ſpeculetur:cupiatq; noſſe omnia:qui omnium na-
tus eſt imperator & cuſtos:nec hominum uoluptas eſt maior q̃ noua mirabiliaq; ſpectare
recreantur animi:paritur noticia diuerſarum rerum:fit uir quæ ãtea homo uidebatur:fin-
git uulgus Macedonem Alexandrum uitrea incluſum cauea:quam Griſes traherent cœ-
lum ac terras ac tandẽ mare ipſum uolatu periiſſe:ut oculis cuncta luſtraret:nec alioſum
figmentum hoc ſpectat:q̃ inſitam eſſe mortalibus cupiditatem atq; ardorem omnia uidẽ
di:cui rei etiam natura præſtitit adiumentum:ut quanq̃ minimi ſunt oculi membrorum
omnium:tamen latius ac ſpacioſius peruagentur.& uno ictu longo interuallo cuncta p-
ſpiciant:quod membra cætera nequaq̃ potuere:nam auribus hebetior eſt uis & amputa
tior ut neq; iam tam procul audiamus q̃ cernimus:neq; omnia poſſumus audire:quæ plæ
raq; natura obmutuerunt.Prodi ergo in ſpectaculum clariſſime Princeps atq; in id ſpecta
culum:unde cerni uirtus tua ampliſſima ab iis poſſit qui totiens audierunt:unde tu ea ui-
debis quibus omni uita gloriabere:ſummam percepturus uoluptatem cum Romam at-
q; Italiã uideris:iis te oſtendens:qui tibi ac tuo generi afficiuntur.Ego uero ſi paulo hæc
tecum egi liberius ideo uelim exiſtimes eſſe factum:quoniam nihil amplitudini tuæ poſ
ſum afferre aliud q̃ gloriæ incitamentum & hortari ad eum cumulũ famæ quem ubi at-
tigeris futurus ſis ut in Germania ſic in Italia clariſſimus. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

Ere mei:ueni Fulgineam exceptus gratia qua ſoleo ubiq;.Maius eſt nomẽ
Campani q̃ putabam.Sunt hic ex meis aliquot:tu cum Senas redibis inue
nies:ſimias.Remitto equos:gratias nõ habeo:feciſti quod unum & alia
multa ex Pii teſtamento debebas:mittam ad te mox de munuſculis mon
tulis aliquid:ut ſentias me eſſe Fulginiæ.Cæterũ eſt in prouincia mea Viſ
ſum oppidum:quem in locum mox proficiſcar.Diſtat inde Teramum iter paulo plus q̃
unius diei:uellem ſupplicares domino noſtro ſanctiſſimo concederet:ut quandoque [illegible]
taxat abeſſe ꝑuincia poſſem.abſui a meis annos iam totos quattuor.& ſum ut noſti to-
tiens poſtulatus:hoc ad gratiam depoſco ſingularem.& reſponſum expecto.Foelicit[er]
ualeat.R.D.T.cui me aſſidue cõmendo. Factura tua Campanus

Ex protographis.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Vt par pari referam Papieñ.ſalue.

N campum expedienda acies accingimur enſe.Septi armis:galea obtecti:
Papienſi ad arma prouocat:uenere Feciales:indictum bellum eſt.Papien-
i ſis haſtam cõieci in agrum. Animal eſt nullum tam inualidum quod irri
tatum nõ excandeſcat:nec quiſquã ſeritur audacius quã qui non refert.
Alcionem me uocas littoribus dumetiſq; cauentem.Nunquam ſpinæ mi
hi placuerunt:nauigaui nunquam niſi quia procellas fugo:affero ſerenitatem quocunq;
proficiſcor homo tempeſtatis plenus non ſinis me quietum eſſe:in ultimas terras fugien-
tem inſectaris:inceſſiſq; maledictis:non diſcedis ab ingenio:qui cum mari careas:accolis
tyberim ut eſſe poſſis in fluctibus Addis ciſta cubiculari dignam phylomenam:nõ ſum
quem cauea delectet:libertate gaudeo:nemini inſeruire poſſum:niſi tunicato:pileatos cõ
temno magnifice:te in primis:nimis me grauat imperium tuum:ioci tui uenenum ſunt:
inuoluis me argutiis.& ita laudas ut pungas:ita pungis ut laudare uidearis.Si auibus fue
ram comparandus:cur nõ potius appellaſti Meleagridẽ:nam ut illam fraternus interit⁹:
ita me Barduli tornicillium interpellauit.Dyomedidem dixiſſes uerius quæ amicos etiã
immutata non deſerit.Nam ego quoq; te nõ iam Campanus ſed ciuis oblecto:quippe i-
ter aquas artimus:qui Romæ fugebamus.Memnonidem aut Ardeam ſi dixiſſes nihil ad
rẽ aptius:utræq; enim fauillis ortæ:eodẽ quo ego flagrarunt incendio:nimium ẽ exuere
ueſtem in balneis.retinere grauitatem.& adiicere pondus cum abiiciatur:ubi qui ſapit
deſipit.& qui pudens uideri ſtudeat:fiat ꝗ impudẽtiſſimus:locus ĩ licentia eſt nihil fieri ci
tra dignitatem poteſt:quod fiat in balneis ut coporis neruos:ita frontis rugas aquæ illæ
dilaxant.Illic in cinerem totum Vinionides undæ In cinerem totum Tuſca puella dedit
Heu gliſcere glicere:nũc cum te nomino ſurgunt uiſcera.Conuellis uiſcera nũc Glicere
da glicere:da oculos da formiſiſſima rerum.Q ui me diſcrutiant da Gliſcere:da oculos.
& dedit & fuimus noctu ſimul.Hei mihi qualem noctem habui.qualem cum memini
emorior.In barbam tuam.& ocruli tui penduli:ſiccti glareoſi.Cenſebas mitram & richã
& delyramenta illa quæ memoras eripere potuiſſe me mihi His fatis editus ſum ĩ lucem
ut amem:ut tam ſine amore eſſe non poſſim.Q uam ſine ſole dies:undarũ aſpergine pon
tus.Eſſe tuus uates tam ſine amore poteſt.Tu uero qui me apellas miſeriolũ.Q uid Ro-
mæ Tyberim ne cies cum tranſit & undas?Quid Romæ te Sena uocat:quam Bardolon
odit.Iam te Sena colit:propera Magnetis ad urbẽ:ni ferrum correptus:ubi una eſt litte-
ra quæ te impedit.M.ſi adimas magnetica uincula ſolues.Dulcis cõmemoratio quæ ue-
terem ſufficiet cicatricem:plagam non exulceret.Magnetica dixi.Canus amatur etiam
cum hæc loquor titillatis:ueterem & iam effetum agrum commemoraui:tenerior ſeges
noſtra eſt:qui pinguiuſculi ſimus.& ætate integri:tu accepta rudete ſupremis gradibus
theatri me deſpicies in circo atq; arena dimicantem:ſpectatore te ræte iacietur.I nunc ex
cita Scabrones.quaſi poſticam illi tuam:non ingrediantur cum medio nat flumine leni-
bus Inuectaq; grauis prædam noſtramq; furta.Enſem feris qui laceſſis Campanum uno
conuiuiolo.Prandia & cœnæ & oculi illi exciderunt:fidenti pauperpate nihil tutius.Tu
uero ſi quod procul ſis:offendi te non putes poſſe:longe fallens:ut Neſſum Hercules:ita
Papienſem Campanus uel ſagittis aſſequetur:ſagittis inquam.& ut magis timeas uene-
no illitis.Impie qui matrem ad te ſuſpirantem non conſolaris:& deſertam eſſe pateris:
nam eſt deſerta quæ filii cõſpectu non recreatur.Ingrate qui Senam:ubi ad altiſſima ue-
ctus es deſpicis.& illius talibus tantiſq; delitiis tyberinas nebulas Romanaſq; mammas
anteponis.Transfuga qui a Campani ſocietate ad Barduli bellum tranſiuiſti.Q uid non
addam etiam nebulonem qui uel una æſtate carere non potes iure iſto Braſſicario adi-
pato.Cur non etiam parricidam & ſiccarium qui lingua tanꝗ gladio homines tui ordi-
nis imprimis Bardulum iugulaſti.Q uid obiiciam?nõ ignoras:cum te recitantem audi
ret ſtatim eſt mortuus:guttur illi tu medium execuiſti:nec refert quid ei acciderit qui mo
ri uoluit cũ te audiret:puto qm̃ teſtes afferrebas:me q teſtib⁹ nõ cõtendi haud magnope
extimuit:obdormiuit actionem meã totam.Papienſem etiã extra forũ recitantẽ perferre
nõ potuit:ſed hæc rerũ ſunt crimina.& dant fortunæ nõnunꝗ:pleraq; facimus iuiti quæ
diſplicẽt & uellemus infecta:ipſa ſe ĩpreſſit in gladiũ:nec ullũ eſt uulnus ignominioſius

ꝗ inuidiæ

ꝗ inuidiæ:ſeruente nemine ipſa ſe uulnerat.Quid.?tacebo ego cætera:non faciam?tu ue-
ro tam patienter audi tua crimina ꝗ petulanter confinxiſti aliena:an negabis te ſuperbũ
& inflatum eſſe qui Campanum uirum talem:tamen hominem:tam familiari fronte:ac
tam amicis oculis appellare audes amiculũ miſeriolum?Proh deum ego miſeriolus qui
nec unum ſeruare poſſem quadrãtem in crumena:qui tam ſum liberalis:ut nihil mihi ſit
reliquum quod poſſit largiri:ſed animum fortaſſe exprobas nõ fortunas:non eſt miſeria
miſerum eſſe ſed putarẽ:nec inopia carere opibus:ſed expectare:qua in re me uincit Papi
enſis meus:cui etiam Auguſti kal.nõ ſatis ſunt ad aucupandum:ut non laborare ſolum
ea cupiditate ſed exudare uidearis:rætia tua tunc tenduntur maxime cum ceſſant aliena:
in ocio colegarum negociaris:illotum te excitant ſomni:atq; illud præcipue mirum eſt
ꝙ etiam uigilias illorum ãteuertis:ſolem proſpicis anteꝗ oriatur.& aliorum aurora tibi
meridies eſt:noctibus totis cum utaris:diei nullam horam occupas:uigilans dormis:im-
mo dormiens uigilas potius.Verum eſt quod de Argo loquũtur poetæ:deſino iam fa-
bulam putare:credo te auem eſſe iunoniam.Q uid igitur mirari oportuit:ſi te omnia poſ
ſe cum uelles:ſi facere atq; inficere ſcribebam:fraudaui ego te quinq; ut ait uerbis:tu tibi
unum id maximum:ac præcipuũ ſuppreſſiſti:nam ego conficit:efficit dixiſſem.& tu per-
ficit reficit:ſufficit:deficit:afficit addidiſſes.Proficit tamẽ nõ adiecisti homine ut auguror
ſiniſtro.Cum neq; ſcribenti mihi:neq; tibi reſcribenti uerbum illud occurrerit:ut plane
uerear neq; te mecum:neq; me tecum profecturos eſſe quicquã.Nugas appellas negocia
mea:fabellas ſaria uocas:bene Hercle res habet:acrem patronũ nacti ſumus:in portu na-
uigarunt cõmerita noſtra:nugæ ſumus apud Papienſem cum poſtulamus operam:mel
& uoluptas cum canimus in Ciſtella Scilicet delicatæ tibi ſunt aures:concentus noſter il
las emulcet:poſtulario peruellit:augetq; faſtidia:ſtomachum & bilem tunc maxime con
citamus cum poſcimus:cæteris in rebus Caſſia & cynamum ſumus.Sed exciderunt me-
moria quæ petebantur.Vrſinum ſomnia.hic Campanum non intelligis:refricanda me-
moria eſt repetenda poſtulatio.Volebam ut cum illo una e ſuperiore ortuli tui limite:in
medium tybrim atq; illic ambo quod taceo.Id ſi præſtiteris functus eris officio ſatiſfece-
ris nobis:abunde & amiculo tuo inconſtanti morem ita geſſeris:ut nihil illi efficere poſ-
ſit optatius.Inconſtantem me uocat Papienſis.Papienſis me uocat inconſtantem:magni
fice dictum.Eia lupa:quid ceſſas quin me poſtribulam:qui cum initio litterarum me &
phylomenam cubicularem & uoſupratem & mel & ſtulticiam tuam appellaueris:in cal-
ce ut te quietũ ſinam nec peragam moleſtus eſſe monuiſti:media epiſtola interſcripſiſti
nomen tuum:mox deleſti:raſura te prodidit:in exitu non appoſuiſti:ſi oblitus uecordia
fuit:ſi uolens:inflata elatio utrũ ſuerit incidiſti ræte:ægiſti quod nõ oportuit:quod opor
tuit nõ ægiſti:tota epiſtola concentus meos ita contemnis ut petas:ita laudas ut accuſes:
deniq; ita mordes ut blandiri uideare:pes tibi in lubrico eſt lingua gladium perfert:au-
des me dicere non eundem eſſe ſempenſatcor non eundem eſſe qui fuerim:uera loqueris
nihil mentitus citra morem agis.Emancipio factus ſum hoſtis:e Campano iaculator.Ca
ue tu Roma:caueant Senæ quæ feneſtras occupant perſonatæ:ceruſſatæ:uermiculatæ:
quæ uultus proferũt ſandaracatos & ita ſplendent ad ſolem ut ſtellæ uideantur:auis ſum
diurna:radios facile perfero:arcus mihi oculi ſunt:ut corda tremuli:ſagittæ nutus:depe-
reant neceſſe eſt quæcunq; feriantur:niſi ad me tanꝗ ad Achillem Thelephus:nunquam
uiuus in hoſtium uenio poteſtatem:morior ſtatim in prælio antequam cadam.In te non
iiſdem utimur iaculis:uibranda oratio eſt:intende nunc:quacunq; nudus inuenieris:fe-
rieris.nunc Gregarii militis loco dimicaui:mox ſenties cathaphractatum ſi repugnaue-
ris:arma huc o muſæ:arma huc o helicionides arma.Iuſerite & læua clypeum & dextra
in pede ſtrictum enſem:atq; arripite hunc medium.depellite caſtris uiribus.Egregium
fateor.ſed fraude timendum.dic culpam & labrum fieri ꝙ irritaueris arma.iniuria etiã
ignauos.Q uid me oportuit cordatiſſimum ais trantiſper tibi memoriam mei eſſe.dũ ui
deas in oculis aut legas ſcripta.Credo equidem & ex me ipſo facio cõiecturam.qui tum
demum tui memini.cum egeo cum ſpero aliquid.hic mihi tu ſæpiſſime occurris cæteris
in rebus India mihi es.aut illa inacceſſa Mauritania quam nemo uidit aut nouit.Audie-
runt pauci. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Go ſi ruſticus natus nõ eſſem. & inter ueptes ſpinetaq; educatus: facile ea
quam tantopere mihi prædicas tangerer uoluptate: ſed quæ animum alle
e ctant tuum: iis iam ego perfunctus ſum: quod tibi deliciæ mihi ſacietas eſt:
uoluptatis condimentum eſt raritas. Turdos ego tot puer cœpi laqueo:
quot uix tu omni ætate retibus inuoluiſti. Quare quod laudas & tantis
extollis uerbis mihi iam faſtidio eſt: ruſticationem urbanis negociis inmiſceri iocundũ
eſt: anteponi indecorum: aſpicienda ſunt homini rura nõ incolenda. Et Oratius & Quin
tilianus & Caro & alii permulti uillas habuerunt: non ut eſſent ubi habitarent: ſed quo p
æſtatem: autumnũq; ſecederent: eaſq; diuerſorium non domicilium eſſe uoluerunt: ut illo
tum demum cum eſſent defeſſi reclinarent: nemo rura uillaſq; concupiuit niſi quem ur
bis ſacietas inuaſiſſet: non eſt recreatio animi apud uillam: ſed ceſſatio laboris: inertia at
q; deſidia eſt: quam appellas uoluptatẽ: petis uillam: teneris rure: uenaris: aucuparis: piſca
ris etiam: quorſum hæc omnia niſi ut grauiora quæ ſunt: moleſtioraq; deſugias. Ego qui
omnia perfero non quæro hæc animi laxamenta: aut ſi quæram ſatis eſt aſpicere uillam:
non immorari: ut diuturnam ſitim una ſorbitium cula ſedamus: breui conſtant implemẽ
ta uoluptatis & quæ uehementius appetuntur: hauriuntur celerius: uoluptatis comes fu
ga eſt: nuſquam immoratur: celeritatem alis: momentum pedibus defert: dum maxime
hæret uelociſſime effluit: ſæuit in ſeipſam. & illud ſemper ſtudet ut ceſſet: tũc uult illiqua
ri cum eſt maxima: Iam quid de uoluptate ſentiam uides. De turdis Iacullanis habeo qd
reſponderam: ſtultum eſt ultra gulam quære qui gulæ ſtudeat: neq; enim ad rem pertinet
capere turdos: ſed eſſe apparatus miniſtrorum: ſunt prandia cõuiuarum: ſi oblectat te tur
dorum uolatus: potes quos ceperis illæſos dimittere uelocius fugituros: ſin capere atq; it
rerũ re iocundum eſt: cur eos perdis quos poſſis iterum atq; tertio prendere. Iam ad gulã
recurretur: omnia fieri ut expleamur: expleri alieno labore iocundius eſt q̃ noſtro: mõ pla
cet ſudare cœnaturum: aut ſi ſudandum ſit tunc eſt ſudandum cum cœnatur. Cœnat illi
beraliter atq; illaute quiſquis laborat ut cœnet: gulæ iam expletæ tantum ſatis ſunt quæ
non apparantur q̃ quæ apparantur: nec ulla pœnitentia tam grauis q̃ uel pluſculum appa
raſſe nec ullum penituit parce cœnauiſſe: effuſe multos Quid curſitamus ad turdos cum
domi eſcam atq; ipſis porro in ortis habeamus. Sed intelligo quid uelis afferre permix
tam quandam ex iis rebus cõmunemq; uoluptatem: uidere agros tendere laqueos: ſtrue
re inſidias auiculis: currere: clamare: proſilere: mihi uero hæc omnia ita ſordent ut nihil
uelim minus: placent ſpectacula urbis: congreſſus: ſodalitia: liberales: iocundiq; ſermones
cum amicis: hi turdi mei ſunt. Vale.

Campanus Loyſio ſuo. S.

AEticia me affeciſti ſumma ꝙ ſpem ſobolis inieciſti: habebis quo cum te
tuos: patriamq; tuearis: moleſtiſſime ferebam ſolicitudinem tuam obno
l xiam periculis: præſidio uacuam. & tandem in ſeipſam defecturam Habe
mus uterq; noſtrum Alouiſi gratias: ꝙ utriq; filiũ pollicetur: cum tibi pol
licetur: mihi aliquanto plus datura: parebo monitis tuis niſi quid impedi
menti: reuiſam æſtate prima patriam: cui omnia debeo reuiſam propinquos & amicos
quos nequaquam debeo negligere: te imprimis cui propter ueterem. & tot annorum ſpa
tio confirmatam beniuolentiam quantum mortali nemini afficior. Regem quoq; no
ſtrum conueniam: acturus gratias ꝙ meam domum honeſtarit: immunem declaratam.
Reuocas me ad ueteres iocos noſtros. De Centone qd ſentiã pcontaris Poſcis aliqd ex
meis ſcriptis: fuimus enim mi Aloyſi: fuimus olympiones: currimus in ſtadio: ad mætãq;
contendimus: noſtri laberianum illud non poſſumus primi eſſe omnes omni in tempo
re: magnam partem noſtri tempus: maiorem morbus: maximam negocia corraſerunt:
minimum relictum eſt: eiectamenta ſunt ueteris ingenii: quæ poſtulas. Centones ego lin
cos exiſtimo eſſe cincinnos & lacera lintea: quibus charte conficiuntur: auctorem habe
re mihi uideor Cæſarem in oppugnationes Maſſiliæ ſæpe in eam ut uidetur ſignificatio
nem repetentem ẽt libro Columellã. & enim Varronẽ utrũq; in re ruſtica. Petronũ quo
q; qui meretricẽ affert centonẽ exerta ueſte pferentẽ: ſunt q exiſtimẽt ſagum uilloſum ſi
gnificari: a græco. κ. ideſt pungo trãſlatiõe ducta ꝙ paulo ſit aſperius: põt tñ eẽ
de utroq; cõiectura: de priore potior: tu ſi aliter ſentias nõ eſt cur me excites. Hæc oĩa iam
pridem obdormientẽ. Scripta mea utinã tã elegantia q̃ multa: ſed plurimũ refert quo po
tiſſimũ genere delectens: oratiões neſcio qd grãde & turbulentũ: alienum a tuis ſtudiis:
quorum eſt

quorum eſt ratio pacata & preſſa:ut neq; curialibus fluctuent procellis:neq; ambitionũ
uentis exagitentur:hiſtoria grauem fert ſarcinam & incommodam uiatori. Poemata mi
nus ſũt iocunda qua grauia. & ego uoluptatem uolo tibi non laborem afferre:iam ui-
des quo reciderimus: reſtant epigrammata: feſtiuiora illa quidem: ſed quæ non pun-
gunt ſemper aut iungunt:ſunt perbreuia ideo nec moleſta uiatori. Mitto ex iis ad te quæ
dam:nõ ut ea maxime probem quæ mitto:ſed ut intelligas quibus cum ingeniis confli-
ctemur. Magna eſt familiaritas cum Cardinali Papieñ. unius neq; acumen neq; copia eſt
ætatis noſtræ:inter priſcos eſt totus:iocor cum illo ut tecum libere:etiam licentius pau-
lo ꝙ tecum:uidebis ꝙ ſit argutus & grauis leges illius:leges noſtra:non ut de iis ſententiã
feras:quorum nulla poteſt eſſe contentio:ſed ut ingenia noſtri temporis:etiam in ſum-
mis uiris:maximiſq; principibus deprehendas. Vale.

Campanus Gentili ſuo. S.

Xtorſerat mihi nuper breuiores ꝙ uolebam litteras feſtinatio tabellarii:nã
cum paulo liberius agere tecum ſtatuiſſet:ueni ad me nocte iam multa:ro
e gat nunquid uelim ad te ſcribere:ſe prima aurora futurum in itinere:tuli
ægre ſimul & dari & eripi occaſionem ſcribendi:malui tamen breuem me
diceres ꝙ negligentem accuſares:repetam quæ proximis tuis litteris con-
tinebantur. Et cognitam te mihi & familliarem te fatebaris fuiſſe:tibi diuturnam conſue
tudinem cum meis ſcriptis:lectitaſſe epigramenta:mecumq; uerſatum magnam conci-
liationem beniuolentiæ ex illis eſſe factam:extitiſſe preconem laudem mearum:adde-
bas orare te filii loco:ut acciperem:futurum ſtudioſum mei. & ad commodum utilitatẽ-
q; propenſum. Cui hæc mi Gentiles nõ ſumma omnia:non eximia & plus ꝙ immenſa ui
deantur:quid mihi contingere potuiſſet optatius ꝙ laudum eſſe a te tuo præconio? me-
as laudes celebratas:confirmatas taſtimonio? Ego uero quantum populi aures & uulgi
opinionem acclamationeſq; contempſi ſemper:tantum ſummorum hominum de me iu
dicium & eruditiſſimorum laudem commendationemq; expetiui:nec inficior ſi quid fue
rit unquam in me ambitionis. aut cupiditatis unius huius rei cupidiſſimum ſemper am-
bitioſiſſimũq; fuiſſe. Nec uideo quid in hac qua nunc ſumus uita contingere poſſit homi
ni beatius:præclaro laudatore. Tolli in cœlum a uulgo & efferri laudibus:nihil aliud eſt
exiſtimandum ꝙ eblandita quædam adulatio fortunæ:ex qua illorum pendent iuditia
qui nihil habent ab ipſa fortuna ſeiunctum:cõiunctum cum uirtute:probari autem & ex
tolli ab iis qui ſint ipſi probatiſſimi ſolidam & expreſſam affert gloriæ laudem:quæ iudi
tio conſtat:non fluctuat errore:uulgus enim quid commendet ignorat:nec unquam re-
cte iudicat niſi cum aliena ſententia trahitur ad iudicandum:diſcedit a ſua:quamobrem
tantum abeſt:ut celebrati a te laudes meas negem mihi eſſe iocundum. & debere me tibi
plurimum fateor ꝙ hactenus laudaueris & plane omni abiecta ueracundia petere a te au
ſim ut idem deinceps & apud omnes & ꝙ ſæpiſſime facias. Tanta enim mei ſi quod eſt in
genii aut doctrinæ fama predicabitur:quanto tuo tu teſtimonio confirmabis:delectatũ
eſſe te meis ſcriptis uehementer gaudeo cum pulcherrimum ſit athletam Herculi place-
re:aut mimum Roſcio: Habent illa conatus fortaſſe aliquid atq; induſtriæ:ſplendoris au
tem & elegantiæ nihil. Sunt pleraq; exanguia:hebetia:obſcura quod ita demum licet in
tueri ſi cætera potiſſimum tuis inuentis comparentur:cuius ſunt omnia uiua:exuſcitata:
illuſtria ut mea in tenebris obrepere tua clariſſima in luce extare uideantur:ſtringeris
cum res exigit & intra metam ſic agis ut totus ibi collectuſq; decurras:uagari autem ſi
oporteat latius:ita ſpatiaris ut non tu campis ſed campi tibi deeſſe uideantur. Quid in il-
lo argutiore genere & quem tu non ſtatim inuoluis atq; occupas? Ego uero epigrãmata
ut cætera noſtri temporis libenter lego:ætatiq; congratulor:tua uero ſic amplector ut nõ
tam teneam ego illa quam teneat:habent me totum accipiunt:nihil feſtiuius cum iocan-
tur:tela ex omni parte iaciuntur cum mordent:quid illud? Mars rurſus concidit in Ve-
nerem & quæ ſequũtur ꝙ appoſite ꝙ acute reperita uetuſtas eſt:non potui ego id æquare
quanquam conatus ſum maxime:nam ſoleo & antiquorum multa per ocium inuertere.
& noſtrorum nõnulla modo digna uideantur:tum optima quæq; anteuertis:laſciuiebas
tu paulo apertius:nihil tectius fuit agendum. Matrem qui domuit ſuccubuit Veneri. Vi-
cerit & quãuis Medices:fert uincula uictor. Sudat anhelat:habet præmia qui cecidit:ui-
de mea delyramenta illa quidem:ſed qui ſtudio tuo non contentione delyrauerim:ne-
quaquam acceſſi ad te:ſed beniuolentiæ fuit:uoluiſſe accedere:tarditatis aſſequi non po-
tuiſſe:mediocritatis cœpiſſe appropinquare. Pariũt hæc ſtudia inter bonos ſumã gratiã Pariunt
amoris:inter malos cõcertationẽ & inuidiã:ꝗre tãtũ utriq; nim euitãdũ ẽ ut alter alteq; dili

gamus:q̄tum opinionem cupimus perſpectaræ bonitatis:quod ad me attinet conſulo p
libenter.& eos omni mihi ſtudio deuincio:quorum familiaritas & uiuenti gloriam &
extincto memoriam poſſit afferre. Vide quam aperte me prodo:quas tibi ſubnecto be-
niuolentiæ technas:quas tu etiam cum uideas nó poſſis effugere:breuiſſima eſt uita qua
uiuimus.& omnium uolatu cócitatior:etiam ſi Macrobios ſuperemus illos quos uolue
runt eſſe uiuaciſſimos:ſemper initio primo cogitatióum amputamur.& tunc incipimus
ſentire uitam:cum extinguimur:poſteritatem uero quiſquis negligit uita ſe indicat indi
gnum:quam longiſſimam poſſet efficere contempſit.Non erunt autem ſempiterna tua
ſcripta:nec id ego mihi perſuaſerim:qui ſciam nihil omnino quod quidem ſit infra lunā
poſſe conſtare:ſed agi cum ipſis orbibus & atteri eadiq; omnia:uerum illud habeo ex-
ploratiſſimum quæcunq; tu ſcripſeris:futura diuturna.& ſi afferre immortalitatem non
poſſint:tamen quod eſt homini maximum poſteritatem allatura:itaq; nó modo ample-
ctor te ita poſtulantem:ſed etiam ſi diffugere manibus elabiq; contenderes:tenerem te
arctiſſime innecterem atq; insererem me me tecum ne poſſes abire:quippe in quo ſum-
mam ſpem non diuitiarum:quas ſum per aſpernatus:ſed laudis & gloriæ locaui:in qui-
bus non ſolum elaborandum mihi cenſeo:ſed etiam ſi opus ſit immoriendum:nec de-
ſpero fore quin ex hac tam leui impendio quæſita beniuolentia:fructus ſim in omni uita
conſecuturus uberrimos:etiam ubi uita exceſſero:cum & hic audituri ſint de me multa q
tecum uerſabuntur.& illic poſteri cogituri:proinde exhibe te mihi Gentiles mi qualem
polliceris:quantum eſt in te beniuolentia & amoris:id totum effunde in Campanum
tuum quem tu ut doctrina & ingenio uincas.nunquam ſuperabis officio.Vale & illud
caueto ne aut mihi obtuſior fuerit lyra quam Orpheo aut Petro noſtro ingenium quam
Plutoni durius.

Campanus Petro Medice.S.

Tatueram Petre clariſſime id quod modeſtius uidebatur expectare:quic-
quid tu in calamitate amici deliberaſſes:ne extorquere uiderer crebris lit-
teris uelle:quod impetrari oportere:ſed cum rei magnitudinem quam po
ſtulo mecum cogitarem:uiſum eſt imutandam eſſe ſententiam:nunq̄ enī
ſatis petitur:quod ſupra meritum petitum. Tu uero ignoſcas uelim natu-
ræ meæ qui in amicorum fortunis iuuandis tam ſum uehemens:ut omnia in me nó mo-
do crimina obiectari:ſed etiam diſcrimina inferri malim:quam illos non tueri:qui mihi
afficiantur.& ſiue tu procacitatem hanc meam:ſiue petolantiam appelles:haud equidem
laboro:modo amico ſim profuturum:niſi enim hæc ſubeam:illum deſeram neceſſe eſt.
Cui ſi hæc deſit occaſio non intelligo quæ ſperari poſſint affutura.Scio rem me petere
grauiſſimam & ſupra dignitatem atq; officium petere:egreſſumq; modeſtiæ terminos:
nec quis ſim:nec quid de te meritus plane cogitare:ſed cum magnitudinem conatus mei
contemplor:uires ex tua metior clæmentia.& quicquid aduerſum eſt in cauſa cum incre
dibili humanitate tua ponderans:omnia mihi uideor poſſe ſperare:quoniam in te ſpe-
rem:etiam q̄ iudeo ſalutem huius hominis cum ſumma laude tua:nec minore mea glo
ria eſſe coniunctam.Crede mihi Petre neq; paternum ſplendorem:neq; opes tuas ampliſ
ſimas:neq; potentiam in re publica maximam:neq; moderationem ciuitati ſtatuendæ
ſingularem:neq; liberalitatem erga omnes inuaditam:tantum tibi attuliſſe ornamenti:
quantum ſalus Ciuium tuorum attulit:quos te paulo ante cum iure poſſes perdere con-
ſeruaſti:hæc ſumma:hic cumulus exaggeratiſſimus laudum tuarum:qua in re quanquā
es ipſe:in curſu totus:adhortari ego te nunquam deſatigabor:ut enim abiicienda ſūt pu-
trida e ciuitatis corpore:quæ nullo remedio ſunt reuictura.& poſſint eſſe periculoſita &
quæ aut cura emendauit aut ipſa per ſeſe inuiguerunt:etiam ſi ſint minima nec quaquam
ſunt contemnenda. Viciſti iracundiam:cohibuiſti animi impetum. & quod natura con-
ceſſum eſt nobis iniurias ulciſci cum poſſes:perferre maluiſti:liberaſti ſeditionibus patri-
am:teipſum ut humanitati conſuleres inimicicilis non liberaſti:nemo enim tardius me-
moriam abiecit iniuriæ q̄ qui intulit:præclarum fuit ſeruaſſe patriam a periculo:ſed ciuiū
tuorum cæde ſeruaſſe longo præclarius:nam pelli ciuitate rerum nouarum cupidos ne-
ceſſitatis fuit:liberos autem dimiſſos ut neq; uitam inimicis:neq; aduerſariis fortunas eē
ademptas:ſummæ humanitatis tuæ:ut quātum illis eorum obſuerit cupiditas ad exiliū:
tantum clæmentia tua contulerit ad ſalutem:plus apud te charitas Ciuium potuit quam
odium maluit inimicorum:erit hoc mihi apud te ſemper laudum tuarum præcipuum
argumentum.Cæteræ tuæ res.quas tibi.uel fortuna dedit.uel induſtria comparauit.nó
gloriam tibi aliquam.ſed gloriæ occaſionē preſtiterunt.neq; enim dicendus bñficus eſt:
ſi poſſit

:ſi poſſit quis benefacere:ſed ita demum ſi benefeceris:unde uera & expreſſa oritur cōmendatio uirtutis:ex qua decus:gloria:ornamentumq; naſcuntur:quæ tu tibi paulo ante peperiſti omnia:cum tot hominum quam ipſi ſibi ademerant uitã cuſtodieris:ſed noli nūc quæſo in hoc curſu tantæ laudis deficere:qui hactenus nunq̃ defeciſti:nō habent finem ut dei:ſic hominum beneficia tamdiu conferenda:quãdiu ſint quibus poſſint cum dignitate conferri:noli huic uni nō parcere:qui nemini unq̃ ad te refugienti nō pepeciſti. Andreæ quidem offenſiōes perexiguæ & iam expurgatæ:exilium diuturnum fuit:parentis culpa nō ſua:fortuna tenuis:perſpecta probitas:ſpes in te ampliſſima:animus ad tibi in omni uita parendum deſtinatus.& cum tu omni ſtudio primum ad patriæ cōmodum inuigiles:deinde ad famam tui nominis:in iiſq; deſudes nihil præſtare poteris cum illi utilius:tum tibi glorioſius:q̃ quod hactenus præſtitiſti:ut in ciuitate ſaluos eſſe uelis:quos ciuitas ſine periculo poſſit habere:quod & ſi eſt te digniſſimum:quantum ad Andream attinet:huius tu uitam:res:propinquos uindicabis tibi.& me ſi qua ratio habēda mei ſit:beneficio deuincies immortali:ſi hunc reuocaueris. Vale.

Campanus Minutolo ſuo.S.

INVTOLE uis ut faciē te ſapientē? libero te metu de ualitudine Seneñ. mei:libero ſpe de mea legatiōe & ille cōualeſcit indies.& mihi nihil eiuſmodi muneris collatum ē:ſomnias quod uigilans cupis:ſed nō ſum ego tãti:qui poſſim præeſſe prouinciæ:grauiſſima res eſt magiſtratus:molliſſimi poetæ. Multa de Fauentinis afferunt:eorum fines uaſtari:tyrannū eſſe in armis:uenturum ad te ſi per hoſtes liceat:obſtant non nihil oppidani ſancti Archangeli:qui hanc ſibi fieri iacturam moleſte ferunt:q; per eorum agrum ſit ducēdus exercitus:ibi tamen ad te uel fuga ſi aliter non liceat:in te opem omnē repoſitam ac præſidium cenſet quando Hetruſci ueteri cum ſtipendio fraudarunt. Ego neq; ex aſſe neq; ex ſemiſſe nominatus ſum hæres:neſcio an facta ſit impoſtura in teſtamento:tabulæ nuſquam inueniuntur:hæreditas nuſquã:ſatius erat præteritū fuiſſe q̃ fruſtra nominatum ſolatur me nō nihil inopia cohæredū:ad quos æque non peruenit hæreditas:niſi fortaſſe corraſerint ſuppellectilem:aut pecuniam:uaſaq; ſuppreſſerint:utcūq; res habeat nō nihil in hoc ſolatio:me affligit illorum aut uera aut minus ſimulata miſeria:homines antea ditiſſimi & uiuo teſtatore locupletes:iam mendicant mecum hoſtiatim:ſiue patrimoniū diſſipauerint:ſiue non attigerint. Saluiatum tuum uideo rarius q̃ te ſolebam. Cæteris in rebus accipio conditionem. Epigrãmata quæ mittam non habeo:tu te igitur nūc te te inter Beſſos Cetaſq; ſoleris:ueniet Sarmata:quærit equum.& ueniet pharetratus:habetq; in utrãq; ſagittam:per te qua feriaturient. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

BI latitas lucifuga? qua ueſte:qua ianua ſuffugiſti? an ex triario factus catula quo te gentiū ſubſequemur? Lucentin⁹ homo eſt:quos uiderim omniū cōſultiſſimus:lecticam ante miſit ad ſtudiū:ubi colluctetur ſingulari certamine:dimicabit qui acie conſueuerat mira pugna:in qua cum mirat̃ ſemp pugnat egregie ſemp. Tergeſtinus pro exploratore eſt:quærit quo in loco ſit dimicandum:eius rei ſpeculator acerrimus:tu caue pugnæ ne te cōmitas:nō curato corpore:uetus eſt inſtitutū & militare:initurū pugnã exercitum:curare corpora:etiã reliquū quod eſt copiarum:ſi expectes maiore manu hoſtem aggrediere:ueniemus nos quoq; ſuccenturiatū:ſubſidiaria eſt:legio quã ducimus:parata ubi uos defeceritis accurrere:aut hoſtiū reliquias pſequi:ſcimus prima uigilia mouenda caſtra:tertia paulo ante auroram reducendū exercitū:iam ætate prima ſollicitari oĩa fuerunt:cogi ſtipendia:haberi delectus:militem in aciem educi:res magno apparatu:ſilentio maiore tranſigit̃:quo ituri ſumus:quibus illaturi bellum:incertū eſt. Hetruriã coniiciūt multi:facile adducor ut credam:hic ego pedē pedi:pectus pectori:gradū gradui conſerã ſi qs bellū intulerit dormienti. Traſpadanū exercitū haud multū cito noſtris auſpiciis dimicabit̃. Quæ hic ferant̃ accipe. Sunt qui pacem:ſunt qui bellum meditentur:utrum fiat:fiet utrunq;:nam ex pace bellum:ex bello pax oritur. Creſcunt edificia:etiam cum decreſcunt:inter parietinas puluerulēti agimus.qui paulo ante ĩ atriis ſpatiebamur.addunt mihi amici deluim morbū ut eſt apud Eſchinem.ſecum ferunt.cum diſcedunt irato Appolline.q hic ſepulti iaceamus.facit me tuus cibus ocioſum.Roma nunc tota in mea eſt poteſtate:ſcio tibi fructeta nequaq̃ deeſſe per quæ ſpatieris.ego ad amicos diuerto.iocor cum Papieñ.tuo.Campanū ſolus callet.nudius tertius uenatum me compulit.imo perpulit potius prandii ſpe iniecta in ſyluis.nunq̃ pranſus ſum laborioſius.tota die uagati agris.prædã agimus ma-

gnam illam quidē:ſed quod ad fortunam acceſſit meam:etiam uariam & noui generis:
Capreolos cæpimus quattuor uno curſu uno cane:quo inquis modo tā multos?qui cur
ſus tantus?Matrem cæpimus:hinnulos tres:quos geſtabat in uentre:breui editura:tum
lepores duos:uulpem præterea.& quod magis mirere Taſſumatq; felem criticum:item &
cocleas tres:hæc prædada omnis meis auſpicis paracta eſt:uenationes enim ut cætera au
ſpicis cōſtanti:ſi quid uis prædari me uoca:ipſe præda abſtineto.Medicum audiſti:uena
toribus ſi opus eſt nos habebis:fortuna atq; induſtria præditos:expectabo quoad me ac-
cieris:inuocatus nō ueniam. Vale.

Campanus Cardinali Papień.ficus digytales quadratas centum.

i

NSANIA nulla maior q̄ cum quo ſæpe feceris periculum cum eo aſſidua
iactura tua uelle contendere:quod unq̄ in me coniecisti telum ut ſtatim
in te illud nō retorſerim?Ex leui plaga quam infers altiſſimum tibi ſubeū
dum eſt uulnus:ſi cum Campano decertes.Iam ingenium decalles meū:
leniendus ſum præcibus:non minis exaſpetandus:ſed ſtultus ego qui tot
uictoriis miles:cum mirmilione contendam.Ad pacem redeo daturus conditiones non
accepturus:ita mecum agis ita me ſalutas?an non ſatis tibi fuerat meum a me Seneń.
auertiſſe?tu mihi tantum ornamentum rebus meis:tu tam præclaram & immortalem
gloriam eripuiſti.& tamen ungues medios ficuſq; inculcas non contentus una iniuria
eaq; detrimentoſa & maxima iam & taliter incuties fronti niſi me defendam:coturnicē
imitaris quo ſæpius uictus hoc grandius ſonas.& cum ſemper fugias ſemper redieris ad
pugnam.Quare pacem do ſi modo es qui conditionem poſſis accipere.Primum caue
ne me laceſſas amplius:deinde niſi in conuiuio Campanum ne nominis:poſtremo Senā
niſi me comite adeas nunq̄:Pientiam facile conceſſerim hos terminos ſi trāſgrediare pax
nulla bellum integrum eſto:ſed noui animum tuum:confecta pax eſt:amici iam ſociiq;
ſumus:uexilla repono & cædo uictor caſtris uictumq; ſaluto.Salue mi Papień.& me am
plectere ut ualeas?ut res ſe habent tuæ?quantum Sene ſanguinis fuſum hoc anno?Ro-
mam q̄ pridem rediiſti?inuenta ne ſalua omnia?qua fronte collegæ tui?quo uultu te ex
ceperunt?quibus te oculis ſummus Pontifex?quibus plauſibus uicinia.Vt omnia fuerint
fæcundiſſima:tamen uix iocunda ſe Campanum non uideas:qui tibi non detentes mo-
do:ſed & illa quatiat uidere ut poſſis aliis tibi oculis uigilandum eſt q̄ olim uigilaſti:alia
uoce inſtandum eſt:cum nauigante Vlyxe res eſt nobis:ſed cæra ibi mollini non poteſt
igni opus eſt:ideſt impetu ardoreq; uerborum ego quid hic agam ex Mancino intelliges
poſt:diſceſſum meum nunc primam manum admoui:litteris adeo ocium nullum:occu-
pationes multæ ſunt porro libelli mei Romæ ſunt omnes:ego hic corpore:animo iſtic
uiuo.& tecū ſæpe aut loquor:aut in orto deambulo:aut auri proximus obſequio. Vale.

Campanus Cardinali Seneń.S.

m

ONTANINE ſororis tuæ obitu triſtiſſime afficior:mouet animū pater
nus:mouet maternus affectus:quorum iocundiſſimam ſenectutem & in-
ter fortunæ munera exultantem una calamitas oppreſſit:immutera mors
filiæ:repero parentis tui uerba interdū & alta ſuſpiria:cupere ſe iam uita ex
cedere ne qd aſpiceret triſte quod tantæ fœlicitati interfugeret:angor &
tua cā erat uncia ſoror ut condimentū inter tot fratres nō ſarcina eē uideret:tum quæ do
tes:quanta gratia:erat corpore:erat aſpectu:erat morib⁹ ſimillima tui:nec quicq̄ tui in illa
præter ſexum deſiderabat:par humanitatis:par comitas:nam diſciplinā ſexus illi nō in-
genium abſtulerat:deceſſit pœne adoleſceutula.& deceſſit ſine prole ut abrupta affinitas
& ſublata nepotum ſpes ſit.Verum hæc argumenta ſunt doloris noſtri & acerbitatē ad-
dunt:uulnera nō ſanant:nunq̄ magis recrudeſcit plaga quā cū exulcerat.Curandi ſumus
qui dolemus:cura autem omnis ex nobis eſt:nulla aſperitas animi eſt tanta ut eam ratio
nō leniat:hanc tibi propone:innitere:fruſtra tam diu uerſati ſumus inter ueterum ſapien-
tum præcepta ſi cū maxime opus ſunt tunc potiſſimū contemnimus.Quid habemus in
ter tot inſtituta magnificentius & tutius quā in oī fortuna ſequi rationē:cui qui aduerſa
tur temere agat:ſeq; ipſum præcipiter neceſſe eſt.Extincta eſt ſoror:fecit quod omnino
erat factura:appulit quo currebat:quo eam & ipſi ſubſequemur:florenti ætate extincta eſt
nō eſt noſtrū diem ſtatuere mortalibus:aut ſi ſit:tutius eſt in omni dimicatione fortunæ
ante mittere quos diligas q̄ relinquere:exploratus eſt tibi omnis curſus ſororis tuæ:quæ
fuerit uita:qui exitus extiterit:quod aſſidue timendū erat ne quid illi accideret mali time
re deſiuiſti.Nemo illius pudiciciæ nemo faciæ inſidiaſ:ſic uixit ut gloriari familia tua poſ
ſit:ſic eſt mortua ut iam dubitare de ipſius probitate nō liceat:prolem autē nemo ſapiēs

quam non

quam nō habuit concupiuit:nulla ſpes nōis incertior q̄ quam pollicetur poſteritas: tum ſtultum eſt omnia tibi polliceri ſecunda de poſteris aduerſa non cogitare: poſſint æque qui maculam & tenebras generi infundant q̄ qui lucem & ſplendorem naſci:nec affinitatem tollit mors fœminæ ſi inter uiros conſtet officio & gratia continetur nec refert quā ta tibi ſit affinitas in ciuitate.ſed quanta beniuolentia a qua diſcedere propinqui & affines poſſunt:amici non poſſunt.& tamen ſi petere ab ea fas ſit non uult illa quos uita conciliauerat: eos morte ſua ab affinitate diſcedere:uult te uult uinum ſic præſtare in gratia ut retinere memoriam ille uxoris tu ſororis uideamini uult ita perferre ipſius mortem:ut eſſe nobis læticiæ cauſa non triſticiam afferre uideretur.Multa ſunt quæ fruſtra impendimus morientibus:quædam etiam ingrata atq; moleſtia impendimus:ut meſticiam:ut luctum diuturnum & ueſtium comæq; ſqualorem quæ omnia nos affligunt:illos non excitant:& ne iuuant quidem:immo addunt doloris aliquid ſi ſentiantur. Sed prouectus ſum longius q̄ ſtatueram.Medicina omnis & cura non ex iis uerbis quæ ſtatim aut mox labuntur:ſed ex teipſo petenda eſt cogita te uirum eſſe & perpeſſum paſſurumq; acerbiora q̄ ſororis mortem non id tibi fœlicius eſt antecedat:ie inquam uirum nullum excipere tam grauem ictum oportere quem non perferas.Infœlicitas omnis animi eſt ſuccumbentis & parui fœlicitas præſtantis & magni:illum quicquid pungit conficit:hūc uulnera etiam quæ alta non atterunt. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Nſtat monachus apud me plurimum:exiſtimat cauſam totam tua in manu poſitam una mea epiſtola poſſe finiri:tanti & te iſtic eſſe& me tecū poſſe arbi-
i tratur:nec iam Cardinalium ſuppetias agit:ipſe ſua fronte: ſuo ore molitur audaciam:& quo perrupit ſemel quottidie penetrat:urget:ſtimulat:enecat. Quiſquis monachus idem & diabolus eſt:omnia temptat:ubiq; pungit:undiq; inſidiatur:deniq; meiere ubi nequit incacat:& cum malus deſerit eſſe fit peſſimus:ait rem ſibi nuperrime adiudicatam:non ſatis habet uiciſſe iuditio:niſi me teq; una exerceat Tibi hoc leuius quod non æque obtunderis.Ego quotiens euntem ad me hominem uideo:utranq; aurem ad tædium & faſtidium comparo:frontoſo poſtulatore nihil impudentius:quod ſi ſit monachus:contaminatius nihil pro ueſte picem induit non cuculum illenit ſeſe:implicat:conglutinat:inſertatur:nec unq̄ abit:nunq̄ dimittit niſi cum litura:iā ſi liberare me hac moleſtia cupis:aut offam illi in buccam coniice:aut quantus eſt totum omnem leuum dextrum præcipita.Satius tamen arbitror futurum:ſi offa confeceris: nā etiam præceps datus diabolus circumuolat & ſtridet.Aut igitur reſcribe nauaturum operam:aut deſperationem etiam & metum incute:mihi:& ſi gratius fuerit ſiquid nauaueris tamen utcunq; res erit:caue redeat ad me amplius: abige uel cruce diabolum ſi nequeas opera. Vale.

Campanus eidem ſuo.S.

Edii tandem in precutinos noſtros:& confatigatus curialibus moleſtiis redii:non manſurus modo cum meis:ſed etiam immoraturus dabitur ad te
r ſcribendi ſæpe & occaſio & ocium interdum & congrediendi.quod officium ſors tulit ut tu poſſis præoccupare ſi uelis:uelle autem non dubito ſi modo non impediare:quanq̄ ut eſt in prouerbio:uolentem impedimenta non tardant Celebraturus ſum nouam miſſam aut primum: potius rem diuinam facturus ſolemni more die ſanctiſſimæ trinitatis:aderunt & prælati alii: ſed mihi ſi tu deſis deeſſe & illi etiam cum aderunt uidebunť:tu unus ornamenta omniū cōcumulabis. Inuito ergo te ad Campani tui nuptias:nō ut amicus amicum:uerum ut patrem filius:ut ſi amici amico defuerint filius patri deeſſe non poſſit:quare accinge te ſi fas eſt:q cur nō fas: cum traditum ſi uel ſummos reges ut uectigalium ſuorum feſta honeſtarēt itinera ſuſcepiſſe longiſſima:ego & ſi tibi uectigalis nō fui:quod proximū eſt paratus ſum eſſe. Vale.

Campanus Iuliano Medice.S.

Olenter & acerbe tuli parentis tui mortem:uiſus iacturam ipſe quoq; quidem graue feciſſe:uirum amiſimus inter quos noſtra tulit ætas præſtantiſ
d ſimū.& qui in fortuna ampliſſima longe plus uirtutis haberet q̄ fortunæ In me autem ſingulari erat beniuolentia.omniaq; pollicebať.ueni ad eum aliquādo iacentē i lecto ut ſolebat paulo preſſiore.hic me aſſidere iuſſum diu multumq; complexus eſt.uiſus mirifice recreari eo congreſſu in horas circiter duas ſermonem produxit.cum cæteris fortaſſe longiſſimū.cum Campano perbreuem uiſum

multa de meis laudibus:nonnulla de Coſma patre:pauca de ſtatu Italiæ locutus eſt : mi-
hi autem tantum conceſſit.ut non plus tibi conceſſurus.aut Laurentio uideretur : teſta-
tus eſt tuum ac fratris tui caput:neminem mortalium eſſe:cui mallet prodeſſe q̃ mihi:ad-
eſſe ſibi fortunarum quantum ſupra ciuem uideretur.peterem.caperem arbitrio meo:ni-
hil non præſtiturum:cum interea meam ſemper dextram teneret.& cœlum teſtaretur ſe
ex animo loqui:anxius in hoc uidebatur:ne non poſtularem:maximum iudicium beni
uolentiæ.nec minus liberalitatis in eo qui mentiri non cõſueſſet.Nunc illo mortuo ma
gno præſidio deſtitutus ſum.& grauiſſimo affectus incõmodo.Sed noſtra cauſa indole
re alienam fœlicitatem.nec amicum nec pium eſt:debes & tu quoq; mi Iuliane qui illo
ſis orbatus moderate ac patienter ferre.Nihil erat amplius quod tua cauſa ab illo deſide
rares:præſtitit omnia:perſoluit tibi quicquid pater filio debebat.ei autem nihil eſt quod
doleas:percurrit is quantum datum erat in ſtadio ſpacii:peruenit ad metam iam inde a
uitæ initio conſtitutam:perfunctus ſuo munere commiſſa ſibi prouĩcia deceſſit.& deceſ
ſit magna cum laude ſua:cum gloria ſuorum:pelagi hui⁹ æſtuoſiſſimi ſupauit tempeſta
tes.& quo adnauigaturus erat iam peruenit.Nihil amplius habet in illum a iuris fortũa.
& quod liberius eſt iam & natura nihil:ex harum ereptus manibus in libertatem ſe uĕdi
cauit.& quidem ueram ſolidamq; libertatem.ut nec temptari poſſit ciuilibus iſidiis am
plius:nec morbos extimeſcere.Sudauit hactenus in laboribus uitæ huius grauiſſimis :
nunc ad iocundiſſima alterius præmia accitus eſt:habitat nunc cum principe deo qui nu
perrime inter homines uerſabatur.Nec eſt quod de illius ſalute dubitemus:qui cum alia
permulta ſanctitatis & officii plena:tum ut patria ſalua.ut ciues ſui liberi eſſent procura-
uit.nihil enim inter homines pulchrius ac deo acceptius q̃ tueri patriam:ciueſq; defende
re.Nec ita deceſſit e uita pater.ut aliquid ſubiret in morte moleſtiæ : cum omnino eſſet
moriturus:mortuus eſt inter filiorum:propinquorumq; complexus.& eo in ſtatu ut om
nia relinquens tranquilla ſuis:nulla re triſtior migrauerit e uita:ætate nec ita confracta ſe
nio:ut extra mentem deceſſerit:nec ita robuſta.ut difficile fuerit auelli.Tum ualitudine
aduerſa ãnos iã multos conflictatus ſentire dolorẽ deſiit & ſibi ac ſuis moleſtiæ eẽ:qppe
quo maior ẽ uirtus hoſs & uita cõgreſſuſq; iocũdior:eo dolemus graui⁹ illũ excruciari
& uexari morbo.Nec ipſe pr̃ uictũ ſibi optabat lõgiorẽ:q̃ ut res ciuiũ & filioꝝ ſtabiliret:q̃
cum ſint peracta:exiſtimãdum eſt non inuitum deceſſiſſe.Sentiebat uir omniũ prudentiſ-
ſimus non eſſe diu manendũ ſibi in uita:meditabatur exitum ſemp:expectabat idiem:&
ſeſe ad mortem componebat:nihil illi accidit inſperatum:diſceſſit omnibus munit⁹ præ
ſidiis:reliquit quod ſolum poteſt relinqui in terris:præclarũ nomen:probitatis eius nũq̃
delebitur memoria:quo diutius aberit a nobis:hoc magis illius fama celebrabitur : bene
facta deſiderabuntur.Proinde ſic cogites parentem tuum omnibus defunctum malis:bo
norum omniũ factum participem eſſe:& beatiorem q̃ hic habebat uitam aſſecutum.Tu
ſi quid illi gratum cupis efficere & fœlicitatem eius omni ex parte reddere cumulatiſſi-
mam:affectus omnes paternæ pietatis in fratrem refunde:hunc cole:hunc attẽde atq; ob
ſerua:nihil amantiſſimæ umbræ poteris efficere iocundius q̃ ſi quicquid ætatis ac reue-
rentiæ parenti exhibebas:exhibeas fratri. Vale.

Campanus Laurentio ſuo.S.

f Loriano Bononieñ.uiro imprimis officioſo:quantum afficiat non eſt hu
ius temporis cõmemorare.Eſt unus ex iis quoꝝ ego non tam fortunam q̃
probitatem complexus ſum:pernoctauit mecum Florianus nõnunq̃ quæ
res ad intimum receſſum amiciciæ peruenerat:daturq; ppaucis.Cupio illũ
iam tibi fieri familiarem atq; eſt mihi:citra noctes tamẽ : nam eſt tibi ratio
noctium longe diuerſa.Floriano ſatis erit ſi diem ſolemq; conceſſeris:& ſi tangi aſpiciq;
patiare:ſed ita ut eſſe in eo Campani tui partem exiſtimes:& enim mei pars altera in ami
cis ſita eſt:altera in mea uita:cui amicos aut comparo:aut ſi res ferat etiam antepono.Tu
uero Floriani ſtatum noli contemnere:eſt illi tecum magna quædam ſimilitudo:magna
q; diuerſitas:optimus optimum conciliabis:ditiſſimus pauperrimum:utrum contempſe
ris indignam rem uirtute tua indignamq; diuitiis feceris.quarum alteram humanitatis
commendat alteræ liberalitate illuſtratur : ſed ego a te nihil aliud meo Floriano q̃ ocu-
los frontemq; depoſco:etiam ulnas ut aſpicias ſalutes:amplexere.Cætera etiam non pe-
tita adhibebuntur ſi hæc intercesſerint.Gentiles noſter tecum eſt nũc quoq; cum eſt Ro-
mæ:ſed opere prætium eſt aſpicere ſuſculum perſonatum : ſaltabit etiam niſi per te reuo-
cetur:quare ſcribe ad eum:non conuenire barbato uiro nec eſſe e dignitate nebridem cir
cunferre. Vale.

Campanus

Campanus Quarquallo ſuo.S.

Ex totos dies in itinere ad Peruſiam uſq; conſumpſi. Peruſiæ quindecim
ité totos commoratus:inde ad Romam quinq; interceſſerunt. Vide quã
f tum ſuerit ſpatii ad curandum negotium tuum:curaui tamen & te apud
Protonotarium Vrſinum uirum ſuo genere digniſſimum'. Campanoq;
amiciſſimũ collocaui. Venire potes arbitrio tuo iã ad diem prope te expe
ctamus:uult tamen idem togatum te incedere:ideſt ueſte longa ut ſacerdotem præte fer
re:non ſcutiſerum uideare.tu ueni & cætera comparabuntur. Amicos meos anxietatis
plenus meo nominè amplexare:quæro.L.locum ſed præter eum de quo dixeram nõ in-
uenio:obſtat ætas:illic & eſſe commode poterit:addo etiam commodiſſime auctoritate
mea:tu rem ſic perage ut Campani:cætera hoc alienum uideatur. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Ommendaueram tibi ſuperioribus diebus Saluiatum meum cupio intel
ligat Campanum aliquid ſibi apud Papieñ. ꝓfuiſſe: & dignius eſt quem
c complectaris cum quoniam mihi eſt dediniſſimus:tum quod officio dili
gentia induſtria cedit nemini:utor illius opera ĩ negotiis meis omnibus:
& quod eſt hoc tempore in amicicia ſummũ utor & rebus: debeo illi quã
tum poſt te in curia nemini:iuuit me pecuniis ſæpe:abſentis cauſam ſponte ſuſcepit: nec
labores mea cauſa q̃uis grauiſſimos deſugit unq̃:iam quid a te expectem uides: non poſ
ſum: ipſe illius erga me officiis & plurimis & maximis ſatiſſacere. Hæ tuæ ſũt partes cuius
maxime intereſt q̃ multi mihi afficiantur:gratum eſt cum quid agis ĩ rem meam: multo
gratius cum amicos meos tanquã ad te pertineant tuearis quorum unus præcipuus eſt.
Saluiatus:nec eſt in quem magis rationem haberi uelim beniuolentiæ noſtræ:quicquid
illi hodie per te acceſſerit:mihi acceſſerit. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

Go te oratorem:non aſtrologorum aut geometram conatus:ſum ſacere: &
tamen ſi a me diſcedens præceptorem conſuluiſſes: non eſſem paſſus Voluſ
e Iunio te cõmitteres. Turdorum partem habuit Gentiles noſter:qui ut eſt ad
omnia fortunatus:muneri affuit:partem commater ut iuſſeras partiũculam
ego. Sed grauiſſimum atq; acerbiſſimum dolorem meum neq; Turdi leuare
neq; litteræ lenire potuerunt. Amiſi Paulum patruelem eundemq; conſobrinum meum
& quo cum una ab ultima iam inde infantia creueram. Educauerat me illius mater: mea
matertera cum parenté pœne trimus amiſiſſem:noctes dies:ueſtis:menſa ſtudia litteraꝝ
deniq; omnia mihi cum illo:illi mecum communia fuere. Venerat ad me Romam anno
ſuperiore:in omni congreſſu amicorum de me loquebatur:ædes nouas cõſtruxerat meo
nomine:ſpecie noſtri temporis & magnocum ſumptu:geſſerat magiſtratus aliquot a Re
ge cõmiſſos:tanta cum laude ut ad maiores poſtularetur:& quod altius uulnerat erat me
biennio minor:reliquit patrem uel ob hoc miſerum atq; infœlicem quod & filio & uni-
co ſuperfuit iam pridem ſepeliri:reliquit & matrem:ſed heu acerbitas. ita reliquit ut ſtatĩ
attraxerit ſecum:confecta mœrorè cum a ſepulchro filiũ ægre eſſet auulſa: ſine cibo ſine
potu ſine ſomno agens uix ad diem octauum ſuperuixit:ut dubitari nõ poſſit uictam ma
gnitudine acerbitatis:ac deſiderio mortuam:itaq; additum eſt uulnus uulneri materterã
ego fœminis omnibus quæ uiuerent pietatis anteponebam. Patruelem uiris nũc uno ca-
ſu una iactura utrũq; amiſiſſe triſtiſſimum atq; infœliciſſimum fuit:accedũt ad cumulum
ærumnaꝝ ſex puellæ innuptæ:& duo pueri quoꝝ maior uixdum decimũ attigit annum
ut nihil minus curæ pueri poſtulent q̃ puellæ:tum patruus ætate iam grandi & præſenti
calamitate attritus & prope exanimatus: quid hic a me deſideretur:facile intelligo: præ-
ſtare non poſſum:erat patruus conſolandus præſentia nõ litteris. Vxor quoq; fratris ad
cuſtodiam liberorum confirmanda:recenſenda domus: propinqui ad officium pietatis
cohortandi:hæc q̃ præſtari a me nequeant uides:dolore omnia penſo:incipio iam agno
ſcere mortalitatem meam morte meorum:cogito quid de me futurum ſit: cum quid de
illis factum ſit uideam:conſolare me litteris:& ſi quid a me didiciſti:leni argumentis acer
bitatem meam:ut ſi parum aſtrologus fueris tempeſtatibus uitandis orator conſolandis
tuis inueniare. Vale.

Campanus Franciſco ſuo.S.

Ntonitum tuum eo uidi gratius q̃ te geſtu:oculis:effingit:nec poteſt nõ mi-
a hi eſſe gratiſſimus qui te ita per omnia referat ut alter tu eſſe uideatur. Acce-
dit igenium iuuenis acerrimum. & mirifica rerum multaꝝ cognitio. Cœpi:
Vale.

me mirum immodum :& ut dicam uno uerbo tam eum iam amo q̄ pauciſſimos : prope
dixi q̄ te:conſilium eſt meum ut iuuenem tantis muneribus præditum allectemus:& no-
ſtrum:ideſt curialem faciamus:magnæ tibi utilitati cedet . magnæ mihi uoluptati : nam
& res tuas abſentis curare poterit:& mecum ut eſt tuorum ſtudioſiſſimus ſæpe uerſabitur
proinde hortare . impelle . coge ad nos q̄ primum redeat.non eſt forum Cornelii quod
Roma.Flaminia quod Latium. Vale.

Campanus Minutolo ſuo.S.

m

Inutole laurētius tuus iam abiit interfuturus nuptiis fraternis.ſingraphū
eſt apud Gaſparem noſtrū . iurat ſe ad duodecimū diem iturū ad te quæ
ad litem pertinēt confecturū:falli nō poteris ſine inſignii perfidia:de præ
fectura portenti ſimile eſt quod ſcribis. Liuerottum iſtum tuū ſine cauſa
mentitum eſſe non puto.Illud ſcio Campani mentionē nuſquā fieri .cur
inquis ſciam.aut unde.nō legi nō uidi regiſtrum:ſed illud ſcio:non eſſe huius temporis
fortunā meā.Prioribus litteris ideo ſum uſus:Notario ut intelligeres corruptum eē teſta
mentū.Ego maxima & pulcherrima & optatiſſima hæreditate fraudatus ſum Quæren-
dum eſt unde uictum comparem:cui ex teſtamento opes ampliſſimæ proueniebant:du-
ra per ſe paupertas ſemp:uerum tunc eſt intollerabilis:cum poſt diuitias uenit . Bene ua-
le. Aliquem ſcribam mihi ſi inueneris:gratam rem feceris.modo Fauentino nō ſit infe-
rior:plurimum refert:te mendate ſcribas an mendoſe techmenta noſtra ut tecta ſint cura.
Papieñ.noſtro te cōmendaui:amat te:amat me:contemnit utrūq;.cur nō cōtemnat? Fa
uentiam habet in poteſtate:ut delectus fiant & milites comparentur.Iterum uale.

Campanus Cardinali Papieñ.

p

Arateram quo tuæ importunitati ſatiſfacerē:longiſſimas litteras immen
ſum erat quoddam atq; infinitum quod proponebat : ſed interceptus eſt
ut audies:tabellarius & Liuii in Perſios reciderunt.ſublatis nugis quid ad
te ſcribam:habeo nihil:porro nugæ Archetypo non placuerunt:diffidere
uideris de me:quo tu ut habeas multos:fortūa atq; opibus potiores fide &
beniuolentia:ne unum quidem poteris habere qui me uincat : iam ſi iraſcor facere id ui-
deor meo iure:non ſolum falſa ſpe me illexiſti hereditatis:ſed etiam quæ inter uiuos do
naueras reuocaſti:ita q neq; legatarius tibi ſum neq; donatarius: ignoſco tamen imode-
ratis ſumptibus tuis:cui q̄diu aliquid deeſt:nihil omnino ſatis eſt:niſi habeas omnia : ni-
hil habes:quare ſi paulo nō eſſes profuſior ſuccenſerem magis & rapinam hanc dicerem:
nō reuocationem appellarem:de hæreditate fero multo modeſtius:nam reuocatio ad te
pertinet & tibi eſt uſui fortaſſe.Exhæreditatio uero quid mortuo poſſit afferre nō uideo:
eripuiſti mihi quod ipſe nō eras habiturus:utinam hic eſſes oſtenderem cauſam reuoca-
tionis te nullam:& teſtamentū donationis condictionē habuiſſe:ad paucos dies Sarma-
tam habebis.iam cœleſtes illas animantes quas ex hoc loco ueneramur q generi huma
no ſalutem nuntiarunt habes tecum:redemptorem paulo poſt habebis:uide ne fœlicita-
te perdaris tua:mitto fabulas.da frænum currenti equo:par erat ſi bonis paternis amicos
eras ſpoliaturus:uita & ſanguine nō ſpoliares:hæc ſeria. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

m

Arcum Tullium Ciceronem cum in omnibus ſuis ſcriptis fuiſſe longe elo-
quētiſſimum:& quod ipſe gloriatur copioſe:ornate diſtincte dixiſſe uidea-
mus:ut tamen adeo & tanto ſint in prætio quæ ſcripſit præcipue orationes
effecerunt in quibus tantum mea ſententia creſcit:tantum exurgit ut i aliis
demittere ſe:paremq; ſui temporis ingeniis facere:in iis erigi atq; attolli : &
quod de Antheo tradunt poetæ:humerotenus ſupra omnes extare uideatur . Orationū
uero quanq̄ ſunt quæq; illuſtriſſimæ:ardentiores tamen poſſunt uideri quæ non modo
ad odium inimici :ſed etiā ad æmuli contentionem ſūt habitæ.Ita cum cæteræ hoc præ
ſtiterint: ut amici defenderentur : philippicæ hoc quoq; uidentur conatæ ut uno ſtudio
& eiicerent Anthonium & Demoſthenem. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

q

Vem tu flectere nō poteras præcibus:aſtu Cāpani emolliit : ſimulaui non
unam iram:nō unam iam quæſtus iniuriā:pro rebus ſumma cum fide:ma
ximo cum animo:nec minore periculo geſtis:abdicatum me eſſe præſida
tu:& quem ille frequenti Senatu iure tonens laudaſſet:nūc notas idurere
indelebiles:flexi tandem curam utinā pmanſurā.Fulginienſes amplectar
ut tuos:fratrē ut meū:nō nihil acceſſit rebus meis fœlicitatis q cum te habere nō poſſim
habiturus

habiturus ſim fratrem: fortuna enim mea omnis & pependit & pendet ex te: pendet ex tuis: ego quod proxime ſcripſeram uel ex eo maxie glorior q̄ uideo ſucceſſiſſe tibi: uno cubiculo tuo: ſucceſſurus & pileo. ſum hic multo quietior q̄ Tuderti. ſed negocioſior: erat illic quod plus agerē: hic plura quæ agā. Expecto Beſſarionem tuum deſiderio tanto ut cum ille nondum Rauenna diſceſſerit: ego ad occurſum me comparem. Quid enim expectare poſſum hoc tempore magno Beſſarione præſtantius? quid poſt te unum uiſu: auditu: nominatu iocundius? ſed nolo decerpere fructus tātæ uoluptatis mature colligam: cum hic aderit. De Sutrino recte ſentis tu quidem eſt ea alioquin quoq; indubitata ſententia: nec poteſt non frugi eſſe uir qui tuus ſit non probatus: qui multorum utinam agere licuiſſet: tecum hoc anno de familia hercīſcunda. aut ſundo diuidundo: unus omnia inuoluiſti: gratulor tibi: crepo mihi: ſolus ad clauum: quid ultra hunc florem. nemo tibi hoc anno defflorauit: nemo ficum poſticariam: nemo ortanam roſam præripuit Vale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

p Rioribus litteris ſi nihil reſponderim: Lucentini noſtri fuit culpa: rogitatam quæ prima foret occaſio ſcribendi: curaret: nec ignorarem: ſum & ipſe ut noſti paulo negligentior: nec niſi ſtimulis excitor: tū uidebam tanta i amœnitate nos eſſe: ut nullo egeretis ad uoluptatem præſidio: mare alludebat: mulcebant uetri: littora delectabāt flumina grariam: montes umbram: uinea muſcatellum. illud roſarium uiolatum: ambreſiarium efferebant: nullus fuiſſet meis litteris locus: tiſu præſente Vrbenetañ. minime erat opus: tacui quando qua de re reſcriberem: aut cur ueſtrum iocundiſſimum ſeceſſum interturbarem non habui: nos hic. Senæ ad oculos uſq; Viterbiū & Bampene liqueſcimus: pœne demergimur reliquis ueſtris ueſtigiis noſtris iſiſtirur. Habemus hic prope curiam totam. Ego nemini ſum impedimento. Nuntii de Calcide uarii afferuntur: alii captam urbem: & cæſos ad internitionem noſtros referunt: alii profligatā Turcæ claſſem a Veneto eſſe: & Calcidi præſidium immiſſum: res eſt magni diſcriminis. aſpiciat deus rem chriſtianā. nos certiora expectamus Maturate reditū. ut quod reliquum eſt noſtri ſeceſſus. una ſimus. una lætemur & ego meis non expector modo. ſed poſtulor. Vale.

Campanus Anthonio Vrbenetano. S.

e Go inter delinas nato: roſa ad nares: bacchus ad labia: cætera papant: lallant: blandiuntur: noctu cantatur: interdiu bibitur: umbram in ſole captamus: in laboribus cyathum. deniq; in potum tori conſultamus: repotio: regurgitatio inter ſtudia. inter negocia conſtrepunt: nuſquā agas æſtatem libentius ad cumulum delitiarum: una res defuit præſentia ſi affuiſſet tua iam uentum eſſet ad ſummum. Sed eſt quod defleam etiam in tanta uoluptate. Marian⁹ inter cæteros luſus noſtros offenſus eſt. Gallus iam ita incipit eſſe faſtidio ut nihil hoſtilius. ſed omnia coram. Vale.

Campanus ad Pium. ii. pontificem maximum.

b Eatiſſime pater & clementiſſime domine humilē ad pedes cōmendationem. Non eſt paſſa illa ipſa fortuna mea quæ me nonum iam menſem in lecto mancum & defectum continuit ut hoc poſtremum quod expectabam gaudium deguſtarem: ſcilicet ut clæmentiſſimos pedes tuos deoſculari: & factorem meum adire & intueri liceret: parari feceram humilem lecticam: ut quoniam nec pedibus nec equo uectari poſſum: lecticariis me cōmitterem. Statueram enim aut mori aut ſanctitatem tuā uidere ſi Viterbio tranſitum feciſſet: fiat uoluntas dei. & non ſicut ego uolo. ſed ſicut ille uult cui idem eſt poſſe quod uelle. Ego. n. quāquam meliuſcule me habeam: & medici non diffidant ita exinanitus: ita contractus ſum ut uiſurus ſim nec ne amplius S. T. neq; omnino deſperem neq; certe ſperem morti q̄ uitæ propinquior: dixeram domino Auguſtino Patricio ſtatuiſſe me ſupplicare clæmentiſſimis pedibus tuis ut in hac glorioſiſſima expeditione: qua nullam neq; maiores noſtri maiorem: digniorem aut ſanctiorem audierunt ſequi ſanctitatem tuam liceret. & cum ea aut glorioſe mori. aut fœliciter uiuere. Laudetur glorioſus deus non dignus habitus ſum & peccata mea prohibuerunt. Hoc tamen certum eſt ſi quando recte conualuero non me diu in Italia ſine factore meo manſurum: modo ſanctitas tua permittat cuius nutu & uiuere & mori tam uolo q̄ debeo. Fœliciſſime ualeat ſanctitas tua clæmentiſſima cuius ſanctiſſimis pedibus me aſſidue ac humillime cōmendo. Ex balneis Viterbienſib⁹ die. xiii. Maii. M. cccclxiiii.

IOANNIS ANTHONII. CAMPANI EPICOPI. INTERAMIEN. APRVTINI EPISTOLARVM LIBER QVINTVS

Campanus Paulo.ii.Pontifici maximo.

Agnam iniecisti mihi cupiditatem maxime Pontifex rerũ quas tu
geſſiſti:quaſq; geſturus es ſcribendarum:cum quia ſũt ampliſſimæ
& ſperantur maiores. Tum ꝙ a te ſummo geſtæ principe: quam a
ſcriptore non poterunt ab auctore dignitatem conſequẽtur. Ego
uero de mea ratione ita ſentio:quicquid eſt in me ingenii atq; in-
duſtriæ:quorum alterum affectaui ſemp:alteram ſum nunq̃ aſper
natus:id totum ad ætatis meæ meiq; ſummi Principis laudem cõ
ferri oportere. Nam cũ ſint mihi amici defenſoreſq; ꝑmulti:ſolus
es tu ſub cuiꝰ ſum imperio:& cui omnia a me atq; ab optimo quo-
q; debeantur:ut quantum de mea erga te fide atq; obſequio detraxerim: tantum de meo
officio:meaq; itegritate detraxerim. Ardua res eſt:& perdifficilis hiſtoriam ſcribere :alia
uerba:alias ſententias atq; ſeriem:aliud item dicẽdi genus poſtulat q̃ oratio : uult omnia
ſonantia:grauia:iocunda:ſummum ordinem:exquiſitam diligentiam:ut preſſa diſtincte
grandia magnifice: illuſtria ſplendide : & deniq; omnia ornate politeq; ſcribantur:ſit cã
dor orationis non interruptus aut æſtuans:ſed quãtum fieri poteſt ſedatus & profluens.
Tum ut conſilia euentuſq; conſiliorum explicentur:deſcribenda loca:ponendæ ante ocu
los acies:ideſt ita res ipſæ aperiendæ ut hiſtoria quam ſcribas:non fabula eſſe uidetur. Te
nendus modus:ut nihil addatur præter hiſtoriæ dignitatem:ſubtrahatur nihil:ſit breui-
tas:illuſtris & clara aut claritas & collecta & breuis:emineant contiones pauloq; ardenti
us efferantur:hæc qui in hiſtoria non præſtiterit:magnam faciet ſcribendis rebus iniuri-
am:quæ lucem expectant a ſcriptore:ſplendoremq; deſiderant. Vtinam præſtari a me poſ
ſent hæc omnia:confert tamen plurimum quæ quis facturus ſit ſcire: aderit ſtudiũ : fides
in re tanta non deerit. Tum intelligo hæc mihi propoſita præmia:primum ingenii exer-
citationem in rebus magnis : alterum uero : quod non nihil conferam ætati : deinde ꝙ
meo eidemq; ſummo Principi deſeruiam. Poſtremo quod mihi quoq; cedet ad gloriam
quoniam præclaras res gerere non datum eſt mihi:quod proximum eſt eorum ſcripſiſſe
qui geſſerunt. Tu modo noli pati occidere res tuas quæ ſunt tantæ ut non modo diutur
nitate hac quam pollicemur dignæ:ſed etiam æternitate uideantur. Ab ieunte ætate am
pliſſimis es uerſatus in rebus muneribus:defunctus maximis:cum ſumma laude adeptus
ea ætate Pontificatum in qua uix alius concepiſſet. Auxiſti rem eccleſiæ:atq; ita auxiſti ut
prius uictoriam & pacem habuerimus q̃ intellexerimus bellum:compreſſiſti ſedinones.
Vrbium ciuiles tyrannides ſubſtuliſti :magiſtratibus adhibuiſti modum:expilanones ꝓ
uincialium fieri netuiſti:de cohercendis largitionibus popularium tuliſti legem:neminẽ
affici iniuria:a quoq̃ nulli eripi fortunas paſſus es. Iuſticiam legumq; moderationem ſu-
pra Pontifices omnes quorum extet memoria cuſtodiſti : & tamen ſæueritatem legum
non laxaueris:ſanguine & cruciatibus ſic abſtinuiſti ſemper:ut in ſumma iuſticia clæmẽ-
tiam ſummam adhibueris . Coluiſti pietatem : etiam priuatus oppreſſis opem : egenis
præſidium contuliſti. Primus omnium ſic ægiſti Pontificem ut eũdem omnes intellexe-
rint:neq; odio præcipitatum ad uindictam:neq; demiſſum ad patientiam graria : & cum
conſtantiam probent omnes conſilii magnitudinem admirantur:taciturnitatem in deli
berandis rebus inauditam:perficiendis grauitatem obſtupeſcunt . Vide quæ laudum in-
gentium argumenta:quam nobis materiam ſunt præbitura. Sed hæc quãq̃ plena ſũt glo
riæ occident una cum ætate omnia niſi ab interitu uendicentur. Superuacuum ne dicam
ſtultum eſt tantis laboribus contendiſſe. ut optimus ſis:& præſtantiſſimus habeare:ſi ſint
breui in obliuionem itura quæ feceris:& quorum gratia contenderis. Ridiculum quoq;
diuturnum ſuſcipere laborem pro breui uoluptate: tum uero nephas eſt cum uitam om-
nem ſic egeris ut effici poſſis immortalis:non tamẽ curare quo pacto immortalis efficia
re:gloria omnis eo maior habẽda eſt:quo ſit futura diuturnior:nec quicq̃ poteſt magnũ
ac præclarum in homine:quod breui manſurum ſpatio:una cum illius uita ſit interiturũ
Tum iuſte & conſtanter uiuere. Imperium cum laude adminiſtrare:facinora præclare ge
rere quanq̃ ſunt magna:non tamen carent calumnia dum uiuas. plena eſt uita detractori
bus. nemini parcitur. nec quicq̃ erit tam ſapienter excogitatum. aut tam factũ prudenter.

ut non

ut non parati ſint in uita qui accuſent. mortis ea eſt gloria & poſteritati reſeruat: ubi ceſ
ſant hominum affectus. & iuditia mentis non arbitrio liberantur. es tu quidem iuſtiſſi-
mus ampliſſima hæc tibi erit apud poſteros commendatio. At nunc quo cenſes eſſe. qui
aut aliter ſentiant. aut moleſte ferant. ita fieri ꝙ rapinis & fraudi aſſuetos reuoces a curſu
ne flagitii eſſe patiaris. Es conſtantiſſimus: qua laude neſcio an ulla ſit in principe maior.
ꝗ multos arbitraris eſſe qui accuſent atq; doleant conſtantem eſſe. & ad eorum libidinē
immoderataſq; poſtulationes non poſſe flecti? Es compoſitus & ſplendidus. quæ res &
ſi eſt pontifice ſummo digniſſima. non deſunt hic quoq; qui alioꝛſum ꝗ res eſt interpre-
tentur. nec ad ſplendorem domeſticum id referant & maieſtatem tantæ ſedis. ſed ad ſu-
peruacuum quendam cultum & delitias accipiant. Vis tu Romam & tuos eſſe in lætitia
& recreari ſpectaculis atq; ludis: quod facere ſummi principes conſueuerunt floren-
te imperio. Num putas hic quoq; deeſſe detractores: & qui eos ludos ac feſta non plane
probent? Fers opem Illiricis aduerſus Turcas: quid hoc ſanctius & melius? & magis ne-
ceſſarium? non deſunt & hic qui aut minorē ferre dicant ꝗ oporteat: aut maiorem ꝗ hæc
ſedes poſſit pati: hi deſtitui Dalmatas: illi exhauriri publicum ærarium: ut cuiuſq; eſt libi-
do confingunt: deniq; quicquid agimus in uita: in lance ſumus uulgi: ſemper diuerſa: aut
potius peruerſa ſentientis: non ſic poſteri iudicabunt. ſumma factorum exquirent: non fa
cta deprauabunt. Laudamus nos multas res geſtas antiquorum quas multi illius tempo
ris homines non probarunt: Clæmentiam extollimus. C. Cæſaris quam multi ſecuti fa-
ctiones accuſauerunt: ꝙ inimicos non ſuſtuliſſet Admiramur Alexandri liberalitatem:
quam ſui milites deteſtari ferre uix potuerunt: ꝙ Perſæ cæteræq; gentes a ſe uictæ dona
rentur: & ſe contemni exiſtimarent. Catonem & Scipionem inſectati ſunt ueteres: nos no-
mina ipſa illorum ueneramur: illi alterum rigidum & pertinacem appellabant: alterum
elatum & ſuperbum. Nos hunc grauem & ſæuerum: illum magnificum & ſplendidum
ita laus illorum tunc oppreſſa erat: nunc ī patentiſſimo eſt. Nec ullius hominis tam recte
poteſt ratio conſtare in uita ut calumniam fugiat poſt mortem in qua ea eſt cuiq; propo-
ſita gloria: & quanto remotius a nobis audientur res noſtræ: aut legentur: tanto plus erūt
habituræ dignitatis: plus gratiæ atq; auctoritatis aſſecuturæ: ceſſabit liuor: detractores nō
obmurmurabunt: non cupiditates hominum inſanæ interpellabūt iuditium: affert ætas
cum rebus aliis: tum maxime hiſtoriæ grauitatem: creſcit cum annis auctoritas: quoniam
decreſcit cum annis inuidia: & ſemper ea probamus magis quæ minus ad nos attinere
longiuſq; a noſtris ſæculis receſſerunt. Ita eſt laudis cumulus omnis in poſteritate: & mul
ta quæ nunc homines noſtri temporis accuſant poſteri commendabunt: quæ autem nūc
uel mediocrem habent laudem: habitura ſunt apud poſteriora ſæcula ſummam reueren-
tiam. Eam ob rem Principes fuerunt nulli quorum magnæ res geſtæ memorentur: qui
non commendari famam ſuam litteris: poſteritatiq; uoluerint. Argonautæ quorum unꝰ
fuit Hercules. Orpheum Thracem hac ipſa de cauſa ſecum habuere in claſſe: ut eſſet qui
eorum facta celebraret: ita nauigationem illam tantam & tam celebrem fruſtra ſuſcepiſ-
ſent illi: & nos eam non teneremus: ſi hanc Orpheus non perſcripſiſſet: nec Herculis glo-
ria prædicaretur tanta nec cæterorum qui una nauigarunt. Secūdo deinde Troiano bel-
lo quod Helenæ cauſa ſuſceptum eſt: a tota Græcia Idumeneus Ditim Oretēſem habuit
in Caſtris non commilitonem ſolum: ſed etiam ſcriptorem rerum apud Troiam geren-
darum qui & ſi minus magnifice conſcripſit ꝗ res tantæ poſtularint: uiam tamen aperuit
Homero & ſcriptoribus aliis qui poſtea iiſdem de rebus ornatius acumulatiuſq; conſcri-
pſerūt. Sic Cyrrhus Aſiatico bello quod aduerſus Scythas & Maſſagetas & alias natiōes
geſſit raro ſine Xenophōte teſte putatus eſt dimicaſſe: cuius de Cyrrhi & uita & bellis ex
tat hiſtoria. Alexander uero & Caliſthenem ab Ariſtotele cognato poſtulauit: qui eius
res geſtas colligeret. & Ariſtolobum ſcriptorem habuit ſecum: & Onoſicritum hiſtori-
cum in Indiam uſq; perduxit: ne res tanto labore & periculis geſtæ: tanta quæſitæ gloria
breui extinguerentur. Fuerūt & Romani quoq; eius gloriæ cupidi: ut taceam plublicam
curam ueterum Pontificum: de Annalibus Habuit Polybium Scipio Carthaginenſi bel
lo. L. Murena. Atheneum. Aſiatico M. Cato quanꝗ gloriæ contemptor uideri uoluit.
Athenodorum Tharſenſem In Ciuili fretus eſt Iulius Cæſar ingenio ſuo. & quæ gere-
bantur interdiu: noctu ſcribebantur. Pompeius uero & a Poſſidonio amico: & Theopha
ne Myliterio ſuas uictorias ſcribi procurauit. Auguſtus a Polidoro & Xenarco ſuas Ty-
berius Theopompo ſuas. Nec ipſe ſibi defuit Auguſtus. Imitatus auunculum Commen-
tarios rerum a ſe geſtarum ipſe confecit. Nerua Helianum & Frontinum aſciuit ſibi. Tra
ianus Plutharchum & Dionem: Ita ut Dion ſæpe eodem cum uectaretur: alii alios habue

re.& quiſq; optimus fuit princeps. & res geſſit maximas:ita ſummam adhibuit curam hi
ſtoria ut illuſtraretur:fuitq; hæc ſemper ſummorum hominum diligentia: ut quoniam
omni conatu atq; ſtudio contendiſſent pro gloria:non eſſent in obſcuro quæ geſſiſſent:
ne ue cum eorum uita confecta atq; extincta delerentur. Enam religionis noſtræ ſūmos
uidemus uiros multa ſcripſiſſe ad gloriam. & moleſte tuliſſe detractores: nec quicquam
geſtum eſt in noſtra lege:quod illi quattuor ueriſſimi teſtes non expreſſerint litteris. Tū
clæmentem primum notarios ſeptem conſtituiſſe qui ſanctorum hominum facta:dicta:
exempla. ſupplicia colligerent. ut illi ſua gloria:etiam hac terrena non fraudarentur. &
nobis exempla ſuppeterent ad imitandum:quare etiam his hæc eſt quæſita gloria: q ſem
per contemni gloriam uoluerunt? Etiam a poeris quāquā non tanta ineſt fide: celebrari
priſci homines quæſierunt:quam rem inuidiſſe fertur rex maximus: Achillis manibus q
Homerum nactus eſſet laudis ſuæ præconem. Et eundem Homerum Crephilus Samius
hoſpitio & familiaritate complexus:nihil aliud q̄ ut poemati inſcriberet:poſtulauit:tum
Ennium Scipiones q Corneliam celebraſſet familiam in ſepulchris maiorum putari ſūt
collocaſſe. Habuitq; hunc comitem Fuluius Etholico bello. & uictor ſuaſu ipſius te puta
tum eſt Enenii ædem muſis conſecrauit ex hoſtium manubiis. Et. M. Antonius Boeti-
um malum poetam:peſſimum ciuem defendit in Aſia:q eius in Philippis uictoriam ſcri
pſiſſet uerſibus. Mitto alios innumerabiles:qui aut domi ſcriptores aluerunt. aut duxere
in militiam:aut præmiis affecerunt maximis q ab his poſſe ſe immortalitatem aſſequi
putauerunt. Sed quid mirum hos uiros hæc concupiſſe:cum ſit traditum ſummos orato
res non contentos ſua gloria ab hiſtoricis illam poſtulaſſe:ut Iſocratem ab Ephoro. M.
Tullium a Lucio:alios ab aliis q intelligebant omnem cōmendationem laudis niſi quæ
eſſet ab hiſtoria:eſſe uideriq; ſuſpectam:affectamq; cenſeri:atq; ideo neq; diuturnam eſſe
poſſe:neq; cum ſtudio legi:neq; iudicio probari:neq; in exemplū afferri poſteris Sola eſt
hiſtoria cui credatur:quæ habeat aſſenſum:& fingit:nihil mentiat:nihil poliat:exornetq;
omnia. Fidelis nūtius:teſtis uerus. benignus interpres:diuturnum monumētum: firma
Indubitataq; memoria. Nam ædes & ſtatuæ & trophœa. & triumphales arcus. & nūmiſ
mata & huiuſmodi cætera q̄uis ita in longum uideantur:uno tamen affixæ loco: neq;
ea uagantur late:neq; tam diu durant:neq; aliquam præſertim tantam afferūt noticiam
neq; certa ſunt:& propria ei qui hæc edificauerit:paucis aut ſignis immutatis aut titulis i-
uerſis:aut loco auulſis:aut tempore exeſis oblitterantur:ferunt conceſſiſſe aliquando Ale
xandrum Athenas ſpectandæ urbis gratia. Cui cum ciues magnifica paſſim edificia glo-
riabundi oſtentarent:non ego inquit uiri Athenienſes ueſtris edificiis inuideo: ſed rerū
geſtarum monumentis. Intellexit rex clariſſimus cætera cum annis deficere:& nec mini-
mam partem exprimere factorum:mutos coloſſos atq; obeliſcos eſſe caduca edificia: &
etiam ſi ſint ferrea tamen exedi uetuſtate. Conſtat hiſtoria ſemper & eo firmius quo plus
accedit temporis:fitq; in hac ſola ut nihil:æque gratiam atq; robur augeat q̄ uetuſtas:nō
inuertitur:non immutatur:illius eſt ſemp in cuius nomen eſt texta:non inceditur: non
frangitur:non exeditur:innouatur per tempora ex uno loco i mille perducitur: aſpicitur
ab omnibus:legitur ab omnibus:& legitur cum uoluptate:omnia enarrat:aperit res ico-
gnitas:oſtendit ætates:factaq; ætatum:profert in medium uiros claros:præſtat exempla
omnibus in rebus:& etiam cum defeceris exhibet te tanq̄ manu tuis poſteris ducitq; per
ætates atq; urbes:ut te uideant qui nondum nati ſunt:te audiant:te laudibus proſequan
tur:facit ut ſemper ſis in manibus:ſemper in ore uerſeris hominum:facit ut te Barbari:te
Latini:eundem Græci complectantur:& quem ſua non norunt lingua interpretētur alie
na:omnes illam & uehementer cupiunt & facile poſſunt intelligere:nec habet quicq̄ ho-
minis uita pretioſius:& quo magis in longum extenditur:hæc inquam una facit ut exti
cti uiuant:mortui loquantur:redeant præterita tempora:& quæ longiſſime ſunt a nobis
uerſari nobiſcum & in oculis eſſe uideantur. ſola eſt quæ pariat homini aut æternitatem
in terris: aut quanta maxima eſſe poſſit diuturnitatem Non ceſſemus igitur mortales ad
illius opem confugere:quæ ſola benignitate ſua in terris nos efficit immortales Ne ceſſa
tu Paule ſanctiſſime huic te:& tua omnia facta:dictaq; committere: aut nunq̄ interitura.
aut ſero ſi commiſeris. Dices nimium de me ſentire. qui polliceri auſim rem tantam. non
eſſe tantum laudis in hiſtoria quantum in auctore. ego uero non id quidem inficior. ſed
illud cogito hominem me eſſe ætatis huius. neq; nullo igenio:neq; ſine omni diſciplina
ſcripturum. omnia cum fide erunt. qui incultō addicient ornatam ueſtem nudo. Ego tā
tum hoc paſſum præſtare ut habiturus ſis. ſi non idoneum ſcriptorem. non locupletiſſi-
mum teſtem rerum a te geſtarum. pauca deficiunt. Vale

Paulus ut

Paulas ut ad ueteris puenit templa Mineruæ
Perfuſus lachrymis procedit ante deos
Auxiliũ in Turcas ecleſtiaq; arma pcatus
Non ſibi ſed populo poſcere dixit opem
Nũc pcibꝰ ſuperi:nũc nũc ĩtẽdite.Paulus
Nõ ſat hẽt uotis poſcere:dat lachrymas
Corde gemẽs:oculis udis cõſtrarꝰad aras
Ni flexit:lapides credimus eſſe deos.

Campanus Regi Ferdinando.S.

n

On ita paruam accepimus plagam inclyte rex:ut tibi qui proximus es periculo:eſſe poſſit occulta:nec ſinit ferus hoſtis iniurias diſſimulare:quas inculcat augetq; indies.& confectos uulneribus ferire non ceſſat. Audiuiſti irruptionem Turcorum nuper factam:qua Illyrios inuaſerunt:inuaſos diripuerunt atq; omni pubertate cæſa:in ſeruitutem mulieres:pueros:infantes aſportauerunt.Continuerat ſe domi aliquandiu illorum rabies:ſanguine noſtrorum totiens repleta:nunq̃ ſaciata:timebant noſtri.& quod factum eſt futurũ intuebanť ut occupata Græcia:ſubactis Ponthicis nationibus:atq; omni ora Euxina redacta in poteſtatem:aut Pannonii aut Illyrii qui eſſent debiliores minuſq; parati inuaderentur.Sciebatur paraſſe Turcas exercitum ingentem:ſed quo moturi eſſent explorari non ſatis poterat.Quippe ita dubio in loco ſe collocauerant ut utram in partem mallent proficiſci:ſubito poſſent:altera ſpectabant Illyrios:altera Pannoniis imminebant:Vtroq; quantum i ſe fuit Ro.Pont.auxiliatus eſt:utriſq; pecunia eſt miſſa.Fera beſtia non tam ubi pugnare cum uiris q̃ ubi occidere imbellem multitudinem poſſet:uertit impetum:dimiſit Pannonios qui erant parati ad reſiſtendum:inuaſit Illyrios qui ſatis parari nõ poterant:facta eſt cædes quantam audiuiſti:faciet mox maiorem niſi reſiſtatur:reſiſti ſine te haud quaq̃ poteſt.Caput eſt religionis chriſtianæ ſummus Pontifex:habet oculos unde uideat noſtrorum clades.Habet aures unde gemitus audiat chriſtiani populi:robur in membris eſt:inter membra præcipuum es tu:tam illi uicinus ad defendendum q̃ ad oſtendendum Turcæ finitimus.In te magna ex parte ſitæ ſunt illius uires.Sine te audire & uidere põt chriſtianas calamitates:auxiliari ſine te & ſubuenire non poteſt:tecum omnia poterit.Quæ illius ſint uires cognitum eſt tibi:caret exercitibus magnis ĩ ampliſſima umbra nominis exiguum corpus latitat:caret exercitibus magnis:claſſem & nauigia non habet:pecuniarum quantum obuenit:quarum magnam partem cuſtodiendis arcibus & cærimoniis neceſſariis conſumit:partem iam ad Hungaros:ſæpe ad Illyrios miſit:partem paratus eſt mittere.Ad hoc illius pecuniæ expoſitæ ſunt:nec unq̃ ille alia de cauſa concupiuit:niſi ut Turcarum impetum poſſet reprimere:ſed non ſunt tanti illius theſauri ut queant ſufficere:perdere eſt exiguum olei ingenti flumine tantum obiectandum eſt quantum poſſit extinguere.Nec eſt amplius conſulandi tempus:nullus uerbis relictus eſt locus:facto opus eſt:atq; utinam ſufficiant facta:utinam non ſera ſint remedia noſtra:perniciem curamus:non uulnera:ad cor ipſum penetrauit ferrum.Non agitur iam de orientis imperio:ſeptentrionem magna ex parte amiſimus:imminet occidenti ruina.Nam quicq̃d Moræ in periculum creſcit:quantum de noſtris uiribus detrahitur:tantum inimicorum accedit robori.& dũ ſinguli carpimur uniuerſi condicimus.Maiores noſtris his a fœda Sarracenorum ſeruitute Hieroſolymam uendicarunt.Nos in Italiæ faucibus habemus Turcas:quottidie fiũt propinquiores:nulla dies in qua chriſti greges nõ iminuantur.Audaciorẽ facit lupum canis qui latrat & fugit:dũ multa nequaq̃ loquimur:dũ concilia cõuentuſq; celebramus:creſcunt hoſtium animi:cõtemnũt ignauiam noſtram.& tanq̃ rapaces aues fuga & errore noſtro ad impetum maiorem excitanť:nec ſoli timendum eſt Italiæ quaq̃ huic maximæ:ſed omni genti chriſtianæ metuendũ:atq; ita metuendum ut iam metus i dolore ſit:pati iam cepimus quæ timebamus:durum & miſerabile eſt tot prouincia amiſiſſe.Ponthum Capadociam.Galatiam.Bittiniam Pamphileam.Phrygiam.Miſiam.& quæ græco nomine cõtinenť natiões alias:hoc poſtremũ ẽ uulnus niſi ſtatim accuratur ferale & mortiferũ:dũ nõ eſt qui reſiſtat debiliores inuaduntur:ad robuſtiſſimũ uentũ ẽ ad iugulum petiti ſumus.& Pannoniæ & Italiæ cõterminũ eſt Illyriũ montibus:Illos uero & mari attingit & littore:tũ quod pernicioſius eſt:nerui Italiæ attriti ſunt:Illyrio deperdito ad hunc diem re nauali a Turcis non ſumus ſuperati.Sæpe Veneti ſoli obſtiterunt illorum audaciæ.& ne in italiam tranſirent impetum omnẽ repreſſerũt:fræti Illyriis qui & callerent rem nauticam.& conduci exigua mercede conſueuerunt:nunc illis amiſſis patebit hoſti Ionicum pelagus:in initiũ Hadriaticũ cum uolet penetrabit:quot remiges

noſtri ad illius claſſem tranſierunt?& quibus tuebamur nos ipſos:nunc ab eiſdem oppu-
gnabimur terra Hungari defatigati ſunt:mari Venetus:non audet occurrere:in anguſto
miſeri præmimur.aut Heleſpontum penetrabit hoſtium claſſis:aut in Illyriis comparabi
tur:utrum uolent in arbitrio erit:peninſula eſt Italia:omni ex parte non a Pyrratis & Cili
ciæ prædonibus ut olim infeſtabitur:ſed a maximis copiis undequaq; inuadetur:obſide-
bitur:diripietur.& nec his contentis hoſtibus conflammabitur.& ſi aliquandiu abſtine-
bitur Italia ꝙ ſit in armis.& potens habeatur:expoſita eſt Sicilia ſine claſſe:ſine armis:ſine
præſidio:nullo labore ueniet in hoſtium poteſtatem.Sæpe a Sarracenis occupata fuit ea
inſula cum & ſtaret.Græcia & italia floreret.Quid nunc timendum eſt?profligata & iã
deleta Græcia.Italia prope obſeſſa:nõ eſt Sicilia contemnenda:nihil magis ad hunc diẽ
uiſum eſt defendiſſe Illyrios ꝙ̃ ſterellitas agrorum:ubi ꝙ ſaxa & montes incolant habe-
ri magni exercitus nequierunt.Sicilia omnium quæ chriſtiani obtineant poſt unã Cretã
feraciſſima quaſuis maximas copias poteſt alere:portibus habundat commodiſſimis:ita
poſita eſt ut Ionicum pelagus ſinumq; Hadriaticum æque atq; in Tyrrhenum & Gallicũ
& Gaditanum poſſit excurrere:poterunt in ea inſula Turcarum & Sarracenorum qui ſũt
in Lybia fieri cõmercia:coniungi claſſes & communi bello res geri:quorum eadem eſt
ſecta.& par in chriſtianos exercent odium:quæ ſi accidant actum:una chriſtiani omnes
interimus:quanq̃ ſcimus fluctuare nos poſſe:demergi niſi nos inter ipſos demergamus
non poſſe:ad hunc diem nulli qui recta ſenſerunt oppreſſi ſunt.Fons errorum omnium
Græcia ipſa prima exhauſta eſt.Boſſinenſes Manicheorum infecti labe nuper concide-
runt.Vtinam Illyrii non acrius plectantur ꝙ̃ peccauere.Multis ex ea gente uicinitas of-
fuit:dum aut cum Boſſinenſibus habent cõmertia:aut Græcis aſſentiuntur.Decepti ſũt:
ſed non ſemper tuti ſunt:etiam qui optimi.& ſæpe negligentia pro culpa eſt.Nec finem
habent propoſitum Turcæ quatenus correpturi ſint omnia:parant incendere:nunquam
incendio daturi modum:donec ſuperſint chriſtiani:quos igni & ferro proſequantur:nec
imperium quærunt noſtrum:ſed excidium meditantur:neminem putant uiciſſe:niſi cũ
aut occiderint:aut quod æque miſerum eſt:uiderint quem uicerunt.& tamen neq; oc-
cidere ſine acerbiſſimis cruciatibus:neq; uendere ſine ſumma ignominia contenti ſunt.
Aperi oculos:intende aures optime Rex:accede in partem ſollicitudinis cum patre tuo
ſummo Pontifice:iuua illius conſilia ulciſcere fratres tuos qui perierunt:ſubueni aliis qui
niſi tu ſuccurras ſtatim ſunt perituri:aut cædes facta ad uindictam:aut fuga ad miſericor-
diam te excitet:tota Apulia Illyriorum fuga referta eſt:cateruatim ſe in ſcaphas piſcato-
rias & nauigia coniecerunt:parati potius pelago immergi ꝙ̃ uiui in hoſtium manus inci
dere:te appellant ad auxilium ſui:ad uindictam ſuorum.Ii ſi te non tangant:moueant li-
beri uxoreſq; tuorum:quibus idem propoſitum eſt periculum:niſi reſiſtant Aqua opus ẽ
non clamorem.Ardet res chriſtiana:præcipuus es tu:qui ſi celeriter occurras incendium
tantum poſſis extinguere:per ſtipulas aridas hæc hactenus uagata eſt flamma:debiles fue
runt noſtri qui ceciderunt.Nulla adhuc cum fortibus arma conſeruit Turca:niſi cũ Hun
garis:quos ad hunc diem fræti numero oppugnare ſæpe potuerunt:expugnare nunq̃ po
tuerunt:nec minus acceperunt detrimenti ꝙ̃ intulerunt:ſed nec expectandus dum uirgul
ta reſcindat hoſtis quo truncum poſſit excindere ne uires quas nũc habet diſperſas paulo
poſt colligat totis uiribus in Pannoniã ſi modo prius abſtinebit Italia:cui totus iminet:
nunc nũc quanq̃ ſero:tamen pro reliqua ſpe inſurgendum eſt tibi:ne ſi ſpatium det Tur-
cis:ſeſe recreandi ex iis laboribus quos nuper ſuſceperũt integris uiribus.& recenti uicto
ria auctis nos adoriantur.Nec eſt quod propter illorum multitudinem deſperes:non tu
ſolus molieris bellum gloria prima erit tua qui primus armaberis:labores cõmunes cũ
multis:te Hiſpani:te Galli:te Germani ſubſequentur:alios pudor:alios æmula gloriæ:
multos religionis ſtudium excitabit:nemo patietur ſe unum ceſſare in hoc bello tanto
maximum erit incipere:cætera ſua ſponte conficiuntur:nondum Anconam peruene-
ret Pius traiecturus in Aſiam.& iam hominũ qui arma ferrẽt pluſq̃ triginta milia cõuene
rant:parati omnes ſuo ære:nullius ſtipendio pro fide militare.& tamẽ omnis Gallia atq;
Germania.Hiſpania quoq; omnis eſſe in armis & accingere ſe ad hoc bellum ferebatur:
tur:quid futurum fuiſſe cenſeas ſi traieciſſet?nec ſtatim migraſſet e uita:maius eſt ſtudiũ
religionis ꝙ̃ arbitrere:nemo niſi qui ſint ignauiſſimi aut pietatẽ exuerũt oẽm non modo
pugnabũt ꝓ defenſiõe religiõis:ſed etiã mori recuſabit.Dicas fortaſſe qd ad me hoc bel-
lũ?nũ caput ego religiõis:nũ iperator chriſtiani exercitus deſignatus:nũ publicũ collatũ

æs:num

æs:num ætate maiore:nũ armis:uiris:pecuniis plus cæteris poſſum.Q uod ſunt qui me
omnibus his rebus antecedunt?Eſt Pontifex maximus:eſt Imperator:eſt Gallorum rex
ſunt & alii quorũ opes pares:auctoritas nõ minor habeat̃.Ego uero præſtantiſſime Rex
non te cæteris maiorem eſſe dico:ſed cæteris glorioſiorem fieri cupio:nec pertinere ad
te potiſſimum expeditionem hanc cenſeo:ſed te primum hanc præclaram prouinciam
ſuſcipere affecto:gloriam opes & fortuna faciunt:nec glorioſior eſt qui plus poſſit ꝙ cæ-
teri.Sed qui magnificẽtius ſtudet præſtare quod poſſit:nemo regum chriſtianorum qui
uiuant regnum aut peperit aut defendit partum maiore uirtute ꝙ tu:in aperto eſt gloria
tua:multum hæc tuis:multum externis pollicetur:atq; hoc maior eſt omnium de te con
cepta ſpes:quo conſtantius fortunæ imperium ſuperaſti.Tum peculiare fuit regibus no-
ſtris:in Græcia & Macedonia:in Aſia pro religione dimicare.Guiſcardus qui fertur pri-
mus ex iis quorum extet memoria regnaſſe in Calabris paruis copiis:maxima aggreſſus:
& Sarracenos Apulia deiecit.Hicephorum Græcorum imperatorem ꝙ eis faueret cum
ſeptuaginta milibus hominum fugauit.Michalem imperii conſortem interfecit.Alexiũ
alium Imperatorem quanq̃ Venetorum claſſe adiutum profligauit:ſubægit Dirachium
Henricum Imperatorem Pontifici infeſtum Roma deturbauit.& niſi apud Ioppem inſu-
lam morbo fuiſſet extinctus:imperium in Italia ſtatuere poſſe uidebatur.Pari gloria Boe
mundus filius qui primum paternis:mox ſuis ipſe auſpiciis bellum geſſerat in Græcia:
Cum Rogerio fratre in Apulia conflictatus:ſubito ueluti furore percitus ſerica ueſte in
medium afferri iuſſa.& ſibi & ſuis crucem quam pectore aſſueret:confecit.Vexilla idẽti-
dem cruce diſtincta erigit:atq; ita profectus in Aſiam:primo impetu Niceam urbẽ recu-
perat:inde prœlio quod aduerſus Perſas atq; Arabes cõmiſſum eſt:leuum obtinens cor-
nu:ex quadringentis ſexaginta milibus Sarracenorum centum milia ad internitionem
profligauit.Cæteri longiſſima fuga diſſipari in intimam Perſidem refugere:mox ipſo fra
tre cum paucis amiſſo Antiochiam obſidione.Ptholomaidam prœlio ſubægit Tandẽ
maximis geſtis rebus recuperata per duces Hieroſolyma:in Italiam gloria plenus reuer-
titur.Eius nepos Tancredus qui Boemundum ipſum Antiochiæ captum per fraudem li
berauerat:ſeruauit Antiochiam.Laodiciam prœlio expugnauit:facinora pro religione
maxima & præclariſſima fecit.Rogerius & ipſe Guiſcardi nepos:is qui Gallutii obſeſſus
a Pontifice:mox ab eodem coronatu eſt.Magna claſſe atq; manu aggreſſus Affricum
Lybiæ regem in pugna ſuperatum:pendere tribum coegit:quod annis circiter triginta
perſoluit Manueli Græcorum Imperatori ꝙ prohibet chriſtianis copiis tranſitum.& ad
Sarracenos eſſet propenſior.Corcyram inſulam & Corinthum ut atque armis eripuit.
Ludouicum Gallorum Regem a Sarracenis captum:ſuperata illorum claſſe liberauit:
cum in Palæſtinam contendens forte in hoſtes incidiſſet:mox Conſtantinopolim amo-
tis ſignis ſuburbia incendiſſe traditur.& ipoma ex regiis ortis ſua manu decerpſiſſe ſpe-
ctante:nec opem ferente Hemanuele.Q uid Guillermus Rogerii filius ultimus e fami-
lia Guiſcardi:quo animo:quanta pro religione molitus eſt?nonne Tanaos ægyptiorum
populoſiſſimam Vrbem prœlio captam ſpoliauit etiam Græcis aduerſantibus.Andro-
mico Imperatori qui tutor relictus a patre Alexium pupillum præcipitauerat in pelagus
Regnumq; occupauerat.& Latinos atroci perſequebatur odio Theſſalonicam eripuit.
Vrbes alias in Thracia atq; Græcia partim affixit:partim deleuit.Claſſem aduerſus Sala-
dinum Sarracenorum regem quadraginta triremum miſit.Cyprum conſenſu chriſtia-
norum ſuæ cuſtodiæ traditam conſeruauit.Saladinum maximis affectum incommodis
reiecit in Syriam.Federico primo cæteriſq; traiicientibus in Aſiam.& nauigationem tu-
tam præſtitit.& annonæ ex Sicilia atq; Apulia quantum opus fuit ſumminiſtrauit.Iis ac-
ceſſit ex eadem natione:non ex eadem familia Carolus:qui & ipſe naualibus copiis ador
tus Affricam & tributum a Tuniſinorum rege & ut libera eſſet noſtris hominibus per
Aphricam prædicandi facultas:ſimulq; ut uellent impune chriſtiani efficerentur extorſit.
Vide ꝙ proprium eſt regum noſtrorum ut foris dimicent ut religiõem late tueantur:quo-
rum tu exemplo mei debes & eos tibi præponere imitãdos:qui fuere præſtantiſſimi in fa
milia Aragonum unde tibi origo eſt ꝙ multi fuere ſummi Reges qui religionem defen-
derunt:defenſam extenderunt atq; amplificauerunt.Ferdinandus gentilis tuus:a quo tu
non modo nomen & ſtirpem accepiſti:annis iam hinc ducentis quadraginta cum alia

permulta geſſit religionis gratia cum in primis Valentiam Vrbem & Baleares inſulas ereptas Sarracenis:primus ad chriſtianū ritum cōuertit.& ut taceam auū tuū ſummum regem:alioſq; qui illum antecesſerat. Alfonſus pater:quo rege nihil ætas noſtra parentumq; noſtrorū uidit aut audiuit maius:quot bella cum Mauris geſſit?quot inde reportauit triumphos?quæ tributa exægit?quāta impenſa Tyrrhenū pelagus tutatus eſt?Quotiens ille claſſem quam in Aſiam mitteret comparauit?Quas Illyriis ſubſidiarias manus quot annis miſit?quas arces media prope Aſia quæ noſtris eſſent ſaluti edificauit?Quotiens Helleſpontum penetrarunt illius Triremes?præuidit ille tempeſtatem hanc noſtri temporis.Nicolaum Pontificem ad expeditionem Aſiæ ſuſcipiendam crebris legationibus hortatus eſt.Calixtum habuit ſuſpectum:ſed tamen & iuuit cōmeatibus exercitum & claſſem quam una mitteret edificauit:mors tantis rebus & tam neceſſariis eripuit eum nobis.Eius ueſtigia tenenda ſunt tibi:atq; eo diligentius quo meritis aſtrictior:ille eccleſiam aduerſam:tu ſecundam habuiſti.Multæ & preclare uirtutes tuæ ſunt:ſed nulla præſtantior q̄ q̄ accepta beneficia nō modo nō diſſimulas aut inficiaris:ſed extollis & prædicas.Eugenium a ciuibus Roma depulſum.Alfonſus pater quanq̄ ab eo bello laceſſitus reſtituit Picenumq; illi ſua pecunia:ſuo exercitu recuperauit:modis omnibus rem eccleſiæ auxit.Tu deſtitutus a tuis & plane proditus cum regni maximā partem amiſiſſes.& optimates fere omnes ad hoſtem defeciſſent:a Pio ſic es adiutus:ut omnis tua calamitas ſtimulus illi fuerit atq; incitamentum ad te defendendum:reddere:iam debes florentibus rebus tuis quod attritis accepiſti:ſer opem fluctuanti eccleſiæ:in qua tu opem tuis tempeſtatibus inueniſti.& ſi communis res agitur ut neq; tu ſine illius iactura:neq; illa ſine tua pernicie cadere poſſe uideamini:nec eſt Turca cum quo ſocietatem inire aut fœdus poſſis:fœdera apud perfidum fidem nō habent.& iam pridem iuratum ſerunt:nullū ſe chriſtianis ius:nullam fidem ſeruaturum:quare ne exiſtimes ſtare nomen tuum poſſe ſi cæteri defecerint:una labes inuoluet omnia bona:dire tui corpora ſeruituti uxores & filiæ libidini dabuntur:ſi ferro non dentur:ut paulo ante Græcorum & Beſomenſium reges dati ſunt.& nunc in Illyrio ſi qui ſunt dantur.Nec ullum adhuc iudicium apparuit in Turca clæmentiæ:cruore noſtrorum efferatus humanitatem abiecit omnem:etiam in ſuos crudelis ut ſperare nō poſſint alieni innata perfidia ut credi illi nō poſſit ſalutem pollicenti. Innata crudelitas ut nihil apud eum poſſit miſericordiam imploranti:omnia eius conſilia in ſanguinem & prædam uergunt:ſæuitia in ſpectaculo & libidine eſt nec ſacris parcit auaricia:nec crudelitas infantiæ.& cum nunquā auditum ſit ut in mulieres & infantes ēt atrociſſima de cauſa ſæuiretur.Turcæ primi conditionē belli:pacta humanitatis:ius gentium uiolauerunt:q; ſi eſt in armis quod æquū ſit ualeat & illi uictoria cedat:qui pugnet honeſtius:iam palma in manu tua eſt:qui pro capite tuorū pro uita tua:pro nomine chriſtiano non modo iuſtum bellum:ſed maxime neceſſarium ſumpſeris. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

I curæ tibi ſum:ut & ipſe mihi perſuadeo.& tua in me nunq̄ intermiſſa beneficia declarauit:iocundiſſimum tibi futurum arbitror:qua ualitudinem ſim intelligere:nō hominū opinione:aut incerta fama:ſed teſtimonio meo.

Sūt mihi q̄ fuerant:uultus:eſt robur & ille
Priſtinus in uiuo lucidus ore color
Iam uigiles rident oculi:latebraſq; relinquunt
Stantq; genæ.& tonſa tp̄a aperta coma
Oſſa latent:nec iā coſtæ numerant & arctus
Nec cadit ardenti concita uæna face
Inſtaurata graues īpleruntt crura lacertos
Nec tantum rigida nūc ego pelle tegor
Vnguibus extremis redit cādorq;:nitorq;
Viuo:loquor:ualeo:ſumq; quod añ fui.

Iam uides magnifice de me ſentire morbo tanq̄ hoſte ſuperato:nec fuit ulla unq̄ pugna audita truculentior:ut quod eſt de Carthaginenſi bello dictum propter periculo fuerim qui uicerim.Factus eram paulo remiſſior dum egrotarem:obſcura claris:maxima minimis paria exiſtimabam:tanq̄ omnia eodem exitu paulopoſt defectura Nunc cum uiribus corporis etiam animi cupiditatis inſurreſerunt:nec tam qua morte decedendum mihi ſit cogito:q̄ quo pacto laute:opipareq; uiuendum:ut ſæpe quæ propiora ſunt cernim⁹:ad remotiora colligamus Delectat me mirum īmodum libertas uitæ remotum a faſtu: ſtrepituq; populari.Idem tibi euenire intelligo.

Silens ubi

Silens ubi anna ſtringit alta populi:
Et quercuunt cacumina.
Sagace cinctus aucupe.& latrantium
Caterua non una canum.
Patentem agrum undiq; obſides Quiritiũ
Humi repoſtis caſibus.
Hians & in prædæ ad alta montium
Dioloſa tendis rætia.
Nemus per omne conſtrepens:reconditam
Agas ut in plagam feras.
Vel alitis ſuperbus arrogantia
Maritos prændis turtures.
Edacibus turdis ſeuus imminens
Dolos his mille conſtruis.
Modo iouis ſub arbore alta ſibila
Vocant inuiſcandas aues.
Solo modo patentem ſternis aream
Reſectis a ſtirpe arbutis.
Modo per alta paſſerum cubilia
Merſaſq; ripas uepribus.
Reconditis in ſepibus latentia
Minora tendis rætia.
Nec ante ſydera Archadum micantia
Vagaſq; cœlo Plyadas
Domum reuertere oſcitante uernalla
Portiſq; dormientibus
Manu referta uel fugace damula.
Vel apro:uel lepuſculo.

Mirum inquies:unde ad me iſta tua uiuendi conditio peruenerit?nulla eſt cõlectura qc-quid agas:quocunq; eas:diſpoſiti ſunt exploratores:nõ illi millitares quos odium rapit: ſed qui in ſumma charitate eſſe cõſuerunt:ſollicitudo:cura:deſiderium:unde pcontatio naſcitur in me & in amicis meis & neceſſariis ſtudium:qui tum rem grauiſſimam mihi facere poſſe ſe cenſent:cum de te ſignificent.Peris quo pacto me habuerim in Pii morte: quo animo tulerim hoc tu poſſes ex te ipſo iudicare:Neq; enim maiora in te fuerunt beneficia:ſed merita in me minora extiterunt:ut nihil maius tibi Pius contuliſſe q̃ mihi uideatur:etiam fortaſſe minus:nam tu dignus eras uel maioribus ornamentis:mihi ſuper meritum contigit.& te pro ſummis laboribus:pro præſtantiſſima uirtute tua:me pro ſola ſumma benificentia exornauit.Igitur quo uulnere affectus ſim accipe.

Nũc cytharã:nũc plectra miſer Cãpane recõde
Pendeat eiecta tinnula chorda lyra
Nõ lautus bedreræq; iuuẽt:nõ theſpias unda
Teq; nega extincto uiuere uelle Pio
Ille tui ſuaues fuerant quo iudice cantus
Ingenii fautor concidit ille tui
Nũc cytharã:nũc plectra miſer cãpane recõde
Pendeat iecta tinnulla chorde lyra
Nocte licet centũ ſpatioſa uolumina ſurgant
Et totidem creſcant uberiora die
Aure cares:laudat nemo:dat premia nemo
Nec te quod poſſit pungere:calcar habes
Oſſa Pii ingeniumq; tuũ ſtudiumq; tulerunt
Quæq; Piũ hæc eadẽ te quoq; buſta tenent
Nũc cytharã:nũc plectra miſer Cãpane recon(de
Pendeat eiecta tinnula chorda lyra
Thœſteas incolumi ſeruat ſi ſtipite natũ
Moxq; dat ardenti frattibus orba rogo
Cõiugis Alceſtæ moriens ſi fata redemit
Admetiq; animam prætulit illa ſuæ
Viſa tua ut Gracho ẽ potior Cornelia ul-
Cunq; tuam poſſet perdidit ille ſuam(ta
Vtq; Machaonis proles Thæſeia ſuccis
Matern a ſiſiacus uixit at arte puer
Cur mihi non etiam fatis opponere fata
Aut un certa non licet artis ope
Si ſtygias mouit uates Rhodopei⁹ undas
Et quæ tunc primum uix patuere fores
Cur mihi q̃ cythara ẽ fidibus caret illa ſo-
Heu ſi Strimoniæ par fuit illa lyra(noris

Dubitare nõ potes hãc aĩ cõſternationẽ eſſe magnã.& niſi quia ex Pii.ii.morte ſuſcepta eſt mollẽ & indecorã potuiſſe iudicari:nec ita frangi oportuiſſe uirũ ſapientulũ & philoſophulũ:ut ipſe me ſoles appellare.Sed quid de Pii exitu?fateor aliquãdo negligentiorẽ me fuiſſe:ſed id factũ eſt ne qd temere aggrederer anteq̃ eſſent cõperta oĩa quæ ad illius glorioſi Principis laudẽ ptinerent.Porro laudis cumulus ille ẽ ãpliſſimus cũ ita emigramus e uita ut e maximis opib⁹:e ſũmo impio diſcedere ſine moleſtia uideamur:qd audio Pio Pont.in eius exitu cõtigiſſe.Sed hæc inquã tũc dicent uberius:atq; illuſtrabunt cum erũt explorata & cognita:cui rei tu præcipuus eris adiutor.Sed uide quẽadmodum uafra illa & ſubdola caliditate mea gloriam diui Pii cũ noui Põtificis gratia coniunxerim.

Dũ pat adriacũ cõſcendere nauibus æquor
Auxilium preſſæ ferre uolens Aſiæ.
Dura Piũ magnũ:cuius par gloria cœlo eſt
Ereptum nobis fata dedere Ioui.
Siue hunc maluerint preponere ſydera cœlo
Siue ducem hunc terris inuida ſuſtulerint
Hoſtibus an potius turcis fuiſſe putandũ eſt
Bella quibus terra:belle mouebat aqua
Turca quid exultas?nõ eſt ita mortu⁹ ille
Omnia ut extincto ſint tibi parta Pio
Et uiuens hic ſe Venetis cõiunxerat armis
Imperium Venetis deturit & maiorens
Cuiq; Pius quondã fuit ĩplacabilis hoſtis
Nũc magis ut timeas ĩprobe Paulus erit

Iam tui erit officii quod cum Pio ægiſti:in Pauli non dico noticiam:cum ſatis ſim cogni
tus:ſed gratiam ingeras. Nam his ego natus ſum fatis:ut niſi unius Papienſis opera fortu
natus eſſe non poſſim:ſcio tuam illam ardentiſſimam ſitim nondum expletam eſſe. Sed
aliud eſt recreare ſitientem:aliud explere. Et mihi hoc quoq; adhibendũ eſt temperamẽ
tum ſcribendi:ne cui uoluptatem uelim afferre:afferam tædium:ut qui in ſaturitate faſti
dium:in recreatione fatigationem ſubuereat. Itaq; hoc mixtum ſcribendi genus aſperna
tus in cæteris tecum maxime utor:ut ſi cætera nequeant uoluptatem:uanetas ipſa poſſit
afferre. Vale unicũ præſidium Manciopoli tui. Et ſi æquũ eſt Reuerendiſſimis dominis
Seneñ. meo. & Rauẽnenſi me cõmenda. Terami. xv. Martii. M.cccclxv.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Odie diſceſſimus e balneis. & quidem ſiticuloſi & bibuli:paraueram epi
ſtolam paulo curioſiorem:qua tibi de omni ſtatu noſtro ſignificabam:de
h balneis multa:de cœlo q̃ plurima. Sed eam hodie cum cætera ſupellectile
Senam imprudens miſi. Qui de improuiſo nactus ſum nuntium:de im
prouiſo ſcribo. Epiſtolam accipies:cũ Senam peruenerimus:nõ ſum ego
qui in præcipiti ſapinam:aut muſas cõſulam in curſu. Venit Romam Anthonius Seneñ
ſcriptor apoſtolicus. & domino meo Senenſi q̃ gratiſſimus defenſurus cauſam ſuam. Se
nenſis eſt:ex Pii familiaribus eſt:illi uiuenti:quantum eius tulit ratio inſeruiuit:eo mor
tuo nepoti inſeruit:a Pio accepit quod nũc defendit. Vide quæ uincula:quæ cathenæ te
ſtringant:ad eius defenſionem ſuſcipiendam cõmendat eum ibi Sena tua. Commendat
Pii dignitas:qui te omnium ſuorum propugnatorem conſtituit:ut eius in omnes tuea
ris beneficia. Cõmendat etiam dominus Senenſis qui eadẽ de re ad te ſcribit. Etiam ille
ſuperciliofus Cãpanus tuus:aut maius Barduli colluſorẽ diceres:tibi cõmendat atq; ita cõ
mẽdat:ut Falconis mei offẽſionẽ ſic agas:ut hic:quẽ tibi cõmendamus:nihil accipiat in
iuriæ durum eſt inquies:canes de præda contendentes conciliare:quam alter teneat:al
ter depoſcat. Sed illud eſt ingenium tuum:ut etiam quæ fieri non poſſunt:cum uelis:faci
at quid in cauſa ſit:aut qui modus interueniat:nemo uidet melius q̃ tu:nemo concludit
melius q̃ tu:nemo conficit:inficit:officit:efficit melius q̃ tu:uelis modo omnia in portu
erunt:immo ſunt potius:deuincies tibi hunc ipſum cuius res agitur:propinquos omnes
qui non infimo ſunt loco. & qui ei afficiuntur:obligabis. & nos alii commendatores ui
uere apud te. & aliud poſſe gratulabimur. Vale. & illas litteras ad gentes &c̃. mittas & ſer
monem meum de ſpiritu ſancto:cuius copiam habeo nullam:remittas oro ut poſſim:ut
tu tua:ſic ego mea legens intumeſcere. Cõmendo me. D. V. R. humiliter Pietatiæ. xxv. Iu
nii. M cccclxvi.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Iſpari fortuna:par amor. & tamen nihil hac noſtra diuerſitate coniunctius
iter noſtrum comitatus eſt Papienſis. Romæ cum remanſiſſes:nobiſcum
d ueniebas:ſi non tecum de te ſermo habebatᷓ:diſceſſimus repente oẽs. Fuit
iocundum adiiſſe te nõ modo patronũ meum acrem:ſed etiã cenſorẽ gra
uem & ſæuerum:quæ tua fuiſſet querela:imo calumnia potius:ſi te inſalu
tato diſceſſiſſem:iter neq; mihi neq; hæro meo laborioſum tanq̃ ad inſulas illas:quas uo
cant fortunatas cõnauigantibus:ubi omnia læta:moleſtum nihil:prima die uenimus ad
Cremeram flumen ſiue Baccanũ:ſiue mauis ſtulticiam meã. & comitatu uenimus teuto
nico:nam graue & bellicum eſt germanicũ dicere. Poſtridie primum Roncilione pranſi
ſumus:deinde Viterbium contendimus. Roncilione ſiniſtro omine accepti ſumus:q ar
cem ſiue palatium cuſtodiunt tranſeuntibus nobis Turcum. Turcum uoce altiſſima con
geminarunt:idq; ſæpe & ingredientibus nobis:& egredientibus congeminatũ:horrui
mus omnes:nõ accepimus. Viſum eſt propter recentẽ nuntiũ. & Epyrotarum calamita
tẽ indigiſſimã uocem illam:nomenq; audire inimiciſſimũ. & præter ſanctiſſimi dñi nři
dignitatem id fieri nõ poſſe iudicauimus:dicent fortaſſe unum fuiſſe qui clamaret:neſci
mus an unus fuerit:certe multi aut hortabanᷓ aut aſſiſtebant:leuis eſt res:ſed pro tempo
rum cõditione grauiſſima:intelligo id prælatis omnibus tranſeuntibus fieri:ſed in cæte
ros ferri fortaſſe:in Cardinalem nõ debet. Tu ſi quid facto opus ſit facies:etiã quæ mini
ma ſunt:pondus habent cum pendet trutina. Ego quantũ in me fuit ĩpatientiſſime tuli.
Viterbii per diem placuit ſubſiſtere:q; Cardinalis ex itinere ac morbo defeſſus aliquan
tiſper uiſus eſt recreandus:hodie Vulſuiũ appulimus:cœlum iam prope patriũ. & clæ
mens neſcio quid polliceri mihi uidetur de dñi ualitudine:nõ ſitis eadẽ ardet:quæ prius

non tenacitas

nõ tenacitas hæret ſputi.& eſurit ad horam.& concoquit quæ ſumunt:hæc ſpem faciunt
cum accedent balnea ad priſtinam ualitudinem rediturum ſcripſi hæc:ut inciplam iam
nunc parere Papienſi qui me ut ſingula perſcriberem:hortatus:etiam in Itinere liberũ eſſe
nõ ſinit.Tu quid promiſeris nõ ignoras:primum litteras illas tuas ad gentes & regna:de
inde interuentũ apud uiſurum:litteras & ſi curo nõ magnopere:tamen cum ſciam te im-
primis dicaculum eſſe.& orationem tuam ſubdolam acutam penetrantem.& quo Impe
tu nequit blanditiis & confricationibus penetrantẽ:ut nihil ſcripſeris tam grauiter:ut nõ
putem graniora ſcripſiſſe:qui ſagittas loqueris:ſaxa moues:ſiſtis flumina.& eadem cum
opus eſt:manus ac lingua ſelle:melleq; decertat:negocium & interuentum curo:qui iam
ſopitus erga me uideris:exercitari aliquando debes:ocairbmi ozem otsſi Inepte ſcribo:
proximum montem:qui uiuos homines in ſomnum rapit:accuſa.Cætera ioci gratia.De
Turco plus q̃ ſerio ſcripſi.Dominus meus tibi ultra q̃ cæteris mortalib⁹deditiſſimus iuſſit
quotiens ſciberem:ſe tibi cõmendarem:ſi quid eum uoles facere:reſcribito.Ego ad ea
quem tecum locutus ſum & piloſiſſimus & paratiſſimus accedo.Fœliciter ualeat Reuerẽ
diſſima.D.T.Vulſinii.vi.Iulii.M.cccclxvi.

Campanus Ia.Minutulo Luceñ.S.

Nte uertiſti properantem:erant tabellæ iam obſignatæ cum tuæ ad me lit
teræ peruenerunt:non deerat tabellarius uia tam celebri:defuerat tamen
a qualem archanula/noſtra expetebant:non ſumus quos oporteat paſcere
populum fabulis.Nam & ſi nihil ad te ſcribi poteſt niſi ſanctum a Campa-
no.Iocamur tamen nonnunquã liberius.& quod tanta poſtulat beniuo-
lentia recreamur litteris:ac omni porrecta ruga ſupercilium frontẽq; laxamus:ut ſæpe le-
nioribus gaudet quem grauia fatigarunt.Quare diſtuleram non ad te ſcribere:quod iã
feceram:ſed cõmittere quæ ſcripſiſſem.Diligentiam tuam de qua me diffidere arbitraris
tam habeo proſpectam & cognitam in quem res noſtræ liberius reclinent:habeam tieni
nem:abſente Papieñ modo deſperabam negocium confici poſſe:repetii curſum uitæ om
nem ex quo me permiſſi curialibus undis:nunq̃ fœliciter niſi illo duce nauigaui.Ille nau
ta ille Remex fuit:quonens ad portũ ueni aliorũ ductu:aut naufragiũ factum eſt:aut ia-
ctura:aut plane nihil lucri reportatum.Egroti ſalus plæraq; in medico eſt:ac plurimũ re-
fert qua erga Illum ſis opiniõe qui te curet:præſertim in quo ſperes.& te ſæpe a maximis
ac grauiſſimis periculis liberauit:tũ ſæpe cauſam ornat auctoritas patroni.Defendi hoc
tempore Campanam a Papienſi pulcherimum eſt.Extincto Pio ſolus eſt qui tueatur in-
genia:eſtq; eius defenſio non modo patrocinium cauſæ:uerum etiam meriti teſtimoni-
um.Sed hæc In cæteris mecum autem eo uentum eſt ut neq; ego aliorum opem implora
rem:neq; ille me deſerere honeſte poſſit.Sciebam itaq; præcipuum tibi eſſe ſtudium rerum
mearum.Sed de mea quam dixi fortuna dubitabam quæ ad hunc diem omnis ab illo
uno uiſa eſt pependiſſe.Amicorum quos alios multos eſſe dicis ſi non pari conſilio atq;
auctoritate:non tamen frigidiore animo.Scio mihi turbam eſſe magnam:ſed turba ſũt:
uocem afferunt adhibere:quas uel ſibi non habent:omnem tamen dubitationem tollit
diligentia tua.hæc mihi & Papienſem Ipſum & omnem fortunæ auram pollicetur.Ia-
nuam tuum quem tantopere dicis expectare non equidem intelligo:ſomnio tamen fron-
tiſpicium poſticarum.Sybillina ſunt mihi tua ſcripta:adeo me frondibus inuoluis quas
neſciam componere.Europam & Impluuiũ appaipito ut parietẽ cœcus:obſtinatã quoq;
neq; mentem niſi coniectura non aſſequor.Volaterani morbus æque me habet ſollicitũ
amore enim erga illum a te non uincor:ſpem tamen fecit Gaſpar mihi qui ex Michaele
fratre meliuſcule illi eſſe intellexiſſe ſe aitq; cum iam eſſet in itinere:hoc unum uelim
homini perſuadeas.Romæ omnẽ æſtiuum morbum mortem eſſe niſi ſecedatur:cum
propter ancipiſtis cœli occultam uim aut tabem optius:tum ꝙ æſtus ſunt ardentiores
q̃ ferri poſſint:uel a robuſtiſſimis:Inſta q̃ potes enixiſſime:iſtinc ſtatim ut abſcedat priuſ-
quam autumno inuolatur.Nam & ſi æſtas grauiſſima eſt Romæ:autumnus tamen lon-
ge perniciosiſſimus habetur.Periculo meo edoctus hæc ſcribo.Reſpuit medicamenta
omnia Romanum cœlum per hæc tempora:nec ope aliqua poteſt attolli qui egrotat.
Vtinam iſtic eſſem ut ſimul & te ualentem & illum infirmum aliquo exagitarem ſimul
ipſe una fugerem.Tu quoq; inuigilia ſi ſapis tibi.Auroram ſi uoles uidere:ſalutato ebri-
us:lectus matutinus & meridiana umbra & delitiarum multum:curatum nihil tibi ſint
comites:ſol tibi per rimas interſpiciendus eſt:caue per feneſtram intuearare:pulueri dan-
da pax eſt:nullum bellum turbulentius aut ſordidius ſpectaculum.& quod ita male
ſtrangulet ſpectatores.Iecurſerit:obſtringit fauces & plane hominem uiuum atq; ambu-

lantem ſecurum periculi iugulat:niſi ſtila ſorbiciuncula palatum obliniaſ:gingiuaſq; totis illutet. Pomis:ante pleyadis occaſum aut nõ ueſcare omnino:aut lencẽ adhibeas quæ plus dodrante nõ ferat. Tutior eris ſi excludant menſa:tutiſſimus ſi ſoribus deturbentur & ubi ſuperiori corpori modus erit adhibendus:modus inferiori adhibeat. Sed heu q̃ iniqua & confuſa mortaliũ ſors:etiam ut læta triſtibus permiſcent:lætis triſticia:quid aliud amicus q̃ glorioſa moleſtia? ut plures qui habeat doleat ſæpius. Sinolphi noſtri tam acerbam iacturam audire non potui ſiccis occulis:uenit in mentem interitus fratris. & amici luctũ ex meo dolore menſus:partem magnã acerbitatis:in me accepi quã in amico ſum maximã arbitratus. Statueram conſolari eũ litteris:ſed ueritus ne uerba animũ nõ æquarent:tacitus cõmunem mœrorem pertranſibo:niſi quid tibi uideatur. Hunc ludimus qui uiuimus ut aut lugeamus noſtros:aut quod aquæ miſerum ẽ lugeamur:nec cõditiõe cõditio tollitur:utraq; ſubeunda eſt ei qui diu uixerit:ſed mitto triſtia:ſcribam ad illum fortaſſe dolore ſedato. Nũc acerbior eſt plaga q̃ quæ tollii poſſit unguentis:ſed ne fel cœnã claudat mel accipe. Carina non fluctuat cum temone detinetur. Non ſemper eſſe in portu claſſem oportet:uaga nauis frugi eſt:peregrinas merces nõ fert:anchora:uela:quæſtũ: temo portum quærunt. Naturæ ægyptum petiere:opta ſecũdos uentos:qui thus expectas:Iam ſeſta celebraturus. Ego in tuo temone cõquieſco:qui utrũq; polum ita calles ut ſtellam non poſſis amittere. Vale & uetus uiue.

Campanus Philiberto ſuo. S.

s Ero quidẽ:ſed tamen aliquando accipi litteras illas priores:quibus ut ipſe ais quædam iuuenilia ſcribebas:utinam nunq̃ minus iuueniliter ſentias:q̃ tũc ſentiebas:omnia erant grauia:omnia ſenilia:moleſte ferebas Pii mortem nõ tua cauſa:ſed cõmuni iactura rei publicæ chriſtianæ. Dicebas cupere te aliquid in eloquentiæ ſtudiis ediſcere:modeſte loquebaris cum aliquid diceres qui multa didiciſſes. Poſtulabas ut Pii exitum nõ negligerem:quid horum nõ plus q̃ ſenile? Addebas prælatum te iuuenem nihil pluſq̃ ad ſorbitatẽ aut comedere aut bibere:nõ eſt hoc iuuenis ad uoluptatem omnia referentis:ſed cõtinentis & modeſti uiri:uideo te eundẽ fuiſſe aduerſis in rebus:q fueras in ſecundis:ut neq; illic attritus:neq; hic elatus iudicari poſſis. Exitum Pii libenter ornarem ſi haberem exploratum:quid eſt enim aut illo diuino Principe dignius:quod laudet:aut obligatius Campano q̃ laudet? hoc intereſt ſolum q̃ Pius ab omnibus eſt laudandus. Campanus unicum Pium debet laudare ſi quempiam debeat:hoc tamen ſcias fateri me:omnia debere nõ ſolum Pii memoriæ quæ apud me ut eſſe debet:ita eſt eritq; ſempiterna:ſed etiam omnibus qui Pii tã affinitatem q̃ amiciciam uel longiſſime attigerunt:ſed hæc ſuperuacua:nam & illi opis meæ non egent & ſi egerent:præſtare ego quid poſſem? Fient hæc igitur in Pii laudem cum omnia cognouero. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

e T tempus adomonet. & officium poſtulat. & ualitudo patit ut iam ad te radeam. Volui ſeruire tibi uiuo Pio cũ magna fortuna floreret:nec licuit & fortaſſe potuiſſet mea ſeruitus haberi ſuſpectior:cũ fortunæ adulari & meis cõmodis ſtudere me homines iudicarent. Vtinam nunc liceat ueterem operam reſarcire tanto ſtudioſius:quanto & maiora tua in me beneficia interceſſerunt & ſecurius a fortunæ ſuſpitione deſeruiam:officio magis daturus quã ſpei quicquid impendero:ſatis iam mihi fortunarum eſt:ope & magnificentia auunculi tui principis Pii ſecundi diues ſum:nullius rei egeo:quæ citra ambitiõem ſit:ille mihi domicilium:ille ſupellectilem:ille imperium dedit. Nam imperium eſt & quidem amplum cui omnia uel ſine labore ſuppeditent ad uitam tranſigendam. itaq; omnia mihi habunde ſunt:ſed non iocunda futura niſi tecum una:nec dubito ſi adire Pium liceret. & loqui fata paterentur:hoc, mihi imprimis iuſſurum:ne cui uiuens me dederat ſe mortuo ullo unquã tempore:a nepote diſcederem Accedũt eodem beneficia in me tua quæ tanta fuerunt ut fateri poſſim:non me magis ornatum eſſe a Pio q̃ a te conſeruatum:qui a me nulla ipſe in re unquã adiutus ita ſubſtẽtaueris in hoc meo grauiſſimo & tam diuturno morbo:ut ne illi ipſi quidem qui me genuerunt diligẽtius potuiſſent:ſed hæc ſedent animo & quia re nõ licet referre iocundum eſt. Expecto iam quid facere me uelis:illud tamen dixerim ſi uenia tua liceat facturum me Perusia tranſitum:ut illis nobiliſſimis fœminis de me omnia mentis obtemperem:quæ hoc a me & litteris & nuntiis inſtantiſſime poſtularunt:ſi tibi aliter uideatur cedam tempori:cauſa uero mea nullum pro illis periculum ſubterfugerem. Vale.

Campanus Cornelio ſuo.S.

VANTVM ſuauitatis:quãtum gratiæ in tuis litteris: quæ inter hac melq;
conie&ctæ ſpinæ:oble&taſti me una & pupugiſti. & Neapolitanũ eſt in mor
q ſu lambere:uereris offenſum.& ſubiratum me tibi:ꝙ ſecedentem nõ ſalu.
taueris:ut uerbo liberem te uno offenſus fuiſſem ſi ſalutaſſes. Occupaturi
de improuiſo Tuſcos noſtros:nihil æque ac moram fugiebamus.Cunctã
ter omnia & diſſimulanter facta:neq; detineremur:ita clam noctu ſubiti deſugimus:neq;
illaturi amicis moleſtiam diſceſſu noſtro : neq; accepturi . Q uare nihil eſt ꝙ dubites ira.
tum me tibi nec offenſum quidem : de fide uero & eſtimatione ſero nos ſollicitas . Iam
pridem parũs quidem in rebus.ſed tamen decoxiſti : debebas ſudatoria & manicas pul.
uiſculum perſoluiſti molliculum & leoninum . & præterea exoticum unguentũ neſcio
muſto an lorio infectum.Etiam prouocas me ad ueterum contentionem noſtrã quantũ
uideo:toriens a me uictus:tamen domari nõ potes.Lupum canes : ſemones uulturios &
calculũ & cætera extiua minitariis :facis paratiorem dum accendis. & acuit hoſtẽ qui cũ
irritat non oppugnat:iam nunc ſeruo aliquid quod te conuoluat:fies iterum nouo peri.
culo cercior ꝗ nihil ualeas:ꝗ male agas peditem equitẽq; parumq; regem tuearis.Erit mi
Corneli modeſtiæ tuæ parcere tandem parieti:quem quo plus ferias: hoc altius uulnere.
fac inueniam te ualentem:cætera in pugna decernentur. Vale.

Campanus eidem.S.

VOD tenearis ſtudio mei & habeo tibi gratias & paratus ſum ita conten.
dere tecũ hac pugna beniuolentiæ:ut nũꝗ uideri poſſim ſupatus.Tu quã.
q ꝗ longe de me falleris:oro tamen ut in ſententia perſtes:dignũ me cẽſeas
quẽ ames:nuſquã eni tã decipi hoies cupio ꝗ i hac de me opinioẽ. Vale.

Campanus Gentili ſuo.S.

E amore in te meo tu quidem minime falleris : quis eum non cumulatiſ.
ſime amet:a quo prius ſit ipſe amatus:dicam prope ꝗ cognitus:beneficiis
d meis in te quid debeas non uideo:quippe qui nec contulerim ĩ te aut tu.
os quicquam nec ſomniauerim quidem: niſi fortaſſe id quod ipſa res eſt:
beneficium putas non quod quis præſtiterit. ſed quod paratus fuerit præ
ſtare ſi potuiſſet.Ego & ſingularem uirtutem tuam nimifico amplector ſtudio.& amore ĩ
me ac meos omnia debeo:audiui de ſtatu & ualitudine tua . iocũdiſſime cura intelligã
quottidie quid agas quid Campano opus ſit:ocioſa eſt amicicia niſi exerceatur : exerceri
nuli mutuis beneficiis non poteſt. Vale.

Campanus Roberto Ariminenſi.S.

ITTERAS tuas lætiſſimus legi . Prætura hæc ſtatis temporibus deſigna.
tur.Prætoreſq; ĩmo prætorum electores ſorte dicuntur.Expectatio & diu
l turna & anceps: ſatius fuiſſet legatum ad populum Seneñ . ꝗ ad Campa.
num ſcripſiſſe: mihi de te adeo perſuaſum ẽ ut omnia tibi æque ac tu ipſe
exoptem:ambibimus ciuium primores quos rei tuæ affuturos putabimꝰ:
tuos eleges :non omnes intelligunt:ſi qui non ii ſint:ſuſpectum habent Amatorium Præ
torem cogitant ꝗ periculoſum futurum ſit committere homini licencioſo poteſtatem:&
poetas quidam ſapientum pelli ciuitatibus uoluere : ꝙ molliores ſint ꝗ uel priuati ferri
poſſint.Iam quid in magiſtratu ſperandum ſit uide.ſed eſt unde omnia refutẽtur. Habes
uxorem:habes liberos:eſt ubi æque pati iacturam poſſis ꝗ inſerre hoc uno argumẽto ſu.
ſpitionem hanc omnem abrademus.Ego mi Roberte ſic agam ut nõ te pœniteat ad me
ſcripſiſſe:nam promiſſa illa tam uetera prorſus exciderant : quod capi poterit ſpei arripie.
mus:cætera ex euentu aucupabimur . Vale.

Campanus Leonello ſuo.S.

ENIT iſtuc:aut redit potius Fabritiꝰ noſter :Inuideo illi inuideo tibi: ille
cum angelo:tu cũ Gabriele uerſaberis:coibit cœlum uoluptatibus ueſtris.
a Latino ſermone ſi delecteris ualde placet:potero tecum multa hoc ĩ gene
re cõmunicare.Tu enim quantũ eloquentia illa cœleſti me uincis : tãtum
latinitate ſupans:grecos uterq; odimus : nõ quia nõ ſint eruditi & habeãt
multa quæ non fas ſit contemnere:uerum quia latinis plus eſt ſæueritatis.& placet ut ait
poeta grata proteruitas.Rumor circũſonat nos quoq; prope diem redituros:tu qua in ſu
ne pendeamus.& quo caſu ſumus nõ potes ignorare:qui in trochea ludis. & teſtum ha.
bes in manu.Io.Ro.uicem acriter doleo:triplici laborat febri : qui & iacet .& ducit uxo.
rem:quincuplici qui & iaceat & ducat uxorem . & ẽgeſtate primatur. Cum Hieronymo

Gualterio amice ut te habeas oro:quod illi preſtiteris cõmodi Campano ꝓſtabis.Mon-
tanus noſter mirifice hic deſideratur:homo eſt callidiſſimus:partam iam tot uictoriis pal
mam retinet:nouum periculum non quærit. & pars magna milites eſt : cum uires decreſ-
cunt ceſſare militia:cum nullæ ſunt miſſionẽ poſtulare : ita cum ſummo pro olympione
habeatur refugit iam certamina:quibus & nerui & ætas auxiliant᷑.Ruſticum illum tetri-
cum & ceruicoſum abs te ut abiicias : hortor : ſtulti fortunati duriſſimum imperium eſt:
Fluũt mi Leonelle fluũt amnes:bibendum in limpido eſt:nec labra cum gregibus confũ
denda.Nõ te decipiant futuræ mendatia linguæ.Certius eſt ſeci dicere ꝙ faciam:Cras mi
hi cũ rauca dicant Cornice cicade.Dicat amans hodiæ præbeo dicat heri. Nagna res eſt
expectatio tũc uero longe maxima longe pulcherrima:cũ ſuperas᷑:rem teneas. Vale.

Campanus Laurentio de Medicis.S.

Ic a quo litteras accipies meas pater eſt eius doleſcentis quem ſupeioribus
diebus ad te miſi : tu mi Laurenti ne homines ſortem faſtidies Campanũ
h tuum aſpice.& tamen nunquam magnificentius confertur beneficium : ꝙ
cum in pauperem uetus enim prouerbium eſt. Diuiti nunquã magis dat
pauper cum nihil dat . Contra diues nunquã recte benefacit niſi cum pau-
peri.Creſcet is iuuenis beneficio tuo teſtimonium futurus beniuolentiæ noſtræ.ſi a te or
nabitur:patrem ideo ad te miſi:ut cum res eueniret:petere poſſit audentius :qđ ex te quo-
q; promi ſſum filio intelliget.Ego multa quidem a te magna atq; præclara.ſed gratius ꝙ
hoc atq; opt atius nihil expecto. Vale.

Campanus Salulato ſuo.S.

Aluia ceruici prodeſt & ſuluia dẽti.Salula gingiuis:ſaluia luminibus :om
nibus & mẽbris cum proſit ſaluia: quæro An tumidis proſit ſaluia teſticu-
s lis ? Hæc Braccius ſcribere me compulit : mi Saluiate noſtri ꝙ eſt herbo-
ſus:& ſi de Saluia quæſtio eſt herba ſit an arbor Verum ſi herboſus non ſit
Baccius frondoſus eſt : tamen quid aliud ſcribam : nec labeo nec Bracci-
us pateretur Lauda quamnis hominis diligentiam:cauſas omnes reliquit abruptas: me-
am imprimis:rape hominem ſublimem:conice aliquem in fornacem ne poſſit aufugere
& enim fugam meditatur . Vale.

Campanus Gentili ſuo.S.

AT mihi hoc negotii Seneñ tuus ut eas bibliopia urbis : quæraſq; an quiſ
ꝙ Frontinũ de Aquæ ductibus habeat:ubi inueneris aut tu:aut is cui tu pu
d tabis rem cõmittendam:reſarcias fragmenta quæ in hoc ſũt libello:quẽ
ad te mittit:corrigaturq;. Veſpaſianus ut audio Frontinum habet: cura rẽ
hanc diligenter :ut ſoles cætera : eſt cordi.d. hic libellus propter materiæ
dignitatem:itaq; cura ut & quæ deſunt ſuppleantur. & quæ corrupta emendetur. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.

RISTIS acerbaq; iactura:duo Arincherii pater uixdũ ſenior : filius adhuc
iuuenis eodem menſe:eodem morbo extincti ſunt : ambo equeſtri digni-
t tate:ambo præturas & multas.& cum gloria geſſerunt:uterq; in patria gra
tioſiſſimus:filius etiam litteratura inſignis fuerat . Pater Romæ per hyemẽ
Senator:æſtatem Romæ ãtea ſemper formidauerat:ſubmoratus dum col
ligit ſeſe paulo diutius ꝙ uolebat:incidit in febrem : & quidem principio latentem ac re-
miſſam mox apertam & grauiorem : attonitus ſubito nuncio filius Romam aduolat:pa-
tri affuturus:aduẽtu primo anxium & æſtuantem :mirifice recreat ingraueſcentẽ morbo
cura & ſollicitudine.& nocturnis uigiliis circa patrem emaceratus & ipſe collapſus eſt:diſ
ſimulauitq; diu id patri quo ad magnitudine mali uictus eſt. tũc quoq; ne mœrorem ad-
deret ſeni : multa ſupra uires ægit :ciam ſeroq; & per interualla quo patrem falleret lecto ſe
dabat eger morienti ſic aſtitit : ut hic ſequi uideretur patrem uelle.& ille quod factum eſt
futurum in filio metueret:clauſit oculos parenti paulo poſt moriturus filius.Reportatum
corpus Senam eſt iuuenis diligentia : elatumq; funus magno luctu non propinquorum
modo . ſed Ciuitatis prope uniuerſæ : filius lectica inſecutus paternum corpus :aucta ui
morbi in itinere ſubſtitit:Inde ſtudio ſuorum & quia patrium cœlum profuturum medi
ci arbitrabuntur:eadem lectica reuectus eſt Senam itineribus breuiſſimis. & quæ ſæpe in
termitterentur: uerum ſeu labore itineris tam longi fatigatus ſiue ui morbi occulta cõfi-
ciente uires:ſiue mœrore extincti patris ita deiectus eſt: ut nullis excitari fomentis potue
rit:nihil a ſocero:nihil a ſocru:nã ad eos diuerterat fũeſtata paterna domo:nihil a matre:
nihil fratribus prætermiſſum.& quod indolendũ magis eſt: ciuitas tota ſollicita de eius

ſalute ſuis

ſalute fuit:multi propinquorum amicorumq; uotis ſeſe damnauere : conquæſita undiq;
remedia & plæraq; ultro allata . Sed fruſtra implores medicos :aut remedia quæras ubi
mors īminet:paulatim extenuatus ad ultimam receſſerat maciem. & ipſe labi ſe frigeſce-
re ſentiebat quãquã medici non deſperabant:ſi natura paululum potuiſſet attoli: uocem
quatriduo amiſit prius ꝙ moreretur:dum loqui potuit:afflictum & miſerabile fuit audi-
re:quo pondere:quibus argumentis Annam ſocrum conſolabatur:ut diceres uelle exce-
dere eum uita non cogi. Mortuus eſt poſt exactum annum quo die inierat in patria ſū-
mum magiſtratum. & enim urbanos omnes & peregrinos multos obierat cum uix atti-
giſſet trigeſimum annum non confeciſſet. Comitiis decem uiralibus cum de ſufficiēdo :
qui in demortui loco eſſet ageretur:omnes qui ad petendum deſcenderant longo inter-
uallo ſuffragiorum ſuperauerat:modeſtia multa erat in ore:multa in uerbis:tum digni-
tas quanta deſiderari ad gratiam poſſet Corpori procero & erecto gracillitas inerat non
indecora:facie candida & uiua plena dignitatis & gratiæ. Adoleſcens Senenſium ætatis
ſuæ longe formoſiſſimus habitus:uerecundia tanta:ut omnem corruptorum improbita
tem deterreret. Mox quod formæ anni detraxerant addiderant maieſtati:uita erat libera
non licentioſa:conſilii multum:ac ponderis & foris & domi. Oratio conſiderata non tar
da:eloquentiſſimus cum opus eſſet:præterea contractus & modicus. Geſſerat anno ſupe-
riore præturam Peruſinam ea integritate. ut ex ciuitate donatus fuerit. & addita inſignia
eius urbis quæ dari his demum conſueuerunt qui fuiſſent probatiſſimi:tum argentea ga
lea perpulchra extra ordinem:deniq; ea deceſſit Peruſinorum beniuolentia. ut & tunc ꝓ-
rogari præturam. & mox iterum deſignari Prætorem poſtulauerint. & morte audita pu-
blico nomine deploratorem deſtinauerint. Primum magiſtratum geſſerat Lucæ : opera
ut audio Papienſ. noſtri admodum adoleſcens cum annum ageret undeuigeſimum . &
ita geſſerat ut nihil ad grauiſſimam ſenectutem deſideraretur. Mox pari ſanctitate Ferra
riæ. Deinde Mutinæ deſignatus erat in annum ſequentem Senator urbis:uita ueſtigia ſe-
nis patris adhuc iuuenis æquabat. & tamen in hac multitudine uarietateq; magiſtratuū
nihil eſt de eo auditum aut factum ſuperbe:ut ſolent iuuenes aut auare ut q hoc quæſtu
uiuunt:aut crudelitate ut qui gloriam inde per hominum ſupplicia quærunt:omnia mo
derate:omnia liberaliter:in ſæueritate benignitas:in benignitate ſæueritas laudabatur .
Moriens teſtamento edixit:mitterentur ad ciuitates eas quibus præfuerat qui inueſtiga
rent an cui ꝗ feciſſet iniuriam:eiq; ſatiſfacerent:ſe quidem nemini factam recordari nec
ægiſſe in magiſtratibus quod antea pœnituiſſet:aut tunc pœniteret . Vxorem amiſerat
quinquennio ante:amaueratq; eam unice:ſuperfuere liberi duo:Virginia puella. & Alfō
ſus Bonifacius:illa undecimum:hic ſextum annum nati Virginia ſic educata : ut & litte-
ras noſcat. & ſaltandi arte quantum ad ingenuam ſpectet puellam inter primas habeat .
Alfonſus nondum litteris per ætatem deditus. ſed deſtinabatur . Intellexit uterq; ſuum
caſum:nihil in funere tam excuſſit omnium lachrymas ꝙ pueri confuſæ adhuc. ſed tamē
intellectæ querelæ. ſe id ætatis ſine auo:ſine matre:ſine patre deſtitutum lamentantis .
Extant & germani quinq; pleni ſpei ad fructum nondum omnes maturuere. Aringheri-
us. Alexander. Albertus. Marcellus. Camillus. Aringherius illum antecedebat ætate:cæ-
teri ordine ſubſequebantur. Et Alexnder quidem iuris ſcientiſſimus:cæteri ſuo quiſq; ſtu
diis dediti Vide familiam tam illuſtrem:tam ſubito prope extinctam. Magnus luctus in
funere paterno:in filii longe maximus:ciuium multi etiam qui nihil attinerent ueſtem ī-
mutauerant:non unius domus priuatus luctus. ſed mæſticia publica ciuitatis uiſa :moue
bat ætas:mouebat ſpes:mouebant clariſſima ornamenta & mortis paternæ dolor tam re
cens cumulatus in filio uidebatur. Clauſæ omnium fores concurſum undiq; ad funus ē :
omnes ingemiſcere:omnes fortunæ accuſare acerbitatem:omnes ad publicam iacturam
deputare audiebantur. Vidi ipſe longiſſimum & obſcuriſſimum funus:adire propter ma
gnitudinem doloris auſus non ſum. Amaueram eum a pueris:obſeruaueram patrem. Se
nator me ad ſpectacula inuitauerat ludorum Romanorum cum quem illi cōmendaſſē
paulo ſtudioſius nihil contabatur opem & omnem & ſubitam afferebat : loquebatur de
me libenter cum ſuis & audiebat:cum filio plus familiaritatis fuit:nec officii minus:mul
tum me illi conciliauerant ſtudia paria. & delectabatur meis ſcriptis. & expoſcebat. Inter
dum & æmulabatur. Venerat ad me ſuperiore anno conſulturus in re uxoria: delectatus
ſum mirifice dum in re tam graui meum quoq; iudicium poſceret:datur id paucis. & da-
tur coniūctiſſimis. Vide quem amicum:quem ſocium ſtudiorum amiſerim:expecto qua
uia me conſolere:poteris diuerſo modo . ſed nullo efficatius ꝙ ſi memoriam optimi pa-
tris:clariſſimi filii tuis illuſtres litteris.   Vale.

Campanus Q uarqualio ſuo.S.

Es tam nunc pendet q̃ antea pependit Rumor exortus in uulgo eſt F. po
i ſtulatum.C.neq; affirmat neq; inficiatur.Competitores ſunt permulti:ſũt
qui officium:ſunt qui pecunias Pontifici:ſunt & qui prædia eccleſiæ polli
ceantur:parua res magna contentione peragitur:ſi ad officium recidem⁹
nominaberis & tu quãquã.C. palam cõminatur capitalem ſibi futurum
inimicum qui ſe inuito ad petendum deſcendet.Ego proletentem in te delabor conſilio
opus eſt:perimus ni diſſimulemus uulla te iuuari magis poterimus q̃ negligentia tua:di
ligentia mea.ſed ego nil ad manum tibi:ad caſum omnia polliceor:tu genium tuũ præ
care:utinam redeas in gratiam.Cum fortuna:Thure illi farreq; litandum eſt:aut tauro po
tius ut uel Ioui non cedat.Pontifex pace Italiæ aut confecta aut mox conficienda:ad di
uum Marcum incertum diuertit an cõmigrauit. Vale.

Campanus Baccio Vgulino.S

Onuenimus proximis his diebus Antiſtitem Arretinum quemadmodũ
c ex Cia.noſtro intellexiſſe te arbitror.Arretinus cum nihil uoluerit facere
tua cauſa facturum.omnia pollicetur:negat a ſe ſcriptum quicquam ſcri
ptum ſuo nomine non negat eſſe iſtic ait dyplomatanos ſuos:& eſſe com
plures hos litteras ad quos uelint:quales uelint conficere ſe perpeto exi
lio:nec dediſſe ad quẽquam litteras nec accepiſſe:deniq; ea ſententia diſceſſimus ut dice
ret expectare uelle dum quid hac de re ſignificaretur per procuratores ſuos:te incognita
facturum omnia:quæ tu cupies.Ego otem Cardinalis expoſcat. Vale.

Campanus Achilli Petrutio Seneñ.S.

Go quidem multum mi Achille Tuſcis omnibus:tibi uero propter exími
e ani doctrinam:præclarumq; ingenium tuum mirifice afficion auget atq;
accendit hoc ſtudium humanitatis in te tanta quantam qui non amet ui
deri poſſit q̃ immaniſſimus:iam quibus tibi uinculis alligatus ſum uides.
Sordent mihi quæcunq; ſunt mediocria.Inter Senenſes tuos cum multi
ſint uiri eruditi:unus mihi uiſus fuiſti eloquentiſſimus.Et audieram de te antea permul
ta ſed quæ noſtri eſſe temporis.non ueterum putarentur:ubi uitorem in dicendo tuum
& uim neruos copiam perſpexi diſceſſiſſe a noſtris uiſus eſt.& ad priſcorum eloquentiã
conceſſiſſe:tum auget eam dicendi gratiam comitas ſumma:nulla oſtentatio.ut cũ om
nia teneas exiſtimari uelis ignorate q̃ plurima.ſed latere aliquantiſper poteſt uirtus : diu
abſcondi non poteſt:nihil eſt amplius quod de te diſſimules:ſatis diu me decepiſti : para
iam te ad dulciſſimam contentionem ſcribendi:in qua uter uicturus:pulcherrimum utri
q; erit feciſſe periculum.Ego tibi ſic iam ſum deditus ut paratus ſim quauis conditione
uinci dum ſim tuus. Vale.

Campanus Archiepiſcopo Florentino.S.

Vdio Franciſcum Guelfam canonicum tuum grauiter egrotare:deũ præ
a cor hominis uitam tueat̃.Sed cum illius nutu uiuamus omnes:uoto ſuo
nemo:oro te ſi quidem migret e uita.Franciſci mei imo Campani tui me
mineris:me canonicum facies cum illum facies:erit hoc beneficium apud
me æternum teſtimonium beniuolentiæ noſtræ. Vale.

Campanus Gentili ſuo.S.

Vnc illud eſt tempus quo implere expectationem de te meam officioſiſſi
n me potes:accumula facta:dicta:uerba operas:& quicquid habes reliquum
quod in Campanum tuum pollicitus fueris:effundere. Vacat canonicus
ſancti Laurentii mortuo Franciſco Guelfo:cura ſufficiatur Franciſcus me
us aut tuus potius:ita mihi pollicitus Laurentius noſter:ita tu ſpem feciſti
hoc illud eſt ſingulare quod ego ex te totos hos duos annos expoſtulo proinde ſenten
tia eſſe te quem mihi perſuadeo nullus ſum uiſi quod tantopere oro exorem. Vale.

Campanus Saluiato ſuo.S.

A luiate uigilia:ſurge:curre:Laurentium noſtrum quære:arripe:tene:roga
s obſecra:obteſtare:& ſi hoc non perficias modo ſtringe:coge:preme:extor
que ut Canonicatus ſancti Laurentii qui morte Franciſci Guelfi nunc ua
cat:Franciſco meo conferatur:nihil hoc beneficium mihi inquã conferet:ſi
tu preces minas:lachrymas:querelas:& quicquid oportere intelliges infer
& re perfecta Romam propera. Vale.

Campanus

Campanus Venturæ Pontano S.

Cripſetani proximis diebus ad te Lucentinūq; noſtrū una : & ſcripſerā ſe-
s ſtiuius: ꝗ a rugoſis & agiolicis probaretur: multa de nemuſculis: multa de
Sybillis mentio. Gaudeo litteras ad te nō perueniſſe. Nā & tu agiologus
ſi non ſis nec rugas habeas: lætánior es ꝗ agiologici Sed mitto iocos. Re
cinetiſem aut mauis Racanatenſē paternū amicū tuū uidi dūtaxat ſemel:
& uenit accitus: pollicitus ſum illi operā opēq; meā amicorūq; meorū omniū. quid. n. ei
qui hi eſſet a Blancha cōmēdatus non polliceret: nō præſtarē. ut taceā lucios meos: quo
rū ea eſt in me fortunaſq; meas auctoritas quæ eſſe poſſit in quēq maxima: atq; ita maxia
ut quos mortaliū āteponā uobis habeā nullos: cōferā pauciſſimos. Sed de nemuſculis cu
pio ſcire quid ægeris? turdos cæperis an acredulas: grues: an regaliolos: cupio & de Saty
ra: æglogam uolui dicere: nec tu facile diſcedis a nemore: ſyluis delectaris: & cantatur in
ſyluis liberi⁹. Placet uagari: late placet feras ex tuto figere: ſed copioſior & plenior & mor
dacior Satyra eſt: quanquā iſti ætati uix conuenit: & nec uitæ quidē: proinde ad æglogā
redi. ſed uide hic quoq; qd agas: habet & ægloga legē: poſtulat humilia uerba nata ruri
Conſilia hebetia: affectus in gregē: totus cantus inconditos. ſed frequentes: magnā ſcien
tiam pecoris paſcendi. educandi. tondendi. cōmiſcendi habent hæc ſecreta quædā ſolis
cognita paſtoribus. Poetæ non fere explorata tum res alias rerūq; tempora: magnam ha-
bet gratiā quicquid ad rem conuenit: nullā quod aduerſum eſt. Verū non deterritum te
cupio ſed incitatum perſacile præſtabis omnia: ſi paſtorē indues. Verſus aūt ratio nō ea-
dē quæ Satyræ: uult ægloga ueluti modos quoſdā ad quos cantet: ſuaues expeditos ſim
plicitatis tamen. ſed ſtudii plenos. Satyra præcipites abruptos amaros nequiciæ ſelleq;
confectos ſaltantes non ad cantum. ſed imperū ut quicquid dicat: euomat: quicquid atti
gat: mordeat. tū implicata. ſuſpecta. nodoſa omnia nihil apertū niſi quod turpiſſimū: ſen
tentias tamen e media ductas philoſophia: multā hiſtoriā pterítarū rerū: multā notitiam
præſennū: licentiam quoq; ſummā ut ea obiiciat maxime quæ ſunt moleſtiſſima: tū ſalis
multū. & faceciaꝝ & urbanitatis. & ut uno dicā uerbo Satyroꝝ is dicit optime qui peſſi-
me. Plura ſcriberē de Satyra niſi magis uiderē magis ad æglogā inclinare: in qua præci-
puas partes obtinent affectus ruſtici tamen: & inconſideran quales illi ſunt. Ha ego uos
poſt hac quando mea rura uidebo. Et pingues hædos & lætū ad carmen Alexim. Quan
do ego & exeſa pendentes rupe capellas. & ſimilia ardentior elegus & concitatior & ſub
limior. Tyndaridas nō ſentit amans. Nec ſole peruſtos: Hycareūq; canem Herculeāq; fe-
ram. Ille per & tanaim pōthiq; per alta ſequet Aequora: hipboreos atteret ille niues. ſed
de elegis nulla quæſtio. Satyri mordaciores aſpiores & magis interrupti. Quale eſt. Et
ſpondā uendens cedit lectoq; domoq;. Donatus ueteri quantū capit amphora uino. Nil
perit inguinibus: conſtat gula: præcipitat ſe luxuria in uentrē: plus eſt hic quod capis er-
go. Sume meritrides uxorē: ſitit ille: bibis tu. Iā exiſtimo poetā te factum. Vale. Seneñ.
Væris quod genus epiſtolarū maxime ꝓbē: ſua cuiq; rō: ſuū iudiciū ē: mi-
hi illæ placēt potiſſimū quæ ſunt familiariſſimæ: quæ mordēt: quæ blan-
q diunt quæ narrāt tanq in aurē aliqd: Theatrū & plauſū nō poſtulāt. & ut
dicā aptius. Eā ego cēſeo epiſtolā elegantiſſimā quæ pter grām ſermonis
nihil habeat: cur elegās uideat? ut ſit ad manū qcqd ſcribas & excidat: nō
emittat: deniq; ut loq ad angulū cū amicō: nō iſonare ad forū uidearis: at cur nō inqs in-
terdū & ad forū: cū ad Senatū aut populū ſcribo: rarū id qdē: ſed euenit. & rō exigit. ueq
cū tibi res ſit uideas. Sed neſcio an epiſtolam uelis dici quæ in hiſtoriam exeat. Vale.

Campanus Cæſari Criſpolito ſuo. S.

Miſiſti parētē ea ætate: ut eē ſine duce nō recte poſſis: ducē ꝗ te ipſū melio
a rē hebis neminē. Erigas aium oportet. & uicas te ipſū: nō idulgendū ado
leſcētiæ ē: ei qui pſit familiæ: nihil nūc tibi cōuenit: qd uiuo pre cōuenie-
bat pter ſtudia lrāꝝ: creſcūt illa cū annis: nec prius honeſte deſinūt ꝗ ipſa
uita. & ille uiuit diutius: q nomē plura: potes multa igenio tuo: monitu p-
ceptoris: cōſilio tuoꝝ oīa: ſi utaris. Cōplexus ſū ego parētē tuū mirifico ſtudio. Cupio te
euadere qualē ipſe cupiebat: facile id aſſeqris: ſi qbus ille te ſtudiis deſtinauerat: iſiſtas. De
me ſic tibi nūc pſuadeas ut olim de pre: fortunis ille: me erga te charitate non uicit. Vale.

Campanus Donato Acciaiolo. S.

Enit hodie Senas qui eſt poſtridie Idus Iul. factus ſum & tibi & Gētili noſtro
u propinquior. & ſi de Gentili nihil eſt quod me moueat: homo in magna for-
tuna parū amicus: cōtemnit quicqd īfra ſe deſpicit. Mēſes iam quattuor nihil

omnino ad me ſcripſit:uerum conſtat & mihi ſilentii ratio:etiam ſi cæteras ulciſci iniuri-
as poſſim:ut hanc poſſim uincere æque ſilentio atq; garrulitate iam uictus eſt. Vale.

Campanus Xanto Ceraſio ſuo.S.

Ec reſpondes:nec quid agam curas:tum nec ambitū Vrbis nec ſitum per-
n ſcripſiſti:nec qd abs te poſtulauerim cogitas.O ſtimulos o calcaria ı quæ
inquis:quæ boues:quæ aſinos:quæ deſides excitant.Etiam o fræna: & ais
quæ:nō quæ curſum.ſed quæ mendacia cohibeāt:ubi tua æglogaꝫubi ele
giæ meæ:quādiu te ſubtrahere:me decipies Is maxime fallit qui pollicet
ampliſſime:& nugator tunc cœlum dat:cum daturus eſt nihil. Vale.

Campanus Antonio Vrbeuetañ.S.

On ſcripſi ad te quicꝗ:expectaui ut ea pacta re mea cōis foret lætitia ſcribenti
n iā ego quoq; ſum archi.ſed pbr̄:& tu archi:ſed diaconus Tertius eſt Vrbeueta
nus nr̄ Mar.quē acceptutus ſit titulū nondū deliberauit:ſperat & ipſe multo
maiora:ꝙ miꝗ ego ꝙ B.o ſi ſcires ꝙ telas:ola illi eripiunt ꝙ dant aliis:adeo ni-
hil noſtrū eſt:quod ſuū non eſſe debuerit.ſed hæc & alia corā:tu rectius facies ſi aliqñ ad
nos uenies:expectemus te magno cū deſiderio:mea intelliges:de homine murmuratio:
addes & tu gladium gugulo. Vale. Campanus Domitio ſuo.S.

Xigis rationē æſtatis:& quid tanto ſeceſſu fecerim:togas magna fuit mul
e taq; uagatio uoluptatis diuerſæ quidem.ſed quas homo ſuperciliosus &
tetricus deſiderat tibi poſſis accuſare:in nobis nō poſſis.piſcari.uenari.au-
cupari.interdum ſpeciari.& ad ocium ſumus:tū quid Hetruſco cœlo ı He-
truſca æſtate iocundius:ſtudii fuit parū.ſed erraui cum dixi parum.nā cū
ſcripſerim pauca:multa legi.& hoc quoq; erraui:opus legi dūtaxat unum. Et poſſum nō
erraſſe.nam uno in opere:multa copia.multa ſubtilitas eſt penetraui in ītimos ſinus phi-
loſophiæ:quid iſtuc inquis legiſti tam ſolum:tam multum.tam recōditum:ʼMagni Beſ-
ſarios noſtri quinq; libros in defenſionem Platonis:iam quæ arma dicendi tractata.qui
repulſi impetus cogita:oppugnari enim Platonem magnæ fuit audatiæ:defendi per oīa
conſilii maioris.Primum ꝙ tanto grauior eſt plaga.quanto ſit abiectior.qui inferat.illu
ſtrior qui uulneretur.ubi uero cœlū ſine ueneno.ſine pernitie ictus eſt.& tūc maxime pe
titur iugulum cum & dolo & ex impari dimicatur.deinde qm̄ ſemper plus diligētiæ po-
ſtulat curatio ꝙ uulnus:quoꝝ alterū quis pōt:alterum uix.niſi qui peritiſſimꝰ. Poſtremo
quando in contentionem Platonis Ariſtoteles adducitur.Vir poſt Platonem ipſum lō-
ge omnium qui unꝗ fuerunt erudiriſſimus.& quem ꝓtuliſſe uidetur natura:ne ſolus Pla
to nolaretur:& maximus eſſet philoſophus:non unus:oſtenderetur q; philoſophiæ uires
nō adeo exhauſtas:in primo eſſe ut facere & ſecundum nō poſſet:qui qm̄ & poſterior fu-
it:& Platonis auditor illius induſtriæ addidit ſuā.& quicquid tot ex illius ſcriptis proba
uit.arripuit.ut uno in Ariſtotele ēt & Platonem inuenias:niſi quibus in rebus æmulatus
doctrinā:ingeniū æquare nō potuit:ut ſere eſt imitatio oīs ꝓpoſiti:ſimilitudo atq; æqua
tio naturæ.Sed utinam intra fines doctrinæ calūnia ſtetiſſet:ꝓrumpit in mores.& Plato
nem p tot probatū ſæcula.& habitū diuinū adoratūq; oībus.nūc tandē in iudiciū uocat
atq; ita uocat.ut damnet.nō doctrina.nō igeniū.nō mores.nō uita.nō natura.nō labor
in tuo eſt oīa Platoni adimunt.concumulant Ariſtoteli. Ad hæc Beſſario quinq; libris
ita reſpondit.ut quāꝗ anteponit Platonē non minus ꝙ ille ipſe aduerſarius Ariſtotelem
laudet.opus eſt plenū modeſtiæ.ſcientiæ rerū altiſſimaꝝ atq; ingenii plenius.Euc lutam
dicas oēm Grecoꝝ.Latinorūq; auctorū ſuppellectilē.neq; eni una eſt cōſuetudo.qa im-
petit argumētis.pugnat teſtibus.premit exemplis.uimq; oēm aduerſarii ratiōe eneruat
deiicit copia.uanetate labefactat.modis oībus frāgit.diſſipat.calcat.ut nō corruiſſe mō
quæ ſunt obiecta.ſed euanuiſſe oīno uideant.nec cenſeas rē tantam unius eſſe conatus
oēs artes.oēs artiū loci aperiunt.ornatu uero eſt tanto.ut cū aliis oībꝰ.tū hac ꝓcipua re
dignus unus putet Beſſario.qui Platonē tueat.quippe luce quadā uerboꝝ.ſententiarūq;
maieſtate quicqd dicit illuſtrat ſed hæc ingenii eſt fœlicitas.quid arcana illa rerū diui-
narum:ʼnihil de mente dei.nihil de cœlo mutum aut inuolutū dictū ab illis quod Beſſa
rio nō(ut ita dicam)reſupinauerit.poſueritq; in aperto.quod totū eſt recōditæ cuiuſdā
infinitæq; doctrinæ.tum in iis quæ ſunt religionis & naturæ.quanta ueterum cū noſtris
mōſtrata cōſenſio.ꝙ cōnexio.& ueluti cōcordia opinionū diuerſaꝝ.ut q alieni a religio
ne abhorrētes ab īſtitutis nr̄is uidebant:eos nō aduerſarios ꝓductos dicas a Beſſarione.
ſed teſtes:dicā apte quæ ſentio:neminē aliū neq; Platonē potuiſſe defēdere grauius neq;
de Ariſtotele moderatius loq:neq; diſtinctius & uerius de utroq; ſentire:& Platonis atq;
Ariſtotelis

Ariſtotelis diſciplinam oēm cōtineri in his libris:nec ita cōtineri ut Capita dūtaxat ſub
appeant re͝ꝝ maximaꝝ:res ipſe extant rotæq; aſpiciunt:nec aperuit modo amborū ſen-
tētias:illuſtrauit:auxitq; utrūq;:nec quicq̄ illorū aut nudū:quod nō ueſtierit mira digni-
tate:aut abditū quod nō tāq̄ manu exhibuerit nobis:aut excreſcēs quod nō caſtigauerit
Et cū Platonē antepoſuerit Ariſtotelē multo q̄ cæteri uiſus eſt feciſſe ampliorē. Tū Platonē
Platoniſq; uitā ꝙ quoq; ea in diſcrimen trahebat:ita cōplexus eſt oēm:ut quibus infans
auſpiciis fuerit:puer indole:adoleſcēs ſpe:uir fructu:ſenex maturitate. p oēm curſum ma
gnitudine poſuerit in oculis:atq; ita ut acunabilis ad uitæ exitū nō legere aut audire Pla
tonis facta dictaq;. ſed Platonem ipſum tanq̄ euntem ante oculos aſpicere & ſalutare ui-
dearis. Sed hæc mi Domitiaon ideo ad te ſcribo ut eſſe tibi exiſtimē incognita:homini
græcarū latinarūq; rerū longe ſcientiſſimo. Sed ut meū quoq; iuditiū ſcires:cōgratulare
mutuo nobis contigiſſe ætate noſtra:qui nō modo æquare Platonē potuerit. ſed
ēt defendere:ſimul & redditam tibi rōnem eſtimationis meæ ſic accipias. ut ipſe pares te
ad calculum. Vale.

Campanus Cardinali papien̄. S.

ſ Ixus iam clauus eſt:puenit claſſis ad portū:in tuto res Senēſis:in pacato Hetru
ria eſt Cum tu homo tantus fixiſti anchorā ad temonēq; deſediſti. O rem pu
ſed taceo. Scio enim quid dicas:fratum me præceptis meis inſtitutum ad de-
ſignandos magiſtratus acceſſiſſe:habere domi libellum præceptorem : errare
me duce non poſſe:neminem alium potuiſſe id efficere præclarius q̄ qui nō ſuo iudicio.
ſed auctorum teſtimonio & ueluti lege quadam adductus ſit ad rem pu. capeſcendam:ac
cipio excuſationem tuam. ſed eo pacto:ſi tam bene geſſeris magiſtratus q̄ deſignaſti:præ
cipere aliis: quid facturi ſint perleue eſt:efficere ipſum quemadmodum aliis præceperis
perdifficile. De pluuiis nihil queror:urbe latericia:uiis accliuibus & ſtratis cœnū non hæ
ret:reſarciri errorem:præteritam tarditatem magna redimi celeritate oportet:ne tardiſſi
mus uideare. De Bla nihil:de te multa ſcripſiſti:an ignoras nihil mihi eſſe iocundū quod
non lætum:nihil lætum quod non amicum:nec amicum niſi quod elegans : nec elegās
niſi quod ſupremum:reſarciri & iſtum quoq; errorem. Vale.

Campanus Ferofino ſuo. S.

c AEtera quidē tardiuſcule quæ celeritatem poſtulare uidebantur : q̄ celerime
egi:tuum eſt arbitrium quid facturus ſis:ex Io. Luchino noſtro intelliges oīa
mea eſt ſentētia ne certa incertis:patria externis anteponas. Romæ oīa frigēt
pauca ægregeq; expediuntur:inde & raritas & exiguitas lucri:ad incertā mer
cedem laboris grauiſſimi atq; aſſidui proponuntur:nemini quicq̄ cōſtitutum eſt premii
certi. ſed ex Luchino omnia coram. Muneri tuo argenteo gratias agam:uel aureas uel ꝓ-
cioſiores aliquanto q̄ aureas. Entimilienſem noſtrum miſere afflicteq; luſimus:magnam
& tu iacturam feciſti hominis morte. Nepotem Gaſparem tibi cōmēdo q̄ poſſum ſtudio
ſiſſime:intelliges eius litteris quid a te poſcat:amare & fouere propinquos mortui amici
non tam præſtare beneficium eſt q̄ reddere. Vale.

Campanus Laurentio Medice. S.

e Go pro ea quæ mihi eſt & in clariſſimam familiam tuā beniuolentia & in te
obſeruantia:tantū mihi de te polliceor quantū ab ea ꝓſtare poſſe officii intel-
ligo:fuit mecū annos iā quattuor. F. plebanus uici Piſani adoleſcens reb⁹ oī-
bus:ꝓterq̄ quæ fortunæ ſunt. eximie ꝓditus. & ita inſtitutus a me ut neq; illū
pœniteat:neq; me pudeat e mea officina prodiiſſe. Quæ ꝓſtari a me potuere ꝓſtiti oīa :
ut moribus eſſet probatis & compoſitis & litteratura ſupra ætatem curaui. nec ipſe ſibi uiſ
ſus eſt defuiſſe:quatriennium iā totū oīa ꝓter ſtudia litterarū cōtempſit:his incubuit. ea
ſola complexus eſt. Viſus erā pauca admodū contuliſſe:ſi tantā indolem a pauptate qua
tenus poſſem nō ſubleuarē. Dedi operā ut plebi uici. Pi. ꝓficeretur rē difficillimā multo
ſtudio nec īpendio minore cōfeci. ſed qñ opari rē diuinam p ætatē ipſe nō poſſet. & di-
ſcedendū a me nequaquā arbitraret:ſuffecit. A. monachū qui & curaret quæ ad plebanū
ptinebant & ꝓuentus ſub conditione exigeret:pactus quatuor & trigita aureos nūmos:
quattuor dūtaxat exoluerat. frumentū. uinū. pecuniæ anni huius ad eū ꝓuenerāt:ea mor
tuo monacho cui addici oporteat nō ignoras:quantū ipſe cenſes. F. ſunt omnia ſi exacta
nō ſunt:ſi ſūt exacta:pecuniæ ex his F. debent. neq; fas arbitror. ſi quod æs alienū cōtra
xerit monachus id ex F. aut plebis bonis. niſi qtūs ad eos utilitas ꝓuenerit diſſolui opor
tere. quæ oīa eī ob rē ſcribo:ꝙ itelligo ueteres creditores monachi in plebis bōa feciſſe
ipetū:quod q̄ iniquū ſit quis nō uideat? Sed cū res oēs ex auctoritate ac iudicio tuo pen-
deat. oro obteſtorq; ut reiectis ueteribus creditoribus. ſi qui ii ſūt. prouentus anni hu⁹ iā

prætæriti omnes:ubiubi inueniantur q̃.F.adiudicati parenti contradantur:quatenus ad aureos triginta perueniant:ſi quid deſit:ex ipſius monachi bonis:quem ueriſimile eſt in alios uſus uertiſſe:ſuppleantur:quod reliquũ fuerit creditoribus:aut cui libitum eſt diſtribuantur:neſcio an iuſta depoſcam:hoc ſcio nõ iniqua poſcere nemini dubium eſt: ſi exacti ſunt a monacho prouentus plebis non alio q̃ ad plebem ſpectare:& quã ſummã pactus ex prouentibus fuerat:eã ex prouentibus deduci oportere creditoribus:aut ad paterna monachi bona:aut certe ad ea quæ extra plebẽ erant ius extat.hæc de iuſtitia uiſa mihi ſunt:quæ ad te nunc ſcriberẽ.Tranſeo ad gratiã:hoc ultimũ mihi deſtinaui argumentum:quo ſi cætera deſuerint in cauſa ſuperarẽ hoc ſingularis muneris loco abs te poſtulo ut bona inuenta domi noſtræ exacta ex prouentibus noſtris debita ex conuento nobis non attingi a quoq̃ antea patiare:q̃ nos triginta aureos e corpore toto bonorum deduximus:alterum petimus beneficium:ut nos noſtraq; omnia ſic tuearis:ſic faueas.ut id quod ſumus tui eſſe uideamur:nihil eſt tam magnũ qđ mihi tua humanitas ac beniuolẽtia nõ permittat.Et quod ego e clariſſima Medicũ familia non ſperẽ:proinde Campanũ q tuus eſt oro non ſit ẽt beneficio.Pauperrimus eſt pro quo oro & qui præter hãc plebẽ neq; ſoli neq; tecti habeat quicquã.Et eſt educatus a me lr̃is:a me imbutus.Et ut dicã aperte nõ poteſt qui me diligat:hunc non diligere:quẽ ego quantus ı quantus eſt feci. Vale.

Campanus Gentili ſuo.S.

u Ide quid tua faciat integritas:delegatur tibi iam altera cauſa Florentina:nihil poſtulo aut te aut me indignũ:rem tantũ ut iuſte tranſigas peto:quãquã nolim hoc imputari quod ẽt me non petente facturũ te ſciam illud deputabitur beneficii loco:ſi quod facturus ſis celeriter feceris. Vale.

Campanus Rufino ſuo.S.

a Perui tibi proximis litteris ſententiam meam:ego dignitati tuæ nũquam deero ſed uide & cogita:quæ tpa:qui principũ mores:præſtare abſenti cõſilium facile poſſum:dũ integrũ eſt quid potiſſimũ deliberes:pñti opem ferre.ut maxime uoluero:ita minime potero.nam quod antea ſcripſi res inter petram ſaxũq; teritur:nihil feci expectes in tanta ariditate in tanta duricie: nec pœnitentiæ locus erit quod te moueas ubi iam cucurriſti:locus tibi paratus eſt:qualem iam perſcripſi. & q.dem in eo genere atq; fortuna optimus.& quo neſcio an haberi poſſit Romæ cõmodior ſed quod ſæpe iam repeto ratio temporum me terret:& captare umbras ſolida relinquere cum uanum eſt tum periculi plenum.ſed quo ſis animo ſac reſcribas. Vale.

Campanus eidem ſuo.S.

u Ide q̃ ſtatim q mei ſũt efficiant.Equaſti me beniuolẽtia ergo Antomeum beneficiis lõge ſupaſti:qui cũ nihil accepis ab eo cõmodi hũanitatis tantũ exhibueris quantũ ipſe qui oĩa ei debeo nõ potuiſſem.Iã quib⁹ uerbis cõmẽdem meos tibi nõ uideo cũ parua ſignificatione beniuolẽtiæ in hũc meæ oĩa pſtiteris:hoc unũ uelim exiſtimes uideri me tuis nũc manibus ſalutẽ accepiſſe ꝙ qui mihi adiutores fuere in ea cõſeruanda tã ſtudioſe cõplectens:addis quottidie aliqđ cumulo tuorũ in me meritorũ.nã amoris addere quicquã nõ potes adeo oĩa iã ſuperaſti. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

c Grotaui hos decem dies totos:Trebianum tuũ ualde me recreauit.& Hercule non minus moleſtum uiſum eſt non adiiſſe te:perdidiſſe tua prandia q̃ egrotaſſe Trebianum fecit ut tecum eſſe in mẽſa proximeq; accũbere uiderer ad iacturam accedit dies ẽt hodiernus:continent me domi frigora:uerum pro prandio tam debito tam legitimo tam præſcripto operam poſco:nec poſco mihi:quãquã mihi poſco:quicquid ſuppeto amicis.Thomas germanus ſãctæ Suſanæ ex te:totus ex me non nihilum pendet:dantur ei uerba:carpitur.raditur.conſumitur.periit ſi redeundum ſibi fuerit ſine præfectura:diuinæ in te uirtutes multæ ſunt:uerum nulla præclarior & ſanctior q̃ ꝙ mortuos amicos pari proſequeris ſtudio q̃ ſoles uiuentes:nec unquã apud te qui ſemel tui fuerunt moriuntur.nam tua fecit ut totiens ad te recurratur a tuis quotiens opus præſidio fuerit:cum tam multa ſoleas præſtare q̃ poſſis.& operam tuam non es tuis laboribus.ſed ex amicorum cõmodis metiare Proide uelim inſtes apud Rothomagenen̄.Vicẽtiũq; & inſtes uultu quo ſoles cum uis impetrare:ne diſcede ab ingenio tuo:ne deſere paruis in rebus quos in maximis cõfouiſti una opera & uetera officia:& dignitatem illius familiæ & memoriã amici iã mortui cõfirmabis. Scio quanti eſt Papieñ.bucca cum ſtringitur uno flatu uel ſaxa conuellit. Vale.

Campanus Coſmæ Protonotario Vrſino.S.

Aquam

Quam mellatam tuam:quam priſco nomine Lotam puto nō guſtaui modo
a ſed hauſi:ſapit mirifice:ſed qd nō ſapiat & cōdita melle & mihi a te miſſa:qui
bus nihil pōt eſſe dulcius. Nam mel dulcedinem oēm:tu mel ipſum ſuperas.
Velim modū pondusq; mellis ad me ſcribas Quarqualio poterit ad me mit
ti:edoctus in Lota:quem & interpretem ſi adhibeas modo fortaſſe diſſoluet. Vale.

Campanus Franciſco petrucio.S.

Cerbe me affecit parentis tui obitus:amaui hominē beniuolentia nō uul
gari:nec ipſe uinci ſe patiebaſ:& amaui annos iam duodecim:p quod tē
a pus multa magnaq; officia:nullæ offenſiōes contingerūt. Cum iſtuc ſece
dere qd fere ad hūc diē ſingulis æſtatibus feci: adibat me quotidie tar
dantē aliqñ ad multā æſtatē excitabat litis:ueniebat ad mea ſæpe nocte iā
media expgefactū de rebus publicis ciuitatis:de ſuis domeſticis cōſulebat:quicqd pperā
a ciuibus fieret:quicquid a familiarib⁹ turbate aut cōfuſe mecū querebaſ:ſæpe me in ho
ras q̄ttuor occupabat:ſed ea grā:ut dolerē cū deſineret loqui:militauerat ſub uariis duci
bus. Inde ſermo lōgiſſimus hiſtoriæ ſimilis Inde faſtidiū nullū. Erat cū liberis tecum in
primis duriuſculus.ſed pr̄ erat:& parētū mos habet in maximis ſtudiis filiorum lōge maio
ra deſiderare:maiora depoſcere:tū pruerbiū noſti. Peſſimus eſt pr̄ is qui indulgentiſſim⁹.
Attriuerat nō nihil rē familiarē dū negligentior uolebat uideri q̄ eſſet:picula tēporum ſuſ
pectiſſimorū magno conſilio:maiori patiētia ſupauit. Inuidiā non potuit effugere:uiſus
exiliū pris minus ægre tuliſſe q̄ oportebat.& filiū & unicū. & quē ille ad ſpem rerū ma
gnarum educaſſet. Verū maluit ſolus perferre motū ciuitatis q̄ ſimul perire cū pr̄e:& expro
braſſe aliqñ illius temeritatē atq; audaciā ferſ:perſpexiſſeq; diu ante exitū: ac prædixiſſe
qualē ipſi poſtea uidimus. Itaq; capiebā ego cū ex memoria rerū præteritarum incredibilē
uoluptatē:tum conſiliū ex prudentia futurarum:libertate uero aperta atq; ad oia prompta
mirifice delectabat. Ita loquebaſ inter amicos ut ſentiebat:unde & maledici contraxerat
nomen:ut nemini placet de ſe audire quod facere ipſi non diſplicet.& dolorē affert quic
quid ad uiuū ptingiſ:erat alioquin officioſus.& alienis negociis q̄ ſuis diligentior:opi
nionē quoq; ptinaciæ ſubierat:non quia flecti & pſuaderi nō facile poſſet. Verū ex liber
tate recuſandi qua nihil dabat niſi uictus:uincebaſ aūt q̄ facillime ubi cōtentionē remiſiſ
ſes:altercando & cōcertando inſupabilis:deniq; uir fuit quē ſi libera patria natū cogites:
grauē ac uerū poſſis exiſtimare:aſſentando & blandiendo nō modo ineptiſſimū:ſed oi
no alieniſſimum dicas.ſed hoc te:hoc me conſolaſ q̄ ita uixit:ita eſt mortuus ut eius ui
ta nulli fuerit obnoxia:cōmune mors deſiderium reliquerit. Vale.

Campanus Petro de Medicis.S.

Go Petre præſtantiſſime hunc maximū capio fructū ex tua beniuolētia q̄ ui
e deo multos quorum res apud te agiſ:ad me cōfugere. Cuius quāquā nō ma
gnam apud cæteros auctoritatē eſſe ſciunt de gra quanta mihi tecū ſit nō du
bitāt:horū unus eſt Paulus Saluanus Senen̄. Is habet prædiū in oppido Col
læ de quo extat inter Florētinos & Senen̄. utris in finibus ſit longa cōtentio:quare opor
tuit Paulū nō nihil offendere oppidanos:ut cū publica patriæ:tum priuata ſua iura tuere
tur:re nōdum diffinita:prædiū in neglectū eſt. & neq; araſ neq; excolitur. Cupit Paulus
hæc duo per te illi ab oppidanis īpetrari:primū ut ueniā dent:deinde coli prædium per
mittant:quod aūt ad uectigalia & exactiones ptinet ſponſorem polliceſ ſi oppidanis ius
ceſſerit:& prædiū in illorum eſſe agro finibusq; cōſtiterit ſe oia pſoluturū. Quod ueniā pe
tat digna res eſt:ingenio & natura tua quā utinā cæteri nō cōtēpſiſſent:nō.n.tot nūc in
cendiis extuaret Italia ſi manſuetudine tua frui q̄ abuti ciues maluiſſent. Ita q̄ Saluanus
nihil alienū a tua poſtulat gloria:cū ab oppidanis dari ſibi per te ueniā poſtulat:maxime
uero cū & leues fuerūt offenſiones & patriæ ſtudio tractus offenderit:p qua ēt armis di
micare cū res exigat neceſſe eſt. Quod licere ſibi excolere fundū expoſcat ubi cautū ſit de
uectigalibus & ſanctū & utile uideſ expoſcere. Coli agrū cū ab oibus & cōmodum ſit &
ſalutare:hoc qui uetat non nihil uidetur detrimenti afferre uniuerſis:nec eſt in quo ma
gis ledi poſſit humanitas q̄ ſanctæ:ut Priſci dixerunt:telluris iura uiolādo:quæ oibus be
nefica nihil aliud deſiderat q̄ ut excolaſ:q̄ ſi leges .xii.tabularū mulctari hoiem uita qui
arbores ſucciderent:aut ſegetē corrumperet ſtatuerūt:facile poſſumus intelligere q̄ ſit ini
quum prohibere ne aut arbores naſcanſ:aut non foueanſ natæ:& cætera quib⁹ uiuimus
& ſubſtentamur non gignantur:quare nihil eſt quod a te qui ad publicā utilitatē natus
es petit poſſit honeſtius q̄ ut & gratia inter homines conſtet præſertim finitimos & præ
diorum prouentus adiuti ab omnibus a nemine impediti augeantur. Vale.

Campanus Gentili ſuo S.

Scribo ad petrum noſtrum in rem amici: aut eius potius qui ſe pollicetur
amicum. & ſcribo laceſſitus. Partiũ erit tuaꝝ Petrum cõmouere ita demũ
s me petere: ut nihil ab eo cupiam impetrare quod eius animũ offendat: aut
ſtatim perturbet: aut cuiq̃ cedat iniuriæ: nõ poſſum non moleſte ferre diu
turnũ ſilentiũ tuũ: iurare auſim nõ poſſe me lachrymas continere: lachry
mas dico illas dulciſſimas & plenas noticiæ quum quid ad me ſcribis: quare noli tamdiu
fraudare me tãta uoluptate. Ego ad biduũ Romam contendã: tranſitum faciã p Peruſi
num agrum aut Peruſiam fortaſſe. Supioribus litteris cõmendaui tibi Io. Lapum patrem
pueri noſtri. Scio quantũ illi ꝓſtiteris præſidii mea cauſa ea eſt hoīs fortuna ut nõ dubiũ
ſit mihi quicqd in eum contuleris mea dũtaxat gratia contuliſſe. Vtinam capax eſſet eius
beniuolentiæ quæ eſt mihi cũ Petro noſtro: uideres quanto ſtudio cõmendarẽ: temere
fateor. ſed nihil eſt in beneficentia nimiũ. Tunc enim cum cœperis cuiq̃ benefacere: maxi
me accumulanda ſunt bñficia. Quã ob rem Lapũ ſic amplectere ut intelligat factam ſibi
acceſſionem aliquã cum mihi filiũ pro te dederit. Intelligo premi hominẽ non nihil ære
alieno id ſi eſt cura ne iniuriã patiaᷓ detrimentoſam. Paratus ſum ego paulatim oīa exol
uere p ea tempora quæ tu ſtatues: modo dilaciũculã aliquam interponas. Ego quicquid
per te conuenerit præſtabo. Vale.

Campanus eidem. S.

Cio nõ ingratũ eſſe tibi quicqd ſcribã: modo aliquid ad te ſcribã: id ego
ſi faciã rarius q̃ cõueniat: eſt unde petere poſſim ueniã: tantũdẽ taciturnita
s tis tuæ quæ & ſi mihi alioqn eſt pmoleſta: nũc ita auxiliaᷓ ut uideãᷓ poſſe
tecũ ſcuto ad ſcutũ dimicare: nec minorẽ īferre poſſe plagã q̃ accipere: for
taſſe etiã maiorẽ: quis enī poſtq̃ a te abii unas tantũ dederim ad te lr̃as: de
di tñ uel unas tũ nullas acceperim. ſed dabiᷓ uenia ſi ſupplicabis adiicieᷓ ẽt multa nõ gra
uis ut dũtaxat reſarcias qđ uiſus es lõgi ſilẽtii tractu diffuiſſe: ſupra multã etiã aliquid aut
añ multam potius: ut ſecũdũ habeas mulctatorẽ id aliqd accipe. Cõmiſſa tibi & Braccio
nr̃o agiᷓ apud te Florentinoꝝ duoꝝ cauſa. Scio te magnũ eſſe iudicem delegatũ. ſed nõ
minus rigoſum & ſeuerũ q̃ magnũ: res agiᷓ inter extemos & agiᷓ magna contẽtiõe: nec
quantũ audio mlore æquitate. Cõmendo tibi in ea cauſa Angelum actorem amicorum
meoꝝ longe amiciſſimum. Multa pñt ꝓſtari a iudice ſeruata integritate ea ut ei Angelo
ꝓſtes uehementer rogo: nã maiora tã eſt iniquũ ꝓſtare q̃ petere: Et ego quod pro eximia
& ſingulari probitate tua facturũ te ſcio: mea etiã cauſa id ut facias cupio. Vale.

Campanus Gaſpari Teramano ſuo. S.

Omam redii pridie noñ. Ianuaᷓ. Statuerã ꝙ pegre ꝓfecti ſolẽt cogitatius
aliqd & uberius ad te ſcribere. & ſcribere ꝓde oi ſeceſſu meo æſtiuo. ſed tan
r ta ẽ de nr̃a beniuolẽtia & tã uulgata opinio ut accelerare oportuerit quod
maturi⁹ faciẽdũ decreuerã: uix Romã puenerã cũ adoriũᷓ me Cardinales
duo Papieñ. & Seneñ. rogãt ſcribã ad te cãm. F. B. de S. Geminiano qui ẽ
utriq; eoꝝ deditiſſimus: cõmẽdẽ. Vide quẽ fructũ amoris tui: quã gloriã cœperim: ueniſſe
ad me duos Cardinales: petiiſſe operã apud te: plus gratiã meã tecũ ualituram q̃ ſuam au
ctoritatẽ arbitratos: recepi facturũ cum ꝙ recuſare eis quicq̃ putabam indignũ: tũ ut tan
ti amoris opinionem diffidẽtia non īminuerẽ qd poſtulẽt non ignoras. Eiectus eſt is uir
ex æde diui Andreæ quæ eſt ad uicũ Florentinum. & quantũ ex ipſo intelligo eiectus in
iuria: patronum habet iſtic qui ſuam cauſam honorẽq; tutatur omnino neminẽ. niſi qd
obſtet quod me lateat & ſit occultũ dignus eſt ope & patrocinio tuo: iurare poſſum me
neq; uidiſſe alias unq̃ hominẽ: neq; plane audiuiſſe ut ſuſpicari non poſſis tractum ſtudio
mei eius apud te cauſam ſuſcepiſſe Cardinalium duoꝝ precibus motus ſuſcepiſſe iam ſi de
trahi quicq̃ nolis de tanta opinione: quid facturũ te oporteat intelligis. In manu habes.
quid de amore noſtro ſentire homines uelis at qui homines? q cum ſint Cardinales &
tibi amiciſſimi: quandã eſſe eximiã & excellentẽ amiciciam noſtrã ac propriã Gentilis &
Campani exiſtimarũt ut nihil tam poſtulatu magnũ ſit quod īpetrari nõ debeat. Vale.

Campanus Falconi ſuo. S.

Ereor ne immanitatis obduxeris callum: qui me totiens ad te ſcribentem tã
u tis precibus tuas litteras poſtulantem nõ exaudias: ita cum ſumma uoluptate
me fraudas: nõ nihil officio detrahit tuo Gẽtiles ille tãtus amiciciæ aſſertor:
tãtus beniuolẽtiæ ꝑdicator. addo exhibitor tãtus: clamãt mihi. & tuas polli
citatões repetẽti nõ rñdes: an ex amnis hic ut ſæpe fugis calamitatẽ. ita nũc amicoꝝ iactu
rã itulit: itercedũt mihi & qdẽ capitales īmiciciæ cũ Papieñ tuo: nã meũ dicere quo min⁹

poſſum

poſſim grauiſſima res facit:pollicitus operam amico non præſtitit:q̃ ſi inimico iniuriam poſtulaſſem:in ſuffragium ſic iuit ut nõ contentus ſecedere aduerſam in partem cæteros ut ſecederent ut amicum meum proderent hortatus nunquam conquient quo ad me in ſigni nota repudiandum curauerit:nam ego in amici repulſa non minus repudiatus ſum q̃ qui repudiatus.Papieñ.an dices id facere potuiſſe:fecit.& quod eſt longe moleſtius ultro fecit:nullus error: nulla obliuio :nihil umbræ aut calliginis affuit.Campanum ſuum aperta fraude uolens uidenſq; decepit en tibi hominem in quo ſperes : in quo fortunas colloces tuas:operæ pretium eſt audire q̃ impudenter ſe excuſet:negat ſe pollicitum apertè:inter riſum iocumq; dediſſe ait uerba:& neq; certam feciſſe ſpem : neq; deſperationem manifeſtam adhibere uoluiſſe:uide frontem cum ſuapte ingenio audacem tum fortuna licentioſam : iam ſi is eram apud hominem qui & eſſe debueram & ipſe ſemper fuiſti me dixerat:facile potui amico operam impetrare:quam ei erat negare non facile:aut ſi res tulerat ut negaret:quanto modeſtius erat id afferre præſtare non poſſe :ſcribe tu ad illum ſi uidetur:obiurga tu quoq;:uincat nos quantumlibet fortunis : uincat faſtu : officium & dignitatem tam nos poſſumus tueri q̃ ampliſſimus quiſq; : nec excuſat fortuna eum qui cum amicicia creuerit ſummorum hominum illam erga infimos uiolauerit. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

[p] Oſt diſceſſum tuum hæc aucta ſunt: libelli cum plures cõtra Piloſum graues querelas intulerunt:quadraginta extitiſſe referunt : cũ tamen aliquot negligentia eorum qui ſero iuditium poſtularunt non ſint recepti. Piloſus per religioſorum cœnobia latitabundus diffugitat. Primum ad montem Oliuetum ſeceſſit metu ne tuo uiſu dum hic adeſſes caperetur. Inde media nocte clam omnibus ad monaſterium Iuſtinæ ſe recepit : haud tamen plus biduo commoratus Poſtremo ſuaſu Complicum ad Oliuetum reuerſus fugam ut audio ſubornat:hodie illi dictus eſt dies. Iudices ante triduum nihil uidentur facturi : nam is datus ẽ terminus quo ſe tueatur : ſi non parebit & dabitur facultas in uincula totum quantus eſt togatum manticatumq; coniiciemus.ſed neq; ad diem uenturum arbitror: neq; iudiciũ expectaturum hoc triduo.Iudices reum eſſe iubent.Borgeſius præter expectationem honori noſtro plurimum ſtudet: hoc ueſperi uẽit ad me: ocreas & pileum Piloſi poſtulauit: neſcio an ex Vicario caduceatorem facturus:reſpondi fieri non poſſe:nec in mea eſſe poteſtate quid illi reſtituerẽ quo ad omnibus ſatiſfeciſſet: ſubnuit Borgeſius Piloſum omni alia deſtitutum ſpe refugiturum ad te & ueniam errati petiturum tu apud te ut ſis uideto :eſt enim miſericordia Longe indigniſſimus : oblocutus de te cum monachis : de patre tuo:de Vintimilienſi & Lucentino noſtris:fortaſſis etiam de me.ſed me monachi nõdum nominarunt mihi quæ dixerit atq; confinxerit audies cum en mus una:totus illi populus ſic eſt inſenſus:ut ſolliciti omnes de illius damnatione uideantur.Sacerdos adhuc detinetur:nihil noui confeſſus eſt:niſi ꝙ ſe miniſtro Piloſus Moniales uictulis:alios ex reis:quoſdam infulis expilauit:montem piloſum piloſiorem ex tuorum pilis facturus.Gratiſſimus fuit decem uiris acceſſus meus:multa de tua humanitate prædicarunt Sartianẽſem quanquã commẽdaui diligenter tuo nomine :nondum reduxerunt: nec quantum coniicere poſſum ſunt reducturi ꝙ factioſũ & nimis ſtudentem rebus arbitrentur nunquam niſi confecta arce quieturum :benigne tamen reſponderunt decem uiri : ſi eorum eſſet arbitrii ſtatim tunc tuæ poſtulatione fuiſſe obtemperaturos ſed ſtatum eius rei totius populi ſuffragiis pendere : ad quem ſtatim referre de reductione decreuerunt res:neſcio quam ob cauſam protracta in longum æque pendet ut antea.Sacerdotem illum;quẽ minorum ſacris initiandum demandaueras : notarii affirmant eximi uinculis iniuſſu Pont.ſummi non poſſe : damnatum enim eſſe ad carcerem quo ad ſedes Romana aliter decerneret:atq; ita extare ſententiam.Res Cartuſienſium odioſa eſt : agemus tamen conſilio.& mel in felle commiſcebimus. Ego exploſo Piloſo cæteriſq; peractis rebus itineri me committam niſi quid immorari me iuſſeris.Quis exitus exceperit Ioannem Thomã: neſcio ſi fortaſſe deceſſit:caue Romam ita ſtatim contendas.Contemnere enim pericula nunquã bonum eſt cum neceſſaria. Vale.

Campanus eidem.S.

[p] Rioribus litteris ſignificauerã Piloſo noſtro dictũ eẽ diem & cætera quæ ad cauſam ptinebant : a iudicibus eſſe pacta omnia nũc quod futurum ꝑdixerã: audio Piloſum ipſum tacita manu ſuſpuiſſe calcaneum : & relictis omnibus occulta fuga e monte Oliueti receſſiſſe : decreueram mittere qui aſſequerentur:fugientemq; comprehenderent. Sed neq; iudicibus uiſum eſt : neq; quo ſe receperit:

aut quorſum profugerit compertum eſt:expectabimus quatriduũ elabatur : ſtatim deide hominẽ aut damnabimus:aut ſi quod nequaq̃ arbitror in ius uenerit coniiciemus in uincula. Venit hoc ueſperi nouus Vicanus uirum præ ſe ſert grauem atq; integrũ : exceptus eſt a nobis omnibus porrecta fronte incidimus in ſermonem de piloſo : exemplũ illi uel taciti propoſuimus qualem ſe ſit exhibiturus in obeundo magiſtratu ſi ueli. & tuam gratiam & ſuam gloriam important. Piloſus cum querelarum libellus eſſet oblatus. & ueníre in cauſam iuberetur conuerſus ad monachos tot inquit mihi obiiciũtur: ut ubi ſim ne ſciam:refutabo tamẽ conuincamq; omnia :ne multo poſt poſtica egreſſus. Ianitore uale re iuſſo diſceſſit : audio equũ ad uecturam comparaſſe : atq; aureum dediſſe adulterinum pro uectura ne honeſtius fugeret q̃ manſiſſet: acceſſerunt ad eum duo fratres quos nuper offenderat. Auguſtinus & Simon ii cum digytum in oculos coniicerunt & furem expilatorem:prædonem appellarent:nihil motus piloſus:en inquit uindictam aſpexiſtis operæ precium Piloſi fabulas audire:quottidie noui afferuntur libelli. & niſi reieciſſemus tardius allatos iam ad centum perueniſſent : quæ ſequentur mox intelliges. Roma pauliſp abſtineas uehementer rogo. Vale.

Campanus eidem. S.

s Cripſeram ſignificatum mihi de fuga Piloſi : nec dum tamen compertum fuiſſe quorſum effugiſſet :res ita habet tertio iam hinc die qui fuit .vi. kal. Nouenbr Cum reſponſurum ſe in iudicio & obiecta confutaturum iactaſſet extemplo clam monachis egreſſus fores ad Iuſtinẽſes ubi nocte priore delituerat reuerſus ſuam illis ſalutem cõmendauit : ducemq; itineris. & præterea qui comitarentur & in tuta deducerẽt : exorauit rogatus quo uellet ꝓficiſci: reſpondit ad te:ultimum conatum facturus ad te mitigandum :atq; ita media nocte duobus comitibus cum ad meridiem ſimulaſſet iter:ad ſeptentrionem conuerſus relicto Senenſi agro in Florentinum ſe recepit. Ita & iuditiũ fruſtratus eſt:& ignominiæ ac miſeriæ plenus :quæ turpiter inuoluerat turpius dimiſit:tam nunc famæ negligẽs q̃ olim:nos qd reliquum eſt iudini peragemus:condemnabimus:abiiciemus:& terminabimus:ſententiam ſolẽni more roborabimus . & ſi quãdo uelit relatrare paratam habeamus offam qua reprimatur Ex litteris Lucennni noſtri ad Ser Lucam intellexi te plus æquo affligi. Io. Thomaſii morte:grauem plagam accepiſti:fidelem ſeruum amittere:tam eſt durũ q̃ difficile inuenire:& fidem nihil magis probat q̃ obſequii diuturnitas : tum iterturbatio rerũ domeſticarum: impedimentum profectionis noſtræ ſuſpecta habitatio tuorum non nihil poſſunt mouere. Sed obſecro te quid tibi Tuſculanæ contulerunt? quod accepiſti aduerſis in rebus ex Cicerone præſidium? quã attulit tibi utilitatem? totiẽs a te laudata Philoſophia? quo pacto didiciſti tuam ferre mortem:qui ita perturbaris aliena : an nondum ſatis es perſuaſus:nihil illi accidere mali aut miſeriæ : qui moritur præſertim ſi & honeſta uita. & compoſita morte moriatur : noli te mihi amplius neq; fortem neq; ſapientem appellare. & neq; uirum ſi ita perſeueres:perſolue iuſta morientis ſuperſtites amici ne deſere amorem & beniuolentiam refunde in poſteros : hæc cum præſtiteris nihil eſt aliud angi cuiuſpiam interitu q̃ inſanire:nam ſi lugenda mors eſt : cur aut non ſemper luges tuos q uita exceſſerunt : aut te ipſum non deploras quem ſis exceſſurum. ſed hæc ſatis ad mollitiem caſtigandam agam aliquando uehementius:nunc Hadrianus ĩſtat ad ianuam :quẽ intelligo ad illuſtrem germanum tuũ uelle proficiſci : ſi fiet ſcribiro ad illum manu tua: res meas tueatur imo ſuas : nam qd mihi quod ex uobis nõ fuerit acceptum. Vale.

Campanus eidem. S.

p Luribus iam litteris quo in ſtatu eſſet Piloſo cauſa ad te ſcripſi hoc altero elapſo triduo damnabitur repetundarum adiiciemus & mulctam : quãrũ expoſcere illius errata uidebunt. Venit ſupiore nocte Cardinalis minor: quem iam pridem expectari nunciaueram :progreſſi obuiam cũ ad multã noctem tenderet reuerti domum non occurrimus:mane primo profectus ad eum congratulatus ſum tuo nomine:congratulatus etiam ex meo:prima fuere uerba nulla me alia de cauſa iuſſum remorari Senis niſi ut eum exciperẽ . & iam cepiſſe domũ apparare. ſed cõcurſu fratrum & obiurgatione retardatum ꝙ nuſquã alibi eum excidi q̃ in ipſoꝶ clauſtro paterent uictum a fratribus me eſſe: nec dubitare quin tu ubi id intelliges mihi eſſes ſuccenſurus:uentũ eſt inde ad ſupplantationẽ amiciciæ

durũ eſt uincere:in ſtadio ueterẽ olympionẽ: inflexímus & ipſi nõ nihil ceruicẽ collipendulam. & ſi uincere nõ potuimus:nõ tamen paſſi ſumus longo interuallo ſuparí: uidetur optime de te ſentire:quod ad me attinuit cõmemoraui ueterem diſciplinam & nunq̃ diſ

ſimulatam

ſimulatam neceſſitudinem amoris:te illi pollicitus ſum amiciſſimum: nec ipſe inficiatus
eſt.& dum fuiſſe & ſperare futurum te ſibi propenſiſſimũ. Ego quod iã ſæpius ſcripſi dã-
nato Piloſo ad te. ſed per Peruſinum ueniam. Fœlix uale.& ſi fas eſt Sipõtino & Madru-
ſienſi tuo me cõmenda quorum iocundiſſimam conſuetudinem non poſſem non tibi ĩ-
uidere niſi ſpes:eſſet ad paucos dies me una affuturum. Vale.

Campanus Gentili ſuo.S.

m INISTER minorum ſalutem mihi dixit tuo nomine: gratum id: gratius
ſi ſcripſiſſes: delectat me quicquid eſt tuũ: cum quia elegans: tum quia tũ-
um eſt munus illud a te miſſum ſic habebo: ut neq; te miſiſſe: neq; ipſũ miſ
ſum eſſe pœniteat: nec me etiam accepiſſe. Cum datur occaſio ſcribo ali-
quid: ſi nihil aliud hoc ipſum Gentiles ualet fœlicitatis in te magnam par
tem meæ coſtitui: placet hac tempeſtate me natum qua tu es: gregem hominũ cõtempſi
ſemper: nec ita contempſi ut deſpexerim. Superbũ id quidem. ſed ut nihil in eis locaueri
ſpei: quos non ignorem ſtatim mox defecturos: te mihi nec poſteritas quidem poterit au
ferre. ſed hæc ſuperuacua inter cõiunctiſſimos. Accepi litteras a Papieñ. nr̃o: iubet ſi quã
do ad te ſcribam: iubeam ſaluere: amat me mirum ĩmodum: nec poſſet non te amare uel
ab hoc unũ cum me amet: ſcribe ad illum frequenter de rebus nõ iocoſis: ſordet quicqd
eſt nimiũ pſertim in tanta fortuna: indue iam Gẽtilem & ſcribe ad Papieñ. Poetam & Ia
cobum aut mille oĩo aut intermitte potius. Ego poſt triduum Romã. ſed per Peruſiam
contendam recenſiturus ueteres amicicias: ſi quid fieri a me uelis: ſac ſciam. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ S.

l ONGVM eſſet perſcribere ad te omnia: ſum occupatiſſimus: rem diuinã
uenditurus: paro nuptias: utinã & tu ſponſo poſſes adeſſe. Inuitati ſunt fini
timi omnes ciues magnos apparatus: nec minorem pompã moliunť eſſet
humanitatis tuæ nõ fraudare me tanto deſiderio: iter eſt omniũ quæ unq̃
fecerimus longe iocũdiſſimũ: flumina ubiq;: buſſeta ubiq;: fontes ubiq;: p
Reatinũ maxime: nã illac continentur: dextra atq; leua buſſus ocurrit tanq̃ tonſa & appla
nata: porro buſſus: fonticuli mille intermurmurant: ſaliuntq; inter prætereuntium pedes:
quoꝝ glara uel Margaritas uidetur exprimere tam ſunt minutuli: tam candiduli: q̃ Mar-
garitæ Reatinum egreſſæ occurrunt furcaniæ fauces ad .x. milia paſſuum findentes Ap-
penini iugum ad fauces uſq; Melini amnis: qui Narem influit: imo incidit potius ex ſum
mo præcipitatus monte perpetuo itinere comes a dextra eſt prope fauces dũtaxat ad le-
uam poſt fauces Campi læti fœliceſq; æſtate: quoꝝ gratiam aures nõ capiunt: oculi per-
funduntur: natantq; uoluptatibus cũ per Furconia prata uagantur a leua occurrunt: iacẽtq;
ueteres Amiterni fornices & breue nec tam rotundũ q̃ oblongum amphiteatrũ: A dex-
tra Aquila urbs quinq; milibus paſſuũ procul ſurgit: proſpiciturq; poſt Furconios præcu
tinoꝝ ſaltus: nemora diei unius iter impediunt: nec tamen ita impediunt ut careant gra-
tia: iacent & in montibus aprici paſſim campi cõuelleſq; amœniſſimæ refertæ ferarum
uario genere: occurrunt ob iter cerui & pro oculis mira luxuria uaganť. Inter labũtur &
parua flumina gãmaris & piſculis plena: quos manu poſſis intercipere & prẽdere ſi uelis:
Inter innerandũ piſcari quod & ipſi proximo fecimus reditu interiore ueſte conſuta &
duabus perticis alligata pro retibus uſi: in agrum deinde noſtrum mox in urbem deſ-
cenſus non grauis: uerum ſi quid cæperis moleſtiæ per ſaltus in urbe recreaberis: atq;
agro cælo omnium quos oculi ſuſpiciuut lætiſſimo & uiuo. Sed de urbe atq; agro quo-
niam alias deſcripſi.& te pro ſtudio rerum meaꝝ legiſſe non dubito: nihil dicam ſi uene-
ris: ingenium contempſeris meum qui tam præclaras res tam ieiune deſcripſerim. Catel
læ tuæ caſum imo noſtræ potius: nam æque mihi blandiebatur: moleſtius uideris ferre
q̃ deceat. ſed danda eſt uenia Cardinalis: ſic enim conſueſtis: acerbius Catellæ aut Cardue-
li iacturã q̃ hominis interitũ doletis: quod quanq̃ ita eſt tñ præmiũ ſtatuere repertorib⁹
nõ ſolebatis Condidi Epigrãma quod poſtulas arcam uel cornicibus roſtricrocris iple-
bimus. Cũ nidos facient quod prope eſt nõ pennã agitabunt hoc anno quã reuciamus:
tanta eſt præbita diligentia nidis explorandis. Sed accipe Epigramma.

Nõ ego pſtantis lambebam crura puellæ
Ne Cocodrillei marcida philtra pedis
Nec facere excubias nocturnaq; futura notare
Nec grege ab attonito pellere docta lupos
Nõ lupus eſt curſu captus: nec nare Coturnix
Nec mea phaſiacũ caudam retexit irim
Chara tñ dño cum quo cõmunia ſemp
Hæc fuerant: ſedes: fercula: lectus: iter
Læticia placui nulli nõ grata Catella
Accurri pedibus ſæpe duobus hero

Campanus Sephano ſuo.S.

u

Ellem initium hoc litterarum ad te mearum iocundis rebus tuis:non triſtibus factum eſſet:Verum & beiuuolentiæ poſtulat ratio & natura mihi peculiare fuit:ſemper accurre aduerſus amicorum caſibus: ſucceſſibus nō præſultare:quorum alterum leuamento eget:alterum etiam ſi ſilentio trāſeas nihil accipere ſolet detrimenti. Ego mortem filii tui ſic fero ut par eſt eum qui te ſibi quoq; patrem exiſtimet:ne tuum amorem erga te meum his quottidianis oſtentationibus metiare:ſic te animo complexus ſum ſemper ut quantum externis non apparuerit ſtudium illud mecum tantum mente auctum ſit & propagatum:quare neceſſe eſt quicquid tibi acciderit aduerſi me quoq;,ut prope dicam tantundem permoueri. Sed caſus hi cum omnibus accidant mortalibus:ut aut amittant ſuos:aut deſtituant:data eſt omnibus ad remedium patientia ut cuncta æquo ferenda ſint animo :quæ aut ſunt aut certe uidentur facta diuinitus data & prudentia:ut neq; ea re affligamur quam effugere poteſt nemo & leuiorem affert moleſtiam ſi preferantur. Erat filius omnino moritur⁹: ſi te præceſſit illud cogites & mox aſſecuturum. & illum iam extra miſerias eſſe : quippe uita hæc noſtra omnis miſeria eſt:nihil habet pacati aut tranquilli:fluctuamus quādiu ſumus in uita. & per mille procellas rerum tempeſtateſq; iactamur:nec quicquā habet boni uita ipſa niſi quod alibi parat. hic quicquid dilabitur:nec quiſquam fœlicius uixit q̄ qui recte moritur:ſtultumq; eſt ſenectutem deſiderare his qui iuuenes occiderunt:anni ad perniciem addere aliquid ſemper:ad fœlicitatem raro conſueuerunt:cogita filium eo min⁹ peccaſſe quo minus fuerit in uita:acceſſiſſeq; ad eum locum ubi & plurimos amicorum: ſodalium:propinquorum offendent. & cæteros expectet : in rota mortales deuoluimur continenti omnes impetu correpti nunquā conquieſcimus quo ad deſinimus uiuereq; : eſt plane fœlicitas quædam morbo non ferro aut ueneno Domi non inter Barbaros mori. & in complexu propinquorum expirare:non inter ignotas gentes deſtitutum. Hic uelim cogites mi Antoni nihil aduerſi accidiſſe filio niſi quod natura ſtatuerat. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

e

St ne imperium ullum iocundius q̄ cum ſeruus domino imperat:⁹ fili⁹ patri. & imperare eſt quicquid ita,poſtules ut uelis impetrare. Duas ego tibi prouincias demando. ſed ita duas ut uix diuerſæ uideantur. Alteram ut M. Herculano Peruſino impetitionis Generalatus quantum in eo eſt dignetur adeſſe. Alteram ut. M. Dominico Scarparieñ. in prouincialatu Piſano conſequendo:nec mireris hæc in eo ordine tam inſignia:tam magna me petere. Et enim prorogatiua quædam mihi eſt in Auguſtinēſes quod cum eo Cardinali apud quē laborare pro his. & uariam & multiplicem impendere operam oportuerit:auctaq; poſt illius mortem gratia eſt:auctoritas non iminuta:dum hi retinent memoriam beneficii. & ego accumulare quottidie magis:non imputare conatus ſum. Herculani res per ſe ipſa,facillima eſt. Vir eſt doctrina:moribus:experiētia rerum æque inſignis:eſt ex Peruſinis noſtris:qui tibi q̄ alteri qui uiuat nemini afficiuntur:uixit cum duobus generalibus. & ita uixit ut res ordinis magna ex parte ipſe tranſægerit:illorum honores ipſius onera extiterunt:educauit hunc a pueris Cardinalis ſanctæ Suſanæ uir factus. & cuius memoria Herculano prodeſſe apud te plurimum debet:& quod uelim efficaciſſimum ac potentiſſimū eſſe Herculanus Campanum erudiuit:Philoſophiæ libros qui legūtur. & dyalectices ab eo audiui:nec magis tum præceptorem ſe mihi exhibuit q̄ poſtea in rebus meis adiutorē Eſt etiam in ordine uniuerſo gratioſus:non poteſt tibi magnam aſſequi gloriam : qcqd Herculano præſtiteris adiumenti:Dominico autem ut aſſis & meo nomine & amicorū depoſtulo. eſt enim ab his cōmendatus quibus plurimum cum debeam : uelim quando per me non poteſt per te ſatiſfieri:hæc ſerui tui iuſſa:hoc imperium. Vale.

Finis quinti libri

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI EPISCOPI: INTERAMNIEN. APRVTINI. EPISTOLARVM LIBER SEXTVS.

Campanus in Germania Gentili ſuo. S.

AM plene uentum ad ſtomachum eſt:nō ad mores modo. Sed ad nomen quoq; Germaniæ ſubnauſeo. Nihil hic quod oculos nihil quod manus:nihil quod ſenſum aliquem humanitatis delectet. Nam cœlum illud patens & agri latiſſima facies Iam autumno primo inhorruerūt:& tollerari per æſtatem potuere:ferri iam homini tam delicato non poterunt:faſtidiū auget recordatio meorum:& abſentes delitias cum præſentibus & quottidianis ſordibus comparo. Te imprimis habeo ante oculos.

Cui non ſatis eſt uitrea lauiſſe tumentes   Flore:roſas inter continuante manu.
Mane oculos:primo cū pede ſurgis aqua: Nec ſatis appoſitā uario cōſpergere cœnam

Quid nobis accidat prope ſtomachot dicere:dicam tamen q̄ parciſſime.

Hic fœda & pingui digitis hærentia tabe   Tantaliam poſſent Cauſapa ferre famem

Quæris fortaſſe quo feram aīo:aut quibus oculis potius:equidē inuitis & refugientibus.

Durandum tū eſt:uincit qui durat in armis   Omnis in abiecto eſt. & ſine laude fuga.

Nec unam cibariorum cenſeas eſſe moleſtiam: Adde ſitim atq; oculos lachrymantes īter acerba pocula: Nam ad cytharum q̄ bibo tam lachrymo: Trahot incredibili uoluptate in ueteres luſus noſtros: Muſas repetens ex interuallo tam longo: Nec putes habitare hic muſarum aliquam:

Nec faciles hæderas:nec opacas frigida lauros   Terra gerit:Muſis credis an eſſe locum.

Ego uero egregie comparo me ad reditum:aut fugam potius. & ſi nulla re alia quā adhuc habeam exploratam. ſpe. ſtudio. cupiditate me comparo. Vereot ne ſi diutius hæream:aut eripiat a Barbaris aut immuter.

Barbara me tell⁹:ut te quoq; Naſo recōdet   Ni Tuſcos repetam dum noua luna meos.
Vix fieri quidē id poteſt: Vix ſed ut poſſit
Flecte deos precibus: Votis inſiſte per aras   Fac uideat ſaltem cæteus ante deos.

Qnid enim impetrari facilius poteſt q̄ hominis ſalus a ſuperis? Verum cogita ubi me ſis excepturus. Amicus amicum. Vates uatem:tam procul:tam peregre redeuntem plenum tui deſiderii.

Phāgius expectet pleno crathere ſacerdos
  Nec bibite e media dicat ut ante uia   Strangulet electos. & rauco gutture gallos
Fac uocet in plenas nō uua & ſicub⁹ ædes   Aduentu ſumient:undiq; tecta meo
  Nec malo aut dentes excutiente nuce: Phāgia tūc nobis celebrabete phangia dicā
Ve͛ ubi iā cœpit plumeſcere clunib⁹ Anſer   Digna tui es uatis:carmine digna meo
  Ouaq; ubi Veneri menſtrua fætat auis

Perliberaliter quoq; tui alii me exceperunt. & ita paſſim:ut idem oſtendere uelle uiderentur:quod nec ipſe ignorabam:eſſe te Hetruriæ regulum ſacrificulum.

Octo flaua ruus Tabernularum
  Nobis:poma dedit negociarot   Atq; adiecit:uterq; amica uerba
Tot rurīs quoq; poma Caſſiani   Neuter diripuit togam rogato.
  Et uini cyathos decem uenuſti

Nuſquā neglectius a te habitus ſum q̄ Florentiæ:nemo me ſalutauit tuo noīe:ſuo multi. Sed recte me admonuit Tuſcia noſtra:eſt ne eodem ſtatu & tam pacata q̄ ſolet?

Quid nři Medices Tuſcū dec⁹ aurea Læde   Pignora:fraterna nū bene mente ualent?

Tum Marſilii noſtri:quæ ualitudo obſecro te rediit ne dū in gratiā cum Perypatheticis tan adhuc continet ſe intra Achademiam:& cum uno uerſatur Platone quem tranſtulit.

Marſilii cytharā cripus ſi tentet Apollo
  Et dextra & Cantu uictus Apollo cadit   Tunc ardent oculi:tūc planta exurgit utraq;
Et furor eſt cū cantat amās cantāte puella   Et quos nō didicit comperit ille modos.
  Ad flexum:ad natū percutit ille lyram.

Delitias Arretinas non uideo cur exprobres:nam gallos iſtos ne uidi quidem:& ſi maxime cupiebam:quod audieram ad te pertinere. Sed de Arretinis meis ne recuſa quicquid homines ſentiant:dignis qui utitur:nihil indignum fecit.

Arretina duas uno ſub tempore muſas
Vrbs tulit: Accedit tertia: nunquid ames?

Mi Gentiles de me ſic habe.

Sola placẽt: quæ ſunt rariſſima: ſæcula uatẽ
Cũ mea te tulerint: totq; inter milia ſolus
Cum libeat: ſuaui ferias caua ſydera cantu.
Te colo: Tu longe potior mihi diceris omni
Ripheis ſeruãt qd Griphes montibus auro.

Sed de te dixi. Quid de noſtro nomine?

Multos Roma uidet diuerſa frõte galeros
Vnũ mirat' Campanus: adorat & unum:
Qui latiũ quantũ ſonuit te conſule Cæſar
Aut Cicerone forũ: nũc ĩplet. & ĩtonat illis
Altior: huic ut ſim totus modo deditus uni
Nõ cãdentis equi faciunt fulgẽtia multo
Fræna auro: aut pedibus palmis plus octo
Pallia: tellurẽ largo uertẽcia tractu (relictis
Sed muſæ faciles: & nõ moritura perennis
Ingenii monumẽta: ruat licet ĩclyta Roma
Priſcorũq; ferat ueſtigia puluis & eurus.

Sed hæc de Italia: quid de Græcia putas?

Nõne uides quãtus mihi ſit deus alter: & oĩ
Tpe cũq; ſuo pariter uicturus Homero
Beſſario: cuius ſub pectore totus Apollo eſt
Quẽ tulit ut fieret priſcis celebratior ætas
Nr̃a: nec a magno uincamur ut añ Platone

Sed feror altius ꝙ licere in Germania putabam: & habet hæc natio grande neſcio quid: & ſonorum cum loquuntur. Quid alterius ordinis ſummos uiros quo ſtudio: qua obſeruantia proſequor.

Quã mihi Piceni Sipontia muſa Perotti
Hetruſci colitur: tam mihi muſa Dathi
Adiunxit Latio Picena bilinguis achiuam
Et celeri: & penſo: cum libet acta pede
Tuſca aũt patrios cantus & nata ſub Arno
Miſcuit auſoniis. & populo apta legi eſt

Nec ſolos eos putes a me obſeruari: qui biberint ex Helicone: obſeruo & qui cupiunt bibere. Qui ſi nondum canunt ipſi aliquid: non tamen attendunt dum canimus. Et quos uoce adhuc non audiunt: adiuuant uotis.

Verũ hæc prima meo debet' gloria Coſmæ
Qui gremio Vatum carmia ſemp habet
Cui nũc Quarqualius cãtat: Cãtamus & ipſi
Dignus erit cantu nec minus ille tuo
Nominis Vrſini: nec te deterreat index:
Pectore: ne dubita: nihil habet ille feri
Mitior ẽ teneris. & adhuc ſine dẽtibꝰ agnis
Dignus quos tanto ſanguine ducit auos.

Sed & hæc quoq; altiora ꝙ conuenit humiliora tentemus

Baccius ſumpta cythara per Vrbem
Nocte ſopitas canit ad feneſtras
Vt prius: Cantus Amaſina Bacci
Laudat ut olim
Eſt ne Campani memor ut ſolebat
An ſimul Roma Latioq; pulſi
Ceſſimus: nulli ſumus. & ſoporum
Ebibit amnem

Sed uix arbitror: noui ꝙ ſit officioſus: niſi fortaſſe quod euenit. ex amãte factus ſit amens.

Sed parum quicquid faciat laboro
Sit Comes noſtri modo Saluiani
Fidus. & cauſas iuuet occupati
Semper amici

Sed pono iam lyram: ad officia tranſeo.

An dum noſter ab arce Saluiatus
Obſcura exiit: impiiſq; tectis
O ꝙ ſæpe habuit deos ſecundos
Qui non læſit: ubiq; cum uocatur
Aures: Iuppiter arrigit: Sæuera
Expendens trutina bonos maloſq;.

Sed de meo Saluiato diu ſum miſere cruciatus: quod uidebatur ex corporis morbo tam diuturno concidiſſe & in animi anguſtias. Quare pedem referens a tribus ad lætiora reuertor. De Quarqualio meo quid ſubodoras? meo inquam. neq; enim fortũas admiror hominum: amplector ingenia.

Quarqualiũ uultu fuſco. ſed mente ſerena
Phœbus amat: phœbi pectore numẽ hẽt
Læta canit: dulciq; uocat Lebetrides ore
Pro quibus & dentes pdidit ille duos
Nam Cyrrhã Niſæ dũ ꝓfert: motus hyacus
Irata cyathum fregit in ora manu
Eripere at cytharam nequiit: iuuere puellæ
Has canit in Bachum: qua licet ille furit.

Multa ſunt Romæ: quorum nuncium a te expecto: iocundiſſimum erit quicquid a kal. Sextilibus ſcripſeris: aut quatriduo prius.

Scire etiã cupio quantũ nũc Platina ſæuit
Manibus an parcat: abſtineatq; pyra
Sin defoſſa cauo diſiecerit oſſa ſepulchro
Sparſerit inuẽto: ſi preceſſerit an pedibus.

Et Platinæ quidem: qui non ignoſcat ſi ſit iratus? Sed parcendum eſt mortuis: quibus ꝙ male dicit facile oſtendit non audere ſe certare cum repugnantibus.

De grege Pyerio factos memorem amicos
Arceat a nobis nulla querela deas

Domitium

Domitium meũ non ignoras ꝗ amem. Ingenio eſt uiuo & acri digniſſimus. quem & tu quoq; habeas inter familiariſſimos. Nemini uidetur ceſſurus eloquentia. nemini gratia poetica. utranq; præſtat egregie. Et eſt quem poſſis latinum græcum nominare. In Italia natus. uerſatur cum Græcis & loquitur.

Vnũ habuit uatem Verona. Domitius illi / Nec minor hic fiet molli mihi crede catul
Cum creſcat recte dixeris eſſe duos / Nũc maiore ẽt:cũ calet igne furit. (lo

Vide fœlicitatem noſtri temporis undiq; extant & offerunt ſe præclara ingenia iam ad frontem certatura cum priſcis.

An te præteriit qua nũc Pomponius arte / Dignus marmoreo quẽ cõdẽs longa ſepul
Inſtituit Romam. ꝗ Lario apta docet. / Appia teſtẽ morte Quit ine tuũ (chro

Et ipſe plane uidetur id cupere: ut quoniam naſci Romæ nõ contigit. Romæ moriatur.

Doleo Vallenſes meos relictis nobis tranſfugiſſe ad Leguleios.

Lelius hos genitor muſis phœboq; dicauit / Et plena biberent ex helicone manu

Nec tamen indixiſſe bellum exiſtimes: uerſantur adhuc nobiſcum nonnunꝗ: & cantat cum licet.

Poſſe uidentur adhuc Martẽq; iouẽq; decere
Siue ſotas acies fulmina ſiue canant / Alter Cretei partũ Iouis. igne gigantes
Alter bella tonãs Latio mõſtrauit homerũ / Abſumptos: pſugo: ſectaq; membra pati.
Et ferro exciſas Laumedontis opes

Nec ſola Roma eſt: quæ proferat ingenia.

Vna duos olim nobis dedit Vmbria uates
Vmbria ab irriguis fontibus apta lyræ eſt / Sic illi tenero uerſu deflẽtur amores
Callimacho acceſſit: uicitq; Propertius illũ / Et duro clangunt horrida bella ſono.
Tertius & nomen nũc Sigiſmundus habet

Florentinũ ſodalem eius: eundemq; collegam. & Vincentinũ. Mantuanumq; meum: ac duos inſubres: alioſq; permultos nominis aſperitas eripit nobis. An igitur non putas aliquam ineſſe fœlicitatem & nomini? eſt uero magna.

Nec mihi tã Dromo gratus ꝗ Cæſar i ore ẽ / Mercibus ut redeat conferta naue Sabeis
Perſephonẽq; minus: ꝗ phylomena placet / Laudibus ab ingenio plus feret ille ſuo
At Griphus cui nũc uento fortuna ſecundo / In duras uenit hic acies: & mollia furta
Spirat: & optatũ nauigat ad zephirum / Aonioq; poteſt currere quaq; pede.

Et ne quid ſuſpiceris: fuit & olim hoc meum de Gripho iuditiũ. Audio Minutulũ noſtrũ cooptatum eſſe collegio tuo: ꝗ: id ſi eſt pugnacem collegam accepiſtis. Et qui iam pridẽ didicit tueri cõmunem dignitatem. Nam Picena illa fuga: nõ pugna fuit: & ipſe inter primipilos dimicans ea die uirum ſe præbuit.

Sed quo poſt pugnã uictoria mouerit arma / An ne Fauẽtinis i etiam nunc finibus inſtat
Qua uictis pacem conditione dedit / Aut fractis illis altera bella parat.

Si ſcias quo ſub duce militauerit: deſinas mirari tantam eſſe in eo bellicam diſciplinam: ardoremq; tantum prœliandi.

Sed nõ patiar incognitum tibi eſſe ducem: qui adeo militem admirari.

Mœnia reſtituit: quondã Romana Camillus / Cauſas uerus agit: cedũt ſub ſellia uero
Nunc Latio uictor præſidet ille foro / Cuius pro ſanctis legibus acta probant.

Mirum eſt uerum eſſe eum qui poeta fuerit: Nam de Camillo non attinet dicere: fuit inter rariſſimos.

Nemo aliu s cecinit præ dura ſonantius arma / Nec dominæ flæuit mæſtius ante fores.

Facit idem nũc quoq;. ſed ex interuallo: & cum ſe foro ſuffuratur. Sed de Camillo dũ cogito rurſus uertor in Tuſcos. Eos enim ille ad Sutrium fudit.

Donati uenit in mentem facundia noſtri / Delitias natura ſuas huic contulit omnes
Qua nihil auditur ſuauius aut legitur / Huicq; ſuas omnes Tuſcia delitias.

Et eſt aliquanto maius Tuſcum eſſe ꝗ hominem.

Moribus: ingeniis: cultu pulcherrima glebæ / Tantũ Campani. Tuſcia cedit agro.

Verum de mea Campania tacendum eſt cum contenditur: quippe quã nemo trahere in comparationem auſit: concedunt omnes.

Hic deus Eliſios campanos: & regna beata / Hic natura ſuas concumulauit opes.

Proinde caue quid ſentias. Campanus ſum.

Sed de Landino grauis eſt & iuſta querela / Bis petii Tuſcos: bis ſum neglectus ab illo
Pertinet hæc phœbo cauſa: ſed ira mea eſt / Iam nunc: ni rediens uidero dico diem.

Nuntii uariis de rebus afferuntur. Audio & illud quoq;. Numini noſtro decretum eſſe p

uinciam congratulor quibus ẽ præfuturus.

Delitias ueteres. Vmbros Tuſcoſq; uidebit Moribus hos ſancte quos hẽt ipſe reget.

Nihil dicam de Sena. Cypria ad Matrem rediit. Sed eſt facilis excurſitatio iter finitimos Ego interea conſolor me non nihil cum æqualibus meis: qui & ipſi ad Italiam ſuſpirant mecum ſemper. Nam de legato ſuperuacanea eſt querela. German' eſt. linguam: naſum: ingenia callet.

Nos miſeri extremos pipere ĩcroceauimus ungues · Iã me ſi uideas pſytacon eſſe putes
Eſt quoq; illud graue uno prandio per ſærcula in cœna decurrere.
Et ſolem lunæ longa cõiungere menſa Et nocti ad cœnam cõtinuare diem.

Quare magnum atq; ardens eſt deſiderium noſtrum: ad omnem nũtium ſuſpendimur.

Ne Montanus in hoc cedit mihi Caſſia uotis poſcitur: & meum ſomniat lapices.
Vſq; adeo extremũ malit fugere ille Tharẽtũ Quã glatiæ: & niuibus ſumo ue pire diu.
Atq; ubi flegræo proxima Leuca mari eſt. Et Thermas inter ſordiciẽq; mori. (no

Nec mediocris erit iactura uirum talem noticia præditum rerum plurimarum: & quem nihil in hiſtoria lateat: atq; annis & ſtudiis in philoſophia tritum: ac iam plane philoſophum nobiſcum periiſſe.

Quid de Patricio ſentis: qua nare madentes Inter Germanos uiuere poſſe putas.

Nec eſt patricius contemnẽdus. Symiam dicas Ciceronis: adeo ſcribit ornatulæ: ritus & cærimonias tenet. Recreant me & domeſtici quidem mei. Sed remiſſius efferor propter auctoritatem retinendam.

Spellanũ inuitat dulci Syrenula cantu Cõcurruntq; ſimul diuerſis uocibus ambo
Aemulus in carmen ſurgit uterq; meum Tris uates una dixeris eſſe domo.

Eos quoq; negligi per iniquum eſt: & negligimur omnes niſi reuocemur. hoc tuũ: hoc amicorum omnium eſt: ꝓtecari reditum.

Porrige mane preces ſupis: & ueſpere clama Nil aliud ꝙ: dii redite: templa ſonent.
Implora & Staccoli noſtri preces collipendulas.
Staccolus in menſa Iouis eſt. epuliſq; deoꝝ Præripit: & magno pocula ſæpe Ioui.
Nihil nõ impetrabit Staccolus: ſi uota nũcupet.
Exorare data potuit ſi numina prole In reditum potuit flectere & illa meum.
Videor mihi eſſe inter meos dum de uobis & cogito & ſcribo.
Noſtra uides quali pcurrã gaudia lingua Dum uideor muſas. Italiamq; loqui.
De Germanicis omnino idem non poſſum.
Accitus ꝗuis precibuſq; rogatus Apollo Inuertit nares: olfacienſq; fugit.

Volui nunc tentare an & de Italia poſſem. Gaudeo nondum iſtic mortuũ me eſſe: & ita uiuere ut ſi feream in Germania adhuc: tñ in Italia ſpirem. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

D. xiiii. kalen. Iunias. Roſam primã legi Ratiſponæ adeo ſerũ eſt in Germania florere. Iam ſi maturari putas noſtrum reditum precox inditium habes. Cæſarem tam nunc expectamus: ꝗ cum uenimus. Aquilæ ad Gruem redierunt. profectionem noſtram perſcripſi tibi omnẽ. Idem. faciã de moribus gentis. At quid inquies in Germania ingenio dignum modo multa quidem. Sed illud ĩprimis: ꝙ hic mortui uiuunt: nec putes cœli clæmẽtia fieri: ſit morib'. Ego qui miracula noſtri temporis nõ odi modo: ſed horreo: nuſquã uerſatus ſum omni mea uita faſtidioſius. Sed dices perpulchrum eſt mortuos uiuere perpulchrũ. ſed malim hic ego & uiuus mori. Nam cum ſeteant qui ambulant: ſi feterent mortui nõ ambularẽt. Anceps fortuna mea eſt. Quanta calamitas naſo: tanta auribus fœlicitas ineſt. Dũ omnes ſentio. intelligo neminem. O Epigrammata.

Tu ſortem miſerare meã: ſugere repulſæ Arce ſedet Bacchus: ceſſit neglectus Apollo
Pierides: hyſtrũ Flora Venuſq; bibunt Nil hic eſt aliud uiuere ꝗ bibere.

Ne accuſes breuitatẽ: mox reſarcient omnia: nunc comparo me in aduentum Cæſaris habiturus orationem qualem Italia legat Germania nõ capiat. Incredibilis eſt hic ingeniorum barbaries: rariſſimi norunt litteras: nulli elegantiam. Vale.

Campanus eidem. S.

Itteras tuas quæ ſcriptæ fuerunt Eugubii ad. iiii. kalen. April. pridie kale. Iunias accepi Ratiſponæ. Longiſſimum iter: nõ mirum ſi tardiuſcule confecerunt. Legit eas non minus iocunde legatus cuius mẽtionem faciebas ꝗ ego cui dirigebant. Memoria tui apud me ita reſidet ut tamẽ ſæpe inter tot negotia ſubdormiat: nunꝗ moriatur: accelerabimus reditum: ut quantũ in nobis erit breui

erit breui abſoluemur:diſceſſum ex Vrbe duo de uigeſima Martii ingreſſi ſumus Ratiſpo
nam kale.Maiis tribus & ·xl.diebus in itinere conſumptis:ſubſtitimus diem unum Viter
bii:triduũ Senæ.Florentiæ Bononiæ.Mantuæ ſingulos.Veronæ.Tridenti.Bolſani bi-
nos.Ad pontem Herii cum Sigiſmundo duce Auſtriæ triduũ.Ad Lanſutũ cum Ludoui
co duce Bauariorum biduum:ubiq; ſupra uſitatam magnificentiam excepti Ratiſponæ
ſolos inuenimus Oratores Allobrogum:qui hodie Sabaudienſes appellantur. Conue-
nerunt poſt diem tertium Maguntinus & Marchio Brandeburgeñ. Vterq; maximus in
Germania princeps. Et quibuſuis ſit cũ quattuor Cæſaris eligendi. Maguntin⁹ uir ingenii
manſueti:& qui neq; aſpectu neq; manſuetudine Germanum ꝓſe ferat. Marchio uir acer
eloquens uafer:& quem uulpem Germaniæ uocant.bellicoſiſſim⁹ & pugnatiſſimus om
nium qui in Germania laudentur.Pius Achillem appellauit. Cicatricibus totus manib⁹
pedibus.uultu:collo excauatus:ſæpe ſingulari certamine dimicauit: quo genere pugnæ
nunq̃ uictus eſt:prœlio ſemel a Ludouico Bauaro eius conſobrino.Oratores Burgundo
rum cum eo uenere ad uiros triginta.ciuitates Germanorum fere omnes:& Duces multi
miſere legatos Imperatorem citra Pentecoſtem expectamus Si uenerit aderit & Princi-
pum magna frequentia:etiam eorum qui legatos præmiſere.In aduentu illius tota ſpes
eſt:abſente eo referri de multis:deliberari nihil:aut exiguum poterit. Scribam tibi ordi-
nem quæcunq; in conuentu peragentur. Vale.

Campanus eidem.S.

Iuimus ſi modo uita eſt aliqua eſſe cum Barbaris.Cæſarem iam prope mẽ-
ſem expectamus:moram hoc leuat:quod ſcribit ſe uenturum Maguntinus
u Antiſtes & Marchio Brandeburgeñ.& alii quidam nobiſcum ſunt: at Cæ
ſarem præſtolantur. Treuerenſis & Spireñ.ſunt in itinere.Res omnis ĩ Cæ
ſare ſita eſt:niſi uenerit nequicq̃ laborabitur:eum Principes omnes intuen-
tur.Conuenientq; omnes ſi ipſe aderit:dico ego tecum quod ſentio fieri omnia poſſe in
ſalutem chriſtianam ſi Cæſar uolet:nihil ſi tergiuerſabitur:factioſa Germania eſt. Amici
eum facillime conſequuntur ceteri. Quod magnũ eſt in hac gente Cæſaris nomen &
multa poteſt præſtare cupiunt recõciliari & rei communi adeſſe.Boemica diffident. Vti
nam non ad cæteram fœlicitatem Turci hæc quoq; accedat:ꝙ eſt Boemica uires & Hun
garas & Germanas ad ſe contractura omnes:quod ſi acciderit:periimus funditus. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Ireris ꝙ pauca de rebus Germanicis ſcribam:præſertim quæ in conuentu
m noſtro agunt̃.Sed perſuade tibi.aut exiguũ.aut nihil eſſe quod agit̃: mul
ta & magna quæ cogitant̃.omnia pendent in aduentu Cæſaris: frequẽtia
principũ atq; Oratorũ indies fit maior.ſed pars maxima.aut domi adhuc
manent.aut cognita mora Cæſaris in itinere ſubſtiterunt.Oẽs tamen ubi
de Cæſare intellexerint uẽturi exiſtimantur.Ego legatum non deſero: dignitatẽ ueſtrã
ideſt apoſtolicæ ſedis inter ſurdos eloquentia tueor.Fama increbruit Cæſarem in iã ſol
uiſſet.& per Danubium annauigare.hoc exploratũ ad uerum nondum eſt.& multi ter
ra cum equitatu uenturũ arbitrant̃.Magna eſt eius auctoritas in prouincia undiq; factio-
ſa.uerum ita magna ut multum umbræ:non tantũ corporis habeat. Si queris ſententiam
meam:nullud ſentio magnam:ſpem propoſitam eſſe nobis.ſi Cæſar inſtabit.exiguã ſi len-
teſcet.nullam ſi tergiuerſabit̃ Boemia tripartita eſt omnis.alii cupiunt Poloniũ magna
pollicentem præſidia.ad hunc diem nulla præſtantẽ.Ii ſunt hæretici quidam.ſperãt im-
punes:ſe uicturos ſub eo rege.in cuius regno inſitutæ prope ſunt hæreſes.Catholici Hun
garum cui iuſiurandum ꝓſtiterunt.magna ex parte ſequuntur.promiſcue utrinq; multi.
& Catholici & hæretici Albertum Saxonem amplectunt̃.Germani ad hunc inclinãt om
nes:& metu Hungari:& quod uere omnes intima affinitate iungunt̃: quãquã hactenus
multum conſilii:nihil auxilii miſere:nec dubium ſi conlicere de mente Pontificis poſſent
quin auxilia undiq; ſubminiſtrarent. Vale.

Campanus eidem.S.

Vm ſcriberet legatus ad te quottidie:ſuperuacuũ eſſet aliquid pro me ſigni
c ficari tibi de rebus Germanicis:& litteræ ad caſum cõmittunt̃.Hoc unum
uelim ſcias:legatũ nihil facere:nihil cogitare aliud q̃ quo pacto.& hono-
rem ſedis apoſtolicæ & gratiam inter hos Principes augeat. Ego quoq; & ſi
idem facere cupio:tamen eo ſum in loco:ut neq; intelligam quicq̃:neq; in
telligar.Si Cæſar ueniet quẽadmodum ſperamus fortaſſis utilis fuerit opera noſtra:alio
quin & operam perdidimus & impenſam:nam niſi is uenerit exigua erit hæc dieta.Prin-

cipes ægre & pauci cōueniēt. Omnes Cæſarem intuent̄. Et quia periculum factum eſt ſæ
pe: non uidentur ſe moturi: niſi prius ille ſe mouerit. Qui iam uenerūt & paucifſimi ſunt:
& ad ſolam ſpem Cæſaris detinentur: quæ ſi euaneſceret: ſtatim reuolarent: tædia Germa
nica infinita ſunt. Verum omnia ferenda ſunt ſeruis pro domino: filiis ꝓ patre: membris
pro capite. Oratores Veneti adhuc Patauiæ: quæ eſt ad ripā Danubii metu latronum ſe
continentibus: Cæſarem præſtolantur: diſtant a nobis minus q̄ trium dierum itinere.
Scribunt inſidias undiq; ſibi ſtructas eſſe. Nam ut uno dicam uerbo: patentiſſima Germa
nia eſt. potentiſſima: nobiliſſima. Sed ea tota unum latrocinium eſt: & ille inter nobiles
glorioſior qui rapacior Apud principes ſolos ſecuritas eſt: ſed dūtaxat cum promittunt.
Nam niſi publica fide accepta: eorum quoq; fines infeſti ſunt omnibus. Sed hæc querela
in Italia erit iocundior. Vale.

Campanus Cardinali Papień. S.

q Votiens de te cogitamus & loquimur: q̄ ſæpe ueniunt in mentem Romanæ
delitiæ: medio nunc Iunio frigemus quid futurum ad Decembrem exiſti-
mes in Germania? & an reſiſtere uiros poſſe in Italia natos? Vbi flumina ple-
runq; uniuerſa gelent̄. Sed durabimus: & quo celerius defugamur tot icōmo
dis maiore inſtabimus animo q̄ ſi in delitiis Italiæ uerſaremur. Tu fac ſaluū & ualentem
te ſerues aſpectu iocundiſſimo tuo: laboꝶ ſimul & periculoꝶ oblitus. memoriā omnem
ꝓfectionis Germanicæ deponam: uideborq; ſemper i Italia fuiſſe cum tecū fuero. Vale.

Campanus eidem. S.

c Vpimus ambo: & tu ſcire & ego ſignificare quid i Germania faciam. dicā:
meditor: facio nihil dico parum: meditor unum. Italia. Italia ē. reſonat mi
hi dulcis in ore Italia. Italia fixa mihi eſt animo. Ampliſſimum conuentū
ſperamus: ut fere ſemp altius creſcunt arbores quæ tardius. Habemus Tre-
uerenſem. Spirenſem. Eyſtatēſem. Nam de Maguntino iam pridem audie
ras. Vnus ſed noſtram cunctando deſtituit rem: & quantū perſpicio grus illa nō præſtat:
tranſiit iā in cornicem: ſcribit Cæſar heu: heu q̄ nō Cæſar ad triduū ſe uenturum. ſed hoc
triduū iam centiduū eſt. In mora ſuit Pancherii inſignis latronis & coſpiratoꝶ quorun
dam ſupplicium: aut ſupplicia potius. Nam Pancherius auctor coniurationis ſecuri per-
cuſſus eſt: & cum eo qui proxime ſequebant̄. tertius flumine neſcio an Danubio demer-
ſus: magna res & minime oportuna conſiliis. Sed tū magna. Cæſarem tam mitem princi
pem aliquando incaluiſſe: nā incruduiſſe tam iuſta cauſa nō dixerim. Principes qui affūt
eo uidentur animo ut aſpirante Cæſare: ſperare nō pauca poſſimus. Sed quid dicam: tar-
ditas & cunctatio ipſa deſperatio quædam eſt: ut raro acriter inſurgunt: quæ lente ſe mo-
ueant. De Boemicis iam puto ad te eſſe perlatum: filium Poloni ex Ladiſlao qui ueneno
adoleſcens periit: natum ſorore: regem appellatum. Sed ab iis dūtaxat qui & religioni &
Hungaro aduerſant̄: & cum Georgico ſentiebant: nec refert Georgicum dum habuerint
regem: an nunc habeant Polonum: tam ſe impunes futuros ſub hoc rege uident: q̄ ſub il-
lo iam fuerāt: & periculum eſt ne contagio ſerpat: & augeantur uiribus qui deſtituti uide
bātur. Cæſar cui faueat incertum eſt: niſi q; Hungaro propter ueterem contentionem &
Pancherii cauſa putatur infenſus. Nō poſſum de omnibus certa ꝑſcribere: & multa ſic pē
dent: ut minent̄ potius q̄ cadant. quædam contra caſura exiſtimentur. quæ nondum in-
clinauere. Sed de alienis hactenus mi Papień. muſæ dormiūt: nec unq̄ excitant̄: niſi cum
per ſtomachum: non ficta res eſt: ad uerum narratur. Sacerdos ſella obuiam puellam am
ꝓlexat̄ deoſculatuſq;: nam fit id in Germania uulgo: ac paſſim: dū acrius inſtat & ꝓuince-
re blanditiis ac nequicia preſtat. Linguam laſciuiuſcule infert: puella cui minus & res &
ætas hominis arrideret: lingnā dentibus ita ꝓſtringit ut execet res in forū ꝓducta eſt: neu
ter negat factum: de iure lis eſt. Lege Epigramma. Legatus puellam nōdū expiauit. Nec
ſatis habet cōſtitutū an ſit piaculo opus: mihi nulla ſubeſt dubitatio: non opus eſſe piacu
lo. Sed audaciam potius eſſe impudici hominis reprimendam: qui quod impetrati quo
q; turpiſſimum ſit uelit per uim extorquere. Vale.

Campanus compatri ſuo. S.

p Endemus in aduentum Imperatoris quem cū prope dicam manibus tenea
mus: tamē quæ uerba nobis adhuc dantur: inter ſpem deſperationemq; ſu-
ſpendimur. Cōuentus autem creſcit indies magis. Habemus iam tres Impe
rii Electores. Quamobrem ceſſare Imperator ſine ſumma ſua infamia: & il-
lorum pari confuſione nō poterit. Compater mi ſi ſcires q̄ cupio te uidere:
cruciarere mecū. Italiā omnes noctu ſomniamus interdiu loquimur: agimus gratias deo
qui nos in

qui nos in Italia naſci & educari : ac uiuere in Italia conceſſerit : hæc terra crede mihi rerum omniũ. quas terra pariat inopia: damnata eſt. Cœlo aſpera: ſolo ſterilis: agreſtis cultu: infeſta latrociniis: uncta: fœda: ſpurca: tam eſt a nobis natura diuerſa ꝗ̃ uerbis. Sed tuto dicitur quod uere: tuum eſt curare ꝗ̃diu cruciemur. Fœlicitas noſtra omnis in eo ſita eſt ut ꝗ̃ primum Germaniam reliquamus: ꝙ ſi æſtas nos Germana tam uexet: quid facturam hyemem? quid recta nos impetentem: aquilonem exiſtimemus? aut gelari frigore oportebit. aut fetore ĩtra eſtuaria mori. Et ut ĩtelligas quid hic mali æſtas habeat: ſi nihil aliud: duriſſimum illud eſt non poſſe ſine lachrymis bibere. Nam aquam quoq; ſi bibas: uentris tormenta patiere: proinde miſerere noſtri. Vale.

Campanus Domirio ſuo. S.

d

Omirio meo ſal. In tanta multitudine eorum qui ad me ſcribunt. Solus Dominius qui eſt omnium diligentiſſimus ceſſat. Cupio de Beſſariõe noſtro: de te de noſtris: de tuis quoq; urbanis deliriis ĩtelligere. Si haberem quæ noſtro Beſſarioni ſcriberem. digna tantis & oculis & auribus facerem perlibenter. Sed omnia pendent in aduentum Cæſaris: quem ad ſingulas horas uenturum iam totum menſem non uenientem expectamus. Ego ſi meam ſententiam rogas. cum ſalus noſtra non magis in auxilio quã in auxilii celeritate conſiſtat uix ſperare aliquid poſſim a tanta tarditate. Res chriſtiana eo in ſtatu eſt ut cum uelociſſime currendum ſit a coclea teſtudineque curratur. Sed uana querela omnis eſt. quæ non profutura. Vale.

Campanus Saluiato ſuo. S.

h

Ominum qui uiuãt chariſſime ſaluus ſis mi Saluiate: poſt diſceſſum ab Hetruria meum neq; conualueris an Romam redieris. an decretum in cauſa tua ſecũdum te fuerit: potui intelligere? neq; tibi de me quib' ſim in locis ſignificare. O quantum inter Danubium & Tyberim eſt ĩterualli: ꝗ̃ diuerſi mores: ꝗ̃ cœli: ꝗ̃ ſoli diuerſa fœlicitas. Inuideo non equidem tibi: quem ſemper omnibus dignum & muneribus & commodis exiſtimaui. Sed cæteris omnibus qui Romæ aut in cætera Italia agant. Nihil hic delitiarum: nihil urbani: & ſi quid ſit diuerſa lingua ne percipiam facit. Pane ueſcimur ex ſiligine confecto: atq; ideo atro inſulſo putrido uino: importato acerbiſſimo tamen quod i Germania ſuperiore naſcitur: ex Italia raro: ſed uenit etiam pretio non minore tanto itinere conſtat. Poma nondum guſtauimus ſero matureſcunt quædam nunquã. Oleam ficum amigdala & ſurrentina: aut Caietana noſtra non colligunt. Lactis ingens copia: carnium quoq: ſed minor quã putabamus: quã prædicabatur. Edificia foris ornatiora quã intus. Tabulatis magna pars tegitur & ad excludendam hyemem: & ad pulchritudinem. Piſcium aſſiduus eſt uſus: gammarorum præcipua magnitudo. Tyberinos lupos & mulos & ſyluros meo iuditio mea gula non equant. Facimus nunc & periculum æſtatis: multo duriora ad hyemem expectamus ſed hæc in rædituu narrabuntur. Nunc uero uale mi Saluiate.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

p

Erſcripſeram tibi de aduentu Cæſaris: & apparatu eorum qui Cæſarem ſequebantur: & quæ ſpes eſſet propoſita nobis de ampliſſimo Conuentu: & quantum nec ætas noſtra uidit: nec grãdiſſimi natu Germanorum recordantur. Deinceps hæc acta ſunt ad octauum kalen. Iulias poſt peractam rẽ diuinam: in Prætorium ſecuti Cæſarem conſcendimus. quem in locum conuenire Principes conſueuerunt de rebus Germanicis acturi: hic Antiſtes Tridentinus nomine Cæſaris prodiit in medium oratiõe germanica: quam e ueſtigio ut externi quoque Oratores intelligerent: latine eſt ĩterpretatus. Primum Cæſaris moram excuſauit ꝙ ad diem non ueniſſet. & capita contentionum quæ domi poſt indictum Conuentum exortæ eum detinuiſſent enarrauit: egitq; grãs & Prĩcipibus & Oratoribus ꝙ nõ ſine iactura rei familiaris & ſumptibus grauiſſimis alterum prope menſem expectaſſent. Cauſam deinde aperuit quæ ad indicendum hoc in loco: & hoc tempore Conuentum impuliſſet Præteritas calamitates Chriſtianorum & recentem Carniolæ cladem deplorauit: potentiam crudelitatemq; immaniſſimi hoſtis. quã breui tempore quantum occupauerit finium noſtrorum quantum chriſtiani ſanguinis fuderit. & in Europa & in Aſia oſtendit: repetitaq; eleganter ueterum non una hiſtoria: clariſſimas ac prope innumerabiles Germanorum expeditiones. & pro religione chriſtiana & pro imperio. Germanico ſuſceptas commemorauit: hortatuſq; eſt Principes omnes. oratoreſq; Ciuitatum Germaniæ par-

tam a maioribus gloriam conſeruarent:occurrerent imminentibus periculis. Et religio-
nem in qua patres eorum uixiſſent:& ipſi eſſent nati atq; educati tuerētur. Addidit. & po
ſtremo Cæſaris preces auxilium & communi libertati omnium & priuato ſuo periculo
implorantis. Poſt Tridentinum Legatus graui & ipſe oratione i propoſitum Cæſaris &
Principum aduentum commendauit. Egitq; gratias Pontificis nomine uniuerſis: horta-
tus ut quam chriſtianis ex Conuentu porrexiſſent:eam ſumēdis armis exhiberent: nec ſe
carpi ſingulos paterentur:qui uniuerſi non modo reſiſtere:ſed profligare hoſtem q̄ facil-
lime poſſent. Conuentus multos repetiit nequicq̄ in Germania habitos:ubi ſi obtempe-
ratum fuiſſet conſiliis eorum qui futura pericula præuidiſſent:non eo diſcriminis uentū
fuiſſet:ut quem facile tūc potuiſſent ex omni depellere Europa:nunc ipſa in Germania p
ferenndum extrema eſſent neglecta:ad intima hoſtem penetraſſet. Adiecit & preces ac
uerba:uultum:animum Legato & tantis neceſſitatibus dignum accommodauit. Princi
pes Germanico more paulum ſegreſſi:atq; inter ſe locuti: gratias Cæſari egerunt: q̧ ali-
quando Germanicæ libertatis & publicæ ſalutis curam: ſuſcepiſſet. Se paratos per omnia
uitæ fortunarumq; diſcrimina illius imperii ſequi. Ituros in expeditionem ſi ipſe:aut eat.
aut iubeat iri:miſſuros ſi iubent mitti. Lætus eo reſponſo Cæſar laudatis Principibus cō
uenire ſequentem in diem iuſſos dimiſit. Poſtridie pari frequentia reditum in. Prætori-
um eſt. Sed initium conſultandi ab controuerſia ortum: omen belli futuri: ad impedi-
menti potius fuerit ſuſpenſum me habet. Oratores Burgundi cum poſt legatos. Electo-
rum collocati:atq; ideo ſpreti priore conſeſſu uiderentur:redire in ſubſellia recuſabant.
Electores qui erant abſentibus collegis quanq̄ ſumma cum modeſtia dignitatem tamē
communem tuebantur. Burgundi potentiam ſui Principis & in Gallia & in Germania
maximam. Electores parem nobilitatem ac uetuſtum honorem obiiciebant ſeq; e cor-
pore Cæſaris cum eſſent:ne regibus quidem ſi qui adeſſent cedere oportere contēdebāt.
Quæ contentio cum tres quippe horas conſumpſiſſet:non antea eſt ſublata q̄:i Burgun
di alteris ſubſellis ad frontem Cæſaris:inter Oratores regios locarentur:tum demum &
ipſe auxiſſe Principis ſui dignitatem:q̧ in ordine abſentium Regum ſederent: & Electo-
res ſeruaſſe exiſtimationem ſuam:q̧ excluſi a primis ſubſelliis Burgundi eſſent: uidebā
tur:ubi omnes conſedere. Primi Burgundi ſurrexerunt:quorum unus locutus eſt oratio
ne ideo parum accommodata:q̧ plus in criminando rege Gallorum:quā i propoſito ui
uandi belli uiſus eſt occupari. Regem rupiſſe fœdera:uiolaſſe publicam fidem media pa-
ce oppida Burgundi expugnaſſe conqueſtus eſt pauca quædam adiecit ad rationem bel
li:& quæ tunc ibi potius excogitata:q̄ domo adducta uiderētur. Altera fuit oratio Pauli
Moricini Venetorum Oratoris breuis & collecta:certaſſe cum Turcis Venetos annos iā
ducentos:eorumq; uires atq; impetus ſolos & in Thracia & in Illyrio ſubſtinuiſſe. Enixi-
us tamen proximis annis mari cum his ac terra geſſiſſe bellum:propugnatoreſq; noſtros
fuiſſe. Iam non tam defatigatos aut exhauſtos q̄ a cæteris chriſtianis deſtitutos eē. Com-
muni ad eum diem periculo ſolos excubaſſe:creuiſſe nunc hoſtem factumq; ex aliena ſō
nolentia magnum:& quantum iam proſerre chriſtiani utinam uigiles poſſint. Inſtare il-
lum ab Illyrio:a Pannonia. a ſinu Adriatico:non mari:non terra:quietos noſtros ſinere.
Genus belli quale eſſet ipſos perſpicere. ſenes occidi. ſtrangulari infantes:cæteram multi
tudinem ſine ſexus ætatiſq; diſcrimine in ſeruitutem Aſiaticam trahi. Conflammari tem
pla:uiros dei intra templa concremari:igni & ferro ad excidium ultimum uaſtari omnia
incipere iam Germanos intelligere q̄ durum fuerit Venetis tam diu bellum geſſiſſe cum
Turco:nec tamen deſperandum eſſe:modo eo ſint animo Germani quo quiſq; eſſe debe-
at ad uitam ſuam:libertatemq; ſuorum defendendam:habere ſe per magnam claſſem &
præſidia per Illyrium:Græciamq; diſpoſitam militare eorum ſtipendio ad hominum qn
q; & uiginti milia:Iuuari & a Ferdinando rege maritimo bello:ſi iuuentur terreſtri a Ger
manis:Breui & futuros ipſos in tuto & cæteros extra periculum poſituros. Miſiſſe Ferdi-
nandum tres & uiginti triremes:quattuorq; naues onerarias in augmentum claſſis. & ali
as prope diem eſſe miſſurum: ipſos triremes ſexaginta:nauiſq; aliquod inſtruxiſſe. & pu
tare iam eſſe deductas. Centum triremibus ac duo de. xx. roſtratis nauibus bellum mari-
timum aggreſſuros. Si terra quoq; detrahatur hoſtis utrobiq; laboraturum. Poſt eum Le
gatus magnificis uerbis & rem Venetam & Pontificis diligentiam:& Ferdinandi appara
tum complexus parem Germanorum curam:quorum non diſpar eſſet periculum poſtu-
lauit. Secūdum Legati uerba præſul Eyſtatēſis iuſſu Cæſaris progreſſus in medium: hæc
poſtulauit.

poſtulauit. Primum ut decem milia ad præſentem neceſſitatem: quarta pars equites: cæ
teri pedites cogerentur: qui per fines extremos Germaniæ diſpoſiti: hoſtem ab incurſiõi
bus prohiberent. Alteram deinde manũ ſubſidiariam ac paratã in omnem belli euẽtum
& ad quãuis hoſtium impreſſionẽ compararent. Poſtremo ut de ſumma totius belli quã
tum geri uniuerſis uiribus Germaniæ poſſet in annum ſequentem conſtituerẽt. Ad hæc
Principes q̧ digna conſultatione res eſſet: ſpatium poſtularunt. reſponſuroſq; In diem ſe
quentem polliciti præſentibus quoq; uerbis ſpem Cæſari addiderũt. Magna uiſa eſt om
nibus Cæſaris poſtulatio nec minus neceſſaria q̃ magna. Sed & meo & multorum iudi
tio præpoſtera: nec Legatus ordinem approbauit poſtulatorũ. Laudare ſe dixit cõſilium
Cæſaris de auxilio præſenti: de ſubſidio parato de expeditione futura. Sed eum ordinem
non placere primum: q̧ cum fama potiſſimum bella cõſtent: nec minore in re bellica ter
rore q̃ prœlio conficiantur. Irriſuri eſſent hoſtes tam exiguam manum & uires Germani
cas ex decem milibus militum extimatam ac tanquã omnem expreſſam Germaniam in
tanto Conuentu nihil plus præbere uirium q̃ decem milia potuiſſe: aut ſi poſſet: ægre reli
quos in caſtra uenturos aliquando eſſe. qui nunc ut darent nõia compelli nõ potuiſſent
Deinde ſpem omnem ereptam iri. Ciuitatibus noſtris finitimis Turco: concaſuros nimi
um animos: cum primum de numero audierint tam exiguo: & quicquid nunc præſente
Cæſare: aſtantibus omnis Germaniæ Principibus: tanto habito Conuentu in eorum
ſalute factum non ſit: fieri poſſe amplius deſperabunt. Poſtremoq; ubi decem milia con
tulerint Germani Pricipes: contuliſſe ſe quantum opus fuit exiſtimabunt: ut fere ſemper
grauius eſt quod additur ponderis: q̃ quod imponitur: & maxime imputatur quod pri
mum exactum eſt proinde ſuam eſſe ſententiam: ut de ſumma uniuerſi belli deliberetur.
Vires omnes Germanorum inſpiciendas nomina militum: quotquot & ubiubi ſint con
ſcribenda: habendum quantum habere maximum poſſent ex omni Germania dilectum
Ac tum demum ex ea ſumma primum decem milia educenda: præſidiumq; ad impreſſio
nes ex eadem ſubmittendum. Cæteras copias deſtinatas conſcriptaſq; & primo quoq; tẽ
pore paratas habendas eſſe: ita futurum ut hoſtibus terror: ſpes noſtris adiiciatur: ut illi ſe
contineant: noſtri ad reſiſtendum cõfirmẽtur: & cuiq; exploratum ſit quo tempore: quid
facere: quorſum: aut qua manu ire iubeantur. Magnam uim habere & animi & rerum ap
paratum. Laudata eſt magnopere Legati ſententia: non tamen Cæſaris propoſitum im
mutatum: unde orta ſuſpitio eſt nobis remiſſiorem eum futurum ad hanc expeditionem
q̃ ſperabamus: & conſulere uelle præſentibus periculis: futura non cogitare: quãquã Le
gato reſpondit bono eſſe animo: ſe niſi re ad ſummam uniuerſi belli perducta: Ratiſpona
non diſceſſurum. Principes quod erant polliciti ſequenti die reſponderunt: ſe ad omnia
quæ Cæſar poſtulaſſet eſſe paratos. Vnum orare: ſimultate Pricipum: ciuitatumq; diſcor
dias: quod facile auctoritate ſua poſſet: e Germania tolleret: magnam partem uirium Ger
manicarum occupari Principum ſeditionibus: quibus ſublatis: uno robore: communi
manu: copiis uniuerſis: inferri bellum poſſe. Cæſar ſtudioſum ſe ait ſemper fuiſſe concor
diæ Principum: & nunc quæ ad pacandam Germaniam pertinerent omnia eẽ facturum
Nouiſſime deſignati ſunt quinq; uiri ex familia Cæſaris: ac totidẽ ex conſiliaribus Princi
pum: qui cum Maguntino: cui eſt primus inter principes locus: de cogendis ſtatim decẽ
milibus & præſidio ſuperando: & de numero copiarum Germaniæ in annum ſequen
tem præfiniendo: & de præficiẽdo Imperatore: ac de omni ratione: nõ mouẽdi ſolũ belli
ſed etiam continuandi inter ſe agant. Et ubi deliberauerint ad Cæſarẽ & Principes refe
rant: hoc in ſtatu res ſunt. Legatus nihil neq; de excitandis Principibus. neq; Cæſare incẽ
dendo prætermittit. Ego ea ſum nunc ſententia: qua nuper fueram: cum primum de Cõ
uentu ad te ſcripſi: pendere omnia ex Cæſaris uoluntate: qui niſi omnia uelit: quæ ad in
eundum bellum pertineant. Nihil dicam aliud quã fato malo perituram rem chriſtianã.
Depopulata Carniola: & igni ferroq; uaſtata: niſi excitetur: non uideo quid ſperare poſſi
mus ab eo auxilii calamitatibus noſtris: qui ſuis non moueatur. Auctus conuentus eſt in
credibili multitudine Principum. Nudius tertius uenit Langtanius Haſſiæ cum equitibꝰ
quadringẽtis. Heri Antiſtes Colonienſis exiguo comitatu. Fratres Saxones quorum eſt
magna inter Germanos auctoritas ad triduum expectantur. Conueniſſe feruntur ad hũc
diem paulo plus minus ut q̃ equitum decem milia: pulcherrimum ſpectaculum nobilita
tis Vtinam eque profuturum. Fœliciter uale.

Campanus eidem. S.

p

Oſtridie noñ. Iul. quo die opinio fuerat. Quinq; uiros de Principum decretis relaturos. Volgangus Bauarus frequentiſſimo conſeſſu. quædam noui ſceleris intulit de Chriſtoforo fratre: qui ab Alberto & ipſo quoque eorum fratre in uinculis detinetur. Orauitq; Cæſarem tam immani & inaudito ante eum diem exemplo impietatis: clæmentia ſua & pro dignitate Imperii occurreret: ut quem naturæ charitas non teneret: ſæueritas iuditii a maleficio coherceret. Breuis accuſatio ingens uulnus uiſum eſt: perculitq; omnium animos fratrẽ aduerſus fratrem pro fratre contendere: nec cauſa modo: ſed promiſſa barba & mutatio ueſtis & lachrymarum immodica effuſio certare pro duobus fratribus: altero captiuo: altero ſponte ſua exule uidebantur: & habetur alioquin Albertus ſumma inter Germanos Principes gratia: dignitate corporis & facundia quãtam capere gens poteſt: non nihil & litteris præditus. Altera fuit contentio Spirenſis epiſcopi: qui primum nomine Colonienſis acceptus in Conuentu inter Oratores Electorum conſederat. Sed ubi Colonienſis ipſe aduenit Iam Palatini loco ſe gerens: ueritus a Cæſare eſt: ne ubi prius hoc eſt Electorum gradu locaretur: q; nec decreto ſuo Palatinum Electorem eſſe contẽderet: nec oportere duos ſimul fratres poteſtatem habere Cæſaris eligẽdi. Iam: uides quæ ab eo pacis tã neceſſariæ fundamenta iaciantur: & quantum de concilianda Germania cogitet: qui exortas contentiones non comprimat: nouas exuſcitet. Vereor Papieñ. mi ne ad unguem diuinaueris. Memini quo die locutus ſum tecum de profectione Germãica: dixiſſe te nullam ſpem habere in Cæſaris mente dubii & latebroſi conſilii: hominem nihil ad communem ſalutem: omnia ad ſuam utilitatem reuocare. Poſt hæc lectæ ſunt litteræ Carniolanorum plẽæ efferatiſſimæ immanitatis: nullum relictum templum: nullam agreſtem caſam a Turcis in Carniola. Iacere paſſim cadauera occiſorum: ſenum atq; infantium: & iã cœlum fetore corrũpi. Abrepta præterea eſſe ad milia hominum ferme. xx. Communiſſe Turcos loca quædam: unde excurrere q̃ latiſſime ac recipere ſe incolumes cum præda facillime poſſẽt. Implorare Cæſaris & Principum & omnium mortalium opem. Recitatæ etiam Strigonie ſis & optimatũ Hungariæ quibus ſignificabať diuiſum eẽ biſariam Turcoꝝ exercitum: partem Carniolã in fines Cæſaris contẽdere: partem ad ripã Saui fluminis cõſediſſe. eo conſilio ut exitu aliquo explorato & cõmunito excurrere. & depopulari Hũgariam poſſint. Centũ iam annis pugnatum ab Hungaris cũ turcis eſſe: exinanitũ iam & uiris & uiribus regnum niſi ope quoq; iuuetur externa non poſſe diutius tam aſſiduum tamq; potentem hoſtem ſubſtinere. Communẽ cauſam agi ſe. & ſi propinquiores ſunt periculo: non tamen ſolos perituros. Monere & orare Cæſarem: ut conuentu prope omnium Principum Germaniæ & quantum nũquã antea ampliſſimo remediũ aliquod chriſtianis uulneribus adhiberet: oportere eum præcipuum eſſe chriſtiãorum propugnatorem: qui idem chriſtianorum ſit Imperator: Idem quoq; a Principibus poſtulabant. Cæſar & ad contentionem Volgangi & ad utraſq; litteras egregie dormit. Reſpondit Maguntinus nomine Principum: hoc unum agi præterea nihil: ut ea Carniolanis & Hungaris ſuccurratur: nunc hoc in ſtatu res eſt: Ex Boemia crebri nuncii afferuntur Saxonem qui præſidio Pragam cõmunierat poſt electum Poloni filium ad Hungarum inclinare. Ego mi Papieñ. ſcripſi ſcribamq; tibi omnia diligenter ut plenos a te annales habeamus rerũ ætate noſtra geſtarum. Vale.

Campanus eidem. S.

q

Væ ante nonas Iulias acta ſunt in Conuentu binis ſimul litteris: iiſq; longiſſimis: quas tabellario Mantuano deferendas ad te dederam: accuratiſſime ſcripſeram. Ad decimam Iulii Principes Saxones quos prope diem expectari dixeram aduenerant: cum equitibus paulominus ſeptingentis armatis fere omnibus: magnificatiorem ingreſſum eorum Cæſaris occurſus fecit. Poſtridie qui uenerunt uocari Principes: non quidem amplius in Prætorium: ſed in domum Cæſaris. Quæcunq; acta eſſent ordine Saxonibus enarrarunt: Saxones contra quæ in Boemia ægiſſent & moram excuſarunt. Continuis deinde multis diebus acta eſt cauſa Palatini: graues: diuerſæq; accuſationes æque magnis defenſionibus auditæ. Albertus Saxonum: alter Otto Bauarus: Antiſtes Eyſtetenſis miſſi a Cæſare pro educendo uinculis Chriſtoforo Bauaro: nihil profecerunt: & opinio eſt ex contentione Palatini pendere: quam breui ſublatum iri ſperamus. Deſignati ad eam tollendam Legati Herneſtus Saxonum fratrum maior: Ludouicus Bauarus cognomento Diues: & Sigiſmundus

dux Auſtiæ. Interea Cæſar mutata ut uidebatur in deterius ſententia. ex. x. milibus quos ad præſenté neceſſitatem poſtulauerat. Sex milia detraxit: affirmans: ſatis núc futura milia quattuor: magna undiq; murmuratio exorta. & conſiliares deſignati ad rationem cogendi exercitus. ne quicq̃ dies multos in prætorium conſumpſerant: q graua‍ri multi uidebantut. Heri. xvii. Iulii a quinta hora diei ad multam noctem conſultatum eſt de ſumma expeditionis. & demum ita conſenſu omniú decretum eſt: ut in ſumptus belli quiſq́ꝫ prouentus annuos mille ducatoꝝ habeatis equitem unum conducat. Peditem qui quingentos. Cæteri proportione fortunarum ad eam ſummá. Cæterum ubi de prouentibus haberi ea ratio nequeat de capire habeatur: ut cui mille ſint aurei: quinquaginta habere ĩ prouentibus cenſeatur: atq; ea computatione contribuat. Fieri poſſe hoc modo ingenté exercitum aiunt. & facillime ſubſtineri etiam longiſſimú bellum Et ſunt qui affirment ſi ad unguem res exigeretur: ducenta prope hominú milia cogi poſſe. Nos erimus minus octoginta contenti. Principes miro aſſenſu conditionem receperunt. Fœlix uale. Boemi hæretici filium Poloni accienant: quem fama eſt cum. xxxii. armatorum ingreſſum Boemiam. viii. kal. Sextiles Coronari accepturum.

Campanus eidem. S.

Solis: o cœli: o deorú domicilium Italia. Q uãdo qñ Papień. mi hoc grauiſſimú eſt nobis: carere Italia: ſed illud multo grauius in maximis negocíis fieri nihil: ægre: lente: ſegniter procedunt omnia: hoc tamen nõ deſperandum. quia ꝓcedunt. Significaui proximis litteris quæ. xvii. Iulii acta in Conuentu fuerant. De ratione cogendæ pecuniæ. & exercitus cõparandi. Poſt id tempus dormitum egregie eſt. Conuentus Nonmbergam propter rerum copiá transferetur. Hic cœlum paulo grauius eſt: ægrotant multi: nec omnia ad Cõuentum tá magnum tam longum ſuppeditant. Cæſar clauſis oculis optimo eſt propoſito: nihil tá ſonorum: tam ſtrepens q illi excitentur: nihil tam magnum atq; arduum: quod is ſe facturum nõ prædicet. Si tam bene olim pugnabit q̃ núc ſtertit: uicimus. De Boemicis rebus nugæ fuerunt quæ ſcripſeram. Iam & ſi minant Poloni ſe q̃ primú uenturos ingenti manu ad regnum capeſcendum. & ſunt qui confingant adoleſcenté illum ueſte diſſimulata in Boemia uiſum: grauia ſunt odia in nos: ſed hæc litteris non plane cõmittenda. & aſtu Legati qui omnia ſubodorat facile opprimunť. Cauſa palatini ad húc diem nequicq̃ diu multumq; acta interturbat omnia. & rumor eſt coegiſſe eum: quantú nunq̃ antea exercitum. Is multa petit. Cæſar pauciſſima uidetur conceſſurus. Spes tñ eſt in neceſſitate Cæſaris aliqua: habet qui auribus inſtillent. & plane referta eſt hæc natio malis pulmẽtariis Data ſunt regalia nudius tertius Langrauio Haſſiæ Fui operæ pretiú aſpicere Cæſarem coronatum: pulcherrima eſt illi thyara: ſed nihil ad noſtram: aut multum fortaſſe. Gémæ ſunt magnæ: diuerſi coloris: perlucidæ & multæ. Sed quantum ego hac in re ſapio. Germania uinciť: nec diſſimulatur omnino cõtentio. O tempora: o impería: o lumina: o beatos qui ſuccedunt: miſeros qui gloriant: ſtultos qui conquirũt: an te quoq; nõ miſeret cõditionis humanæ. Sed properat tabellarius. Vale.

Campanus eidem. S.

Cripſi ad omnem nuntiú: inquietos dies: inſomnes noctes ducimus: parietes noſtri te ſomniant: menſæ tecú uigilant: unus ubiq; es nobis. Redeúntibus Balthaſare & Luca deuiſſimis clientulus tuis: nihil eſt quod ſcribam de rebus Germanicis omnibus interfuerunt. Ego miſere crucior: expecto ut tu aut eripias me hinc: aut eripiendú ab alio cures. Nõ poſſum amplius eſſe Germanus: nolo diutius uiuens inter mortuos uerſari: ſed omnia cú dignitate. Aſpiciant cæli rem noſtrá: habemus hic Oratores Húgaros. Boemos. Polonos magnis uerbis maioribus uentis res agiť: ſed Cæſar immotus ad omnia. Rediiſſe Turci feruntť in agrú Carniolanú. & reduſſe manu maiore q̃ antea. & tamen poſſumus etiam interdiu querelis mediis indormire. Vale.

Campanus eidem. S.

On ſcripſi ad te antea: nec ad me tu: credebam nõ eſſe Romæ. Quæ ſecuta ſint indies: redibunt fortaſſe tempora tua: utinam exercitum ut olim: ſed maiore cum premio ducas. Ego crucior. Mutinenſem noſtrú noctes ſomnio: dies alloquor: creuit ex aduentu eius deſiderium: neſcio an fortaſſe ſe dierit ad clauſtra: duriſſimum eſſet: q ſi eſſet: reuoca tu eum ſtatim: tempora ita depoſcunt. Ego inter Barbaros & ſolus uiuo: amicis omnibus ſodalibuſq; deſtitutus. Malim perire q̃ ſic diutius agere. Vale etiam tempori te accõmoda.

Campanus Coſmæ de Vrſinis.S.

Viſti hactenus in me tu quidem longe officioſiſſimus:ſed alieno tempore & in quo nec tu poteras aliud præſtare q̃ animum:nec ego aliud ſperare quã tempus.Nunc ut uno explicẽ uerbo:cura ut reuocer.Scio quantũ & auctoritate & conſilio ualeas.Vide quantum mihi de te pollicear:nihil ſcribo ad Numen noſtrũ:ex te accepimus quicquid mihi ex illius clæmentia prouenerit.Redde nunc in reuocando me tam propitiũ quã in delegẽdo hacten⁹ reddidiſti.Cura ut reuocer.Satis iam grati animi ſignificationem ut mihi uideor feci.Cõſeneſcere iter Barbaros tam latinũ hominẽ:nec tibi pulchrũ eſt nec ẽ numẽ noſtrũ patieſ:cura ut reuocer.I.adi.circumi:ãbi:uexa:īfeſta:diſiice oĩa.Cura ut reuocer:cura ut reuocer Italiam poſt hac ſi linquere forte uidebis. Iratos in me dixeris eſſe deos: Vale.

Campanus Domitio ſuo.S.

Vid tu de me:quo in loco ut ſim curas.Ego ex numine nr̃o totus quãtus ſum pẽdeo.Nec eſt mihi numẽ in terris aliud q̃ Beſſario.Nã cæteris quicquid exhibeſ obſeruãtiæ ex fortuna eſt:huic uni ex magnitudine incredibili meritorum:quæ in eo ſunt tanta:ut enarrari de cæteris ſine adulatione aperta non poſſint:referri de illo ſine detractione aliqua nequeant.Nihil enim tam amplum de magno.B.dici:ꝙ nõ longe diuinis ipſius mentis nõ ſupereſ.Redde eum tu mihi nunc quoq; beneficium:qui hactenus propitium liberalemq; reddidiſti.Ego multoꝝ quidem:ſed nullius æque ac magni.B.beneficiũ expecto.Habet hoc quicquid ille hominibus præſtat:ut non modo utilitatem accipienti:ſed eximiam quoq; gloriam afferat.Quãobrem & ſi iocundum mihi erit quoquo modo redire in Italiã:multo tamen erit iocundiſſimum magni.B.opera reductum uideri.Iamq; tuæ ſint partes quid ex tanta beniuolentia expertã optime intelligis.Sunt numera publica Romæ.Sunt prouinciæ:ſunt arces:ſunt ãnua preſidia.Si impetrare mihi maxima non poteris:poteris mediocria:quanq̃ propitio numine noſtro:nec maxima quidem deſpero. Vale.

Campanus eidem.S.

Rucias me cum ſcribis:cum nõ ſcribis enecas:adeo & pereo deſiderio tui & litteris incendor.Seriem omniũ rerum geſtarum Romæ iam pridẽ acceperamus.& rumore aliquanto deteriore q̃ re:aduerſis uiuimus fatis mi Domiti:atq; ideo uiuere diu ſalui nõ poterimus.Exiſtimo proximas litteras meas cũ iis quæ ad magnũ.B.ſcriptæ ſũt de reditu meo:iã ad te eſſe ꝑlatas.Quæ ſpes mihi ſit in tua amicicia uides.Fœlicem te ſi rediero:nam galli iam excecti uocẽ nõ habent.& tu euigilare ſine cantu nõ conſueſti.Ego lyram afferro.& lyriſtam e Germania uocaliſſimum:annis natus ſexaginta.Sed adhuc ita ſonorum ut nec Tracalũ deſires ſi hunc audias.Gallos omnino faſtidies:niſi ꝙ ad horam cantant. Vale.

Campanus Andreæ Lucentino.S.

I meum conſiliũ ualuiſſet:neq; tu præſentiam noſtram:neq; nos Italiam deſideraremus.Fuiſſet enim iam pridem e Germania deceſſum:uerũ ſiue ratio eſt aliqua manendi:ſiue libenter ſumus:imperio adhuc hæremus.& litteræ tuæ ſuadent reditũ:nõ iubent.Exiſtimamus proximas litteras noſtras quibus miſſionẽ petebamus nõdum ad te perueniſſe:cum nouiſſime reſcripſiſti nunc perlatas eſſe.& datam per te operã nõ dubitamus.Quæ geſta ſunt Romæ & ſi uariis modis referunſ:eo tamen pertinent omnia:ut minime pœniteat nos abfuiſſe.Labimur mi Lucentine:nec clam labimur:undiq; res corruit.& ad eum Licentiam uentum eſt:ut iam peccare nõ pudeat. Vale.

Campanus Cardinali Rauenati.S.

Iſi & litteris Ferrarieñ.ſtatum rerum Germanicaꝝ tibi cognitum eſſe putarem Scriberẽ ad te ordine:ſcripſiſſemq; hactenus omnia:ſed inculcatio laboris eſſet:nõ officium obſeruantiæ:aures occupatiſſimi Principis ſæpe iiſdem de rebus obtondere.Cõuentũ habemus omniũ.qui unq̃ memoria patrum noſtroꝝ habiti ſunt.& preſentia Cæſaris & Principum multitudine maximũ:agitur grauiſſimis de rebus:nec ignoramus expectationem omniũ nihil minorẽ eſſe conuentu.Sed ſpes ea proponitur nobis quæ haberi ex mente Cæſaris poſſit.Vtinam is ſit qui debeat eſſe:nõ qui cõſueuit:nihil lenti calamitates noſtroꝝ patiuntur.Carniola una ex ꝓuinciis auitis eius ſupiore menſe direpta:depopulata:incenſa eſt.Nũc maiore manu redire hoſtes feruntſ & ulteriorem facturi impreſſionem.& oppida quibus nuper uaſtaro

nuper uaſtato agro abſtinuerũt oppugnaturi:magno in diſcrimine ut ſimus:nõ tam hoſtium uires q̃ noſtrorũ tarditas:nec dicam ignauia facit & contano Cæſaris.Nunc quoq; in tanto conuentu Principum nihil æque diſplicet q̃ lentitudo.Principes ea ſunt mẽte ad expeditionem ſuſcipiendam:ut qui periculi intelligant magnitudinem:occurrere niſi uniuerſi nõ poſſint.Pacem Germaniæ Cæſar omnibus pronunciauit:nulli dedit & quantum licet perſpicere:nec deponit inimicicias:nec exercet.Legatus ad omnia deſudat:non menſa illi non nox libera eſt omni fomite:omni materia Cæſarem conatur accendere:ſed neſcio an nunquã accendi poſſit is qui nunq̃ incaleſcit.Decretum eſt proximis diebus de ſtipendio militum:ut qui mille habent in prouentibus:equitem unum cõducant.Peditem qui quingentos.Qui prouentus nõ habent ex capite computatio ſic fiat:ut quibus mille ſint ex capite.& iis quadraginta eſſe ex prouentu cenſeantur.Agreſtes duos de uiginti denarios uiritim ſoluant.Summam fieri permagnam hoc modo.& ingentem poſſe confici exercitum putant.Sed facile eſt Cæſari decernere:exequi Federico difficile:ut uno dicam uerbo:niſi pacem Germaniæ uniuerſæ confecerimus:omnino nihil fecimus:huic uni intenditur.Capita ſũt diſcordiarum.palatinus & Cæſar:hic uerbis:ille armis rem interturbauit:cum alter maxima petat:alter nec minima quidem uideſ cõceſſurus.Hos Germani omnes & propinquitatibus & ſtudio partiũ ſequunſ.Multũ Cæſari auctoritatis & uirium ẽ Palatino plus animi:quanq̃ nec uires habet:q ſic habet ut nõ habeat:etiam auctoritas exigua eſt:etiã quæ magna:ſi miniſtrum deſideret.Traducemus cõuentum Norimbergam ſi perſtabit in propoſito Cæſar.Ibi autẽ abſoluemus quod erit reliquum:aut arrumpemus. Vale.

Campanus Griſo ſuo.S.

s Vm tibi proximis litteris cõgratulatus.nõ eſt cur iterũ faciam:quod eſſet uel ſemel feciſſe ſuſpectum.Habet enim fortuna eam conditionem:ut ne laudari quem ſine adulationis ſuſpitione etiam tunc poſſit:cum laudari maxime debeat Quod admonendũ te putaui altiſſimo in faſtigio poſitũ hoc præcipuũ fuit:ne altius q̃ ſis ſpectes:quia nihil a caſus periculo tutius:q̃ quod in plano eſt.Sũma uero quantũ ſpectaculi:tantũ & periculi habent.Sed de philoſophia hactenus.Io.Comẽſi cubiculario Seneñ.mei noſtri quid en puerisneq; enim te.ſert precibus:an ui extorqueas:quod alter fuerat habiturus:ſi per te licuiſſet.Nunc eo loco es ut tuto agere uel chyromoniã poſſis:hoc eſt a leua in dextrã:a dextra in leuam traiectare:reddereq; pro cyatbo cantharum:pro coclea laternam:proinde cogita q̃ ſit præclarum homini beneficii magnitudine uincere.Dabitur non una occaſio cõmutandi:locus ille neq; dignitati tuæ conuenit:neq; fortunæ.Comenſem patria iuuat:uetus ratio commendat.& quicquid eſt:ad manũ prope dicam:noſtrũ eſt mi Griſe ſi res feret.Comenſis negotium foue:ut ille potiſſimũ habeat quod tu ſis relicturus:qui olim reliquit ut tu haberes:hoc nihil neq; Seneñ.meo neq; mihi gratius efficere poteris. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.Legato Peruſiæ.

d Ebeo Peruſinis omnibus multũ:nam & ciuitate me donauerunt.& repugnante nemine publicis muneribus ꝓfecerunt.& redeuntẽ aliquãdo ſecedentemq; per æſtatem:aut in præcutianos meos:ex Tuſcia tranſeuntẽ omni profecuti ſunt munificentia:quæ præſtari & priuatim & publice poſſet:atq; ita ut certare ſinguli:concurrere uniuerſi in me ornando uiderenſ:ſed fuit peculiaris quædam beniuolentia cum Valerianis meis:quoꝝ primus cõpaternitate mihi cõiunctus eſt:alter familiaritate nõ mediocri.Poſtremus tot tantiſq; officiis:ut ſatiſfacere niſi te adiutore nullo modo poſſim.Venit aliqñ Romã ad me iacentẽ in lecto pecuniæ uim magnã nõ obtulit mõ:ſed cõiecit:dimiſitq; i ſinu recuſantis.Eunti paulo poſt ad balnea maiorem ſubmiſit:perpetua egritudine mea ita ſollicitus:ut ex Luciniano uſq; medicũ magni nominis Romã ad me ꝑduxerit.& tñ ex plurimis pauciſſima numeraui: Vides quo ſtudio cupiam cõmendari tibi eum:cui tanta ex me debeanſ:ueniet ad te.& ueniet ea fiducia:qua ad me ſolet.Quæ poſtulabit intelliges:præſtabis Campano tuo:qcqd Valerianus meis ꝑſertim huic iuniori ꝑſtiteris.Vale.Romæ.xiiii.Iuñ.M.cccclxxii.

Campanus Cardinali Papieñ.Legato Peruſiæ.S.

l AEticia incredibili efferor:cum quicq̃ audio:audio autem quã ſæpiſſime quod te in opinione hominũ confirmet.Nulli Prouincialium Romã ueniunt:qui nõ ea de præclariſſimis tuis uirtutibus prædicent:quoꝝ nõ minor ſit nunc admiratio apud cæteros:q̃ fuerit ſemper expectatio mea.Per-

magni refert primam legationem q̃ præclare in ciuitatibus. & populoſiſſimis & factioſiſſimis geras: domeſticam moderationem. & familiaria officia tua intelligebamus iam pridem omnes. Induſtriæ & conſilii publicis in rebus nõdum periculũ feceramus. Prouinciam accepiſti tanto glorioſiſſimam tibi: quanto fuit iis qui ante te geſſerant difficillima Quo circa eo maior eſt apud homines tua gloria: quo fuit cæterorum tui ordinis in tanta expectatione multorũ diſceſſus remiſſior. Ego uero nominatim neminẽ. Quippe quoꝝ fuerit exitus nõ diuerſus: de te autem hoc eximie dixerim: inter factioſos & turbulentos ea fuiſſe conſtantia: grauitate: patientia: ut omniũ de te idem ſit teſtimonium. & ab utriſq; pari iudicio lauderis. Cõmunis mihi hæc gloria tecum: niſi ꝙ maiorem ego capio uoluptatem q̃ tu: quicquid enim de te audio. & efferor licentius. & adulationis ſuſpitionibus careo ſed Forti guerra inſtat. Tu uale. Romæ pridie noñ. Februa. M. cccc. lxxii.

Campanus eidem Papieñ. Legato Peruſiæ.

n E Cæſariano quidẽ illi amicoꝝ ſtudio cõceſſerim: nec ſolum ualde uolo: ſed oino uolo: quæ uolo. Modo ad amici uel dignitatẽ uel utilitatẽ pertineant. Vetera ſũt beneficia Valerianoꝝ: ſed ideo apud me recentiora: quia uetera: amicoꝝ enim illi minime debem⁹: cui nouiſſime. Tu uero ne ꝑſcribas mihi oro: q̃ multos tibi Peruſinoꝝ aut quãtũ cõmendẽ. Parietes mediuſfidius illius Vrbis uelim tibi mea gratia eẽ chariſſimos. Sũt Valeriani iter pauciſſimos mei: ſed ita ut centum ſint Peruſiæ quos paulominus amem q̃ illos: decẽ quos cõparẽ: nõ nulli quos anteponam. Reuolue faſciculos litteraꝝ meaꝝ quas proximis decem menſibus e Germania dedi. Videbis quãto ſtudio quanti precibus Perinellos meos tibi cõmẽdauerim. Cenſes ne parua eſſe beniuolentiæ pignora: quæ tam procul in tantis occupationibus rerum ualere mecum potuerunt. Tum Marianũ Balionum ueterem uicinum & prope æqualem meum: cuius uxorem ut olim uirgunculã modeſtiſſimã: ita nũc probiſſimam fœminam: his prope manibus educaui. Mariani quoq; auũculum uirum Surianæ meæ putas ne poſſe fieri ut non omni tibi ſtudio cõmendem. Philippo Perinello Præfecturam eam poſtulaui q̃ maiores ſui nunquã habuerũt: ipſi magna fieri iniuria uideatur: ſi nõ cõſequat̃. Vir eſt grauis: integer: domi quietus: foris induſtrius: familiæ nõ minus modeſtæ quã magnæ & cui ſi cætera deſint: hoc ſatis eſſe apud te poterit ꝙ meus eſt. Sed qd hos nomino? compara ad faſtidium aures niſi prouincia decedas. Iam quem mortuum Peruſini tibi nunciauerunt: quottidianis Peruſinoꝝ cõmendationibus intelliges uiuere. Cupio te uidere: ut omnia uideam. Vale. M. cccc. lxxii. Romæ.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

q Vod proximis quoq; litteris ſcripſeram: ex Ratiſpona uenimus Norimbergam. Inde mox ad Bambergam ſecuti Cæſarem. Cras eodẽ redibim⁹ haud amplius q̃ triduũ immoraturi: ex eo loco dimiſſo Cæſare Herbipolim cõtendemus expectaturi quid de nobis per nouũ Pont. ſtatuatur. De expeditione & ſumma belli nihil habeo ulterius quod ſcribam: niſi Cæſarem omnia quæ ad rem faciant eximie pinxiſſe: ſculpſiſſe nulla: pacem Germaniæ omnibus pronũciauit: nemini dedit: inditia ubiq; cõſtituit: nuſquã peragit: deniq; in maximis pulcherrimiſq; negotiis omnia cum faciat: facit mea ſententia nihil: nec tamen eius uoluntatem accuſo: deſiderio operam: quã fortaſſe minus illius animus: quã tẽpoꝝ difficultas eripit nobis. Conditionem Germaniæ nõ eſt ꝙ nũc per me intelligas: quã diu olim maximis ex rebus per te geſtis intellexiſti. Nos nihil aliud quã Italiã cupimus. Intelligo Vmbriæ te & præterea Peruſiæ legatũ deſignatum. Dignitas placet: tempus maxime diſplicet. Vereor ne illa tua ſingularis & diuina integritas aliqd ex ea legatione accipiat detrimenti: ut non obtinuiſſe prouinciam: ſed uendidiſſe ſuffragium exiſtimeris: quod & ſi ſcio cadere in te talem ac tantum uirum. & tam moribus in rebus probarũ nõ potuiſſe: tamen multũ refert qd cæteri ſuſpicient̃. Proinde te obteſtor. Scribe ad me ordine omnia: ut poſſim libera fronte quod hactenus feci: nõ modo patronũ me habere maximum: ſed etiã optimũ gloriari. Tantum enim accreſcere mihi exiſtimo fœlicitatis: quantũ tibi acceſſerit gloriæ. Vale.

Campanus Domitio Secretario Beſſarionis Cardinalis Niceñ.

o Cioſa beniuolentia: nihil odioſius: nec tu hactenus ſcripſiſti ad me quicquã: nec ego ad te. & tñ ſcio me tibi: te mihi mutuo eſſe chariſſimũ: officia uero ſi ex me nõ aliqua interceſſere: ex te multa parata fuere intercedere: nec minus eſt præſtare beneficia cum poſſis: q̃ cum non poſſis cupere. Sed mitto ꝓbiam

Vides q̃

Vides q̄ procul ab Italia:quas inter gentes:quibuſcunq; moribus:quo ſub cœlo Campa-
nus tuus conflictetur:q̄ indigne latinum hominē Barbari occupent. Fer auxilium obſe-
cro tu quoq;:inſta apud numen noſtrum. Nam quo alio appellem nomine eum qui ꝑter
mortalitatē nihil habet quo nō homines excedat:ſuperis æquetur. Inſta inquā ut reuoca
ri me curet:nec præſcribo quo modo aut cōditione me reuocet:qui pro magnitudine &
clæmentia ſua non poſſit ſine dignitate reuocare. Vale.

Campanus magno Beſſarioni Car. Patriarchæ Nicenæ.

D illam incredibilem ac diuinam magnitudinem laudū tuaꝝ hæc quoq;
accedit:ꝙ neminē eoꝝ quos uel ſemel fueris amplexus in abiecto eſſe pa-
a teris:gloriamq; eximiam cenſes cōmunicare fortunam. & tantū præſtare
hominibus auxilii:quantū es aſſecutus:conferreq; aliis ingenita beneficiē
tia:quicqd uirtute tua diuina atq; eminentiſſima peperiſti:dignus ꝓfecto
in quem tot fuerint diuinitus cumulata ornamenta:q ornare cæteros nunq̄ deſiens. & cū
ſis ipſe muneribus iis quæ parere ſibi quiſq̄ uirtute atq; induſtria poſſit:mortaliū omniū
maximus:in eo tuam repoſitam magnitudinem arbitraris:ut maxime proſis cæteris:quæ
ſpes ſi cōmunis eſt omnibus:quid ipſe mihi de te perſuadeam facile intelligis:quem mi-
hi uel fortuna mea uel incredibilis humanitas tua potius conciliauit. Quid autem nunc
expetam unum eſt præcipuum & ſolum? Cupio tua opera in Italiam reuocari:ſed eo mō
ut accitus ad locum aliquem dignitatis:nō tanq̄ reductus ab exilio uidear. Id mihi ꝑſtare
ſolus & pro magnitudine tua potes. & pro natura debes. Q uáobrem oro te per numen
illud genti tui:quod ideo te protulit ut eſſes in quē unū ornamenta omnia:quæ uniuerſi
capere mortales poſſent:cōcumularent. Tua ut opera q̄ primū in Italiam reuocare:acce-
pturus quæcunq; mihi obtigerint in reliquam uitam fortuna & beneficia tua. Vale.

Campanus dño Gaſpari Teramē. Auditori Rotæ. S.

Am gratæ fuerunt mihi litteræ tuæ Ratiſponæ:q̄ uinū Tridenti. & ne cen
ſeas parum eſſe in pretio Tridentiū:inuentus eſt hic qui iure Pontificatum
t ſi habeat maximū:libenter illud cum tua præpoſitura ꝑmutaturum:ī qua
omnis generis uina producant. Nos etſi ſumus in ampliſſimo Conuentu
Principū:tardiuſcule agimus omnia:uerba magnifica & ꝑpotentia:an ali-
quid facti habitura ſint neſcio. Spei multū proponitur:certi nihil:Ibimus ad quatriduum
Norimbergam cōmodiorem locum tantæ multitudini Principū habituri:quæ fient per
ſcribam poſtea ordine omnia Interea Lelium noſtrū ſaluum cupio:nō guſtauimus hoc
anno Muſchatellam Terramanam. Securus a furibus es:niſi quid Marianus ſtruat inſidia
rum. Vale.

Campanus Beſſarioni Cardinali S.

Cce ſperabamus uitam & mors uenit:nihil cuiq̄ ut uideo certū ſub cœlo
eſt niſi ꝙ moriemur. Agunt fata pedem:nō ſiſtunt:nec unq̄ quietos nos ſi
e nunt donec ſuſtulerunt. Anxium me apprime habet Pontificis mors iam
ſubita:tā iſperata. Erat ſtatus eccleſiaſtici propugnator ſtatarius & firmus
& a quo eripi aliquid citra dignitatem poterat:impetrari nō poterat. Eiꝰ
mors tum mihi omnibus de cauſis grauis:tum ex hoc grauior ꝙ omnis mutatio rerum
perturbatio quedam eſt. Magnus mihi quoq; proponitur labor Principum animis cōti-
nendis:exiſtimant extinctam cum Pont. curam fidei:aut omnino interpellatam. Ego modis
omnibus eam exiſtimationē refello. Sed eo potiſſimū ꝙ Collegii nō Pont. eſſe dico de
rebus tantis decernere. Agimus nunc de pace Germaniæ cōficienda. & ut corpus habea-
mus ualidum:membra curare cōtendimus. Palatinus & Monacenſes adhuc me exercēt:
ſpe tamen ſum indies meliore:ꝑſertim adiutore Cæſare:cuius quantū oderam negligen-
tiam:tantū nūc diligentiā laudo. Mirum eſt quo tenore cōſultationibus ꝑſter. & agitur
plane ſua cauſa:nec ipſe agi inficiat. Principes Pontificē cupiunt huius tantæ expeditiōis
ſtudioſum:te omnes uenerant:in eoq; ſpem poſtremā reponunt. Sperant ipſi:ſpero ego:
aut auxilium a te:aut ſi id fata negabunt noſtra auxilii operam. Valete.

Campanus Domitio Secretario Beſſarioni. S.

Enſes auſum me quicq̄ ſcribere Diuo noſtro:non ſum auſus:tanta illius
maieſtas:tanta mea obſeruantia ut etiam in Germania agentē me terreat:
c & plane nihil habeo quod ſcribam:omnia illi per Legatum ſignificant:in
genere me tantis rebus. tam archanis nec pulchrū ne tutum eſt:O utinam
o utinā:o utinā:ſed mi Domiti operæ pretium erit uidere:quā curæ ſupis

ſimus chriſtiani ſalua res eſt. Si Beſſarionem ut eſt omnibus in rebus: quas capere huma
num ingenium poſſit longe maximus. Ita & titulo quoq: maximũ faciemus. Alioquin
dubio uento inter fluctus nauigamus. Tu uero te erige. Vtiná adeſſem: quid inquies? cla
marem: inſurgerem: uociferarem: ne ſe perderent: ne relligionẽ unico quod ſupereſt præ
ſidio fraudarent. Illum Græci: illum Latini: illum Pánonia: illum uoce una tota Germa
nia poſtulat. Qua lætitia affectum me cenſes cũ nudius tertius clarus uir Narciſus ora
tor regis Ferdinandi apud Cæſarem inter orandum quater Beſſarionẽ nominaret: tanta
cum laude: quanta aut nullus mortalium: aut ſolus Beſſario meretur. Tu de gallis ne co
gita. Vale. & ſi quid curare abſenti honoris aut cõmodi potes ne neglige.

Campanus Ia. Minutulo epiſcopo Nucerino. S.

Ta ne abſentes mortui. an nuſquá alibi terrarũ homini uita q̃ Romæ? tum
quæ imanitas extorqueri uicturo hæreditatẽ nõ captari a morituro. Agã
i tecum uindiciarũ: aut damni illati potius: nam e feneſtra ianuam fieri non
damnũ illatum modo: ſed furtum eſt. Sero in accuſatiõem Fauentiná de
ſcendis: in qua tamen nihil tibi perſcriptum a me cenſeas: paratus ſum rẽ
integram reſtituere: niſi ꝙ prædium accepi aliquanto quá nũc eſt cultius: neglectius red
dam. Sed tamen audio rem ruſticam exerceri diligenter: quanq̃ ut cætera ſic & agri ſen
tiunt an nos. & in Fauentino quidem pax eſt. Bellum ad Salinariam tranſiit. Verum pu
gna omnis in gallinaria latrocinium eſt: ſed fortaſſe nõdum itum in ſyluam eſt. Campa
niam caue: quicquid extra ſyluam patet agri Campani arant: ſuũ eſſe contendunt: graue
te iuditium manet: triplo mulctaberis: quinimo quadruplo. peculator qui nec ſacris qui
dem abſtinuiſti: ſed forum eſt. Dat fortuna manus quibus eſt nocitura ſecũdas. Ridet ut
alliciat: porrigit ut capiat. Sed quantum pſpicere fuit in libris elephanticis: negociatores
publici breui decocturi uidebant. Venimus ad Hiſtrũ: quid tum: careo delitiis Romanis
Campanis. Hetruſcis: duriuſculũ eſt hoi pſertim delicatulo. Sed ubiq; ſol eſt cũ ſol elucet.
Romæ ſi non ſum fiat Germania Roma

Quodq; mihi fuerat Tybris & Hyſter erit   Gratius eſt cuius longũ intermiſim᷒ uſum
Nõ eadem cœli facies nõ gratia terræ   Nauſeat ad dulces copia multa dapes

At placet æſtiuam tangere poſſe niuem.

Sed ſcribendum eſt multis. & tabellarius uel momentum exportabat Vale. Ratiſponæ.
viii. Auguſti. M. cccc. lxxi.

Campanus Nicolao epiſcopo Mutineñ. S.

Vrum quidem ſemper: ſed hoc tempore longe duriſſimũ eſt mihi abeſſe
Roma: tu ades. Ego multos habeo quos cupiá uidere. Sed te ardeo: æſtuo
d depereo: an nõ ſatis eſt ſepténiũ iam totum ita fuiſſe diuulſos: ut nec ſemel
contingere dextram potuerimus. Sed eſt cœlem: ſũt ſuperi Nos uiuamus
læti: nõ tam ꝙ ſit cur lætemur: ſed quo uiuere diutius. & peruenire ad læta
poſſimus. Herrici noſtri poſtulata propoſui Legato: aut nullam faciet reſeruationem: aut
hanc primá faciet. Tu ſi potes ad Caſinates ne redi. Nam quid illic niſi nebulo. Hære: ſi
mula: dole. & tamen citra dolorem aliquanto ad meridiem iace. Dum alium quempiam
Papa detinet: ualidiſſimus eſto: infirmiſſimum fingito. Vale.

Campanus Nicolao Luceñ. epiſcopo Mutineñ. S.

Cripſi tibi proximis diebus: neſcio an redditæ litteræ fideliter fuerunt. Cõ
uentus noſter prope eſt ut ad finem reſpiciat: quid te nobis futurum ſit: nõ
s dum habemus exploratum. C. noſtro excuſabis ſilentium: reſarcietur epi
ſtola Lephantina. Vale.

Campanus Lucentino. S.

Vcentine inſta: quid facies? neq; tibi neq; nobis iá expedit ut diutius hic
hereamus: pendemus ad omnem nuntiũ de ſuffecto Pontifice. Quicũq;
l is ſit crede mihi in rem cõmunem erit. Italiam repeti. Fecimus in Germa
nia quod facturi in Germaniá uenimus: gratia mira comparata Legato eſt
auctoritas quoq;. & quod difficillimum eſt: omnibus ſine cuiuſquá inuidia
colitur: fieri id perdifficile & magni igenii fuit: ſeruari in longũ inter factioſiſſimos poſſe
nõ arbitror: præſertim ſine opinione quadam ignauiæ. Ita quod hactenus grauitati atq;
integritati datum eſt: tarditati atq; ignauiæ dabitur. Sed quid plura cũ uiro ſagaciſſimo
Vale & tu omnia conſilia: dicta: facta noſtra: fœliciter nos reuoca.

Campanus

Campanus Fabio Lucentino.S.

Ittere tuæ hoc mecum effeceruntut qui antea modeſtiam amabam tuam
nunc & ingenium admirerq; teneans ſtudio mei habeo gratias. Cæterū
l ut multis rebus me uincas:nanq̄ beniuolentia nec tu:nec alius quiſq̄ ſupe
rabit:pſuade tibi me tuum ſic eſſe & fore:ac ſi te genuiſſem:excole modo
ingenium ut facis:exhibe te nō modo compoté amiciciæ clarorū homi.
num.Sed etiam dignum.Ornamenta uitæ omnis iaciunt a pueritia:ab adoleſcentia cō-
firmantur:reliquus curſus ætatis perinde eſt:ut ab illis incepit:nec unq̄ non recte creſcit
quod apte & cōmode ab initio fuerit.& reſiſtere adoleſcētiæ ſtimulis nō minus hēt glo-
riæ q̄ laboris:pinde gaudeo uehementer ita nunc & his annis te inſtitui:ut fructus beni-
uolentiæ creſcere cum ætate & augeri doctrina atq; ingenium cū annis uideat. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Vmus iam numide:qui auſones fueramus. Venimus Norimbergam ur-
bem Germaniæ totius opulentiſſimā & pulcherrimā:ſeceſſimus etiā Bam
s bergam:nunc Herbipolim contendemus. Ego ſæpe & te & tuum lectulū
ſomnio:ſed mutato ſtatu tertiuuquæ ſpes nobis proponatur incertū eſt:
niſi q meliora non deſperamus. Redit nūc. A.noſter uir doctrinæ & inte-
gritatis eximiæ:utinam & nos ſubſequamur. Tu cæram pro reditu ſimulachro matris uir
ginis appende:plenus ſum faſtidii:nauſeæ:fetoris. Senties ophytim ſi tabellas olfeceris.
Vale.

Campanus Hieroſolymo Teramano.S.

Ihil mihi iocundius:nihil triſtius tuis litteris. Nam qua me effeciſti lætitia
dum tuam ac tuorū nuncias ualitudinē:qua rurſus triſticia cū neſcio quas
n nebulas aut tenebras potius domi meæ exortas addidiſti. Sed excutiam
mi Hieronyme:excutiā quicquid fuerit tenebrarū. Tu ad paucos dies me
expecta.& ignoſce breuitati cum multa inſtent. Vale.

Campanus Gentili ſuo.S.

Iomedem ueſtrum non potui tam benigne amplecti q̄ debebam & cupie
bam. Papieñ.noſter egregie me perdidit in tot uoragines:in præcipitia
d me coniecit:ut emergere & confirmari non poſſim:q̄ ſim occupatiſſimus
ex Diomede tu intelliges:quem deus incolumē galliæ tradat. Italiæ red-
dat. Vale.

Campanus Cherubino ſuo.S.

Nime mi millies ſaluus ſis:nihil ocii:dabis ueniam Diomedes quibus in
a turbinibus ſim referet:nuſquā quiſquā implicatior:inuolutior:occupatior.
Vale. Campanus Gentili ſuo.S.

Lter ego.& neſcio quid plus ultra q̄ ego ſalue.& ſi manus tam longas ha-
a bemus:dicerē me amplectere. Sed o ubi ego:ubi tu:quot montibus:quot
fluminibus:quanto cœli ſpatio diſtinguimur? quanto terræ:uicinior mol
to Scythis dicor eſſe q̄ tibi. Vicinior Pontho q̄ Tyberi. Vicinior Meotidi q̄ Thraſimeon:
quas cenſes querelas ad Danubii ripam:quæ ſuſpiria naſci dum amnum cogitamus?

O trebiana ruato-autum:uincentia poma — Dū memini ſitio:uideor mihi plena uide
O mugellanæ ſangya iuncta uuæ — Pocula:uindelica frigidiora niue (re
Quando erit illa dies:qñ tua rura uidebo. — Quid de⁹ ille facit nr̄:qua fronte uidere
Quando quæ dederit ruſtica dextra bibam — Te ſolet? eſt ne memor q̄ ſolet ille mei?

Papieñ.dico:nā ſi deus ullus in terris eſt:ille mihi eſt. Sed neſcio an dū reperiens Tuſcos
tuos. Si eſt gratulor tibi. Inuideo ſi cum Papieñ.noſtro. Credo illū aut cogitare tā Senā
aut agitare. Si per Pontificem licuit:uellem tibi nō modo:ſed omnia ſcribere. Verum in-
diſceſſu Anthonii noſtri tot fuit ſcribendū:ut cogar breuior tecū quā uellem. Si Floren-
tiam rediiſti Laurentio & Iuliano noſtris me cōmenda. Mirraberis niſi addam aliquid de
Syrenula.& eum & patrem tibi cōmendo. Cæſarem non uidemus:expectamus Impera-
torem. Cæſar an uiuat neſcio. Bene uale mi Gentiles.& cura ut ſaluum inueniam.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Iuo:ſed inter Barbaros:procul a te:procul a muſis:quid ſcribam aliud:an nō
eſt ſatis multū mali eſt inter Barbaros eſſe.& ita eſſe ut mutus & ſurdus ſim:
■ nec intelligam quenquā:neq; itelligar. Cupio:ardeo:exanhelo:excandeſco:
incendor:æſtuo.& te & Italiam reuiſere. Vale.

Campanus Leonello ſuo.S.

Eonelle mi ſalue.Campanus ueſter adhuc ſpirat.Nam uiuere inter Bar-
baros:aliquãto minus eſt q̃ uita.& cœlũ haurio:ſenſum humanitatis ami-
l ſi.O uos fœlices:quibus eſt pia mœnia Romæ Aſpicere.& media uiuere
in Italia Conſolamini me obſecro litteris:facite fœlicitatis ueſtræ partici-
pem quẽ præſentiæ nõ poteſtis. Vale. Campanus Baldeno ſuo.S.
Væ gyrant aliquando ſudent neceſſe eſt:quod in nobis erit:in mæta per-
q ſtabimus.Auxilia imploramus a Germania nõ Italiæ pollicemur:alterius
in arbitrio eſt præſtare quod petimus:in noſtro petere:quod præſtare cu-
piamus. Vale. Campanus Moroni ſuo.S.
Vm ad te rediero:niſi quater:quinquies:ſepties iuſſeris me lauari:maré eri-
ges.Nihil tam fœtidum q̃ Germani:aſpectu ſũt omnia iniucunda:tactu re-
c fuga:olfatu grauiora Moro mi amplectere me:porrige dextram:iuro tibi
per numẽ illud ſanctiſſimum beniuolentiæ noſtræ in ipſis faucibus Italiæ
Italiam reliquiſſe.Comparo me ad Barbaros mores peregregie.Sed corã
intelliges omnia.Ago gratias q̧ Blancæ cõmaternitati affueris meo nomine. Vale.

Campanus Sinolpho ſuo.S.

Inolphe quantũ uideo uiciſti:eram ſubiratus:ſed ubi intellexi laboraſſe te
s leui febricula:Ira in miſericordiam uerſa.Q uare do tibi ueniam:ſed cõdi
tione ut cum per ualitudinem licebit tres:ſimul aut plures litteras ad me
conſcribas. Vale. Campanus Staccolo ſuo.S.
Taccolo meo ſal.Litteris illis Comitis per tabellariũ Seneñ.reſpondi.Cu
pio ſcire an prolem & quam qualemq; ſubſtuleris.& oporteat te poſt hac
s tanq̃ patrem familias paulo reuerentius q̃ conſueueram:an priſco more
ſalutare?rũ quæ ſacro ſanctio interceſſerit meo nomine.Iocari enim par-
tius uolo cum Compatre q̃ cum.P.& ita lex iubet. Vale.

Campanus Fabio Mathatoſte.S.

Abi.cum ſcribant ad me cæteri.de te nõ poſſum nõ mirari:cur idem non
facias:qui cæteros apud me & ſtudio & beniuolentia nõ æquas mõ:ſed
f largiſſime uincis.Q uare ne prætereat qn ſemp habeas paratas ad me lit-
teras:quas poſſis primo : cuiq; occurrenti tabellario cõmittere:multũ me
recreabis.& tu & alii qui hoc noſtrũ prope dicam exilium litteris linietis:
abs te uero peculiariter id poſtulo quem cupio excolere ingenium.Et quod hactenus
domi intra parietes didiciſti:in apertum aut certe inter eos quibus ſis chariſſimus efferre
Pomponium noſtrum ne deſere:nihil potuit habere ætas tua fœlicius quã Pomponium
præceptorem:in quo tantum ineſt latinæ puritatis atq; eleganriæ:ut non poſſit qui illũ
ſequatur niſi q̃ eloquentiſſimus fieri.Doctrina illius uera:cognitio rerum reconditarum
maxima:diligentia in te ſumma:ingenium tuũ ad omnia facile:mirum te mihi breui eru-
ditiſſimum pollicentur. Vale. Campanus Domitio ſuo.S.
Cripſi ad te iam ter:facies recte ſi non exules in memoriam habeas durum
eſt exilium noſtrũ.Interdictũ eſt nobis ficubus:uua pane frumentario:ui-
s no prouinciali:faba:ozimo:lauro:pomis aureis:rebus mille:quibus tunc
carere nos intelligimus cum poſtulamus:nec inueniuntur.& nec intelli-
guntur quidem & miraculi loco habentur ſi fuerint importatæ. Vale.

Campanus Silueſtro ſuo.S.

Niuſte quæteris:ſcripſeram ad te iá bis:uerum longa eſt uia:multe amba-
ges itineris:prophetas quos ſcribis:ueros fuiſſe non admiror modo:ſed
i ſtupeo:ab aſtris eſt uita noſtra:quod ſi eſt quid laboramus:quid ſollicıti ſu
mus de uita:de fortunis:de morte ipſa?Sed hæc deo & cœlis relinquen-
da:nos inter homines cũ uerſemur humana ſapiamus Cõuentus hic breui
finietur:nec ſpero ſine fructu cõmuni.& priuata laude Cardinalis me:cuius prudentiam
ego noui:cæteri admirantur.Sed quem obſecro Papam facietis?Vtinam fors in tuũ:uir
eſt ſolus:quẽ ego uirum cenſeam:fronte libera:uerbis apertis:animo præſenti:amicicia
multorum fretus:nulli ambiguus:nuſquã duplex.& ut uno dicam uerbo:qualis Campa-
no placeat:Imperio conueniat:diſſimulatio omnis aut ſimulatio:fomes eſt fraudis.Inui-
gila mi Silueſter:magna res uertitur:unius horæ ſpatio uitæ omnis fortuna diſponitur.
Sed non multa tecum.& ſum alioquin occupatiſſimus. Vale.

Campanus

Campanus Sixto.iiii Ponti.maximo.S.

Vm nonnullas Germaniæ bibliothecas nuper euoluerem:libellum inueni litteris quidem ſcriptum peruetuſtis:uerum ſitu atq; puluere ita cõſumptum:ut iam legi uix niſi magna cum diligentia poſſet. Quem cum Cãdidi ad Victorinum:& Victorini ad Candidum eſſe perſpicerem. Alterius oppugnantis diuinam generationem:alterius defendẽtis:uiſus eſt:quem ipſe ſtatim exſcriberẽ:cum dignitate ac magnitudine rei:tum etiam doctrina atq; auctoritate eorum qui contenderẽt. Inter exſcribendum uero tantum mihi acumen:tanta ſubtilitas argumentorum:tanta uis in utroq; eſt uiſa:ut admiari utrũq; poſſem iudicium:niſi ex maiorum ſententia ferre non poſſem. Et Victorini quidem ea eſt auctoritas:ut Hieronymus ſuum fuiſſe præceptorem glorietur. & Romæ primum fateatur eloquentiæ locum tenuiſſe. Candidus uero & ſi in obſcuro antea fuit:ut uix nominetur:tamen & improbando acerrimus eſt uiſus. & in exornando grauiſſimus:quãquã hoc in libello nihil prope ſibi uendicat eloquentia:omnia ad altiſſimam philoſophiam. & ad diuinæ ſcientiæ reconditiſſima archana referuntur. Mitto eum nunc ad ſanctitatem tuam:quæ & altiſſima rerum diuinarum ſcientia quanta in nemine temporum noſtrorum fuit cognoſcere: & ſuprema quæ inter mortales eſt auctoritate iudicare potes:tum non de re ipſa quæ iam pridẽ cognita & recepta eſt omnibus. Sed dũtaxat de doctrina atq; ingenio contendentium. Iam ſanctitatis tuæ erit uel ſupprimere uictorem erroris ſi quid ſcriptum ſit a Candido:qđ minus per Victorinum confutetur. uel ſi plene diſſolata atq; enaruata ſunt omnia uentatis defenſorem publicare:ne aut occultetur aliquid quod prodeſſe. aut edatur quod nocere mendacio poſſit. Fœliciſſime uale.

Campanus Narciſo Meliteñ.S.

Edimus tandem in Italiam noſtram: itinere diuerſo ꝙ̃ profecti fueramus multoq; aſperiore. Sed cupientibus patriam facilia omnia & plana uidebantur. Ego ad paucos dies repetam epiſcopum meum. ubi menſem demoratus Neapolim ad te cõtendam:exhibiturus regi noſtro quod annis iam multis debui:præſtare ob temporum difficultatem non potui. Sed hæc tecum latius locutus ſum Ratiſponæ. Spero idem cum Rege facturum interprete te cuius mihi ea uiſa eſt probitas. ut cedere. nec doctrinæ tuæ tantæ uideatur. De Rege ipſo nihil dicam amplius ꝙ̃ ſtudium in maieſtatem eius meum ſimul cum ipſius gloria creuiſſe. Negligentiam annorum ſuperiorum tecum excuſaui. Multa cupimus in uita:quæ aut præſtare temporibus prohibemur. aut conſilio differimus. aut caſibus intercipiunt̃. Quæ omnia mihi quo minus officio erga Regem meo ſatiſfacerem obſuere. Initio cum adire illum deſtinaſſem. & morte Pii & morbo meo grauiſſimo ſum demoratus. Viuo Paulo ueſtigia mea quoq; ſic obſeruabantur. ut ne Romæ quidem carere ſuſpitione uiderẽtur. Eodem mortuo aliquandiu Germania detinuit. Iam expedita & plana atq; aperta & tuta ſunt omnia. Tu igitur ad exitum alterius menſis Neapoli me expecta:fuit & illa quoq; perturbatio non mediocris:ꝙ Regium natum uidere minime licuit quatriduo prius ꝙ̃ ipſi reduſſemus Roma profectum:quam moleſtiam illud neſcio leuauerit:an & auxerit potius:ꝙ ita cõmendatur:extollitur:admiratione habetur ab omnibus:ut illius cõmendatio ad patrem omneq; regnum noſtrum redundarit:quare ut tanta gloria maxime tangor. Ita non aſpexiſſe illum:non interfuiſſe eius legationi grauiſſime fero. Sed quæ fieri non poſſunt:nec optari debent. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Vm ad Ratiſponam peruenero:quod biduum ſpero: perſcribam. immo mittam potius quã perſcripſi profectionem meam omnem iter ſaxa:montes:feras:nam hominem nuſquã:fortiſſimus duro. Nolui hunc tabellarium:ſine hac una quid dicam neſcio:nam inſtat:& ego ordiri niſi grãdia & niſi ſpacio non poſſum:Italia & dulces Latii (diuũ omnia) campi:quando erit illa dies:quãdo erit illa dies. Iſta beſtia tabellarius. Et Lanxut ultimo Aprilis. Mittas pro domino Iuliano Canonico ſancti Euſtachii:quæras ab eo quid opus ſit: & cõmẽdatum habeas. Volui etiam abſens imperioſus eſſe Vale fœliciter Gentili noſtro ſcribam ocioſior:ſaluta tu eum

IOANNIS ANTONII: CAMPANI EPISCOPI: INTERAMNIEN APRVTINI EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS.

Campanus Cardinali Papień S.

Vimus rumius mi Papień. Non ſumus amplius nobis curæ: nō
deo. Volumus conficere Turcarum bellum:& tam diu Tudertı
nas clades in oculis ſuſtinemus: Vndecimum iam mēſem uexa
1 tus ager: ncenſæ uillæ: direpta atq; exuſta oppida: Interfecti op
pidani: factæ in agro factæ intra urbem cædes nihil nos mouēt:
aut dormitis iſtic omnes: aut omnem exuiſtis humanitatis ſen
ſum: aut deum:& homines & flammam floccifacitis. Vbi maie
ſtas illa priſtina iſtius ampliſſimi Collegii? quod non modo ex
ortas in Italia contentiones opprimere ſed in ultimo terrarum
orbe īter potētiſſimos reges: atq; imperia mota bella ſubmouere: pacem ubiq; ueluti ma
nu quadam conciliatrici ſerere conſueuit. Ita ne ab omni priſtino more: ne dicam uirtu
te decidimus? Illi quicquid in Aſia atq; in Aphrica fieret: in Italia moderabanť. Nos quæ
in Vmbria atq; in ipſis prope ſuburbiis geruntur negligimus. Si peccauerint ciues cur nō
ſtatim plectebantur: ſi non peccauerunt cur uexantur tā diu. Et ſi pauci fuere in culpa cur
omnes dantur in prædam? Qui modus: quæ ratio huius belli? aut quæ latebræ potius
conſiliorum ueſtrorum. Si reducendi erant exules:& dignitas iſtius ſedis ita depoſcebat
nullius iniuriam aut calamitatē perferre cur non ſtatim reduxiſtis? Si ex re non uiſcebaẗ
futurum reducere: quid tam diu illorum ſpem aluiſtis? quid aut non reddidiſtis. tūc illis
ius. aut non compreſſiſtis iniuriam? Quid expectatis? quem exitum tantis cladibus dari
ſtatuiſtis? Quæ mens & ſententia ueſtra? uultis reduci exules: reducantur: arma atq; arcē
habebitis in poteſtate: uultis excludi pellantur agro: liberam metu ciuitatem relinquāt.
Capita factionum Romæ cum habeatis: quid reſtat amplius? cur una aut non concilien
tur: aut non opprimantur? ardent hic bella ſubditorum ueſtrorum & auctores belli apud
uos non modo ſine pœna aliqua: ſed etiam cum ſpe premii retinetis? & plus a uobis ſpe
rant qui fecerunt atrocius: atq; eo impietatis apud uos iam uentum eſt: ut animos ad mi
ſericordiam eorum qui hæc patiuntur: aures ad clamores eorum qui hæc ſcribant occlu
ſiſſe uideamini. Quæ tanta eſt audita negligentia? ut neq; iacturā fiſci: neq; calamitatē
prouinciæ: neq; factiōum grauiſſimarum per finitimas ciuitates: motus periculoſiſſimos
neq; quid de uobis homines paſſim & ſentiant & obloquantur: attendatis obliti officii
dignitatis ueſtræ:& loci in quo poſiti eſtis: mala eorū qui ueſtræ cōmiſſi ſunt curæ: p cali
ginē inſpicitis: per ſomniū cogitatis. aut ſi qua ſubit harū rerū cogitatio plus uobiſcum
ualent priuatæ ſimultates q̄ cōſilia publica: nemini ratio habetur: quid imperio cōueniat
ueſtro. & ad maieſtatē iſtius ſedis pertineat. Oēs priuatis ſtudiis ad odiū grauā ue diſtra
cti: uitā & fortunas prouincialiū nō animi iudiciū. ſed ad ſuā quiſq; libidinem refertis: ut
ēt de me ipſo reddenda ſit rō: qui ea geſſi nō quæ placerēt omnibus. ſed quæ ad placādā
primū ciuitatē: deinde prouinciā ſedandā. Poſtremo ad retinēdā dignitatē ueſtrā factu
ra uidebanť: quid enim aliud attulerūt initia aduētus mei: niſi omnia pacata atq; trāquil
la: nō inducias ſtatim indixi:& reuocandis ciuilibus primo quoq; tēpore mentionē in
tuli? nō eorū numerū redigere ad pauciſſimos uolui? mox ad nullū redacturus ſi condi
tionem accepiſſent quā nō uolūtas dabat mea: ſed tēporum neceſſitas proponebat: non
decretū Pōtificis de reſtituendis oppidis exhibui? nō prius q̄ arma inferrē: cū decreto nō
paruiſſent ſepties admonui parendū eſſe pōtifici: nihil mea ſentētia geſſi indignū officio
meo: in eo q̄ exules erant cōplectēdos humanitate: cōfouendos monitis: erigendos ſpe:
oī uia leniēdos: nec calamitatē calamitati adiiciēdā æſtimaui: q̄ intelligeba eorū ſalutē
æque ac Ciuiū alioꝝ ad me pertinere. Sed cū iuſſis maiorū nō paruiſſent nec uiderentur
pariturı: cū me meaq; patiētia abuterenť. Cum prædæ in oculis agerentur: mœnia Vrbis
quottidie inuaderētur: cōtemnerētur mea iuſſa: monita litteræ nuncii: irriderētur. Colle
gi animū: cogitaui perſonā me Principis gerere:& huic prouinciæ ea demū conditiōe eē
præfectū: ut parere omnes meo imperio cogerē. Itaq; inuitus cōuerſus ad arma: finitima
rū ciuitatū auxilia: nō auſu temeratio: aut licentia mea. ſed pōtificis noīe & decreto cōuo
caui: Peruſini: Meuaniates: Spoletini: Iſpelani. & Vmbri alii: Narnień. Amerini: Vrbeue
tani. Quibus cū nulla mihi fuerat conſuetudo: an mihi priuata auctoritate paruiſſēt? p̄
ſertim plærīq; partiū diuerſarū. Nam Bracchiani equites nullo a me accepto ſtipēdio ita
properaſſent?

properaſſent?Si mea hæc fuit gratia mirum eſt hominem externum tantum his in locis potuiſſe:quantũ me ne qui hic nati ſunt.Quod potuerũt.Si pontificis auctoritas cur ipſe tandẽ accuſor?nõ accuſaris inquis equidẽ nõdum in iudiciũ uocor.Sed mihi improbari a factioſis quæ geſſi accuſatio eſt:quod ſi liceat percũctari calumniatores meos:uelim cum fide nõ ſeruata:cum ruptis induciis:omnibus diebus:oĩbus horis oppugnaret. Cũ cõtemnerentur litteræ meæ:nũcii ludibrio haberẽtur:quid facere me uoluiſſent?Cuſtodem Vrbi datum.Præfectum prouĩciæ & quod eorũ pace ac uenia dictum uelim:his in locis põtificis perſonam ſuſtinẽtem.Percũctari hoc ẽt uelim:quid ipſi?quo animo tuliſſent tam inſignem temeritatẽ:an quod ipſi quãq̃ imerſi factionibus fuiſſent facturi:me q̃ ſemper factiones ſum deteſtatus:facere idẽ prohiberent.Itaq; Matthæum magno & delecto peditatu mœnia urbis oppugnãtem:diripiẽtem agrum:uillas incendẽtem . Oppida igni ferroq; uaſtantẽ.Captiuos omni genere ſupplicioꝝ excruciantẽ:me litteras nũcioſq; meos:auctoritatẽ Pont.decreta ueſtra mirifice cõtemnẽtem atq; eludentem:opera cõſilioq; meo:auxilio finitimorũ quos dixi Mõticula exui:Soprano depuli:Roſario fugere coegi.Q uadrellis ieci:cõpeſcui hominis audaciam:incurſione.prædationeſq; cohibui.hæc cur fecerimus.qui nõ uidet.modo factiones illis oculos nõ eripuerint.Intelligebam & perſpiciebã deberi exulibus patriã.eiectis domum.excluſis reditũ.Verum neq; per ignẽ neq; per ferrũ.neq; per ullum genus iniuriæ deberi.& alios recõciliandos eẽ ciuitati ad quietem:nõ ciuitatem illis perdendam ad cædem . Intelligebam niſi depoſitis armis recõciliationi locum eſſe omnino nullũ:& niſi prius foris arma deponerentur:deponi arma intra urbẽ nõ poſſe.Intelligebã exules:niſi ſpe aliqua iniecta nõ facile abduci poſſe ut arma deponerẽt.Hanc ſpem quantũ in me fuit:quibus non pollicitari õibus porrexi atq; auxi?An & hoc quoq; nõ adiecimus ſi parerent põtifici curam illi & collegio fore neceſſariam.ut aut eos reduceret.aut aliquem in quo agere poſſent locum aſſignaret: hæc opera:hæc conſilia mea.Quæ ſi ex mente pontificis fuere:nullus eſt calumniæ locus ſi illo inuito geſta ſunt:cur tot illius breuibus:tot collegarum tuoꝝ litteris decepti ſum?ſ uerum de me ſatis.Caput omne diſcordiarũ ex uobis eſt.Vos optimo põtifice per factiões abutimini.Vos ſeditiones & ſuſtinetis & alitis.Vos in eos qui ciues ſuos uectigales ueſtros depulerunt nõ animaduertiſtis.Vos eos qui bellũ patriæ per ignem & per ferrũ: & omne genus cædis intulerũt non cohercetis.Complectemini diuerſis ſtudiis utrãq; factionẽ.Me qui mederi huic morbo:pro dignitate mea:pro maieſtate ueſtra:p quiete urbis:pro beneficio prouinciæ cuperem:neq; armis:neq; conſiliis adiuuatis . Mulierculaꝝ more de lana & fuſo:gallina & ouo diſſidentium inter uos contenditis.Metinuini quiſq; quod libeat:nemo quod liceat cogitatis:nec eſt mea hæc querela. Clamãt prouinciales uociferant:ſtupent finitimi:& officiũ ueſtrũ curãq; requirunt.Iam audent in uitã:moreſq; ueſtros prorũpere.Nihil fit a nobis quod in hac tanta negligentia nõ exprobret . Vna eſt oĩum uox & tanq̃ exprobatio Creſcat fiſcus:pereant ꝓuinciales:ẽt hoc bello ne ignoretis:ita excuſata ſũt partiũ ſtudia.ut nullum ne minimũ quidem oppidulũ non ſit erectum in ueterem factionẽ.Cunctatione ueſtra leuis plaga breui in profũdiſſimum ulcus dilatabitur.Video cladem quã nobis uaticinia minant.Mihi ſatis eſt ad cõſcientiã iudicii mei teſtatum eſſe ꝙ ruimus:aut ſi qua ſpes eſt his in rebus ita cenſeo pellenda eſſe ex agro Tudertino exulum capita:recipienda oppida:amouenda exulũ deprimenda. Ciuium arma:magiſtratus reformandos:adhibendum præſidium ut improbi comprimant . His pactis omni ſtudio reuocandis exulibus incũbendum:eãq; reuocationẽ:quo ſit res futura diuturnior:non ui:aut metu.ſed gratia & conſilio quærendam. Vale.

Campanus eidem.S.

Vra mihi decreta prouincia.Q uid.n.Tudertinis rebus hoc tempore fluctuoſius?recreauit me nõ nihil ſingularis bonitas tua:quæ prædam huius miſeræ ciuitatis detineri ad balneum ragium iuſſerit:erit reliquum tantæ clæmentiæ idem & in poſterum & tota prouincia facere debebit tibi hæc ciuitas perpetuo ſe totam pro tanta pietate ne dicam beneficio:res ex ciuili bello ad turpiſſimum latrocinium tranſiit:exules aſpernati breue põtificis:nec oppida reſtituunt:nec armis abſtinent:& ne quid deſit imanitatis:agreſtes ciuium caſas & oppidula paſſim incendunt:captiones agunt.& nec templis quidem parcunt. Indixerã quindecim dierum inducias:ſe ſcripſerunt Canalenſes ſeruaturos:nec ſeruauerũt.Ego ita iuſſus a Pont.noſtro arma armis conabor extrudere.Interea te oro ut non ſolum in eo perſeueret:ut prædatores impediat:ſed ẽt ut prædam quo reſtitui dñis poſſit integrã ſeruet. Tum ut auxilia Matthæo priuatim per clientelas ueſtræ prouinciæ miſſa reuocent:nec

alia deinceps mittantur. Erit hoc terrori & prædonum inſolentiã cohibebit. Vale.

Campanus Io. Franciſco Protonotario Vrbinati.

Vod mihi gratiſſimum fuit in diſceſſu meo non potuit te uidere. hic in ciui
q tate poſt aduentum meum ita uiuitur ut quãquã in labore ciues ſunt: nulla ta
mẽ intra urbem ſcelera audiantur: utinam ita & exules paruiſſent: aut iam cõ
poſita res eſſet: aut prope ut componeretur. Sed cædes & incẽdia & prædæ in
mediis iudiciis factæ: rem difficilem & prope intractabilem reddiderunt. ſed nolo tecum
querelas agere: cum quo non niſi iocundiſſimis & rebus agere conſueui: o q̃ uita diuerſa:
utinam Domitius tuus adeſſet: qui laborantem ſuadentemq; demulceret: excitaret aliquã
muſas & curas conſopiret.

Cantu adeo muſæ gaudẽt: & gaudet Apollo Dulce mori in cantu ẽ: ueꝫ pulſãte nigra
Vt uidear quotiens: audio plectra mori Thracia quæ poſſit flectere ſaxa manu.

In ſũmis negociis tñ inſanio: ſed tecũ. Vale. Campanus Salniato ſuo. S.

Ihil datur mihi ocii ad ſcribendum: tantis curis premor rerum grauiſſimarũ:
n ut non ſolum de ueteri conſuetudine detraxerim multum. ſed etiam a priſti
nis ſtudiis totum me extraxerim: reuocabunt fortaſſe litteræ tuæ: cum gratia
ipſa ſcribentis: tum etiam rerum quæ Romæ gerantur nouitate. Vale.

Campanus Iacobo Volaterrano. S.

N nondum intelligis q̃ miſere me perdidit Papieñ. noſter? Si modo perdere
a eum quiſquã ſemel potuit qui ſemper ſeruarit: nihil eſt in Campano tuo pri
ſtinæ libertatis aut ocii: nihil iocundum: aut oculi uident: aut aures audiunt:
aut mens cogitat: ut uno dicam uerbo: meditor arma: ex Campano Hercules
futurus. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Iuina & præſtantiſſima uirtus tua non expectauit. ut a quoq̃ tanta in re mone
d retur: ſecuta eſt iudicium animi magni ſui: qui falli non cõſueuit. Habeo æter
nas gratias tibi: quæ non ſolum uidit quid agendum eſſet in calamitatib⁹ Tu
dertinorum. Sed etiam preſtitit magnum hoc beneficium clæmentiæ tuæ nõ
eos ſolos deuinxit qui acceperunt. ſed etiam qui audire potuerunt ſium longe occupatiſ
ſimus: gratias tanti beneficii poſteri reddent: nec ullum eſt premium ceritus & maius q̃
gloria præſentibus: memoria poſteris. Bene uale.

Campanus eidem. S.

Ide q̃ miſere affligar: neq; Michael angelo: neq; Paſcuino tuis: immo noſtris
n potui prodeſſe Quorum alteri direpta domus ab altera factione: ab altera in
cenſa eſt. Paſcuinum multi antecedunt: tres poſſeſſionem inierunt: alter com
muni procella periit: alter negligentia ſua uel potius aduerſariorum diligẽtia
uictus eſt. Vale. Tuderti. vi. Maii. M. cccc. lxxii.

Campanus Io Baptiſtæ Protonotario Sabellio.

Enem illum Roſarieñ. quem tantopere commendas: ſi eſt quem exiſtimo nõ
s modo reum & ſontem eſſe ſcito. ſed cladis & exitii caput. Quippe qui per fe
neſtras Matthæum introduxerit. oppidumq; prodiderit: peruestigabo an is
ſit: proderit etiam in tanto ſcelere. cõmendatio tua non parum. & Amerino
rum meorum ratio habebitur: quibus gratum futurum intelligo: quæ ad prouinciã ſpe
ctant libenter audirem conſilium tuum. Scio quos faſces rerum maximarum q̃ fœliciter
ſemper euolueris: rem ancipitem facit ignauia Principis. Ego animis non deero modo:
perſtet in ſententia Pontifex. Alioquin tam cedere animo poſſem inſtanti aduerſario q̃
proſequi fugientem: hoc tantum de me tibi perſuade. neq; Matthæo obeſſe meo ſtudio.
neq; ciuibus adeſſe Noſti q̃ ſim fuerimq; ſemper a factionibus abhorrens. Vale.

Campanus Cardinali de Vrſinis. S

Es eodem eſt in ſtatu quo nuper: Matthæus clientelis adiutus maxime Reati
r tina & Interãnenſi & peditatum undiq; cogit. ſed deſtitutus auctoritate: quã
illi imperio auſpiciis: ductuq; ſuo Princeps ademit: nuſq̃ proficit: ubiq; tentat
Expectamus & nos copias noſtras: quas crede mihi gratia principis augebit.
Cras habebimus Comitem Pinlianeñ. cum thoracis. xxv. peditibus. c. & aliquot Cẽtau
ris. i. equeſtribus ſagittariis. Iſtinc quoq; auxilii aliquid ſperamus: res ea de cauſa celerita
tem deſiderat. quoniam meſſis inſtat. & niſi prius res componãtur q̃ adueniant: pericu
lum eſt magnorum motuum. & in agro & intra urbem. Quare & tu quoq; calcaria ad
das: pungaſq;. Vale.

Campanus

Campanus Cardinali Seneñ.S.

d VSANCTVM quod oppidum milia paſſuum tria diſtat ab urbe:iam biduum obſidemus. Machinæ hodie admouebuntur:eqtes habemus haud amplius quinquaginta:ſagittarios paulominus q̃ trecentos:omnibus copiis Pitilianenſem præfecimus. Conſtituendis primis Caſtris erumpentibus qui aderant præſidio militibus præmentibus noſtris: atrox prœlium cõmiſſum eſt:uulnerati ex noſtris aliquo:ex quattuor cæſi:complures a ſagittariis (quod neceſſe fuit ex multitudine) confoſſi. Obſidio ad frontem magis:magiſq; procedit. Oppidum cõmunitum eſt ualitudo præſidio:peditum ſeptuaginta. Ego tragulam ædificari q̃ firmiſſimam iuſſi:loco anguſtiſſimo & conferto militibus:magnum ut arbitror detrimentum:ac porro ſtragem allaturam. Excitat me honor imprimis:ac dignitas iſtius ſedis:cuius gloriam augere ſic cupio:ut ſi uita exponenda ſit:paratus ſim omnibus periculis exponere:deinde crudelitas hoſtium quæ tanta eſt:ut ſuperare ingenia tormentorum uel uideantur. Cruta execant:frontis oſſa denudant:euellunt ungues: dentes alligatos: baliſtæ ictu miſeris diſcutiunt. Vidi ipſi iam tres: audio complures etiam primæ ætatis pueros ita miſere edentatos:ut ſenes facti eſſe uideantur:tanto cum cruciatu: ut Turcos domi habeamus:& aliquanto imaniores q̃ Turcos. Hæc ſi mentes prælatorum non tangant:quid amplius religionem profitemur? aut a quo ſatellite humanitate nõ uincimur. Tragulam meo cõmento:meo impendio curaui faciendam:quod ad me attinet nihil neq; operæ:neq; conſilii prætermittam:quod ad ueſtram dignitatem tuendam & ſeruandã eius maieſtatem pertineat. Vale.

Campanus Epiſcopo Piſaureñ. Therſaurario.S.

Go nulla ex parte ſum tibi comparãdus: Agreſtis & ultimæ plebis homo principi Nobilitatis illuſtri:moribus probatiſſimo:experientia rerum grauiſſimarum admirabili. Apud me autem tantæ auctoritatis quantæ alius qui uiuat fortaſſe aliquis:maioris nemo. Andream Laurentium ãnis iam quindecim amo:nõ eum apud illam glorioſiſſimam memoriam Proſperi noſtri Columnenſis. Et aliquando mihi illius in menſa miniſtrauit. Sciebam non poſſe non eſſe tuos qui illius fuiſſent Itaq; Andreæ cum adhuc Matthæum ſequeretur:& dextram porrexi:& omnia facturum quæ ad ſalutem eius pertinerent:ſum pollicitus: deinde inclinantibus rebus Matthei:miſi ad eum qui & ipſum & arcem tuerentur:nec plures: nec alios q̃ ipſe poſtulauit:hæc ſi feci non admonitus:quid monitus ſim facturus cogita? accedente præſertim hæreditate. Intelliges me non alium eſſe q̃ ſemper fuerim. Vtinam Matthæus conſilia ſecutus fuiſſet Campani tui. Iam aut non eſſet in exilio:aut cum pauciſſimis eſſet. Verum aut ſecutus libidinem eorum qui eum comitabantur:aut quod potius arbitror coactus ſequi:omnia ægit præpoſtere:q; ſi aliquando breuibus ſummi Pontificis:quãquã omnibus modis ſum habitus ludibrio:intelliget neminem futurum ſibi fuiſſe fidiorem ſi paruiſſet:ſemper enim illud cogitabo. Non illum mihi & dignitati meæ detrahere. ſed rei ſuæ & ſuorum conſulere noluiſſe. Vale.

Campanus Cardinali Papienſi.S.

Edit theſaurarius:& redit ipſe quoq;:te tam infecta q̃ alii. O deum: o homines:o tempora:& adhuc Campanus accuſatur:O gladium:o laqueum bis cluſus eſt quæſtor Peruſinus:qui bis uenit ſemper Campanus: ſemel Theſaurarius:& tot breuia ſpreta. Quid dicam aliud q̃ mori cupio:uix ſpero de præfecto meliora:q; ſi ipſe quoq; ludificabitur. Pont. expectamus:niſi fortaſſe Collegium prius. & tamen interea belli auctor uobiſcum eſt. Quid dicam aliud q̃ o fecem temporum:o amurcam:o merdam. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

q Vantum licet conicere præſidatu abdicabor:ſi mea culpa queri non poſſum. Si aliena temeritate non moueor. Præfectus quatriduo poſtquã ingreſſus eſt urbem opera mea omni & reuerentia & beneficentia exceptus: a ciuib⁹:diuertit ad arcem:in qua ſiue dolo ſuo:ſiue negligentia aliena ſine iuſſu Pontificis ſuum præſidium impoſuit:habetq; arcem in poteſtate: nudius tertius interprete Chriſtoforo Foroliuieñ. inſtantiſſime contendit:a ciuibus ut ſe urbis Gubernatorem poſtularent. Oratoremq; ea de cauſa ad Pontificem mitterent. Ciues lachrymabundi me adeunt. Conſilium atq; auxilium poſtulant:auxilium negaui me poſſe offerre. Conſilium quod uiſum eſt dedi. Oſtenderent ſe paratiſſimos:omnia in rẽ eius facere. Nam ſi ex mente Pontificis ſit & Collegii præficere eum huic urbi:non poſſe:

nec tutum eſſe recuſare. Sin recẽtis eius conſilium. aut aliena impulſio hæc ſit: eorum poſtulationem moderatam & conſultam nihil momenti habituram: & utcunq; futurũ eẽt tergiuerſationem in tanta licentia periculoſiſſimam fore. Mittunt atq; Oratorem: hæc quæ ſcribimus poſtulaturum: quo caſura ſit res non intelligo: niſi me ſi amoueat obſtrictũ ære alieno: deſtitutum ſpe omni: niſi tua ad extrema uenturum: qui & ſi omnia poſſum ꝑferre: debeo tamen tibi curæ eſſe ne peream. Sunt alii præſidatus. nam Amennum quoq; quãquã adhuc nulla eſt mentio hæc eadem labes inuoluet: mihi ĩſignis fiet iniuria: cõmunis tecum. Inſta apud Principem ne me in deſperationẽ adducat ultimam. Ego ex te pendeo: fortunam habiturus quam mihi tu dabis. Vale.

Campanus Ep̃o Piſaurieñ. Theſaurario. S.

h

Abes iam mitram: habes auriculas. ſed non quales Quiſquiculus noſter: qui omnia in leuitate & inſolentia uerſat. Nam inter hominis & aſini auriculas multum itereſt: gratulor dignitati. Cupio ualitudinem tuam. Eſſe te Romæ hoc temporis moleſte fero. Si potes & eſt tibi liberum ſecede hunc menſem totum uel Tybur uel Viterbium: dicerem ad nos. ſed non opus eſt cõmiſſatio: non auriculato. Quod in re mea fauens diligenſq; noui ægiſti nihil: & contra rationem beniuolentiæ noſtræ nihil. Reliquum eſt ut huic nouo Theſaurario Peruſino cõmendes expeditiones meas: duobus iam menſibus nihil accepi & ꝓpe mendico: quod tibi turpe eſt. Campanum enim mendicare mercedem laborum ſuorum: te ĩ loco conſtituto an non tibi turpe eſt? De Pandolſo noſtro diu ſum miſere excruciatus. Cupio ſcire an cõualuerit: ſignifica oro: ualde me recreabis. Falconis noſtri caulatam ad oleum reſeruo. M. & totam familiam ſaluam cupio. Vale.

Campanus Saluiaro ſuo. S.

p

Luſquã dimidium Campani tui ſalue Nulla quies: nullum ocium: nulla tranquillitas mi Saluiate. Ego natus ad pacem inter arma diuerſor: hoc ꝑtinacia eorum ſacit: qui ſummum ius ſumma iniuria quærunt. Nam proprios lares poſcere iuſtiſſimum: inferro atq; incẽdio poſcere iniuſtiſſimum. Vide tu quæ mea difficultas in rebus tantis: qui neq; hoc ſummũ ius reddere. neq; iniuriam ſummam repellere potuerim. Iuua tu obſecro cõſilia mea: quod una ratione fieri poteſt. ſi quis efficiat ut poſſim utrũq;. uerbis ago quicquid ago. ago autem nihil: ago multum. Nam ſi uincere non poſſum externam factionem: hoc curo ne eadem intra urbem opprimatur: & labor eſt hic tantus: ut prope bellicũ ſuperet: niſi ꝙ ille armis: hic conſilio conſtat Cogita quid ſit irani. odia. contumelias. cædes quoq; ſic comprimere: ut admirentur alteri, non inferre manum atq; ui: alteri non ſubſtinere. Vale.

Campanus Natinbeñ. ſuo. S.

q

Vod ægiſti in rem pauperis Aſſellani: gratũ eſt mihi: officioſum tibi. Exules Tuderdinorum qui oppida inuaſerunt: prædas ægerunt: iuſſis S. D. N non paruerunt: an rebelles ſint quæris. Num Natinbeñ. credo cognitum eſſe tibi Campanum tuum ab omni omnino factione abhorrentem. Mattheum niſi rebellis eſſet non inſectaretur. Tribus breuibus iuſſus eſt reſtituere oppida. Vltimo quod nudius tertius Theſaurarius Peruſinus attulit. Iuſſus nõ hoc ſolum: ideſt oppida reſtituere: ſed copias ultra quadrageſimum miliarium ab agro Tudertino amouere. & ipſe Romam proficiſci Quod & Gabrieli quoq; iniunctum eſt: & iam Romæ eſt. Mattheus cum nec oppida reſtituerit: nec amouerit copias: nec ipſe Romam conceſſerit: & in breui ita contineatur: ut niſi pareat ſubito rebellis ipſe: confiſcata ſua bona habeantur. & bona eorum qui Matthæum ſequuntur: aut potius qui oppida illi prodiderunt: ſint nupertime per Theſaurium ipſum Cameræ adiudicati. Et ego litteris ex Roma decretum in Conſiſtorio ſciam proſequendum eſſe eum armis. D. N. qui non pareat. & iam imparato ſit exercitus contra Matthæum. Intelligere potes ꝙ in aperto res ſit: de præda ſuſtinenda non hortor modo benignitatem tuam ſed pro iniuncto mihi officio demando. Nam heri quoq;. xii. menſis magnam prædam ex monte Caſturlo abduxit. & puto per agrum ueſtrum tranſituram in Senenſem. Nam in ditione eccleſiæ nõ poteſt retineri. Quod in argumentum eſt eius quod quæris. Qua re te hortor mi Natimbene ſtatim mittas: qui ad ultimos fines Vrbeuetanorum prædam adoriantur: eamq; detineant. Conſtituaturq; per te premii aliquid ablatoribus: quod iſti pauperes oppidani ꝑſoluent. Ego tuus ſum: atq; adeo tuus ut nullius aut pauciſſimorum magis. Vale.

Campanus

Campanus Cardinali Seneñ. S.

g

Rauiſſima quæ hic ex aduentu Theſaurarii acciderunt intelliges ordine
ex domino Iuliano.Hic populus uidens ſe deludi inanibus breuibus &
ſpe uentoſa:contineri amplius non poteſt:cædes fiet generalis & direptio
niſi accurratur q̄ primum. Cum iam uere cernere ſe dicant Matthæum cō
ſenſu.D.N. omnia feciſſe quæ fecit:cum quattuor ſpretis breuibus:nec co
pias amouerit:nec oppida reſtituerit:nec captiuos liberauerit: & tamen eadem gratia &
fauore ſuſtineatur.Ego quod pridie ſcripſi Ameriam ſecedam:niſi ſubito mittatur auxi-
lium:aut aliter prouideatur.Prouideri autem non aliter poterit q̄ ſi oppida reſtituantur.
Inducias ciues iam non recipiunt ea de cauſa ꝙ ſuſpecta ciuitate omne cōmertium perni
cioſum eſt:& tam cuſtodire aſſiduis uigiliis urbem oporteret inter inducias q̄ per bellū
oporteret.Theſaurarius parum fœliciter inchoata re infra arcem ſe continet: niſi apud
me diuertiſſet magno in diſcrimine ſui fuiſſet:nec ipſe a periculo tutus. Ego illum meo
in cubiculo exceperam. Cætera ex Iuliano cognoſces. Supplico &.S.D.N. Supplico &
D.T.& domino Camerario me excuſatum habeant:ſin niſi fiat ſubita prouiſio hinc diſce
dam:quod potui facere uerbis id feci:ne quod poſt aduentum meum ſcandalum excita-
rent.Iam uerbis fides eſt nulla:& ciues deſperatione ultima adducti non niſi atrociſſima
cogitant:ut tuti eſſe ab inſidiis domeſticis eſſe poſſint. Vale.

Campanus eidem. S.

r

Vmor hic exortus eſt hodie Caſtellanum & me:illum arce: me guberna-
tione amoueri:magno in tumultu tota ciuitas ſtatim fuit:exules ita iacti-
tarunt. Nicolaus Vitellus quem taceri a te cupio Præfecto arcis ita eē ſcri
pſit.Scribe oro rem ad uerum:nihil te moueat Campani tui cauſa: tā hoc
pati poſſem q̄ ſoleo cætera. Caſus ciuitatis me moueret:quæ ad hunc nū-
cium ſtatim nulla fieret:in fugam & cædem uerteretur maxime propter arcem. Ego cen-
ſuram nullius timeo:iudicio contentus & tuo:& eorum qui nihil extra iudicium quærūt
Oro ſcribas tua manu:quia frater ſer Valentis dixerat te Celanum conceſſiſſe. Epiſtolā
querelarum in Papieñ.direxi:mendarium illius eam interuertit: poſtulabis eam ſi uoles
ut libertatem meam etiam inter anguſtias & pericula uideas: Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

a

N nondum ſentis quotquot ſumus omnes eſſe mortales.Ita ne tibi uide-
ri debet improuiſum:& quod cum ſemel ueniat ſemper neceſſe eſt enem
reddum intermoritur familia noſtra:aut non dolendum eſt nobis: ꝙ erāt
omnino morituri:aut ſi quis eſt dolor ex morte gaudēdum eſt:ꝙ mortui
ipſi non una ſumus:qui una mori poteramus.Deſine obſecro diſcedere a
cogitatione infinita rerum futurarum:inſiſte præſentibus:quas qui attendit ſubitam ha
bet ex hoc paratam pœnitentiam:ꝙ ſtatim deceptum ſe uidet:moriemur mi here:nec re
fert aut quo modo.aut quando moriendum eſt nobis:qui omnino moriemur.Sed non
uacat in tantis laboribus philoſophari tecum:patere æquo animo in aliis quod paſſurus
in te es:nec repugnes fatorum neceſſitati in aliena uita: qui ne in tua quidem potes repu
gnare. Vale.

Campanus Sypontino ſuo.S.

a

Gapitus Tudertinus ſalutem mihi dixit tuo nomine:hoc ideo mihi gratiſ
ſimum fuit ꝙ neſcio quæ titillatio propinquitatis ſtatim me percurrit. Nā
antea ubi ageres.ubi magnum Beſſarionem dimiſiſſes: quanto itinere re
tus abeuntem fuiſſes:neq; eius.neq; aliorum litteris intellexeram. Nūc &
congratulari de reditu & cōmunicare conſilia potero. Si modo conſiliis
locus ſit ubi nihil iure:omnia iniuria quæruntur.aut ubi potius ſummum ius ſumma cū
iniuria quæritur.Nam Matthæo deberi patriam quis neget.Per ferrum atq; ignem peti
quis patiatur.Ego tam ius reddere hoc ſummum nequeo q̄ propulſare iniuriam hāc ſū
mam non poſſum. Conatus ſum tamen utrūq;.Rem ab initio quanta potui moderatio
ne & conſilio aggreſſus.deinde cum hæc non ualerent.armis perſecutus. Matthæi uel te
meritatem uel neceſſitatem diutiſſime pertuli. Cum primo colloquio nihil innouaturū
promiſiſſe.eodem die ad portas uſq; uerbis uidēre me:& ſonitum armorum:ſenſēre de
latus eſt impetu q̄ nunquā antea maiore. Qua die & captiuos tres ex aduentu meo ſecu-
ros periculi & pecora quædam abægit militibus his quibus comitatus mihi ad Roſanū
occurrerat:hora diei xv.cum.xxiii.incurſionem poſtea fecerit:poſtridie cum ex conſen
ſu eius ac fratris.xv.dierum inducias feciſſem.& ipſi ambo ſe ſyngrapho ſubſcripſiſſent:
continuis diebus pecora:agreſtes clam palam ue corripuerūt:oppida alia oppugnauerūt

alia noctu inuaſa diripuerũt atq; incenderũt:hæc mihi prima exhibita reuerẽtia. Cum in
terea nihil quod ad reducendos exules pertineret ꝓtermiſiſſem. Cuius rei teſtem habere
potes locupletiſſimũ:dñm Iacobum Auditorem & uicariũ tuũ :& Xantem Cæraſiũ Vi-
terbiẽ.dignitatis tuæ ſtudioſiſſimũ.Q uoꝝ alterũ bis:alterũ quinquies ad Matthæum
miſi:oẽm conditionẽ proponens:quã & ratio temporũ poſceret:& mihi fas eſſet offerre
Quæ cum agerent & Matthæus iuſticiã reddi ſibi uerbis expoſcere : re nihil iniuſtiſſimũ
ꝓtermitteret.Breuia ſummi Pont.alter Matthæo:alter mihi ſupuenere.Quibus Matthæ
us reddere oppida que occupaſſet omnia.Ego recipere iubebamur.& cum nũciis ac litte
ris inſtarem præfigi mihi diẽ:quo die eſſet oppida redditurus. Ante primam aurorã Ro
ſarium oppidum egreſſurus muros duobus in locis perfodit:domibus duabus ignẽ con
iecit:uix concurſu accolaꝝ compreſſum:familias oppidanorũ prope omnes:alios uictos
alios ſponte ſecutos aſportauit. Mox ſiue ad ortus ui oppidum Quadrellos:ſiue ab oppi-
danis intra mœnia uocatus:nam id mihi clare non conſtat.

IOANNIS ANTONII : CAMPANI EPIS COPI : INTERAMNIEN. APRVTINI EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS

Campanus Iordano Spoletino.S.

i

N Myropolo unguentum quæras ſi ungi uelis:libros in biblio
theca:ſi legere uitam Lyſãdri Lacedæmonii:ubi iuenire in Vm
bria poſſim non habeo. Audiui iam pridem ꝗ ſis uerũ uolumi-
nũ diligens inueſtigator.Et ſi Lyſandri uita paucis ante annis e
græco traducta eſt:a me quoq; paulo ante cæteris adiuncta ut
unũ eſſet uolumẽ in quo priſcoꝝ uitæ continerent:id opus Ro
mæ relictũ eſt. Oro ſi apud te ſit:aut eos quoꝝ tu reb' uti poſſis:
cura ut ad me ſtatim mittat. Satis mihi erit ad horã habere : nõ
minore & celeritate & diligẽtia remittet:ꝗ qua tu miſeris Scri-
pſeram de aliis duabus.ſed ex Fulginei cũ ſint repertæ ſatis erit Lyſandrum mittere.Ego
cum tuus cupiam fieri ut cauti ſolent:prius accipere uolo beneficium ꝗ præſtare. Ob hoc
tibi futurus obligatior ꝙ prior debebo. Vale.& me ut tuo utere.

Campanus Remboro ſuo.S.

n

On ꝙ te aut litteras tuas cõtempſerim:nihil hactenus reſpondi :conténo
eni neminẽ.Rembotũ ẽt magnifacio.ſed fuit ratio tempoꝝ. Velim ſcias
eſſe te mihi ꝗ chariſſimum:eſſe etiam curæ.Senties aliqñ me nõ minus fa
ctis proſequi quos amo ꝗ uerbis:benefaceres ſi aliquãdo ad nos decurſita
res.Tui ſumus.Bene uale:Tudertinos omnes ſaluos eſſe iube.

Campanus Vicario Aprutino.S.

d

E ſacerdotibus Montanis uelim recte conſulas. Agreſtes montaniq; ſunt.
Victu uiuunt inculto atq; aſpero. Prouentus habent modicos . Ser Iulia-
nus ſi eſt adeo ſeditioſus ut & tu ſcibis:& ego aliorum litteris intelligo.
Aut abige procul a ciuitate:aut ita coge:ut exire in cœtus & factiones nõ
poſſit:multa pertuli.Sæpe monui hominem:perſtat igitur in turbulento
genio ſuo.Iſtic es:uides qua uia comprimenda audacia ſit. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

h

E te ſalue:mitto tibi ſacerdotes Phrygios uiginti matri Deoꝝ dedicatos :
omnes ab inteſtato morituros:Caſeos montanos & quos Sybilla demul
ſit decem.Coſſalia uiſſana conduplicata ſex.Conditorum fulginatiũ ſcõ-
bros octo:partem quidem aliquã corũ:inter quæ ipſe nato:ſed exiguam.
Nato eni ad ſupremũ labrũ . Vnus quæ tota ſunt Vmbria optima quæq;
delibo.Nulla ẽ gula paulo delicatior:quæ nõ mihi decimet . Bibo ex oĩum quæ ſunt in
prouincia optimo:comedo ex optimo.Importatorum oĩum curſus rectus ad me eſt. Iu-
nipero focus ardet lucerna:balſamo.Rident tecta niſi ꝙ in cubiculo tholus ingratus eſt:
inuiſuſq; dormienti.Sed hoc me conſolatur ꝙ tã inſignẽ ſculpturã ſtulticia fecit. Vale.

Campanus Hieronymo Eugubino.S.

n

On eſt ꝙ multis te obſecrem in meos:noui te:noui patrẽ:noui ẽt auũ tuũ
domũ:ſupellectilẽq; tuã totã ꝓpe dicam reſupinaui.Proide quantũ de te
ſperẽ in hos meos cogita.Q uoꝝ alter a me prima pœne ab infantia edu

catus

catus inſtitutuſq;.non aliter mihi eſt charus ꝙ ſi genuiſſem. Alter fratri germani filius is eſt:in quo non exiguam poſteritatis ſpem repoſuerim. Quod doctrinæ:quod operæ il lis impenderis. Campano tuo cenſeberis impendiſſe. Vale.

Campanus Vicario ſuo.S.

Væ de Ser Mariotto nuper ad te ſcripſi:ea ſcripſi conditione. Si nihil aliud ꝙ quod & ipſe fatebatur:& tu ſcripſeras deliquiſſet: cuiq; enim fas eſt tueri dignitatem ſuam. Eodem tenore & in eos qui Ser mariottum iniuſſu tuo cepiſſent animaduerti iubebam Fatentur Prætor iuſſum a te hominem cœpiſſe id ſi eſt nullus relinquitur locus querelæ. Cobellio cum uoletſatiſfiet:Antonium remitto:habeo iſtic compatrem chariſſimum Nardum Franciſci. Is ſi quid a te petet liberaliter ut præſtes uolo Bene uale. Rem Ser Io. noſtri ſtudioſiſſime commendo.

Campanus Griſo ſuo.S.

Miliano tuo:quem tu Apellem. Ego Polignatum uoco:quod præſtarem præter oculos:& frontem non habui. Audiui enim lætiſſimus tua gratia. Cætera fors & tempus & illius merita: maxime omnium Griſi gratia dabit. Griſus habet quicquid Campano larga dederunt Numina: Campani pectora Griſus habet. Sed o mi Griſe nihil poſt hac mihi impetraueris ꝓfecturarum? Arcem in aliquam me truderis potius ne punctum quidem temporis integrum eſt. Momenta etiam prouinciales uocant. Muſæ negotioſum ocioſæ reliquerunt. Proh neſcio qua inani gloria mihi ipſi miſer intereo. Sed hæc querela non huius eſt temporis quo nec queri eſt liberum. Vale fœliciter.

Campanus Archiepiſcopo Spelateñ.S.

Alconenſes de quibus proxime ſcripſeram ad te: audio nunc ex abrupto concurrere ad fines terminandos:Meuaniatibus nec accitis:nec monitis contra Meuaniates ſe ad arma parare. Oro te hanc ſcintillam prius uelis extinguere:ꝙ mihi incendium excandeſcat. Mitte aliquem ex tuis & iube ut ab omni innouatione deſiſtant:ne quod illi inſanierint:noſtra extimatio plectat:hoc de gratia ſingulari a te depoſco. Poterimus poſtea ductu atq; imperio tuo contentionē definire:ſtudioſiſſime cōmendo hanc rem tibi & me ipſum. Bene uale.

Campanus Iacobo Minutulo Eṗo Nucerino.S.

I quod aliud per numen me oraſſes:facile fuiſſes exauditus. Candidianū illud quāquā centies præcatus ſum:ne ſemel potui flectere quidem itaq; deum tuum:quem tantopere cōmendas:memor nummis tam inclæmentis:iratus infenſuſq; reieci. Alia mihi numina intendas neceſſe eſt. Si exoratum cupis:Gallicana illa miracula tam celebria:cum Delpho & Phytio abſoluerunt O cæca hominum uota. Germinos illos tyndaridas coluiſſe:nunc tergeminos colere. Sed quia fluxa & manca ſunt omnia:tanꝙ fluxis & mancis utendum ē. Sed dum poma cadunt:naſcuntur & altera poma. Succreſcit mentæ mētula:nixq; niui. Thadeo ſpem feci:fructum quem alteri eram ſollicitus:nondum dedi:dabitur alteris comitiis tua cauſa Quid enim tuum quod idem non meum? Cura ualitudinem Reuerendiſſimo cōmuni domino ut facis me cōmenda. Numina iſtec ſuperbe contemnito:mitia & clæmentia colito. Mi Minutole uale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Nicum numen meū ſalue:Rediiſſe te Romā uehementer gaudeo:conſultū & neruis & ocio:ēt & amicis eſt. Pro rebus uero in Hetruria glorioſiſſime a te geſtis:partim cōgratulor:ptim inuideo. Foianoꝝ eni & Lucignanenſiū cōtētiones tot iam annis:tantis debachatæ cædibus: tua uni' opa oppreſſæ atq; ſublatæ habēt ſummā gloriā & dignā ingenio illo diuino Papieñ. mei:p cætera uero eſt:unde digitis oībus & caput & oculos defricē:ſum nunc in ꝓuincia:minus quidē turbulēta:ſed multo laborioſiore ꝙ antea Quippe factiōes hic uariæ:& ſi nō ardent ſuffumāt tñ:& niſi manu aſſidua cōpreſſe teneant: ad oēm negligētiā facile poſſint excandeſcere. Verū mi Papieñ. tempoꝝ eſt hæc culpa nō ꝓfectoꝝ Fontem qui turbat:riuos hic inficit oēs. Infirmo ramus nec fert ſua pondera trunco. Sed accedit huc fœlicitatis:ſum inter tuos:atq; porro ipſa inter auſpicia mea quæ ſine te nulla mihi unꝙ eē cōſueuerunt. Mirifica ſunt hic in te prouincialium ſtudia & quod rariſſime euenit his qui ſuſcipiunt prouinciam ſunt æque oīum. Itaq; refunditur in me quoq; gratiæ tuæ aliquid:acceptus omnibus ſucceſſiſſe tibi:nō alieno iudicio:ſed tuo uideor: q; ſi tuas uirtutes alias omnes ex me deſiderant:integritatem tamen expectantur. Vale.

Campanus eidem.S.

On dubito futurum quod Scribis:ut labes una prouinciam totam cõnol-
uat Malo id quidem meo:quid enim paratius fuiſſes : tamen aliquãto di-
n uinior. Si addidiſſes & tuo. Iam nunc menſtruum ſupplementum mihi a
te conſtituo. Aures pientinos ſeu mauis piiſeos :quinq; menſe ſingulo Ro
mæ agenti. Nam extra urbem nihil debetur mortuis :uiuo hæc dabuntur
præter cœnas & prandia:& quibus Epigrãmata donabuntur. Quorum libertati nec ego
nolo : nec tu potes legem ullam præſcribere. Iam intelligis. Calamitas hæc cuius agrum
ſit decuſſura. Nam ubi amotus prouincia fuero? ne attentabor quidem? aut ſi attentabor:
monebor:non eiiciar. & locum mutabo. Non deponam dignitatem:Mihi uero idem eſt
animus qui fuit ſemper:facile mihi erit:fortunam in qua creui. & perferre. Iniuria omnis
ueſtra eſt. Q ui tantum numen tot patroni ſuſtinere clientem unum nequeatis in cauſa
iuſtiſſima.

Ergo tuũ numen facili placabile cæra
Ad uota incipiet ſurdius eſſe mea?
An quocũq; pedes labent : ut omnia deſint
Qui me ſuſtineat non Papienſis erit:

Q ua re ne putes in deſperationem me uenturum non modo ſine culpa mea aliqua. ſed
omni etiam culpæ ſuſpitione eiectum prouincia:abdicatum magiſtratu:de Bardueli ſu-
percilio ſcribam alias. Scio q̃ manifeſta ſuperbia:q̃ ocaulte ſublabi:nun:& lncerna tunc p
pe eſt ut extiguantur:cum ardet inſolentius. ſed hæc ut dixi alias. Nunc Perinum meũ au
dies: nihil nouum a te peto:eſto qui ſoles. Vale fœliciter.

Campanus Cardinali.S.Sixti.S.

Vm proxime audierim dignationi tuæ Peruſinorum prouinciam eſſe de
cretam:non dubitaui & Vmbrorum quoq;finitimorumq; aliorum legati
c onem q̃ latam uelles acceſſuram:Quæ res ſi eueniet:ſi magnitudine illa di
uini animi tui non releuar:euerſus ſum: æſtimationem hominum de me:
ſpem futuri honoris: præſidia uiuendi : niſi clæmentia tua occurratur ſtatĩ
amittam. Tuderto in biẽnium præfectus: diſcedere ante tempus : ne dum quinq; exactis
menſibus coactus ſum. Fulginenſi præfectura in annum conceſſa mihi nõ ſine ſpe aliqua
prorogandæ:nondum ſex menſibus geſta. Si nunc amouear : actum de omni æſtimatio
ne mea eſt :ut uideat anno uno bis repudiatus. Itaq; omnis fama opinioq; mea in manu
ueſtra eſt. Fortuna omnis a clæmentia.D.V.pendet. Q uem ſtatum illa mihi nũc dabit:
eum in reliqua uita retinebo:ex ea pendebo quantus futurus ſum totus:non facerem: tan
ti reuocationem hanc meam :niſi fuiſſem quinq; ante menſibus ſine omni mea culpa Tu-
derto reuocatus. Q uod.D.V.de me ſtatuerit: id exequar. Scio magnum & præſtantem
ac liberaliſſimum eius animum:beneficio ad ſe confugientem releuare:non iniuria affice
re uelle. Q nam ob rem oro atq; obteſtor per dextram illam tuam quam mihi aliquãdo
porrexiſti:recepiſtiq; me in tuum rationem aliquam habere uelis eius:qui toto animo ſe
dignationi tuæ in omnem uitam dedicauit. Vale.

Campanus.F.Saluiato.S.

Aluiate mi ſi ſaluum me cupis:cura ne ante tempus ne prouĩcia amouear:
ne magnitudo tui principis occupet me potius q̃ amplectatur. Scio maxi
s mum & præſtantiſſimum illius animum: non ad cõmodum ſuũ aliquod
quæſiſſe prouinciam. ſed potius ad ſolam gloriam ſuſcepiſſe. Quæ autem
gloria maior q̃ Campanum tuum fortuna tenuem : fama non obſcurum
cõſeruare. Bis ſi hoc anno inſons fuerim duabus præfecturis Tudertina & Fulginienſi eie
ctus. Cenſes me uicturum eſſe amplius? & non potius me in ultimam deſperationem ui-
tæ honoriſq; uenturum? Quid proderit mihi prouinciæ huius adminiſtratio? & iuſtiſſi-
me & continentiſſime:addo etiam & laborioſiſſime geſta. Si nec iudicatus : nec damna-
tus:nec ulla in re accuſatus:imo paſſim a prouincialibus omnibus laudatus : poſtulatuſq;
abiiciar:an non homines iudicabunt tacitum eſſe aliquid in me:quod indignum prouin
cia faciat:trahitur in peius quicquid non exprimitur. & qui nulla ex certa cauſa accuſatus
tamen damnatur:omnibus accuſari iudicatur. Ego cum honorem:dignitatem:æſtimati
onem meam omnem in manu cõis heri uideam eſſe repoſitam: oro te apud illũ ſic agas:
ut qui in cæteros confouendos largiſſimus:beneficentiſſimuſq; eſt : in me quoq; conſer-
uando:q meritis aliis uincerer ab omnibus:ſtudio erga.D.V.nemini cedo a ſua beneficẽ
tia ne diſcedat. Et crede mihi mi Saluiate quia tecum nunc loquor. Illuſtris eſt & iniuria
& beneficium:ſi Campano tuo conferatur. Cum ne unus ſit in Italia uicus :prouinciæ ex-
ternæ pauciſſimæ:ubi nomen meum non fuerit auditum : aut ſcripta legantur. Vale.

Campanus

Campanus Cardinali ſancti Sixti. S.

I dignationi tuæ indies magis:magiſq; congratulor: nõ mei ſtudio id fa-cio
quo futurus ſis rebus meis aliquãdo propenſior. Quid enim hac capta
tione beniuolentiæ turpius? uerum tacito quodam iuditio: ampliſſimarũ
laudũ meritorũq; tuoꝝ. & extimatione quadam icredibili hominũ de te
quotidie maiore. Quod enim antea fortunæ dabaſ tuæ:nũc uirtuti datur
Caſu te adeptum, quod habes dignitatem:non meritis conſecutũ exiſtimabant. Vbi uero
magnitudo illa diuini animi & cœleſtis ingenii tui auxit & glorioſiſſima mens tua ſeſe
qualis quantaq; eſſet oſtẽdit: Nemo eſt qui non cenſeat:& longe antea promeruiſſe quæ
habes & nunq̃ tot tãtaq; habiturũ quæ morũ magnitudie meritorũ non ſuperent:& tan-
tum optimus quiſq; uidet ſibi paratum præſidii:quantum potes tu præſtare:ut cum pluri
ma poſſis:omnes intelligunt multo plus benefacere bonis omnibus uelle q̃ potes. Nam
quis in tanto faſtigio præſentior & paratior omnibus: in tanta humanitate & manſuetu-
dine liberalior? Nihil agis aut dicis unq̃ ubi clariſſimam & generis & animi tui nobilita-
tem non repræſentes:animi nobilis excellentia premiſ aliquando poteſt:abſcondi nunq̃
poteſt. Scimus per quos labores:quibꝰ in anguſtiis creueris: nec tu pro magnitudine di
uini animi tuis diſſimulas. Interdũ etiam gloriaris. Habuiſti a natura ut nobiliſſimus na
ſcereris:a fortuna uero ut primũ humilius creſceres q̃ eſſes natus. Proueherere deinde alti
us q̃ creuiſſes. Virtute aũt effeciſti ut neq; te illic abiectum aut remiſſum: neq; hic inſolen
tẽ inflatumq; præberes. Qui potuit omni fortunæ facere ſe parem: hic dignus eſt fortunã
omnẽ ſuperare:eam uero ſi quis cũ ſuperauit: ſic uiteſ tãq̃ nõdum adæquaſſet: diuinũ ne
ſcio quid habet neceſſe eſt. In maxima potẽtia & ſummis opibus iniuria opprimere ne
minẽ:leuare omnes beneficioꝛ: quid poteſt eſſe diuinius? uiciſti ætatem quæ cum natura
ſit inſolens & licẽtia quadam efferatur:atq; omnia æſtimet licere quæ appetat:eam tu ita
temperaſti:ut nihil tibi exiſtimes conuenientius: q̃ in omnes beneficia dignitateſq; cõfer
re. Viciſti fortunã quæ cum difficiliꝰ aduerſa poſſit fieri q̃ proſpera:nihil tñ adhuc ægiſti
unq̃:in quo tuæ potẽtiæ quẽq̃ pœnituerit:tum ſummã gloriã ſic æſtimas: ut omnis prin
cipis uita ſit expoſita calumniæ:quæ liberalitate & beneficentia uacet: nec aliter opes am
plas queri teneriq; oportere:niſi ita quæras ut ad nullius iniuriam & cõtẽptum:ſed bono
rum omnium utilitatem & præſidium quæſitæ & retentæ eſſe uideanſ. Itaq; uocem illam
tuam glorioſiſſimam ita probo:ut exiſtimem nihil dici potuiſſe præclarius:nihil dignius
principe:non alia de cauſa cupere te poſſe benefacere hominibus q̃ ut benefaceres. Quid
hac ſententia & propoſito ſanctius? Quid autem ideo cupiunt poſſe plurimũ ut iniurias i
ferant:ut offendant:ut ulciſcanſ. Iam tum indignos ſe faciunt poſſe aliquid cũ ita cupiunt
& reprimendi ſunt ne audacia tantum noceant quantũ fortuna potuerũt: quæ calamitas
ſi quando accidit:ut quod pnicioſi cupiunt:idem aſſequanſ: de uita & ſalute bonoꝝ om
niũ actum eſt. Benefici autẽ confouendi ſunt & cõmuãdi ſemper: ut quod affectãt hoc &
poſſint prodeſſe q̃ plurimis Quamobrem ne defatigare:perge ut facis in hoc ſanctiſſimo
glorioſiſſimoq; ꝓpoſito. & ſemp & omnibus benefaciendi quẽ tu etiã ſi uelis nõ potes re
cuſare quin ita facias. Natura cuiq; dux atq; imperator eſt ſua. Illa te ſic genuit: cũ tibi in
didit animũ:ut nullo modo poſſis nõ eſſe beneficus. Quod autẽ in exitu litteraꝝ ſubſcri
pſiſti:precarer deum pro tua ſalute:fore ut aliquãdo intelligã quo ſis in me animo. Equi
dem & precor precaborq; ſemper & precatus ſum ab eo die quo me in tuũ accepiſti quã-
quã hæ preces non ſoli mihi ſunt porrigẽdæ: etiam ſi me nunq̃ accepiſſes. Idem precarſ
omnes debẽt. Vita enim benefici principis expetenda eſt omnibus: cum facile omnes ac
cipere beneficiũ poſſint ab eo:qui ſemper paratus eſt benefacere. Mihi uero propria quæ-
dam eſt ratio precandi:tuæ utilitatis oblitus:honoris mei q̃ tui cõmodi rationem habere
maluiſti:dimiſiſti mihi quod tui erat arbitrii an uelles eripere: qui ut alteri proſit rem ne-
glexerit ſuam:is ueram adeptus eſt liberalitatis & beneficentiæ laudẽ. Dare eni alteri qd
ipſe non ſis habiturus exiguũ eſt. Quod autẽ eſt tuũ & ad te attinet: alteri ſi conferas per
magnificum. Sed mihi opus non eſt accendere te ad eam laudem:ad quam ita uideri na
tus:ut plus unus:hoc nondum exacto biennio præſtiteris beneficiorum: pluresq; adorna
ueris dignitate:q̃ cæteri tui ordinis omnes annis multis effecerũt. Sum in ſcribendo for-
taſſis apertior q̃ debeo:ſed ſcribo quæ ſentio Initio dignitatis tuæ obtigiſſe tibi eam for-
tem quæ prope adoleſcenti extra dignitatem poſito rerum gerendaꝝ noticiam habenti
nullam uidereſ eſſe collocatam. Iam uero tanta eſt de probitate atq; ingenio tuo: tãta &
de liberalitate & beneficentia opinio:ut omnes exiſtiment fœliciſſime cum ætate noſtra
fuiſſe actum ſi aliquot prius annis ad eam dignitatem ueniſſes. Fœlix uale: & Campanũ

tuum cæteris facultatibus omnibus gratitudine animi nullis concedentem ne deſere.

Campanus Saluiato ſuo.S.

Aluiate mi ne querere:præſum prouinciæ:ſæpiſſime uagor:& tam mente ſ q̃ corpore ſcribo ad herum noſtrum.& uera ſcribo. Glorior de illi⁹ in me gratia quottidie magis:non minus æſtimatiõe hominum creſcit & fama probitatis q̃ ſtatu. Scripſiſſem epigrãmatum aliquid:ſed o curas:carmina non minus:ocium poſtulant q̃ animum.& ego nondũ eo ſecuritatis cũ. D.V. Veni ut iocari poſſim epigrãmate. Mordacia niſi ſint uix ſapiunt. Ego Senenſi meo atq; illi uitam ingeniumq; dedicaui omne. Viuamus modo chare Saluiate:& tardos ſenium expilet capillos longos noſter herus diuq; uiuat Campani muneris. ſed ocioſi hoc tecum genus carminis eſt aptiſſimum:explicat nomen & capit. Cætera non admittunt. Epiſtolæ colliguntur lentius fortaſſe q̃ cupis. Sed colliguntur. de punctis uero magna ſpes. Ego cras Aprutium contendam.x.dies in epiſcopo meo acturus:ſi ita cordi eſt hero noſtro hæc res:diuertam ad Aquilam intẽdam neruos:non deſperãdum de Chylindro Si contendam ſcribe quid agere uelit me herus: immoriar prius q̃ negocium deſeram:ſi ita uolet Bene uale mi Saluiate:hero me humillime cõmenda: dabis litteras meas illi in citamento tuo celeriter ſcriptas.

Campanus Epiſcopo Sueſſano.S.

Raui me dolore affecit germanus meus Neapoli per Sueſſam reuerſus. g Ego ne ea fuiſſem audacia ne dicam negligẽtiam:ut binis litteris tuis nõ reſpondiſſem:præſertim quæ utiq; ad rem meorum pertinerent:reſpondi equidem.& quantum in me fuit pro tanta pietate erga me:humanitate erga meos:gratias egi. Sed uereor ne quod aliquando euenit:meam diligẽtiam aliena negligentia aut caſus oppreſſerit. Eram Meuanæ cum delatæ ad me ſũt priores litteræ ueſtræ:inuoluebar contentionibus oppidanorum de finibus. Tabellarius ad manum nõ aderat. Biduum Meuanæ cõmoratus. Fulgineam redii:poſtridie litteras coquo meo dedi:qui aiebat componendæ litis cauſa:ut ipſe poſtea deprendi:meretricis illecebris arreptus. Romam cum meretrice proficiſcebatur. Non putaui fideliori nũcio cõmitti litteras poſſe q̃ domeſtico meo. Qui cum iam eſſet in itinere ſuperuenerunt alteræ litteræ:quibus quoniam de fide mei non deſperabam:non putaui aliter reſpondendum cum idem quod priores continerent. Tantum reſcripſi ad Senẽſem meum q̃ breuiſſime: adiectis his uerbis:non opus eſſe pluribus:cum ad te pleniſſime ſcriberem. Coquus poſtea ſecutus atq; addictus meretrici:ad me minime rediit litterarum rationem quantum uideo habuit nullam. Ita res ſe habet Ego & ſi ſum alioquin negligentiſſimus cum.D.T.cuius infinita extant in me beniuolentiæ uincula nũquã fuiſſem: hæc ad excuſationẽ amici mei. Cum domino Bonadeo longe diſpar eſt ratio:dixerat ſe habere quædam beneficia in dioceſi mea:& ea ſine omni controuerſia poſſidere: pactionem eam inuimus: ut ego illi neſcio quas pecuniolas annuas perſoluerem:extant ſyngrapha a me cõſcripta Beneficiorum nomina hæc ſunt. Rectoria ſancti Laurentii Canonica ſancti Silueſtri. Rectoria item ſancti Titii. Tertia ſancti Stephani ad mare. Exiſtimaui diuitem me factum hac pactione. Reuerſus in prutinos meos:muſcas inuenio nullum horũ poſſidebat: præter ſcm̃ Silueſtrũ: qd eo prætextu impetrauerat:quia contector bello regio cum hoſte ſẽſiſſet De hoc paulo poſt cum Bomaneñ: epiſcopo noua conditione tranſegit:me quantum in ſe fuit deiecit & prodidit:ut niſi Reuerendiſſimus dominus de Vrſinis interueniſſet:magna uideretur mihi cum.d.Bemaneñ.orta contentio:oportueritq; cum eodẽ graui cum detrimento meo tranſigere:non tam utilitatis cauſa:quæ prope nulla erat: q̃ ſpe quadam honoris ne uideret eiectus. Septem iam antea annis hæc acta ſunt. Ego beneficia Sueſſana tenui & poſſedi ſemper. Prutina nunq̃ ſum aſſecutus:nihil mihi cum domino Bonadeo eſt rei:niſi q᷑ me decepit. Scribo hæc T.D.cui de me ipſo & omnibus reb⁹ meis pro ueteri pietate erga me ſua reddere rõnem debeo. Veni ad epiſcopatum meum: facta mihi per ſolos.xvi.dies poteſtate hic manendi:unde iam quinq; annis obſueramus:redibo ad quattuor dies ad gubernium meum:ubi ſi quid ualebit & uetus & dedicatus ſeruulus ueſter Campanus oſtendam me a ſeruitute ueteri non diſceſſiſſe. Vale.

Campanus Papieñ.S.

Ruciant me & excarnificant quæcunq; te angunt:beneficiis tuis ĩmortali c bus feciſti:ſecũda feciſti aduerſa cõmuniat:tu uero ne frangere:ita opinionem ſtant omnia:fecit acerbiorẽ hunc caſum religio. Sed abutimur iã pridẽ eo clypeo nõ tegimur. Quis neget iure cæſum eũ q tantũ auſus flagitii

oblitus ſuæ

oblitus ſuæ ſortis : uno ſcelere & uiolarit familiarem fidem . & perimere ſimul tot cona
tus ſit magnam partem inſontes:uerum tacenda ſunt hicquæ & ſi cauſam adiuuāt:plus
tamen addunt ignominiæ aperta q̄ ſuppreſſa præſidii auferunt : fugiendam non minus
labem domeſticam quam culpam cenſeo:adequitaſſem ſtatim Aſſiſium: conſilii aliquid
capturus ex loco:niſi Brunorus aliter cenſuiſſet: uix dimidium horæ ante aduentum ipſi
us caſum perceperam.& honeſtiore facie:quam uos induſtis.Culpa hic in toxicum refer
tur omnis:flagitium taceturiuſſum intercipi a Præfecto: inter capiendum cæſum ab his
affirmant:qui toxicum acceperunt:libidinis ne parua quidem circunſertur ſuſpitio.Brac
chius plus habet uirium:eſtq; ad ſubitam manum paratior: ſi quid ille uiribus tergiuerſa
bitur: ego auctoritatem præſtabo.Brunorum admonui:ſi Bracchius liberam hanc curam
in ſe recepit.& fronte quæ nihil habeat rugarum ſe illi credat. Sin uerba nebulam : oculi
uertiginē habeant:recta ad me redeat.Sunt mihi in prouincia fidæ & ueteres cliētelæ: un
de ſint noſti.Sunt & amici nouis officiis comparati:præſens multa potero:quæ tu abſens
fortaſſe nō ſperas.Si res exiget ex Campano centurionē me faciam :equi & muli ſunt ipa
rato pro familia deducenda. Expecto quid Bracchius reſpondeat:ut ſcire liceat quæ uia:
qua induſtria capienda ſit deducendis.Tu de his quæ hic agenda ſunt ne dubita Cāpano
tuo:& nō omnino ſtulto.Tu iſtic mentem Pont.primus occupa : primus ſaclo ſis a quo
caſum intelligat :obſcœnitatē mea ſententia reticueris.Cætera ſic aperientur tanq̄ de toſ
ſico conſtet ob domeſticam inuidiam parato a ſacerdote. & de cæde a toſſicatis ſacta:in
uito atq; adeo inſcio Præfecto non dubitatur.Sed quid argo inuigiletur? Bene uale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Vm hæc ſcripſiſſem rediit Brunorus a Bracchio : ait perſtare illum in offi
cio ueteris beniuolentiæ:& plus polliceri q̄ petebamus.Iuditio tamen eſſe
c quo & ego Brunoro dixeram me eſſe: nō eſſe diſceſſum hunc familiæ acce
lerandum tantopere . ſed potius ueluti de induſtria negligenda omnia:
metumq; omnem diſſimulandum:tanq̄ iure noſtro factum.Id facinus:cul
pam aut nullā aut exiguam habeat. Interea prorogationē aliquam præfecturæ eius quæ
rendā uideri:quam rem maxime iuuare poterit .& petitioni ſuffragabitur aduerſa ualitu
do ſucceſſoris:qui nūc Aſculi egrotat.Inſta oino ut habeatur:aut in annū:aut ſi ita neque
at iſemeſtre.Magna uidentur ſemp quæ ſunt recentia:dies ut cætera ita & opinionē dimi
nuit.Bene uale. & oino prorogationem:aut quantum ſcripſi: aut oino aliquam procura.

Campanus eidem .S.

St Spoleti Iordanus Thomæ uir probitatis & litteraturæ æque ſingularis:
mihi autem adeo deditus:ut ſi eius ſortis amicos recenſeam :omnibus ſta
e tim Iordanum anteponam. Is in motu proximo Spoletinorum multa p
peſſus:confugere:q; martem coactus refugit ad me.Quid ego poſſum præ
ſtare:niſi quod tu potes? Velim Campanum in Iordano defendas : illius
calamitatem in mea fortuna tuearis:nec te ad odium & contētionem deuoco.Spoletino
rum meorum gratia impetrari cupio tua:quod mea obtineri auctoritate non poteſt.Sed
quid te moror.Scribe manu tua ad Spoletinos:roga Iordanum complectantur : ſi ſontē
tua gratia:ſi inſontem innocentia ſua: hoc maiore ſtudio non poſſem petere.Exhibe mi
hi nūc in cauſa amici:quod ſemper ante meis temporibus conſueuiſti Efficaciſſimæ ſint
litteræ : quales prodire a te ſolent cum pro me ſcribuntur . Bene ualeat meum numen.&
nunc cum imperatore eſſe tibi rem puta.Et cui niſi pareas:pice numen in fumem non thu
re in odorem:

Campanus Cardinali ſancti Sixti.S.

Vdouicus hic qui has defert ad tuam dignationem eſt unus ex nobilibus
Spoletinis: qui nunc exilio deſtinantur Reuerendiſſimæ.d. ſeruulus ſum
l & iam ſemel omnis ſors mea in manu ueſtra eſt . Itaq; aperte loquor:diſſi
mulo cum illa nihil:magna infamia: maius periculum iminet ſtatui eccle
ſiaſtico ſi hoc modo in uiros nobiles & affectos eccleſiæ: ſine cauſa: ſine iu
re ſæuiat.Si ad plebis nutū uiuiť:actum ubiq; de bonis uiris eſt: ad dedecus accedit:habe
mus illic arcē munitiſſimā & nō timeť.Eſt Spoletum in uiſceribus eccleſiæ. & tamen im
pune debachatur res mala effectu : peior exemplo eſt.Qui iam populi nō incitabunť ad
ſcelus? Si qui minus deberēt poſſe peccare : impune iam peccāt. Magna & icredibilis eſt
gloria uirtutum diuinarum ueſtrarum : quæ indies magna : magnaq; perlucent. Sed hic
parata eſt ea palma : qua neſcio an ulla dignior illo diuino & cœleſti animo tuo poſſit
occurrere iu uita unq̄ . Rem eccleſiaſticam in hoc poteſt dignatio tua optime ſtabilire.

Quid iuris habent ciues in ciues? Iam exilia & relegationes quæ ſolius ſunt Principis: ſibi plebeculæ arrogát. & plus audeant qui ſunt indigniores. Erigat. D.T. mentem illam ſuam ingenii & conſilii plenam. & ad ſuam ignominiam pertinere exiſtimet quicquid hodie in eccleſia delinquitur. Ad ſuam laudem atq; gloriá quicquid plectitur & punitur Puniri autem ea ſcelera tam eſt facile hoc tempore ꝙ neceſſarium. Quid in mediis facerent bellorum incendiis qui in tanta tranquillitate pacis tumultuantur. Italia peccata eccleſia concordia arce cómunita D.T. prouinciæ præſidente. Ex impunitate paucorum: infinitorum creſcit audacia. & ex ſuppliciis unius priuati hominis: tote interdum ciuitates deterrentur Sed nolo pluribus fatigare. D.T. ſcio illam honorem atq; gloriam cæteris rebus omnibus habere poriorem: oppreſſos hos Spoletinos. & ius ſummum & humanitas ipſa cómendat. Fœliciter uale.

Campanus Cardinali Papien̄ſ. S.

Go ſi quid feci aut facio in rem tuorum: iure facio: quid enim a me præſtari poſſet: in eos tantum quod tuorum in me beneficiorú magnitudini reſponderet. Sed ex Brunoro noſtro omnia plenius. Is pro ea qua eſt diligétia ſcribet de omnib' ut arbitror diligenter: eſt honoris tui tuorumq; ſtudioſiſſimus. Nos hic ea peragemus: non ſolum quæ Brunorus expoſcet: uerum quæcunq; ad fratris ſalutem facturа uidebuntur. Non eſt res tanti ut periculum differamus De ſeceſſu non inuideo ſolum ſed rumpor. Ego fatis diſtractus: non equis. Regnum illud nobiſcum ſorte quantum uideo iniquiſſima diuiſi, Galli & gallinæ menſæ ſunt ueſtræ. Pientina & Turrina & ſubterraneæ cellæ me excruciant: deliciæ ueteres ímemoriam renouatæ repetitæq; in horas ſingulas exulcerant plagam. Epigrámata ex iudicio naſcuntur: ingenium noſtri periculum uereor: aut odii uera dicturus: aut aſſentationis conficta. Nam quid libertate noſtra licentioſius? Si permittat paſſurum animo: quo tu: tentabo fortaſſe aliquid. Sed refert ad quem ſcribas. Excitauit aliquando Platonem auditorium. & Roſcius nó idem domi: quod in ſcena. Bene uale. & cœlo Senéſi. & pientinis cellariis Campani ſitim cómenda.

Campanus dño Gregorio Spoletino. S.

Alue mi frater. Ego in amicis conſeruandis defatigari non poſſum. & uetus prouerbium ſic habet: Amans qui nó amicus: proditor. Simulatione & diſſimulatione & fuco omni carere amicicia debet. Porrexiſti mihi proximis litteris ſpem aliquam: ímo plurimam de Iordano. Ego uero ſic illi cupio adeſſe: ut a Spoletinorum meorum uoluntate pedem non moueat: paret: parebitq; ſemper Iordanus dum mihi erit amicus ciuium ſuorum imperio quod & ſponte ſua facit: facturumq; pollicetur. Verum ubi Campanus? ubi mea cum Spoletinis meis gratia? Cómendatus a me: tamen relegatus. Quæ relegatio ſi eſt in rem publicam nihil moueor. Vitam enim meam & dignitatem pro ſalute Spoletinorum meorum cum res exigeret indubitanter exponerem. Sed cum uideam exilium Iordani nó eo ſpectare ut ciuitas in tuto ſit: ut comprimatur factio aduerſariorum: ut pro ſceleribus puniat ſed ut ciuium decreto pareatur: non poſſum deſiſtere a defenſione amici periclitantis. Cupio tueri eum: non armis ſed precibus: non imperio aut auctoritate aliéa. ſed mera atq; ſola gratia cum Spoletinis mea. Quæ ſi amicis meis proderit multum lucri Tudertino bello ſum conſecutus: ſi prodeſſe non poterit: dicá qd dici ſolet: multis ꝗ ſimul iſeruit: inſeruit nemini. Peto igitur ut aut Iordano exilium remittatur: aut ſi nimium id eſt. & merita ſuperat in ciuitate mea: nam uoluntatem nunꝗ̃ ſuperabit: ut relegatio cómutetur in locum mitiorem. & ſi fieri poteſt apud me: ſin hoc quoq; pluſculum eſt: dies ſaltem aliquot: quibus mecum eſſe poſſit concedantur: ad curam filii qui pede confracto moueri uix poteſt: quanꝗ̃ hæc minima eſt gratia quam poſtremo popoſci. & ſi neceſſaria ꝙ ſi ad nihil horú exaudiar: nihil dicam aliud ꝗ̃ ualete mei Spoletini. Non eſtis quibus cum gratia atq; officio certetur. Peto enim quæ aliis conceſſa ſunt. & quorum minima eſt ratio: ſi ad Campani erga Spoletinos animum conferantur. Cura igitur mi frater: fac uiuat cum Spoletinis meis Campanus. & fit iſtic aliquid inter eos: pro quibus ſi maximus eſſet: maxima præſtare: nunꝗ̃ ceſſaret. Bene uale. & cura hanc rem diligentiſſime.

Campanus Dulci ſuo. S.

Vlci meo ſalutem. Dicant importunum qui uelint, Ego officioſum me uoco. & tueri amicum aduerſa fortuna inter amicos laborantem: nulla importunitas: ſummum officium eſt. Proximo nuntio ſcripſi ad te nihil ꝙ exiſtimabam

mabam ſemel admonendum eſſe amicum uoluntatis noſtræ non obtundēdum: quotī die:& ſæpe idem poſtulare ab eodem diffidētia eſt. Itaq; ſatis mihi uidebatur ſemel Dulci meo cōmendaſſe Iordanum. Sed quando altiora ſunt illius uulnera: q̄ quæ uno poſſint curari medicamento: ſcribendum iterum ad te duxi. Mi Dulcis amicus eſt mihi Iordanus: amicior tu: longe amiciſſima ciuitas. Itaq; amicum apud amiciſſimos conſeruare non poſſe: deſperatio quædam eſt: poſſum dicere. Potui ego ſeptem Spoletinos meos apud meum illorumq; hoſtem ſeruare. Spoletinum unum apud Spoletinos meos retinere & ſeruare non potero? Appello te mi Dulcis: eſt ne dignus animus in Spoletinos meus: quem tu aliquando deprendiſti? eſt inquam dignus qui unius hominis caſum poſſit apud nos ſubleuare. Longe mihi maior eſt animus q̄ fortuna: fides q̄ animus. Non poſſū præclarum aliquid & magnū conferre Spoletinis. Cupio tamen aliquando poſſe. & qđ maius eſt ſemper cupiam: nulla me diuellet ab obſeruantia Spoletinorum meorum fortuna: nulla rerum permutatio: eſt mihi amicorum quantum ſortis meæ alteri fortaſſe nemini: nemiem unq̄ ſum complexus amicum: quem quantum in me fuerit deſeruerim: neminem habui quem & nunc non habeam. & ſemper ſim habiturus. Hæc ſcribo ut intelligas tantam fidem non indignam eſſe: atque & a te & Spoletinis noſtris exaudiatur. Ego tibi rem Iordani cōmendo: abſit: ſi aliquādo tibi idē accideret: uideres quibus neruis: quo conatu inſurgerem ad te: tuoſq; omnes protegendos: quid facturum me putares pro amico maximo? qui tantum cupiam pro mediocri? quanq̄ nemo mihi eſt amicus: mediocris qui eſt amicus. Quare defende mi Dulcis in Iordano Campanum tuū. Comple mihi hāc gloriā: adde hoc & uinculum & īſigne Campano tuo ut prædicare poſſit tanti apud Spoletinos: ſuos eſſe: ut unū potuerit apud eos hominem in cauſa ancipiti conſeruare: & dignos eſſe Spoletinos omniū amicicia: qui tātum poſſe amicos apud ſe uelint. Enitere mi Dulcis tua hæc palma: tuū opus eſt. Noui & animū & ingenium & fidē tuam: noui & altiſſima conſilia. Ego hoc beneficium a multis peto: a te præcipue expecto. Bene uale.

Campanus Cardinalis Papieñ. S.

Ratris tui ſic acta res eſt: ut nihil ſcrupuli reliquum. Ingreſſus arcem Legatus: mihi & expiationem & impunitatem iniunxit. & arcis præfecturam
f non modo in ſemeſtre conceſſit: uerum & in annuum prorogauit. Præfectus & ego egimus gratias tuo nomine: præfecto aliquid conſolationis eſt adhibendum: aut leuitatis potius: nihil illi magis deſperationem facit q̄ taciturnitas in eum tua. Scribe obſecro & hominem unum & uulgo te præbe: ignoſce & comparere quibus opus eſt. Calamitas etiam quæ minima eſt: maxima efficitur. Si adiutorē nō habet: ut tis tuis litteris & illius mœron & meo: in eo deſiderio ſatiſfacies. Vale. præterea Legatus iam quantus eſt. Campani eſt: accepit leges: & ſeruat: Multæ ſunt: quarum quædam hæ ſunt.

Sit mihi fas ſocia cubitum flexiſſe feneſtra In faciem liceat dicere ſi qua uolo.

Prorogatus eſt magiſtratus meus nō quantū illi expediat: uerum quantū ipſe depoſcam: adiuuerunt me prouincialiū mirifica uota. Ego a te meo in regno nō uincor. Iterū uale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

Ere ſalue. Spero ad paucos. ſed omnino polliceri nō poſſum: fore ut te ducē:
h germanos parenteſq; tuos uideam. Legatus uero tam tibi Cardinali eſt deditiſſimus: q̄ mihi epiſcopulo effectus. Vidit me: audiuit: tetigit: deuulſit: amplexus eſt: præfecturam quantum in ſe eſt: in infinitū prorogauit: nihil illius animo diuinius & præſtantius: plus præſtat q̄ poſtulatur. Natus ad beneficentiam & gratiam merita hominum non fortunas amplectitur. Sed hæc alias. Cupio omnem familiam bene ualere. Fœliciter uale.

Campanus Xancto Cæraſio. S.

Eraſi mi ſalue. Si putas me aut oblitum tui: aut remiſſiorem in beniuolentia
c factum ad te non ſcribere: male de Campano tuo ſentis: tanti enim te facio q̄ ti tu ſoles lucernam. & eo pluris quo Cæraſius clarius lucet: etiam ſi cœnet ad candelam. Sed noſtri occupationes cum aſſiduas: tum faſtidioſiſſimas: nec dubito te quo in loco: quibus in laboribus ſim cogitare.

Depoſcit uacuum thalia pectus
Et curas fugit ocioſa Clio — Atq; alia una datur quies labori
Verum aures mihi centies flagellat — Si quando uigilo ad tuam lucernam.
Hora qualibet ille poſtulator

Litteris Reuerendiſſimi cōis domini ualde ſunt recreatus: uideo in tanta bonitate & mā

ſuetudine fortunam non tantum potuiſſe : ut memoriam ueteris contubernii extinxerit Commendabis me ſtudioſiſſime. ageſq; D. S. ingentes gratias meo nomine : q; Campani ſeruuli ſui tam benigne recordetur. Ad Guiſum meum quæ mittam non habeo. Colliguntur indies ineptiolæ noſtræ : dabimus operam ſi modo quoq; ipſe uolet ineptire: ut ſtatim exſcribuntur. Bracchiana hiſtoria eſt Senæ: remittetur poſt alterum menſem cum fuerit exſcripta: nã ita recepit ſe facturũ qui nunc habet. Cura ualitudinẽ mi Cæraſi ſerua te Campano tuo incolumem. Io. noſtrum aromatarium ſeu magis Miropolam ſaluta & amplectere Reuerendiſſimo. d. Cardinali ſancti Pe ad Vincu. cũ datur occaſio ſtudioſiſſime ut me cõmendes oro multũ: ac prope dicam infinitæ illius beneficentiæ debeo: mãſuetudinem & modeſtiam maxime colo. Bene uale. & ad me ut facis ſæpiſſime ſcribe.

Campanus Gentili ſuo. S.

c Ampanus Gentili meo dicam: ut Eudoxus Vlixi ſalutem. Quorum alter Troiano bello : alter multis poſt ſæculis Athlanticum pelagus inter gentes mutas elingueſq; oberrarunt. Quid enim hac noſtra taciturnitate moleſtius? Quid lorio & ſymphonibus dignius? Loquebatur Italia beniuolẽtiam noſtram. Affectus noſtros Anguli omnes audiebant: nec deerat inuidia multorum qui partim dolebãt atq; angebantur: partim eiuſdẽ ſorti eſſe cupiebãt:

Nunc Gentilis agit nil. Tuſca præſul in æde
Fraudauit muſas: cæpit & eſſe miſer
Campanus multo te ſtultior: otia prodit
Priſtina: nõ illi eſt una relicta dies
Audire agreſtes raucas diſſoluere lites
Cogitur: & laborẽ eſt pdere quicqd agit.

Sed hæc querela alterius erit epiſtolæ. Nam congratulationis rationẽ uideo nullam: niſi q; mecum una intelliges q̃ miſera uita: quantis laboribus & ſtulticiis petit: de Papienſ. noſtro nõ loquor: qui nunq̃ eſt is qui eſt: niſi cũ Romæ non eſt: adeo nũc intermiſſis ſeceſſibus: faſtidit eam uitam: cui parandæ olim imoriebat. Credo te tuo: nõ illius conſilio mitram accepiſſe. Ergo inquis inſanus. Ego quidem nunq̃ te niſi ſaniſſimum : nũc pace tua dicam: inconſultum & dementem iudicaui.

Arua olim Romana: canẽ ſubcinctus & enſem
Dum peteres toto liber eras Lario.
Currere te uidi ceruoſq; æquare fugaces
Et leporem miſſo prændere in arua cane
Cœna erat in pratis: comites te mille ſecuti
Cingebãt toto margine fontis aquas:
Ianua nũc clauſa ẽ: uenıũt faſtidia habendi
Sunt comites: muli: ſcrinia: ſtrator: equis

Et alia multa quæ modum ſiue excedant ſiue non attingant: parati ſunt qui de te iudiciũ faciant ſed hæc tecum ſecurius: cum eris expertus. Venit ad te Bartholomeus Arretinus olim fratris mei proximis annis aliquando etiam & meus hoſpes: dignus eſt quẽ non minus tua cauſa q̃ mea ſuſcipies cõmendatiſſimũ. Sacerdotem enim habere in eccleſia probũ: quædam præſulis fœlicitas eſt. Vale & nunc nõ aliter q̃ Campanũ tuum amplectere. Laurentio & Iuliano cõmendatũ me facito. Laurentii amicos pro quibus aliquando ad me ſcripſiti factis fauorabilioribus q̃ uerbis ſum proſecutus. Egi aliquanto fidelius q̃ mecum actum eſt. ſed ex errore fructum expecto. Iterum uale.

Campanus Honofrio medico. S.

m Aluiſſem hæc coram ſi & tibi & mihi per negotia licuiſſet. Verum cum tibi non liceat munus tuum publice ſuſceptum dimittere. & mihi nefas ſit decedere prouincia: uolui litteris agere: quas uelim optimam in partem accipias. Monueras me & hoc & ſuperiore anno cum Fulginia diſcederes: ne pontem quendam imminentem proſpectui domus tuæ permitterem fieri. & adhuc factus non eſt. Proximis diebus cum apud priores ea de re ageretur: ne qd aduerſus honorem & cõmodum tuum decernerent: cauſam traxi ad me: illis ſilentium impoſui: nec ſiue calumnia aliqua. Nunc ciues multi & primarii me adeunt: pontem edificari ut permittam: ne ue Paulum impediam poſtulant. Pauli magnam neceſſitatem : tuum omnino nullum impedimentum proponunt. q; tam alte pons erigetur: ut proſectum feneſtrarum tuarũ in forum nihil impediat: parietes tuos minime attingat: ſuis utrũq; inedificet: pontes eodem in uico complures aſpiciant: acceſſi ipſe ad locum: hæc (ut aſſerũt) ita eſſe pſpexi: rogaui multos cur a te fieri nõ eſſet antea pmiſſum: filius ueterẽ offenſionẽ: & effoſſum parietẽ tuũ oſtẽdit. Illi cõſenſu Pauli confingũt eſſe factũ. Cæteri natura: te: ubi qd ꝓpoſueris ptinaciſſimũ eſſe ridẽnt. Quidã te eo cõſilio id facere exiſtimãt ut cogere Paulũ uelle uidearis ad neceſſitatẽ uẽdendæ dom⁹. Ita q; filius irate facere te puta. Alii ptinaciter. Quidã ẽt tyrãnice: hæc lõ tecũ apte: qm̃ cũ pre fili⁹ loquor. Accedit & rõ populi q ẽ iuris ſui uẽdicator acerrim⁹. dicũt pmiſſũ eẽ paulo ut ſup mẽbris illis q̃ ſũt populi edificet atq; ita alte ut ꝓſpectui tuo officiat nihil. Ego cũ te ſingulari beniuolẽtia ꝓſequar. &

clariſſimas uirtutes tuas carere omni calumnia cupiam:te oro ut hanc rem meo arbitrio
permittas:intelliges ita honorem & commodum tuum mihi charum eſſe:ut ſi tu adeſſes
melius tranſigi res non poſſet. Expecto a te reſponſum. Bene uale:& ſi liberius ſcripſi: na
turæ ignoſcas meæ:qui ſimulare cum iis quos diligo nõ conſueui.

Campanus Gentili Spoletino S.

Etulit mihi petrus meus q̃ grauiter conqueſtus de me ſis. Ego ſi Treuien
ſes trahere ad tuum deſiderium potuiſſem:peracta res eſſet. Verum cum il
r li ad ſummam centum triginta floreñ. offerent:procurator tuus centum
ſeptuaginta ducatos ad ultimum poſtularet. Quæ ſũma per. d. Terdoneñ
& Eugubinum decreta dicebatur. Non uiſum eſt mihi te adeo grauare ut
magna ſumma frangaretis:at debebas inquis cogere:quis cogat eos qui de tuo iure fate
antur:inficientur de ſumma:& ſe quantum debeant perſoluere paratos polliceantur. Fal
conenſium diuerſa ratio eſt. Negant omnino debere tibi quicq̃. Sententias ꝑ ſe latas at
teſtantur. Vicelegati litteris infeſtari prohibentur. Ciuitas Fulginienſis propter annonæ
charitatem ægræ fert:non eſſe liberũ acceſſum finitimis ad urbem. Vicelegatus ſcripſit
ad ſe cauſam pertinere. Monuit interdicerem procuratori tuo: ne quid in Falconenſes &
Treuieñ. moliretur in iuſſu tuo:uterq; populus quæritur fatigari ſe diuerſitate iudiciorũ.
Nam & Romæ agi cauſam:& commiſſarios eſſe non unos:& hic in prouincia neſcire cu
ius ſententiæ pareãt. Conſilium. F. Neronis affirmat de centum ſeptuaginta ducatis. Vo
lui de ea ſumma tantum detraheret:ut ad centum triginta floreñ. ſubdeſcenderem. Con
cordiam eam utilem tibi non uidi:cogere aduerſarios certam ad ſummam quam negãt
non potui: Quid facere me cupias:ſcribe:non ſine cauſa prætermiſſum eſt a me in tua cau
ſa:q; ad conuentionẽ non eſt uentũ:faciam quod iuſſeris. Bene uale.

Campanus dño Anthonio Piſtorieñ. S.

Inas litteras tuas accepi eadem de re:ſed diuerſa ſententia. Domitii caſum
quis nõ doleat: Gener & nepos eius qui periit magna pertinacia laborant
b Domitius i priori multa exſoluendo:etiã domũ uẽdidit & filii libros: quẽ
ad ſcolam Peruſinam hoc anno deſtinauerat. Ego ſi quid elici poterit ꝑcu
rabo. Affinem tuũ cuius nec tu nomen ſcribis nec ætatem. Curabo i annũ
ſequentẽ. Nũc eñi Nicolaus Milonius Reatinus cõductus eſt cũ Quiriaco Fulginatæ ad
iutore:& mea ſententia ludi pedagogo:ſcribis nomẽ:primã ætatẽ:quib' in locis profece
rit:quo ſub præceptore:num uſquã publice docuerit:ſac ſcribat ad me aliqd noui: aut ue
tera ꝓferat:populũ tam difficile eſt flectere. q̃ facile arte:ſuaſu. precibus: auctoritate: gra
tia & cõſilio ducitur. Ego pro te & tuis ad oĩa paratus ſum:& te itelliges eſſe paratũ:ſi da
bitur ut periculũ fiat. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Vmen meũ:longo interuallo & temporis & loci te adoro. Cũ magno in
diſcrimine poſitus de me cogitarẽ dolebam. nõ min' me tibi perire q̃ mi
n hi:& puto gratia tua factũ ne perierim:prope tibi ereptus ſum mi Papieñ.
morbo graui:& noĩe ipſo non minus q̃ re formidando. Ter extra me fuit.
Ter ad me redii Qui morbus inquies: uetus morbus cominalis:ſed natus
a ſtomacho:& quẽ Cæſar aliqñ ꝑpeſſus eſt. Sed mi Papieñ. caſtigans caſtigauit me dñs:
& morti nõ tradidit me. Videbis Campanũ tuum ꝓlatum: quẽ olim poetã pſpexiſti. ac
plane te adhortor ad aliter uiuendum. Tu me & ego te intus & in cute nouimus. Ventus
& ſomnũ ſumus:& ſpuma æſtuans uanitate atq; libidine. Iam uenio ad litteras tuas hac
horã p Laurentium Iuſtinũ ad me delatas:eſt ita ut tu ſcribis: negligentiã ſecuritas facit:
& ſemp ſtudioſius attendimus quæ nõ habemus. Sed reſarciamus diligẽtia quod diſſu
tum negligentia eſt. Senenſem meũ ueniſſe ad portũ:eſt:quod illi. tibi:mihi:curiæ cõgra
tuler. Didicit periculo ſuo & noſtro q̃ ſtultũ ſit ſine ſtulticia iſanire. Offers operam & pol
liceris accipio fiducia:qua ſoleo:potes & me inter cõpetitores noiare:nõ ut ſperem quic
q̃ adhuc ue ſ; ut intelligant oẽs eſſe me tuũ:& Papienſem non fortunas hominum ample
cti:ſed fouere merita & ingenia tueri. Iniunxi his Oratoribus Aſſiſiatibus & eorum Can
cellario ad trienniũ prorogãdo:dabis operam & mea & dñi Fabiani noſtri cuius alũnus
eſt gratia Bene uale. ix. Decembris. M. cccc. lxxiii.

Campanus eidem S.

D cætera tu quidem ſanctiſſime:ad petitionem Theaneñ. nihil reſpõdiſti:hoc
a quantis optauerim uotis:cui q̃ tibi eſt exploratus: Ad Regem ſpectat inquis:
an me tam cenſes obſcurum:ut regi ſim incognitus:tam infidelem aut inoffi
cioſum aut ingratum. Petiuit pro nepotibus Cardinalis Senenſis. Miſera mea

conditio:tanto tempore ſecutum Cardinales tñ ſine præſidio Cardinalium eſſe :nō eſt e
re cōmuni contentionē tantam ſuſcipere. Scio nō eſſe e re. ſed expedire utriq; noſtrum .
eſſe te Inter Patres maxima gratia:odio minimo. Sed Interea ætas fuga labitur & ſubuo
lat tacita:ſubripiuntq; anni uires:& ingeniū obgrauat. Quid me obtundis inquis:ʼ Thea
num haberi nō poteſt. At poteſt Tricaricum Regis conſenſum nunquid deſperas:ʼ nō a
deo inuitis uiuimus ſuperis:ſed fac illum difficillimum: . Quis enim conſenſum & petat
honeſtius:& facilius aſſequaturq́ Papieñ. pro Campano ſuo:præſertim abſente . Quam
ob rem aſſume hanc curam mi Papieñ. aut alicui ex tuis demanda Oratorem & Regium
alloquere. Ad Regem una conſcribite. Si Theaneñ haberi poſſit fœlicē me feciſti. Siu al-
teri eſt promiſſa ut. F. meus ſcribit:pro Tricariceñ poteris & cum . Rege & apud Ponnfi-
cem inſtare. Gratior & optatior Theaneñ. uerum inopiæ quicquid impendit: magnum
eſt etiam ſi ſit exiguum. Cum regio Oratore quicquid uoles conficies:debes uelle mi Pa
pieñ Nō tibi ſum cliens indecorus:non infidelis ſeruus:non ſi(ita pateris)ingloriosſus fa
miliaris. Neruis tuis omnibus opus mihi eſt. Bene uale:& alterum cōfice. ii. Ianuarii. M.
cccc. lxxiiii.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Nſo cupiēti facillima difficillima:difficillima facillima fiūt. Spē cū multa
adimant. Papieñ. unus ad omnia reddit : de Theaneñ. eccleſia loquor aut
a ſi deſperanda hæc ſit:de Tricariceñ. Nunquid taceri me in hoc congreſſu
patiere:quem præteriri in cominis Cardinalium negas te eē paſſurum cō
tendere cum tanta potentia in curia:tantis erga Regem meritis præduruſ
eſt:dices nullam ego in dimicationem te:uoco:nullam propono contentionē: quam ta
men ſi tu ſubires:quis non ignoſceret Papieñ. pro Campano Cardinali doctiſſimo : pro
epiſcopo nō oīno indocto. Auulſiſti olim præſidatum Tudertinū a reliqua tua prouīcia
Fulginatem quantū in re fuit prædeſtinaſti priora beneficia : ut & infinita & maxima ta-
ceo. Sed hæc prope dicam ſeruilia ſunt & momentanea:nataq; ex nutu alienæ fortunæ .
Solidum & ſtabile eſt quod quæro:nondum tempus eſt inquis:ʼ eſt uero tempus. Si non
ſolis & lunæ:ſtellarũ tamen & auroræ breuiſſima eſt occaſio quæ optima.

Alati pennis fugiunt uelocibus anni Pernicīq; uolat tempus ut aura pede.

Cum Oratore tentādū eſt regio:aſſume perſonam quam debes:etiam ſi non ad præſen-
tem occaſionem:tamen ad ſpem futurorũ ſuffecturus. Sed hæc cumulanus alteris litteris
quas Anthonio Meuaniti proxime dedi . Bene uale.

Campanus eidem. S.

Ominum Silueſtrum Baldolum Fulginatem amiciſſimū meum mira in
ceſſerat cupiditas tibi famulandi. Confirmaui ſemper conſiliū eius:eſt eo
d dem propoſito nūc quoq;. Mea ſententia indignus eſt:qui reiiciatur:mo
ribus & preſentia gratus:facundus eloquii:māſuetudine gratus:litteratu-
ra hac noſtra plus q̃ mediocri:iuris plus habens recondīti q̃ aperti pro ſe
ratiuocationem expectat indies. Veniet non ingratus:etiā ſi deſint cætera quia a me com
mendatus. Iterum uale iii. Ianuarii. M. cccc. lxxiiii.

Campanus eidem. S.

Redixi tibi rabiem illam B. aliqñ in me ſæuiturā & flecti aut leniri nō p oſ
ſe:an dubitas nulla alia de cauſa q̃ ad uindictam Fulginienſi me pelli præſi
p datu nunq̃ me fefellit hominis implacabilis pertinax obſtinataq; natura :
pro nullo errore acerbiſſime plector quo ſtudio mitigare conatus ſim : ut
mollirē ſaxeum pectus:litteris non comittam. Scio qui cum mihi res ſit co
ram(ſi qñ dabitur)intelliges & ridebis & ſtomachaberis . Poſtridie q̃ prouinciam eſſet
ingreſſus hominē adiui. Munuſcula obtuli:ueniam errati(quod nullum meū fuerat) po
ſtulaui. Vide īmanitatem. cogita duriciem inflexibilis pertinaciæ:& memoriā iniuriæ ī
delebilem conſydera. Primū eius fuit uerbum:cur Auditorem meū nō eieciſſem :ʼ nā ita
ſe cum Senenſi meo cōueniſſe. Negaui quicq̃ mihi de eiectione ſignificatum . Mirari ui-
ſus:cum peterem ego an reiici eum uellet:expediebat inquit antea:iam nō expedit : ut fa
cile & dolere q nō eſſet eiectus Auditor:& pudere:iubere nūc eiici uideretur. Miſi prete-
rea Auditorem ipſum:uultus fuit idem qui Romæ. uerba paulo minora. Nunc q̃ eximie
bellum quod aliquando indixerat. īculerit uides. Ego uero infœliciter ſacerdonū iniui
ſexdecim annis attritus in curia:uix unum beneficiolum aſſecutus:præſidiū habeo nullū
Pientinus a pientinis extrudor. Accepi iniuriam:unde præſidiū expectabam . Ratio nul-
la rerum bene:illeſeq; geſtarũ. nulla cōſyderatio tam quiete : tam etiā opera mea pacatæ
prouinciæ. Vota prouincialium intelliges poſtea:nam nūc etiam lachrymæ illorũ mihi

ſuſpectæ ſunt. Quo nunc mittar itelligo: Miniſter futurus tyrānicæ libidinis ſi obſequar Nō pmanſurus ſine ignominia diu ſi aduerſabor. Verum mihi tam facile erit regi q̄ fuit regere: hoc doleo: hoc angor. Spem mihi eſſe in pientinis oino nullam: in te præſertim. Cuius clypeum ad omnē contentionē de me reſtiturum mihi ſuadebam: poſſum iam dicere ualete pientini: nō ſolū inutile: ſed detrimētoſum eſt mihi patrociniū ueſtrū: ubiubi opem imploro: ſtatim ſubditur. Quid Seneñ. Quid aguntur: nōne tibi aſſūt? Ego uero qd contra referam aliud nō habeo: q̄ Papieñ. frigidum. Seneñ. egrotum eſſe alios ſua quēq; ſtudia proſequi a nonnullis etiam oppugnari. Quamobrem iure id repetam: ualete pientini. Ego mihi ipſe non deero: uos ut gratiores ſitis Pii memoriæ opto. Vale & menſurnos quinque ut es pollicitus etiam nunc para aut fulmina in Barduclum directa in te expecta. Iterum. Vale.

Campanus Griſo ſuo S.

Ximiæ pietatis in me tuæ plura iam extant monumenta: q̄ ut dignæ agi a me gratiæ poſſint. Superaſti expectationē: nō dicā uirtutis tuæ: ſed meoꝝ in te meritoꝝ. Verūtamen res mi Griſe ſic habet. Beniuolētia cum ē ocioſa faſtidium eſt: nec ea proponitur ratio. Vter amicoꝝ plura præſtet. Sed uter poſſit maiora præſtare: facis te dignū loco quem obtines: & quod fortuna dedit aliena: ipſe uirtute tua uidens: & conſtantia peperiſſe teſtimonia beniuolētiæ noſtræ apud poſteros adhibes: nunq̄ moritura: multum mihi de te pollicebar. Ver' amor continuatum ſtudium: firma obſeruantia: quicqd unq̄ tu poſſes erga me operæ aut diligentiæ promittebant. Sed hanc tam eximiam curam ſuſceptam de me non modo non audebam poſtulare: ſed nec cur ſperare quidem deberem intelligebam. Iacturam feci glorioſiſſimi principis mei Legati maximam: eius ego gratiam comparaueram mihi: tua etiam opera auxeram: non nihil & ſtudio meo. Iam eo familiaritatis uētum erat: ut quicquid ipſe peterem: recuſare ille non poſſet. Mens alta & benefica nata ad utilitatem hominum omnium: quicquid conferebat beneficii ipſum accipere uidebatur: hoc tāto amiſſo præſidio. Succeſſiſti tu quanto auctoritāte inferior ad me ornandū: tanto memoria ueteris conſuetudinis intentior & paratior. Itaq; mi Griſe iam id atteſtor Campanum fortunamq; eius omnem tuo præſidio uiuere: tuis auſpiciis & conſeruare preſentem dignitatem & maiorem non deſperare. Vale.

Campanus Feroſino ſuo. S.

On adhuc poſſum: quæ me facere per. F. noſtrum cōmonuiſti. Si quis ē q̄ ſit conſolandus in tanta iactura ipſe ſum. Alios plaga: me uulnus altiſſimum ferit. Noſti qua eram apud illum glorioſiſſimum principem gratia q̄ nullis meis meritis comparata: ſed nata ex illius ſola clæmentia & opinione de me poſtulo paulum temporis: dum dolor reſideat. & ſit animus ad cogitandum de illo confirmatior. Senties me non ingratum erga tam eximiū patronum & defenſorem qui ſemper gratus fuerim: uel erga mediocres. Si quid eſt in me ingenii: quod eſſe aliquid magis teſtimonio tuo intelligo q̄ iudicio meo. Conabor ne dicā efficiam. ut tanta liberalitas tam rara & inaudita munificentia non ita ſtatim extinguatur: poteris tu quoq; hac in re mihi auxilio eſſe. Collige laudum omnium argumenta. aut capita potius argumentorum quæ plura tibi poterunt occurrere: q̄ mihi potuerunt. Debetur illi a nobis cōmunis labor: quorum fuit neceſſitudo cōmunis: pudet ſcribere: quis enim polliceri quicquā audeat ſorte tam abiecta q̄ ego ſum. Verum me intra fortunam continebo meam. & quæ eripere mihi poteſt nemo: hæc pollicebor officia pietatis quæ debentur. aut poſſunt præſtari mortuis: omnia me illi præſtiturum: præces in re diuina aſſiduas. Monumenta memoriæ & nominis. Cætera uero quæ uiuentibus dari conſuerunt: extincti non capiunt. Et germano eius & omnibus qui illi inſeruierūt omni me ſtudio exhibiturum. Itaq; maxime tibi congratulor: cui uni contingit. ut quod omnes debeant: multi cupiant: ipſe ſis aſſecutus. ut pietatem ac fidem quā illi dedicaueras: germano impendas. Ego quoq; cupio tua opera fieri illi deditiſſimus qui fuerā obligatiſſimus fratri. Non ero illi aut moleſtus cliens. aut amicus inglorius. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Reues quidem litteras tuas. ſed neſcio cuius ſpei plenas accepi. Scribis eē in portu rem meam. aut parum abeſſe quin ſit. Amicos mihi multos non deeſſe. Ita ſpero te non modo amico: ſed patronorum meorum omnium amicorūq; primario. Verum quæ res hæc mea ſit: uix intelligo. Cupio tamen quæcunq; ea ſit per te iuuari. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

q

Vod Aſſiſiatibus meis affueris: habeo gratias: digni ſunt & tuo & collegarum tuo℞ patrocinio: & quos Pont. max. omni humanitate & clæmẽtia proſequaſ. Diſcors olim ciuitas & aliquando ſeditioſa: calamitates pertulit multas: nulla ciuium culpa bis direpta eſt: ſed malum omne a præfectis duarum arciũ uenit. Qui ad omne motum nouitatis ſecuti ſtudia diuerſa fidem contẽpſere. Arces aut dedidere ſtudio partiũ: aut hoſtibus pretio uendidere. Sic ciuitas ſuis incõmodis edocta: leges tandem amplexa eſt: & officioſa omnibus: nullius iniuria: auctoritatẽ atq; opibus creuit. Mirum eſt qua obſeruantia Collegium: qua fide Pontificem colunt: q̃ boni & æqui pertinaces religione ſunt: quãta nõ modo in Vmbria: ſed nec in cætera quidem Italia nulli hoĩes alunt religioni: Adictos circiter quadringentos: templum habent orbe terra℞ magnitudine & ſtructura celeberrimum: tum alia templa & ĩ montibus & in planicie nõ contemnẽda Largitas quoq; in omnes eximia eſt: ut dici poſſit liberalitatem in Vmbris ſi ſit: in Aſſiſiatibus eſſe: & amicos fruſtra in Vmbria quæri niſi Aſſiſii querantſ. Eſt etiam ſoli par gratia. Clæmens cœlum: mons collectus & editus: expeditus undiq; & pulcherrimus. Colles item Aprici & paſſim irrigui. Planiciei quoq; tanta feracitas rerum omniũ: quanta uel in Campania uix poſſit optari. Pomo℞ diuerſa genera: & maiora & ſapidiora finitimis. Magnaq; uis olearũ: & quæ fructus non ſolũ plurimos: uerum & optimos proferunt. Nihil me æque in Vmbria tota delectat: uiris diſpar manſuetudo q̃ cæteris. facies ipſa ciuitatis pacatior & tranquillior. Ager cultu: aſpectuq; pulcherrimus. fuit hoc diuerſorium meum toto fere præſidatu. Me amant: te patronũ uocant: ad nomen quoq; tuũ memores beneficii reuerenter aſſurgunt: nõ diſſimulant ſi qd debent: & magnam partem referunt beneficii qui fatenſ. Quamobrem gratum eſt mihi talibus te uiris dediſſe operam: & ciuitati optimæ de nobis merito non defuiſſe. Nec eſt Aſſiſium contemnendum Vmbriæ totius quædam arx eſt. Peruſinis imminet. Tuſcos & Picenos attingit: finitimos populos cohibet: perſtint ſemp ĩ eccleſiæ fide: nec unq̃ niſi ab arcibus oppreſſa defecit. Quare & tuum & collega℞ tuo℞ officium eſt non modo cõſeruare hanc urbem: ſed etiã omni largitione adaugere: nec pati ut quod paulo ante eſt factum ludibrio habeantur. Iniuria eni eos maxime exacerbat: qui minime ſunt iniuria digni. Vale. prima Martii. M. cccc. lxxiiii.

Campanus Alfonſo duci Calabriæ. S.

b

Reui interuallo binas celſitudinis tuæ litteras accepi: utraſq; non una de cauſa gratiſſimas: primũ quoniã ita uideris ſentire de me: ut ſperare operã & patrociniũ tuũ ad omnia iubeas: deinde quoniã incidiſſe me hac ætate in eum Principem: in quo ſunt omnia uirtutũ omniũ ornamenta: ad meã quoq; fœlicitatem & ſæculi noſtri ſplendorẽ atq; gloriam deputato. Principis enĩ clariſſimi: faces latiſſimæ lucent: & quantum illius imperium protenditur: tantũ & ui ſplendoris illuſtrat. Video & certum habeo cum te futurum principem: quem ueteres ſapientes animo magnũ: conſiliis grauem. gloriæ uirtutiq; incumbẽrem. Cuſtodem & defenſorem bono℞. oppugnantem malorum: ſupremum & cœlo diuinitus miſſum: ĩ terris expreſſerunt. Et cum duæ ſint rationes ad imperiũ: una bellica ad comparãdũ. Altera quieta ciuilis ad conſeruandum: utranq; ſic obtines: ut ætate tam tenera & plumis ꝑpe dicam q̃ aptior armis bellicis ſtudiis. Patrem pacis: conſiliis auum adæquaſſe uidearis Magnitudine clæmentis & benefici animi atq; hominũ gratia utrũq; ſuperaſſe. Nihil uidit ætas noſtra diuo Alfonſo auo tuo magnificentius. Nihil. Ferdinando patre potentius. In te uero utrunq; pſpicimus: ut belli temporibus & pacis ocio ſumma cum gloria & dignitate deſeruias. Verum dicere de tuis diuinis & præſtantiſſimis laudibus. Nõ eſt epiſtolæ: in qua nihil æque q̃ breuitas & caſtigatio laudaſ: hoc tantum de me addiderim: natum eſſe hac ætate in qua tu es: & natum tibi: patri ac regno tuo: & ad illum & ad tẽ pertinere haberi rationem de neſtris. Ego ſextum decimum annum Ro. in cu. dego. Sub Pio Pont. uixi. non ſine aliqua gratia & opinione: qua de re habuit me odio Paulus ut habuit cæteros qui Pii memoriæ afficerentur. Sixtum uero quo ſum uſus in philoſophia præceptore aliquanto habui propenſiorem. Sed fortuna mea omnis a regno eſt. quam mihi tu & pater tuus dabitis ſpem ad hanc erigar. huic inſiſtam. Qua re te oro & obteſtor digniſſime & ſanguinis altiſſime princeps errantem me tot annos redde iam patriæ. redde meis. & tandem Campanum Campaniæ redde. Nunc Alfonſe meis faueas dux inclyte uotis.

Non obſcura tibi gloria factus ero. Vale.

Campanus

Campanus Andreæ graſſo Lucano.S.

h Omini cordato breuiſſima epiſtola.uolumen ampliſſimum. unis litteris exiguũ quidem & ſortis abiectæ:ſed tñ unũ tibi nõ ingratum neq; inofficioſum hominẽ cõparaſti. Sed habet hoc præcipuũ amicicia : ut ubi ſemel complexus quẽpiam fueris:deſerere ſine perfidia tota uita nõ liceat. Amicus autem ut eſt in prouerbio:aut amicus aut proditor. Perge igiť mi Andrea aut perſta cœpiſti:ne defatigere in me diligendo:quem in amãdo nec tu : nec alius quiſpiam ſuperabit. Vale.

Campanus Anthonio Petrucio.S.

p Ietatem in me tuam uir præſtantiſſime iam pridem agnoui. Nunc ut calcaribus inſtes nec a te ipſo diſcedas oportet. Et nobilior & dirior eſt epiſcopatus Aprutineñ. q̃ Theaneñ. Sed uocant me me:alliciť patriæ charitas attrahit uicinitas & propinquitas regis:& ueſtrũ omniũ. Neceſſitas ualitudinis urget:Nam cum profectione Germanica in eas inciderim egritudines:quas efficere ſolet mutatio cœli. Medicorũ cõſiliũ eſt:nuſquã me uictuɋ ſalubrius q̃ ubi ſim natus. Proinde ſi chara eſt tibi uita mea. Cura mi Anthonio ut id aſſequar quo tot cauſæ ut magnope optem adducunt. Vale.

Campanus regi Ferdinando.S.

p Riuatorum hominũ cum multa ſint officia. Regnm atq; Pricipum illud eſt ſolum ac præclarum tueri & prodeſſe q̃ plurimis : ut ſeruent & ament multos:qui multis ſunt præfuturi:& ſoli eſſe non poſſunt. Ex Pallante intelliget ſerenitas ueſtra deſiderium meũ. Supplico iuuet eum. qui cũ tuo tẽpore:tua ſub ditione ſit natus. Non indignus erit beneficio atq; auxilio tuo. Cætera ex ipſo intelliget ſerenitas ueſtra quæ fœliciſſime ualeat.

Campanus Anthonio Gazo S.

n On adeo occultari uirtus poteſt:ut ad me quoq; ſingularis tua hũanitas non peruenerit. Effertur paſſim:prædicaturq; ab omnibus:ut ſceleſtum & ſacrilegum me cenſeam:niſi ſiam tibi officio beniuolentiæ coniunctiſſimus. Clariſſimis meritis effeciſti me tuũ opera quidem exiguũ:Verum fide atq; ſtudio amicorum tuorum ceſſurum nemini. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.S:

e X Perino cognoui accuſari præſidatũ meũ in Vmbria geſtum:& tibi quoq; non placuiſſe:quod agreſtes amouerim octo uiratu : aut paſſus fuerim amoueri:hæc calũnia eam ob rem mihi uiſa eſt grauior ꝙ in tribus geſtis prouinciis:nunc primum a te accuſor:& plane res eſt pergrauis admittere nouitates eum qui prouinciæ præſit :oportere enim intelligo non modo corpora ciuitatum curanda:ſed & articulos quoq; ipſos non negligendos:ut id quod eſſe profitemur. Et gubernatores ſimus prouincialium & conſeruatores:uerum nolim cenſeas erraſſe me:aut ſtudio partium:aut negligentia:aut cauſa aliqua quæ iudicium de me tuum poſſit inuertere. Sunt mihi complura ad excuſandum argumenta. ſed illud prætermittam ꝙ eo tempore comitia octo uirorum cœpta ſũt:quo me mortuum audiuiſti:quo medici ne quem admitterem ne qua de re paulo grauior cogitarem:ne legem:ne ſcriberem admonuerunt:hæc mihi excuſatio nulla ſit omnino. Ad rem ipſam uenio Fulginenſes prius q̃ in eccleſiæ ditionem ueniſſent:agreſtes ad munia ciuitatis nunq̃ admittebant ubi eccleſiæ ſe dediderunt. Inuenti ſunt qui comparandæ gratiæ inter agreſtes. Inter ciues potentiæ cauſa nunquã conquierunt. Quod promiſcue plebei cũ optimatibus. Agreſtes cum ciuibus rem pu. ſine delectu aliquo capeſcerent. Propoſita mercede dicam an ꝑtio:ut niſi quattuor aureos ſinguli conſules perſoluiſſent : deſignari in octo uiram non poſſent. Addita mox & altera conditio eſt: ut inituri rem pu. purpureo aut coccineo paludatu ueſtirentur. Quo eſſet primus ac ſupremus ciuitatis magiſtratus ornatior. Agreſtium magna pars:hoc eſt Montani omnes conditionem repudiauerunt. Cæteri qui ſunt in plano uel opibus potentiores uel nouatoribus iis quos dixi coniunctiores acceperunt nec ſine grauí moleſtia retinuerũt. Ita ꝑpetuo præſidatu meo nemo Montanorum eſt deſignatus. Cæterorum cum partim puderet immeritæ dignitatis:partim in ſumptuum in apparatu faciendorum pœniteret:uenerunt ad me ſæpe aggerationem ſumptuũ plærịq; ludibrio haberi:a ciuibus deſtituti ſolos incomitatos procedere:ad ignominiam ſe illic poſitos querebantur. Orabant ut detrimento ſimul & iniuriæ & conſulerem. unam eſſe uiam docent ad utrunq; faciendum. Si & onere aureorum exoluendorum liberarentur. Et ab octo uiratu abdicarentur:& in priſtinum ſtatum reponerentur. Egi hac de re cum primoribus ciuitatis:querelas agreſtium ſimul & remedia propoſui. Quid ipſi faciendũ

cenſerent interrogaui?Reſponſum fuit eorum rem hanc non leuem eſſe. Videri publico
In conſilio deliberandam:dictus eſt dies conſilio:uenere iterum Agreſtes:queruntur ite.
rum. Poſtulant idem. Iterum ciuitas alioquin perelegans:indignum rata turbam obſole
tam & pannoſam primo confundi atq; miſceri magiſtratu:rem Legato præſente me de.
tulit:mihi ut hæc iniungeret popoſcit.& quod popoſcit pro illus manſuetudine facile i.
petrauit.Eo mortuo non ceſſant ciues Agreſtes in propoſito perſtant·Ego noua delibe.
ratione opus eſſe reſpondeo.Extincto legato:non mihi iam integrum eſſe quid facerem
Clamant extare ſummorum Pontificum priuilegia:deſignationem urbanorum ciuitati
permittentium:Aiunt ad eos pertinere quos aut quomodo deſignẽt:priuilegia exhibẽt
priuilegiorum confirmationem afferunt.Quid ageremus:quid intercederemus?cum &
ciuitas id ſuo iure tueretur Et Agreſtes nõ modo non recuſarent:aut moleſte ferrẽt amo
ueri magiſtratu.Sed id fieri inſtantiſſime poſtularent . Quod ſi aliqui queruntur qui aut
perpauci aut omnino nulli ſunt:hos illi ipſi nouatores ſtudio eodem excitarunt : quorũ
etiam parentes hac ipſa de cauſa:hoc eſt affectatæ tyrannidis in uinculis occubuerunt:ip
ſi in eadem ſuſpitione conſenuerunt: haces iam totam excuſationem meam . Non dico
egrotaſſe me dum hæc fierent:& nec audire populatium uota:nec deliberationibus inter
eſſe potuiſſe.Dico decem hos præteritos annos Agreſtes montanos in magiſtratibus ur
banis non fuiſſe.Sed iam inde ab initio ſeſe ipſos ſponte abdicaſſe.Dico cæteros qui ſunt
in plano idem a me contendiſſe:me autem non amouiſſe aliquem a priſtina dignitate .
ſed ciuibus ut priuilegiis ſuis uterentur:& decretis non prohibuiſſe:pepercitſſe . Agreſtiũ
ſumptui:ſimul & ciuitatis ignominiæ conſuluiſſe . Reliqui ciuitatem illam & prouinciã
omnem adeo concordem & pacatam:ut nunq̃ magis etiam uetuſtiſſimi recordentur.Di
ſceſſi: tanta cum prouincialium omnium gratia:ut ad hunc diem nihil eorum pœniteat .
Quæ in prouincia geſſi:expecto quid ſentias:an ſim tibi abunde expurgatus aut reſter ali
quid:quod uel officio meo uel gloriæ tuæ:uel diui Pii memoriæq; nebulam aliquam ca
lumniæ poſſit afferre.   Vale.

I O A O N N I S A N T H O N I I . C A N P A N I E P I S C O P I . I N T E R A M N I E N . A P R T I N I . EPISTOLARVM LIBER NONVS ET VLTIMVS

Campanus Cardinali Seneñ. S.

Enit in ſemum exceptus tanto apparatu rerum quanto ne lega
tus quidem potuiſſem maiore:urbis ambitu eſt quo Fulginia :
uerum quantum ipſe potui coniicere aliquanto populoſior Si.
tu autem & aſpectu fluminis ac montium æque amœna . Tybe.
rim habet ab occaſu præter labentem:abluentemq; muros. A ſe
ptentrione ſuſpicit Appenninum diuerſo tractu. Planicies ſecũ
dum Tyberim prælarga:& exculta rerum omnium:quæ ad uſũ
expetuntur:præter q̃ olearum feraciſſima. Me uero & ſi diſpar.p
ponebatur:condino tam Vmbrorum qbus præfui:multa hic re
crearũt:uexillũ ĩprimis in quo arma diui Pii expreſſa cõtinebã
tur manib⁹ meis a primoribus traditur. Eadem quoq; arma in portis:in templo: in aula:
locis deniq; omnibus publicis conſpiciuntur. Q ua re omen prio ingreſſu ciuitatis cõce
pi fœliciſſimum:pacatiſſima uidetur ciuitas. Factionũ mentio oĩno nulla . Tyrannidem
neq; audiui:neq; legi tranquilliorem. Ciuem unũ neſcio plus timeant an colant : formi
dent an uenerenť. Summam rerum quæ ad ſtatum pertinerent mira cõcordia ad hũc de
ferunt:cæteris in rebus legibus parent. Deniq; huic nõ aliter aſſurgunt q̃ dño:non aliter
attendunt q̃ parentem. Mirum eſt quanta ſit hominis gratia:patrem patriæ paſſim appel
lant. Si quid boni factum eſt in ciuitate:hunc prædicãt auctorẽ:Si quid cõmiſſum aliqũ
ad neceſſitatem & populariũ ſtudia aſcribunt. Vir eſt noticia rerum externaꝝ incredibi
li. Hiſtoriam Pii tenet ad unguem . Loca ſituſq; locoꝝ exactiſſima diligentia ſi rogetur
enarrat. Fuit ſub Eugenio Romæ:copiam libroꝝ ingentem habet:inde rerum noticiam
Q uicquid audit attendit.& ſi quid præteriit:repoſcit ex integro. Aſpectu eſt perio cũdo:
læticia quadam ingenita. Ridet ſemp:iraſcitur nunq̃. Modeſtia quãta nemini maior:per
quã pauciſſimis. Sed de homine plura dicere ſuſpectum eſt. Exploratiora cognoſces idi
es. Aduentu meo lætiſſunt omnes. Credo ꝙ prælatũ habere præſidem:qui antea idiotam
habuerunt miro modo glorienť. Qua re mutationem præſidatus mei tam & ſi intelligo
odio atq;

odio atq; inuidia factam:ſeram animo quo cætera conſueui. Cœli ſubita mutatio:tem-
pus aduerſum:pluuiæ per aliquot dies continuæ prope me ꝑdiderunt. & ex male affecto
peſſime infectum reddiderunt. Spes omnis in balneis eſt. Itaq; quottidie ad petriolana ſu
ſpiro. Quo ad exitũ Aprilis niſi quid accidat impedimenti proficiſcar. Res Theaneñ. ne-
ſcio quem habuerit exitum:aut ſi qua ſpes ſit reliqua. Habeo duos ex meis Neapoli:qui
negocium procurant. Si qua uia:tua præſertim opera effici poſſit ut aſſequar reddes me
fœliciſſimum Vale.

Campanus Patriarchæ. S.

t Vdertum (ſiue ut uetuſtiſſime) Tuder ueneritis:gaudeo. Sed utinam uel
conſilio maturiori uel fortuna meliore ꝙ cæteri Si proprius accederetis
occurrerem Peraſiam uſq;. Qua ſub umbra longa cõfabulatio:amplexus
arctiſſimi naſcerent᷑. Nunc Campanus tuus ad appẽnini radicem relega-
tus:nihil tranſtyberim atq; Apuliam cogitat. habetote uobis Curialium
fœlicitatũ ampliſſimoꝝ fructus quidẽ:ſed tedii ſimul & faſtidii plenos. Sed cæteris igno-
ſco omnibus:te unum ſatis mirari nõ poſſum hominẽ liberũ:attritum legationibus ho-
neſtiſſimis:nõ ſolum terra cum laude:ſed etiam mari cum uictoria uerſatum:adhuc tñ &
iuditia hominũ uaria & laborum nõ una pericula quærere. Si quietem expetitis Tudertĩ
noꝝ:utraq; ſalua factione:inſanietis prius & delyrabitis:ꝙ aſſequamini. Non antea crea-
tus eſt orbis terreq; ꝙ orta eſt ſeditio in cœlo. Affinitas iã ſuſpecta eſt:frater fratri nõ cre-
dit:patrem filius aut nõ patitur domo eadem:aut optat extingui. An ætate noſtra nõ ui-
dimus paternis in filios inſidiis conflicta regna? depopulatas armis prouincias eſſe:aut
nulla eſſe omnino põt:aut eſſe debet ordinata ſocietas. In qua ſi caput deſit:nulla eſt ordi
nis ratio:paritatem credimus in cœlis. In terris fruſtra laborat qui quærit quod inueniri
nõ poteſt Cede his turbinibus mi. L. Relinque diſcrimina grauiſſima. Iis quibus ſunt pa
ria propoſita premia. Subquieſce Romæ:aut uſpiã alibi:hoc uitæ quod tot periculis ſub-
traxiſti:utinam liceret hæc coram? Noſti apud templũ uirginis angeloꝝ. quã mihi tuam
eſſe mentẽ aperuiſti. Defeſſum laboribus:deterritũ periculis pro eccleſiæ imperio ſuſce-
ptis. Conſangatum redendaꝝ prouinciarũ curis:cõtemptũ animo tuo nihil amplius ap-
petere:niſi honeſtam ſolicitudinem. Cui conſilio ſi accipies Campanũ comitem nõ dedi
gnaberis. Vale & mundi uices quales:quales ſunt accipe.

Campanus Minutolo ſuo. S.

Inutolo meo & ſalutem & fortunam optimam. Vbi audiui factum te mi-
hi propinquiorem:exarſi deſiderio tui:ſi paulo propior accedes:aut arde-
m bo totus:aut te amplexibus fatigabo:iglutiã:deuorabo. Facias me certio-
rem quid acturus ꝙ proxime uenturus ſis:ut uel ad decem paſſus poſſim
occurrere. Cõmuni dño ut cõmendatiſſimũ facias oro:dño meo Patriar-
chæ quæ ſcripſerim uidebis. Scribo ꝙ ſentio:aut illa ciuitas uno i ſtatu:aut altero ẽ relin-
quenda:aut omni deſperanda concordia. Ego hic tranquilliſſime ago:non tam conſilio
præteritorũ Principum ꝙ præſentiũ ciuiũ beneficio. Quibus ut ego arbitror cauſa nõ le-
nis:ut ipſe prædicant. Sũma neceſſitas ſeditionis finem ſtabiliuit. Bene uale mi. Minuto-
le & ſi iſtic manſurus es diutius de omnibus ad me ſcribe.

Campanus Sixto. iiii. Pont Maximo. S.

AEC ciuitas pater. S. ut taceam de me:q ludibrio habeor. & huc:illuc trãſ
h mutor:peſſimo in ſtatu eſt. Sperabãt quietem a. S. V. & pacem. & ecce oĩa
in ſudore & bello uerſant᷑. Ad me attinet ſcribere quæcunq; ſentio:ueſtræ
ſanctitatis erit prouidere. Fert᷑ huc uenire eccleſiæ caſtra liberũ ingreſſum
petentia. Ciues habito conſilio. Reſponderũt metuere armatã multitudi-
nem:omnia in ferro. & licentia reponentiũ:paratos eſſe omnia ſeruitutis obſequia lega-
to. V S. quæ ſine ſtatus eoꝝ periculo petunt᷑ præſtare:cum exercitu ingredi armato diſ-
criminoſum eſſe:ut Tuderto & Spoleto paulo ante fuit. In cauſa diſpari dicunt ſe omni
uacare culpa noua. Antiquam ſi quam habent remiſſam eſſe a ſe. me. Pau. ii. prædeceſſore
ueſtro Timent aduerſarios:timent capita aduerſarioꝝ. Idem quod Pauli tempore petie-
runt poſtulantia:miſera uidet᷑ res. Fœminas & pueros:omneq; imbellem turbam extra
urbem pelli lachrymãtem. Remanent autem ſoli ad arma parati & mortẽ. Si. S. V. aliter
nõ conſtituat. Quid eſt hoc aliud ꝙ perturbatio:ꝙ ſæuicia Turcoꝝ:nõ chriſtiana:non ſa
cerdotalis:nõ quæ ſapiat ſaluatorem? Quid egerunt caſtellani? cur plectunt᷑? quam præ
buerũt huius belli cauſam? Si fas eſt iuditio contendere. Iuditium a. S. V. depoſcunt. Sed
ne putet S. V. metu eos trahere ad iuſſa faciendum. Capiunt prouocati peſſima conſilia

quæ & qualia cum D.Le. referent. Nõ ſunt oĩno deſtituti:habent adiutores occultos:pa
ratos omnia facere uel in aperto. De munitione urbis ſuperuacuũ eſt loqui. Muris:foſſis:
equis:hominibus:tormentis omnis generis ita ſunt cõmuniti:ut nulla ſit in ditione ec
cleſiæ ciuitas magis.& cauſa nõ iniuſta. Annonæ quantũ ad multos.menſes ſit ſatis. Scri
pſi dño Le.caueat ne quẽadmodum cæteri urbes magno impendio quæſierunt:ipſe tan
tundem exponat in amittendo. Fœlix ualeat. S.T.

Campanus Terami Duci Calabriæ.

Tulit mihi ſerenitas tuæ litteras uir præſtantiſſimus Antho. Cazo ſecreta
rius ſimul & cõmiſſarius tuus. Q uo uiro mea uita bonitate aperta:diligẽ
a tia uigili:dexteritate exactiſſima clariorem uidi neminẽ. Fide uero & con
ſtantia in negotiis peragendis tanta:quanta in eo eſſe oportet:qui maxi
mo principi aſſiſtat. Beneficiũ ſerenitatis tuæ in ſeruanda hac ciuitate mi
ra gratia nec minore integritate pfecit. Vix biduũ cõmoratus:factionũ radices funditus
extirpauit. Magiſtratus reduxit in formam. Rapinis atq; iniuriis occurit:auxit ſpem Ciui
um qui bonis artibus ſtudent. Deniq; effecit ut iam hæc ciuitas:ciuitas uideat:quæ antea
fuerat potius latrociniũ. Ego illi (quod ſerenitati tuæ litteris facere iubebat) libentiſſime
affui:præſtiti quæ potui in reconciliatione Ciuiũ. Reuocati ſunt exules opera eius & be
neficio tuo. Ciuitas optimo in ſtatu eſt corpus ſua membra recognouit.& uere Principũ
gloria magna ex parte ſita eſt in uirtute miniſtrorum. Graues dominus. Rex:grauiores
tu ex hac perturbatione ciuitatis moleſtias pertuliſti. Nunc pacata uobis & quieta ſunt
omnia. Breuis opera magnũ impendiũ fuit. Vale.

Campanus Anthonio Cazo.S.

Nceps iuſticiæ uultus:nuſquã toto obtuitu ſe ĩclinat:nec unq̃ ita unam in
partẽ aſpicit:quin & alio ſe cõuertat. Accedit hominũ praua igrataq; natu
a ra nunq̃ præterita beneficia:ſemp cõmoda præſentia cogitannũ. Vidi he
ri ueſperi iuuenẽ captũ educi cubiculo uinctũ:horrui omen. Q uid id eẽt
ĩterrogaui. Dicũt minus bene locutũ de illuſtriſſimo Principe uoſtro. Ma
ximũ crimẽ:maxima audacia eſt. Ingratitudoq; nõ minima. Sit nihil illuſtriſſimũ princi
pẽ tot ſcripſiſſe litteras:totiens miſiſſe:qui eadẽ ꝓponerent. Sed ueniſſe tandẽ ipſum pro
ſalute ciuitatis. Poſtremo confectis omnibus te talẽ tantũq; uirũ tanq̃ ad extirpandas re
liqias ſimulatũ miſiſſe. Q uid potuit præſtare maius & laborioſius q̃ præſtitit? & tñ ita eſt
hominũ uel amens audacia:uel inconſiderata temeritas:ut nihil recte factũ putent:quod
ex ipſorũ cõmodo factũ nõ ſit. Itaq; hic iuuenis uere temerarius & linguax & licentiæ ſi
mul ſtimulis plenus:protulit neſcio quæ indigna ſane.& indigna Principe noſtro:ſed
protulit. Tũ fuit officiũ animaduertere in eos:quoꝝ neſcio temeritas:an ſimplicitas ma
ior:ſi ad perſonam illuſtriſſimi Principis noſtri referttas. Quid illud præclarius q̃ proprias
iniurias negligere? alienas uindicare? Q uid clæmentius q̃ quorum facta cõtemnant? &
uerba contendere? Q uid iſtius q̃ implorantibus locum iudicii non denegare? Petit hic
ut ad Capitaneũ ciuitatis & pœnã a lege decretam remittat. Subiturus quicqd uel errato
imponet uel permittit lege:uel Principis clæmentia ſtatuet. Ego a te nec impunitatem
hominis expeto:nec in recenti cõcordia excitari uetera odia. Sed haben & Principis no
ſtri rationẽ.& temeritatis iuuenilis depoſco. Arbitrii erit tui quicqd hac ĩ re ſtatues. Ego
id ad gratiã deputabo quicqd deliberaueris:quẽ ſcio nõ niſi optima deliberaturũ. Vale.

Campanus Saluiato ſuo.S.

Mantiſſime Saluiate mi. Noſti qua celeritate diſceſſerim.& piiſſem oĩno
niſi feſtinaſſem. Cœlũ illud aduerſabat:morbi reliquiæ adhuc extabãt Ita
a q; diſceſſi iuiniſſimus.& ſi cætera nõ curatẽ tua monita:quib' ſupſedendũ
ſuadebant:me exulcerant. Sed ſcio tantã tibi meã q̃ cætera oĩa eſſe chariorẽ.
Nũc mitto latorẽ hunc:qui tecũ de omnibus meis cõſiliis referat. Oro te
ut gratiã illuſtriſſimi dñi comitis mihi & ſerues & augeas Et quid cũ ſanctiſſimo dño no
ſtro actum eſt de lenienda illius mente ad me ſcribas. Nõ eſt propoſitum meũ uiuere in
Pontificis odio. At cuius Pontificis? Eius qui me in philoſophia primus inſtituit:deinde
honoribus auxit:poſtremo litteras apoſtolicas gratis ad me mittendas demãdauit. Si ſci
rem conſcium eſſe me alicuius aut cõmiſſi aut cogitati facinoris:nũc nũc me iugularem
uerũ inconſiderata libertas linguæ me perdidit. Vera loqui & ſcribere cum mihi uiderẽ
protractus ſum acerbius q̃ conueniret. Si culpa eſt:pœnam nõ deprecor:paratus ſum uel
in carceres ire:ſi error fuit:erit ignoſcendũ ſubitæ mutatiõi:utcũq; res habeat. Spes mea

p̃mum in

primũ in deo:deinde in benignitate Pont.poſtremo,ĩ dño Comite & prima & maxima
omniũ ĩ te. Audio ueniſſe illic.d.Nicolaũ Vitellũ & rem ad mentẽ S.d.N.eſſe cõfectam
ſi poterit haberi aliqua rõ de me.Gratũ erit mihi nõ oĩno periiſſe.Sin pſtabũt in aduerſo
fata:me ad patientiã maloꝝ cõprobabo.Cura & uigilia mi Saluiate:cũ dño Nicolao &
cum illuſtriſſimo Comite quod tibi & iuditio tuo prudentiſſimo uidebitur. Vale.

Campanus Sixto.iiii.Pont.Maximo.S.

i Ncõſiderati erroris:pœnã cõſideratiſſimã luo.Nõ dies ęgi:nõ noctẽ dor
mitiui:in qua nõ milies cogitauerĩ magnitudinẽ errati mei:offendiſſe me
ſcriptis animũ.V.S.a qua ſemp amatus:honoratuſq; ſum.& niſi ĩnatã clæ
mentiã.V.B.cogitaſſem:iã ueniſſem ĩ manifeſtiſſimã deſperationẽ.Pecca
ui demẽs.& peccatũ meũ ingemiſco Supplico mihi ꝓprietate & clæmen
tia ſua & dei amore uelit ignoſcere:cõtinuareq; in me beniuolentiã & fauorem ſuũ ſine
quo uiuere nõ poſſum:nec debeo:qui ob hoc miſericordia ſum dignus:ꝙ nec uoluntate
deliqui:nec opere:ſed ex curſu pennæ currẽtis ad impetũ.Sit.S.V.in me mitis & miſeri.
cors:quæ eſſe in cæteris pientiſſima & clæmentiſſima cõſueuit.S.V.cũ Iterum in Germani.
am me domino Senenſi cõmendauit:cũ redirem Tudertinis me præfecit.Deinde Fulgi.
nẽſibus præpoſuit.Poſtea Tifernatib' rectorẽ ĩſtituit.Bullas apoſtolicas ad me mitti de.
mandauit.Miſerũ me ſi ſemp fugi ĩgratitudinẽ & ſcripſi aliqñ aduerſus ĩgratos Nũc pri.
mũ in.S.V.deliquerim.Sed unde uulnus accepi:ſpero etiã medicinã Et quia ĩcõſiderata
temeritate offendi.B.V.eius cõſideratiſſima clæmentia releuari.& ita ſupplico pater bea
tiſſime ſi nõ aliis meritis:faltẽ ob glorioſam memoriam dñi ſancti Sixti:cui fuerã nõ igra
tus.Fœliciter ualeat.S.T.

Campanus Cardinali Mantuano.S

Enignitate tua & clæmẽtia finut ſi nihil egerim beneficio dignum interea
men pro magnitudine magni & glorioſi animi ueſtri ſperẽ abs te quæ ab
b aliis eiuſdẽ ordinis uiris nõ tã ſperare uanũ eſt:ſed optare.Errorẽ meũ intel
lexiſti:qui nulla malignitate:ſed dũtaxat incõſiderata celeritate prouenit
Cupio gratiã promereri.D.N.S.opa & interceſſione.V.Qua de re.F.hic
lator pñtiũ tui cõſeruus:a me eductus plenius referet Obſecro reuellis mihi ſeruitori tuo
deditiſſ.adeſſe:ut ſemp ſeruitorib' tuis affuiſti.& loqui cũ.d.Le.qñ opus ſit.& cauſam
Campani ſeruuli ſui ita ſuſciperet:ut & ſpes mea expectat & natura tua pollicetᷣ.Bñ uale.

Campanus epõ Mutineñ.S.

Rrorem meũ intelliges ex hoc iuuene.Et plane uerũ eſt illud:nullam eſſe
diſciplinã in qua nõ peccando diſcatᷣ.Offendi nõ nihil litteris meis Pon.
e animũ.Suſcipias uelim tu patrocinũ meũ.& apud.S.D.N.& apud.d.Le.
& ubiubi uidebis eſſe opus auxilio & patrono Exhibe mihi adiutricẽ tuã
& dextrã & linguã:hoc te oro p dulciſſimã memoriã non alicuius bñficii
mei:ſed animi ad inſeruiendũ parantiſſimi Vale.

Campanus eidem.S.

Eius amor:cognita fides:explorata diligentia me impellunt:ut hunc pa.
truelem meũ tibi cõmendẽ:grauis error & exẽplo ipſo ꝗ re grauior.Sed
u aliud ẽ committere ſcelus ꝗ flagitiũ facere. Quid amici ſi nõ ſũt aliqñ ꝓſu.
turi?humana res ẽ qua deliquit humanius erit imperũ cõtendere ꝗ uindi.
care ĩcõſideratã fragillitatẽ.Satis habet ſupplicii quẽ flagitii pœnitet.Tũ
res eo deducta eſt:ut niſi clæmentia apoſtolice ſedis·& opa dñi cõis cõſulatᷣ.Diſcrimẽ &
cædes parati uideantᷣ.Oro te p ueteris & cõtinuatæ beniuolentiæ charitatiſq; officia ut
patrueli ſic aſſiſtas:ut intelligat me etiã cũ Romæ nõ ſim aliqd Romæ potuiſſe. Vale.

Varquali ſalue:atq; iterum ſalue mi Quarquali.Quarquali tanto nomen
mihi dulcius ore eſt:quãto cũ ſino dulcius opto merũ.Quorſum tuæ mu
q ſæ delicatiſſimæ?quorſum Campani memoria?quoꝝ ille ſuauiſſime:hec
ptinaciſſima cũ ſit:potes me nõ ſemel recreare ſi uelis. Velle aũt nõ ſolum
debes & potes:ſed etiã obligaris.Quid her' tuus?qd Florẽtinus Antiſtes
quid porro tota Vrſinoꝝ ꝓgenies agit?Vni q inſeruit:oĩbus inſeruit.Ratio ſeruitioꝝ nõ
aduerſa eſt:fuerũ ſemp extrema pugna.Victoria ĩ extremo curriculo parta eſt.Veni ego
Neapolim qd acturus inqs?aut nihil:aut minus ꝗ oĩa:ſed ueni:fructum aliquẽ ueterũ ſtu
dioꝝ recognoui.Iocũde accepturus a Rege.Aliberis aliquãto iocundius:a cæteris quo.
rũ nomẽ extet iocundiſſime.Cætera ſperantᷣ magis ꝗ appareãt.Si qñ:ſed o o inquã qñᷣ
cupio mihi:ſed & tibi & aliis quoꝝ ſunt merita magis poſſe prodeſſe ꝗ mihi.

Tn modo cœleſtes ſemp ſtãs ꝓprius ad aras | Nõ eris in turba:nõ & de plebe minuta
Sollicito nobis ore ſecunda toga | Vnus:multorũ ſolus habebis opes:

Sed hæc ſomnia & nugæ:ſi nihil aliud hoc afferũt uoluptatis:q & mihi & tibi legẽ præ-
ſcribunt:ſi eueniant:riſum:ſi fruſtrabunť. Adibis Saluiatũ quid aut quemadmodũ agat
ſciſcitaberis. Num mutata fortuna:mutaret mores. Ego hanc eximiam cæpi uoluptatem
ꝙ Saluiatus meus profecit in Curia. De me tu uideris:ad te quoqꝫ pertinet qua ſim apud
homines opinione perueſtigare. Vale.

Campanus. D. F. Saluiato electo Archiepõ Piſano.

Vid audio mi Saluiate:ʔ Somnio an uigilo:ʔ An uera nuntiãtur:ʔ Si eſt quæ
fœlicitas cum mea:ʔ nam tu nõ cogitas:cõparabitur:ʔ Creatum eſſe te Anti-
q ſtitem Piſanum:uel audiui:uel potius ſomniaui. Adeo res humane certis
nuntiis deſinantur. Miramũr tot milibus paſſuũ:Caſtorem & Pollucem
Romanoꝝ uictorias nunciaſſe Cogitaui fateor de te poſt. F. reditum. Nã
is & mortem Antiſtis Piſani & cõtentionẽ ſuſceptam pro te ſignificauerat. Multa animũ
circumueniebant conſilia. Imprimis promiſſio tibi facta in diſceptatione Florentina &
amor Principis. & uigilantia tua incredibilis occurrebat. Quare ſi lætet:ſi exultem ipſe
cogita Experior in me ueterem priſcorum ſententia:amici fortunam:noſtram eſſe. Sed
expecto litteras:fac ne fallar expectatione de te. Ego quantum naturæ debeo:tantum for
tunæ nõ debeo. Qui ob nullum crimen:nullam culpa:mi leuiſſimũ erratum:atrociſſime
plector. Quid enim atrocius odio ſummi Pont. nulla ex cauſa concepti:ʔ Sed erraui cum
dixi nulla:fuit aliqua:ſed improuiſa. Sed quæ pietate horum pellebanť. Non ut Pontifi-
ci optime de me merito male dicerem impellebar. Scripſi ad amicos alios. Nemo inuentꝰ
qui cauſam ſuſceperit meam. Scripſi etiam ad eos:qui ſi mihi debere ſe negent:ingrati ui
deantur. Reliqua ſpes in te uno eſt:ac porro in illuſtri Comite:cui quantum debeã noſti
Me miſerum:quẽ occidi:ʔ quem interfeci:ʔ Cui uenenũ cõmiſcui:ʔ cuius uitæ ſum inſidia-
tus:ʔ Dices ſcio nulli. Sed erratum fuiſſe grauiſſimũ ita ſcribere:fuerit grauiſſimum:Sed
poſſum ego modo aliquo nõ ſcripſiſſe:ʔ poſſum rẽ ad integrum reſtituere:ʔ profecto non
poſſum. Quid igitur pro mortali crimine plector immortaliter:ʔ Iam ſi carcerem eram
emeritus poteram ſubire. Si mon par erat:iudicio periiſſem. Damnari non iudicatum cõ
tra leges eſt. Odio haberi diuturno:contra præcepta ſanctorum eſt:flecti id ignoſcendũ
non poſſe contra humanitatem eſt. Non occidat inquit ille ſol ſuper iracundiam ueſtram.
At mihi & ſol occidit. & luna curſum confecit. Proinde mi Salniate ſume animum:fac
intelligat dominus noſter:q̃ mihi moleſtum ſit non eſſe gratum oculis Principis. Et eiꝰ
Principis qui benignitate & clæmentia cæteros ſuperat. Dominum Comitem adhibe ad
iutorem. Neruos ſi itendas pro me. Scio q̃ profecturus es. Noſti q̃ fuerim domino. S. Six
to acceptus:quantum illuſtri comite ſperem. Da uiam & modum quibus conciliari poſ-
ſim. Crede mihi ad deſperationem inclinat res. Et niſi remittatur erratum tam leue:utar
quo ueterũ quidam ſunt uſi. Tam pedes ambulat:qui caret equo:q̃ qui nõ habet. Nec uo
lo nec debeo uiuere in ſũmi Pont. odio. At cuius Pont. profecto eius:ʔ qui benignitate &
clæmentia certauit cum omnibus ſemper:a nemine unq̃ ẽ ſuperatus. F. meum imprimis
tibi cõmendo. Cupio uniuerſos effectus beniuolentiæ noſtræ id illum cumulari. Multa
potes. Ipſum audies:ipſum cum audies me cogitabis. Nõ poſſum ſtrictius ad te ſcribere:
Si quid reſtat perſuadeas tibi omnia me precari pro eo. Adiuuandus eſt iam a te quoqꝫ
maiorem inmodum q̃ a me tibi educatur & creſcit. Tibi eruditur ut mihi. Bene uale.

Campanus Nucerino ſuo. S.

Vid ſcribam:ʔ unde ordiar:ʔ quos accuſem:ʔ quibus debeam icertus ſum. Ti
ferno depulſus:quattuor & quadraginta equitũ turmis oppugnatꝰ ob pie
q tatem erga miſerum populum habitam irriſus:ob litteras nulla maliuolẽ
tia aut ꝑſidia ſcriptas:calcatꝰ:peſſũdatus:attritus ſum:Ita res ẽ:ſic negociũ
habet. Scripſerã i illa turbulẽtia miſerrimæ ciuitatis ad. D. N. iſolẽtiuſcu
las litteras Cũ uiderẽ imbellẽ multitudinẽ & fœminaꝝ cœtus ululantes urbe depelli. &
tabellarius eſſet paratus. Scripſi fateor ad. D. N. paulo proteruius:nam cum eſſem ego in
in ea ciuitate:nec motus aliqui rerum nouarum excitarentur:obedientia quãta alibi nuſ-
q̃ habetetur. Vetus offenſio deleta aut eſſe aut diceretur:uiſa mihi indigniſſima res eſt.
Cum propter manifeſtum meæ ſaluti periculum. Tum propter iacturã icolatũ:aut enim
me tanq̃ ꝑfidiæ reum mutilaſſent:aut turpiſſime (ut mitiſſime ageretť) urbe depuliſſent:
utrum eueniſſet:

utrũ euenifſet:actũ de omni uita eſtimationæq; mea uidebatur. Calamũ itaq; arripui:fer-
uore atq; impetu quo hæc ferebantur exarſi. Scripſi D.N. niſi ſua.S. occurreret imanita-
tem eam uideri imanium Barbarorum:nõ Chriſtianam:non ſanctam:nõ quæ ſaperet ſal
uatorem. His uerbis omnẽ memoriam bene geſtarum rerũ atq; adeo ueteris beniuolen-
tiæ oblitteraui. Duo de uiginti diebus auditus nõ ſum:cum tamẽ interea & mane & ue-
ſperi portarum ianitores defatigaſſem:hoc mihi D.tui litteræ contulerũt:quibus eſſe me
ſua in protectione ſignificauerat:hoc modo miſer ueteranus.& iam annis:panniſq; attri
tus ĩ curia cõtemnor.libet tecum hæc fari. Vtinam ceteri:quos.D.N.dignos prouinciis
fecit ita ſint aĩati.& erga.S. ſuam.& erga.D.Le.nepoteſq; alios:qui ipſius memore de
bebunt. Minu.mi non hæc expoſcebãt Campani iam compertiſſima merita. Ego tamẽ
& plecꝰ tot & querelas inanes:non tamen falſas aut iniuſtas effundo. Tecum locutus ſum
D.tuo cõmendabis obſecro fidem atq; obſequium meũ. Bene uale.

Campanus Griſo ſuo.S.

Riſe mi.quid enim iocundius & nomine & præſentia tua? Nũquid addã
& cũmen.plurimam quaſi nõ fuerim ſemper tibi plurimum cõmẽdatus?
g Si quis eſt qui hoc poſſit Ego de fide & conſtantia in amicos tua pꝫbere
manifeſtiſſimum teſtimonium poſſum. Nam humanitatem.uirtuteſq; ali
as ĩcredibiles ita ſum expertus:ut mihi temon & portus eẽ uideare. Veni
Neapolim acceptus a Rege gratiſſime. A liberis quoq; multo gratius. Multa offeruntur
quædam etiam & præſtitur. Conſtituta ẽ mihi penſio quantas ſi non ſatis ſit ad uictum
nõ tamẽ famæ deperibo. Sed nõ te fatigabo diutius meis litteris.ex.F.itelliges omnia.
Cõmendo me tibi.& ſi dignus ſim.ut etiam pedibus.S.D.N.cõmẽdes me oro. Sed cur
nõ dignus:peccaui grauiter:ſed leuitate potius ꝗ iniquitate peccaui. Tum ut ait ille mul
tum detrahit:Principi:qui de illius clæmentia & pietate deſperat. Vale optime.

Campanus Auguſtino Staccolo Vrbinati.S.

Nimo deſtinato:quicqd obiicitur moræ ĩpedimẽtum ẽ:hiſtoriã illuſtriſ-
ſimi Comitis inchoatã a me nõ mea tarditas:ueꝝ quod Rome cõqueſtuſ
a ſum:alioꝝ negligẽtia diſtulit. Mihi uero & ſi hoc medio tempore:graues
infirmitates acciderũt:propoſitũ nunꝗ defuit continuãdi:nec nũc qdem
deeſt:ſed inſtructores:ſine quibus hiſtoria nulla:auctor uanus eẽt. Scribe
obſecro Staccole mi quibus tibi uidebitur:ut habeãt explorata.& ꝗ primũ habeant:po
terunt opera tua dirigi ad me Neapolim:ubi nũc ſum & ſum mãſurus & expimẽtũ for-
tunæ ꝗdiu aũt mãſurus plus eſt in alieno arbitrio ꝗ meo. Tot geſſi. Tot legi. Tot ſcripſi.
Tot lucis & iã prouinciis præfui ut ſatis exiſtimẽ inſignẽ me ex curia ueſtra mercedem
reportare:de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie. Bene uale Staccole mi. Germanũ
tuũ ſaluta & Trapezuntium & Raphaelem.

Campanus Luce Lucenſi.S.

Fficioſa diligentia nihil antiquius. Nõ agam iam tecum multis. Cur hic
ſubſtiterim:qua ſpe:quibus cõſiliis ipſe noſti. Aut perficiẽdum eſt propo-
o ſitum noſtrum.aut nulli ſumus. De.D.ĩ eo ſecre.& ſi omnia ſpero. Cum
occupatões rerum grauiſſimaꝝ impeditiſſimas cogito:diffido nõ nihil.
Reliqua ſpes eſt in te:atq; adeo reliqua ut ſit tota. Sorte mihi & fato te de
bes mi Luca:Lucenſis es:quo cum hominũ genere tanta mihi fuit conflictatio beniuolẽ-
tiæ:tanta officiorum uiciſſitudo:quantã nunꝗ ſum alibi cõſecutus. Litteras illas iam ex-
aratas quas ſcribis expectamus. Bene uale. D.ſecre.me cõmenda Alexandrinum illud co
gitet. Docti doctos ſeruabunt ſi erunt docti. Iterum uale.

Campanus Anthonio Petrucio S.

X litteris Lucæ Lucenſis noſtri qua mẽte ſis in meo negocio conficiendo
intellexi. Non mihi dubium eſt:nõ animũ tibi:ſed occaſionem defuiſſe ac
e celetãdi:me uero cum alia multa impediant:tum præcipue tenuitas rei fa
miliaris maxime urget. Veni grauatus familiola:quanꝗ uero nõ inumera
illa quidem:ſed tamẽ grauatus. Nõ putabã tam diu me hic ĩmoraturum:
quod cũ ex tua excellentia depræhendi. Statim ſuppellectilem argenteã expoſui uenalẽ:
Cratheres ſex in uſum domeſticũ abalienaui. Quæ pecunia iam & ipſa conſumpta eſt:
Vna ſpes eſt in excellentia tua:oro dignetur ad.D.Paſchaſium ſcribere Regis noĩe:& ꝙ
reliquũ eſt in negotio meo peragere. Iniquũ & imane excellẽtiæ tuæ foret me ſub illius
ſpe ludibrio haberi. Vale.

Campanus illuſtriſſimo Duci Vrbini Federico.S.

Eapolim ueni eodem ut uideor tenore fortunæ: quo & Roma diſceſſi: litteras tuas utraſq; accepi. Et quæ prius per dñm Ioannē capellanum meū n delatæ ſunt. & quæ poſtea per.F. conſeruatorem ueſtrum. Itaq; fretus litteris tanti Principis ueni ad hunc locum: ubi ut egregie fatear inſigniter reiectus ſum. Sunt fata eſt hominū fortuna: cum quia obiicere uirtutem ad pugnā pulcherrimum eſt. D. Io Baptiſtam caſus acerbitas diſtraxit a curia: Indolui hominis tā præclari detrimētoſam acerbitatē. & teſte deo lōge plus idolui q̄ ꝙ mihi adeſſe nō potuit. Rex more ſuo uagatus: nōdum redierat: ubi rediit de mittendo filio ſollicitus nō uidebatur quenq̄ admiſſurus. Adii ſecretarium Comitem Mathaloni. Comitem Vrſum D. Paſcalem: ubiq; blandiſſimis exceptus ſum uerbis: ubiq; nulla cum re. Tandem intromiſſus ad Regem mentem aperui: operam ſum pollicitus: fortunam cōmendaui. Deſpexerat me Rex ex feneſtra ſuperiori. cum iuſſus ſum ſcalas cōſcendere: locutus ſum quæ prima uenerunt in mentem. Deſiderium meum non abſcondi: etiam quod per te expetieram: quod & Rex ipſe confeſſus. Quid dicā amplius? Secretarius plus q̄ plus q̄ centies rogatus a me. Tandē ſi quid uellem ſyngraphum quod Albaranum uocant: pollicitus eſt. Cæteris in rebus nugas eſſe reſpondit. Non potui non cōmoueri animo: turbariq; uehementer. Multa collegi: plura ſuſpicatus ſum: fortunam aduerſam: inuidiam Curialium: negligentiam meam moleſte tuli. & dumtaxat interceſſionē ueſtram. Cætera feram animo quo aduerſa conſueui. Quo circa redeo nunc Terramum quantum uideo ſpe meliore q̄ fructu: nam fructus nullus. Spes ampliſſima nobis offertur. hiſtoriam tuam non mea culpa: ſed potius dicam pace omnium ueſtrorū negligentia nō continuaui. Scripſi ex Tiferno eſſe me nactum ocii aliquanto q̄ Fulginiæ pluſculū. Mittere reliqua documenta non miſerūt: ita & opera & tēpus deperierūt. Res in eo eſt: ut ſimus adhuc ī expetitiōe Tuſcorum: ubi Florentiæ cum Sigiſmundo conueniſtis: poſt conuentum illum admodū pauca enarrantur. Cura ut ad me q̄ primū mittant: nō ero negligens: ubi erunt miſſæ: ſtatim reſumetur materia cum omni dignitate: cum omni conatu: aut immoriar: aut perſoluam quod tantis in me beneficiis. & tam eximiis meritis debeo. Vale.

Campanus illuſtriſſimo Duci Ioanni de Aragonia.S.

On poſſum nō dolere illuſtriſſime Princeps nō quidē ſortē meā. Cōſueui iam pridē cum fortuna dimicare: ſed potius deſiderium tuū cōparaueram. n Quantū mihi uel natura dederat ingenii: uel ars inſtruxerat uel expreſſerat cōſuetudo: ut Campani ſeruuli ueſtri ſaltē aliquid remanerent infixa ueſtigia: aduerſata eſt fortuna: nō uolūtas: inopiæ meæ hæc fuit culpa: poteris in tempus reſarcire. Tam bene omnia ſpero abſens q̄ bene præſens ſperauiſſem: cū dabit ſcribam ad te: nō ut memoriam referam tanti Principis: aut confirmem beniuolentiam: ſed dūtaxat ut meæ in te uoluntati ſatiſfaciam. Tanta eſt enim clariſſimæ indolis ueſtræ apud me admiratio: tanta bonitas: quanta poſſit eſſe homini de ſummo & conſumatiſſimo Principe. Spes mea in te reſidet: interea ad exilium reuertar meum.

Extra hominū mūdiq; uias: extra ultia regni.
Claustra tui: quo me ſului cū dentib⁹ apri
Exercebo. Canem ſi tu modo miſeris unum.
Nare bonū: poſtq̄ me regia iuſſa uetarunt
Furari. & mecū nemora in precutina ligatū
Ducem: nam ſi tu mittis non inuidia furti
Arguet. & triſtes diffundet ligua q̄relas
Sed domū magni dicet Principis. Ergo
Mitte canē: q nare q̄at: nō dent placere
Quāq̄ ēt & dētes: ſed naris quærimus uſū

Vale.

Campanus dño cōfeſſori dñi Ioannis de Aragonia.S.

Vpiebam quod tu: doleo quod tu doles: ſed fecit fortuna modum: finēq; malorum. Nō uno ſemper ſtat maris unda notho. Occultum fortaſſe ali- e quid certe quod mihi ſum conſcius: aut patere oculis poſſit. Deliqui nihil Ego præclariſſimā indolē & plus q̄ regiam demiratus in diuo Principe noſtro. Spes cogitationeſq; meas omnes in unum coniecerā. Nō ad opes detractus: nō allectus ad præfecturas: non ad honores inuitatus: ſed eximia uirtute illius correptus. Cui & eſſe & fieri cupio adiunctiſſimus.

Sed me p ſcopulos: atq; inuia ſaxa ꝓcellæ.
Semper agunt: nunq̄ finiet ira maris?
Sed pereat mō: ſit noſtri pia cura Ioannis
Vel mundi pereat machina curo nihil.

Pater mi

Pater mi neminem alium habere cupio interpretem ꝗ te:fac concilies me filiolum tuum
in gratiam domini. Non Romæ non alibi fiam ei ſeruitor inglorius. Bene uale:& de ca
ne ſagaci cõmenda me.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Vmen mecum ſecundiſſimum bene ſalue. Diuerſa ratio:diuerſa natura:
n quo minus a Senenſi noſtro exaudiremur effecerunt. Trahitur quiſq; ſtu
dio ſuo:ꝙ ſi charitate mei factum eſt:quæri ego non poſſum. F. nõ debet
ſi conſilio meliore:permittamus hoc & meliora & honeſtiora prouidenti
Fuit tuum ut ais concardinalem precari:uis illi non fuit afferenda. Ego
quoq; non ſum adeo demens. ut etiam cum illo gratiam ꝗ ꝙ Franc. non ſit ſatiſfactum
non exiſtimem lõgo interuallo poriorem. Crede mihi mi Papieñ. nihil ex illius iuuenis
expectatione decipimur. Longe plus habet uirtutum in ſeceſſu ꝗ oſtendat in fronte. Sed
occaſio grandis & rara & fœlicitas quædam ex eo munere parata:& alia quædam ad ſal
conem noſtrum conſcripta:ut ita facerem:nec eum deſerere ſuadebãt. Inopiam ſi gemit.
leuabitur. Studia interrumpere ſi ipſe ſibi aderit:non cogetur. Quis laborauit iopia ma
iori ꝗ ego? Quantulum a domo:quantulum a parentibus fuit collatum præſidii? uixi ta
men adiutus a multis:præcipue uero adiutus a te:magnis laboribus:magnis difficultati
bus nihil aliud potui obiicere:ꝗ uirtutem. Quæ & ſi uento non ſemper ſecundo nauiga
uit:ſemper tamen auſpiciis ipſa ſuis peruenit ad portum. Quod iuuenem fueris conſola
tus:feciſti pie:& ſi Romæ adhuc eſt:ut iterum facias idem obteſtor meo nomine. habet
uiam & occaſionem paratam ad ſtudium:habet me non ita ſtatim ut multorum ſpes eſt
moriturum aut ſi ſim:nec ipſe parum comparatus & inſtructus ad ſortem cõmunem:nec
ego parum gratus imposteros inueniemur. Quod Neapolim uenerim hoc tantum gau
deo:ꝙ factus ſum illis uicinior:qui me afflixerunt. Cætera ex te ipſo coniecta. Regis ani
mum nec dum habeo:nec quando ſim habiturus intelligo. Mihi ipſe plane res eſt. Attu
li mecum non illa tam multa quæ expetuntur:pectus & conſilium uiuax induſtriam reb⁹
gerendis fortunatam. Audaciam in periculis adeundis:in ſuſtinendis laboribus patien
tiam:non memoriam ueterum beneficiorum:non præſentium bonorum fortunam:non
opes non præſentiæ dignitatem:non animum ad patrandi quæ accepta ſint regibus: ſa
cerdoribus indigna uideantur. Quã ob rem quantum ſperem: quantũ promittam mihi
tuum iuditium eſto. Sed tamen promitto aliquid in tanta copia rerum. In tanta compe
titorem gratia diffido. In tam eximia Regis moderatione non omnia deſpero. Cũ illu
ſtriſſimo ioanne Aragonenſe iam factum eſt initiũ beniuolentiæ. Altiſſima uirtus adole
ſcentis:firmiſſimum pignus eſt ad te complectendũ. Iuuenis frõte lætiſſimus:ore pergra
tus:eruditus uaria diſciplina Gratia ſermonis perfacundus. In ſumma licentia modeſtiſ
ſimus. Manu liberalis:longe plus præſtat uirtutum ꝗ promittit:& ſi quid adiici poſſit:his
ornamentis nullum ſibi uidetur facturus modũ ꝗdiu ſit ꝙ poſſit addiſcere. In ſumma li
centia & poteſtate non diſpari uitam agit:cui uis ordinis ueſtri non indignam. Trahunt
exemplo ad præclara facinora etiam Principes:laudant quos audiunt laudari:quos lau
dari audiunt etiam imitantur. Multa illi de animi tui multa de ingenii magnitudine cũ
prædicauerim diuinamq; oſtenderim:cupit fieri tuæ dignationi coniunctiſſimus. Nunc
uero cum per Regis abſentiam liceat diſpaciari:ſeceſſit ad Lympham cum redierit fun
gar officio non negligentis. Interea fortaſſe & ego quoq; in præcunnos meos ad dies ali
quot remigrabo. Velim de Tiſernatibus meis aliquid ſcribas. De Fulginenſibus quoq; i
argumentoſa materia eſt. Scio in curia nec eſſe nec futurum uideri:quod recreare me poſ
ſit niſi cum tu præſidebis. De noſtratibus quod ſcribam habeo nihil. Nam gratiam urbis
orbe terrarũ amœniſſimæ:clæmentiam cœli:feracitatem rerum omnium commemora
re nec tibi expedit:nec mihi citra patrii amoris ſuſpitionem liceret Fabio ſi eſt iſtic:conſi
gnari iubeas hũc faſciculum litterarum. Sin diſceſſit ne pigeat obſecro Peruſium uſq; di
rigere. Bene uale:& penam decimariam ut euites:ad ſcribendum accigere. Si nihil aliud
aliquid de meo Saluiato. quem tibi euixiſſime cõmendo.

Campanus. F. Lapio. S.

Abi mi ſalue doleo prius ex. d. Papieñ. ꝗ ex tuis litteris exitum rerum tua
rum intellexiſſe. Tu uero ne angere. Tempus:ætas: fortuna: uirtus etiam
t omnia poterunt. & quod nunc obtinere nequiuiſti:aliquando rogabere
ut acceptes. De Saluiato meo nemo aliquid ſcribit. Cura ſciam quid agit
qua eſt in ſpe. Etiam de Tiſernatibus noſti quã cupiam aliquid intellige
re. Bene Vale.

Campanus dño Ioanni de Aragonia. S.

D ſingulam quãq; occaſionem libenter moueor ad ſcribendum tibi:ſic res
habet:Vota mea uniuerſa in uno conquieſcunt:unum admirantur:unum
a prædicare non ceſſant. Extollũt alii ſupremum faſtigium nobilitatis. Alii
Regiam ſtirpem uenerentur. Cæteri fortunas & quas nũc obtines: & quæ
paratæ complectuntur. Mihi uirtus & humanitas tua inſtar ſunt omnium.
hæc efficiunt ut nihil tibi cõtingere poſſit:quo homines non gaudeamus. Es nobilis: in
natura fuit ut ita naſcerere. Es rege procreatus. & alii complures hoc habuere. Fortunaꝝ
uero gloriam nemo ad ueram fœlicitatem deputauit. Animi uirtus non aliunde præbi-
ta:ſed ex te ipſo ſuſcepta:& humanitas quæ neq; uendi neq; emi neq; deponi poteſt :faci-
ent te in omni tua uita fœliciſſimum. Quod ſi quis ideo demum fœlix eſt ꝙ habere om-
nia:quæ poſſint optari uideatur· Non uideo quis mortalium hãc tibi fœlicitatem uel ex-
cipere queat:uel imminuere. Sed mihi unica eſt querela de cane Præcutini ſeu magis Præ
putiani mei uenationibus ĩprimis delectantur:ne rides nominis turpitudinem cum dixi
Præputiani. Conſtat enim Annibalem Carthaginenſem ſollicitatum Apuloꝝ Sannitũ-
q; promiſſis. Tranſitum per agrum præputianum feciſſe. Extare etiam hoc tempore tem-
plum uirginis præputianæ. Quo in ioco ſi canem miſeris:ſpero me breui futurum:& fu-
turum cum uẽatoribus:ubi aut figere aptum licebit:aut quod erit tutius: data uia exteris
demonſtrare:poſtulatorem maiore fronte & pertinaciore ꝙ̃ me uidiſti neminem Ad ca-
nem redeo.

Cum puer in ſyluas irem clariſſime Pñceps
Vno nos apros cæpimus octo die
Seu fuit augurium:ſeu nani certa laboris
Cauſa. Canem ĩnuaſit nocte premẽte lupus
Semper ego poſt hac geſtare minantia tæla
Sueui:& odorata ducere nare canem
Si me igitur cupias inter uenabula tutum
Vrgentemq; feras prendere:mitte canem.

Vale.

Campanus Anthonio Petrucio. S.

I mihi aut cenſus annui aliquanto maiores ſuppeditarent:aut aliqua uiue
re honeſta induſtria liceret:aut frugaliore uita fallere (ut aiunt) geniũ fas
ſ eſſet:nequaꝙ̃ præſidium aliquod poſtulaſſem:cõpoſuiſſem meme ad om-
nia extremæ incommoditatis uel mendicitatis potius argumenta me re-
dægiſſem. Nunc epiſcopi per ſeipſum exiguo:& annuis decimis exhauſto
Me aũt natura a negotiis ſæcularibus abhorrente:& hactenus nõ ſemper in miſeria uerſa
to. Duriſſima res eſt non tam denegatum mihi eſſe præſidium ꝙ̃ extractam rem uerbis ĩ
longum:& interea facultatulas meas omnes exhauſtas eſſe. hoc mihi (pace dicam) fecit
excellentia tua. Tu mihi aliquando ut Regem adirem perſcripſiſti. Tu rem hanc qualis:
qualis eſſet cum duce Vrbinati conſtituiſti. Tu poſtea ꝙ̃ Neapolim ueni bona eſſem ſpe:
expectaremq; Regiam uoluntatem iuſſiſti. Tu in exitu ipſo rei deliberandæ non rogat᷑ s
non ſtimulatus:non etiam uia aliqua præmonitus fronte libera progreſſus ad me tranſa-
ctum eſſe negotium meum dimidium Regem. Alterum dimidium Regis filium contri-
buturum pronunciaſti. Si erant hæc uera cur nunc tandem deludor Si alia mens fuit Re
gis:atq; tu loquebaris unde id meritus abs te?quã tibi unꝙ̃ iniuriam intuli?aut tuis?Pro
inde mi domine feri labrum:culpam aliquam profitere:compara te ad patientiam:ut qđ
nunc aut negligentia non effeciſti:aut aliqua efficere noluiſti:cum erit occaſio id ipſum
diligentia emendes Cæterum ne exploſus uiderer ab omni gratia. Sunt epiſcopatus mei
compiura caſtella:ſeu uillæ potius. Eſt ibi poſitus quidam ferrantes de uiuare ad hyber-
nandum. Grauior eſt illis oppidanis ꝙ̃ poſſint ſubſtinere. oro te ut datis illi aliis hybernis
decedere ex eo loco iubeatis. Ego iuſta petam:nec ne incertus ſum. Ad te prudentiſſimũ
ſcribo:in tuo arbitrio ſimul & præſidio reponens : obteſtor te iterum digneris me com-
mẽdare pedibus. S.R.M. Ego quia Neapoli ſupellectilem pignori obtrictam reliqui po-
ſtea quid amplius obpignorem habeo nihil. Teramum redeo. Bene uale.

Campanus Lucæ Lucenſi. S.

Vm hic Neapolim hæreo diutius ꝙ̃ putabam. uenit ad me Antonius ger-
manus meus. Rettulit ꝙ̃ magnitudĩe bñficioꝝ ꝑterita æſtate ſe iuueris:dũ
d eſſet huc a me miſſus:plura tibi debebam mi Luca quã exiſtimarem:ĩ quo
fortunæ gratias habeo:quæ ſi me cuiꝙ̃ obligatũ eſſe uoluit:tibi potiſſimũ
obligauit. Ego fortũa tenui:ſorte abiectus:animo tamen nõ oĩno deiecto
capio beneficiũ referre nõ poſſum. D. Se. me cõmendabis: cui ſi fas eſſet nõ mediocriter
ſubiraſcerer. Eius ſpe iam multoꝝ annoꝝ alligatus:& præſentibus promiſſis confirma-
tus:plane deluſus ſum. Itaq; mi Luca cras aut perendie in Aprutiũ : mox fortaſſis & Ro-
mam proficiſcar:

mam proficiſcar:uicturus aliena clæmentia:quam inter meos aut non tempore implora‑ui:aut indignus nequaq̄ inuenio. Bene uale.

Campanus Anthonio Gazo. S.

a D hunc uſq; diem Neapoli ſum nullo cum fructu:niſi cum magnificarum pollicitationũ emolumẽto. Poſt Regis Duciſq; diſceſſum uerbis extract⁹ illuſtriſ. Io. hortatu deliberationẽ Regis dicã. an ſecretarii expectaui. Tandem litteræ. d. Io. ad me ſcriptæ ex Liſa meã expectationem finierunt. Significat enim non eſſe Regis mentem:mihi aliquid impẽdi. Se uero neq; poſſe neq; debere:& Regi & parenti refragari: doleo me cõpater data mihi fuiſſe uerba. Magis tamen angor & longe moleſtius fero Ducis Vrbinatis ſuſceptioni fruſtra pro me conatum. Longe omniũ moleſtiſſimũ ẽ mihi nõ poſſe illuſtriſſimo. Duci noſtro queãdmodum iam deſtinaueram totis & animi & corporis uiribus inſeruire. Altera eſt moleſtia mi compater ꝙ te carendum aliquãdiu eſt. Redibo iam recta ad ep̄atum meum. Cõmatrem tñ prius inuiſam:eamq; pro me apud cõpatrem meũ procuratricem : patronãq; conſtituam. Interea bene cura ualitudinem mi compater. Præpoſitus iam aliquot elapſis diebus a me diſceſſerat. Salutabo eum tuo & cõmatris nomine milies. Vale.

Campanus domino Saluiato. S.

a Cœpi litteras tuas ſi pro meo deſiderio breuiſſimas. Si pro expectatione moleſtiſſimas. Sed me ĩprimis conſolatur Saluiati mei præſtans & nulli ſuccũbens animi magnitudo Loquar tecum fidẽtius mi Saluiate:ſi. D. N. uir eſt q ſemp fuit:& ille. D. Comes charum te habet hæc perturbatio tua fœlicitas eſt. Sume animũ Saluiate:intẽde uires & neruos:tẽge & expãde uela:ſunt etiã hic Neapoli q tibi faueãt. Sunt Florẽtiæ cõplures:qui partim dolẽt: partim iraſcunt. partim etiã indignant. Te ciuem honeſto genere optimis parentibus natũ: uirũ induſtrium utilem futurum ciuitati deſignatum a Papa. Patrum collegio confirmatum:nulli crimini obnoxium. Repudiari & pro quo? Extorre ignobili quaq̄ litteris prædito:chi dura la uence Scribam ſi uidebitur ad. L. ſed neſcius:q̄ profecturus differam etiã pluſculum. De oratione in Capella per te habenda niſi dies certus habeatur. quid agam aut ſomniẽ neſio? Gratia Pont. D. Comitis beniuolentia. Ira & indignato Patrum quid poſſint in re tua cogita:& uiribus atq; ingenio utere. Vale.

Campanus illuſtriſſimo Principi Federico Vrbinati. S.

s Cripſeram proximis diebus quem in ſtatum eſſet res noſtra deducta:breui addita cedula:qua deliberationem ultimam explicabam. Vere illuſtriſ. Priceps uterq; noſtrũ deluſus ẽ:nõ mea:nõ tua culpa:ſed uel iſigni tẽporꝫ auaritia:uel. d ſecretarii tergiuerſatione. Qua die Rex ex hac urbe diſceſſit cum adiſſem ſecretarium fronte blanda & ut loquar tecum quæ ſentio nugatũ plena:progreſſus ad me Campane inquit pacta res eſt : heri ueſperi decreuit Rex quod cum. d. Io. conuentũ eſt. Cũ peterem expeditionẽ:pollicitus eſt:cum primũ ad aliquem locum appuliſſet:expediturum. d. Io. curandæ inquiunt ualitudinis gratia ad biduum poſtea ſeceſſit ad Liſam ea mente:ut per. d. Paſchalem mihi ſignificaretur cũ eſſet negocium confectum. Ego diem hic expecto & pœne conſumptus ſum. Litteras accepi a dño Io. dolere non potuiſſe impetrare quod & facillimum ſperabat:& honeſtiſſimum arbitrabatur. Accepiſſe ſe litteras Regias:quibus refragari neq; poſſet:neq; deberet:non eſſe mentis Regiæ præſidium aliquod contribuere. Proinde ne tererem fruſtra tempus : Neapoli uana præſtolando. Adduntur promiſſa magnifica de eccleſia permutanda. Sed mihi iã ꝓmiſſa ad tediũ ſunt:niſi cũ impleantur. Quãobrem nunc Teramũ redeo:hyemẽ reliquã illic cõſecturus. Si mittes illa documenta hiſtorica:Teramũ mittes:ſin ſortaſſe iã miſiſti:& ſunt in itinere:Iubeas q̄ primũ ad me deferri. Si dñs Io. Bap uenturus Neapolim ſit:oro te aliquid ẽt tuo nomĩe conqueraſ:cum dño ſecretario ſi modo tibi uideatur Ego iam ſatur ſum rerũ Neapolitanaꝝ. Tam mihi ſuppeditabat ad uitã quod habeo:q̄ quod non habeo ad deſiderium inflãmabit. Si tibi uideatur aliquid excogitare pro meo ſeruo tuo fideliſſimo conſulet. Bene uale Princeps illuſtriſſime.

Campanus Archiep̄o Amalfitano. S.

p Oſtea q̄ a te diſceſſi:fuit mihi iter per q̄ difficile & pl[illegible]um moleſtiarum. Nam præter cõtinẽs pluuias & uiarũ eluuiones:& erupta ui aquaꝝ præcipitia:& licentioſa fluuiorum euagamẽta. Et ſolum natura lubricũ aſſiduo imbre per madefactum:& ubi hæc ceſſaſſent ſaxorũ moles impeditiſſime: aliaq; incõmoda me miſeris modis exercuerunt. Gallutii diem unum cũ

ſubſtitiſſem nō fuit ſpacium ad tuũ Carpinetum diuertendi. Tum etiã a ſpredie atq; ĩpor
tunitate uiæ:qua eundum:ſcandendũ:deſcendendumq; fuiſſet deterritus. In ocioſius tẽ
pus omiſi. Nõ præteriturus quin primo quoq; tempore ad eum locum diuertam ſi nulla
alia de cauſa:tũ ſtudio tui. Perueni Teramũ uigilia natalis dñi hora iã noctis tertia ut in
telligas nihil mihi fuiſſe ſpacii pluſculum ad euagandũ. Altero q̃ perueni die ab re diui
na orſus uenationem inſtitui. Cuius rei quanta ſit cõmoditas ut poſſis intelligere: Tera
mum ipſum alias deſcriptum a me & ſtudium publicum uenationum ad te mitto. Nõ ac
cuſabis ut arbitror importunitatẽ qua uideor uſus in cane ab illuſtriſſimo dño Io. depo
ſcendo. Spero ubi occaſionẽ acceperitis:& te curaturæ & illum effecturũ ut canis naſutus
habeatur ab eo qui a tanto Principe tam crebris ineptiolis expoſtulaueris. Non ero tecũ
uerboſior:cum dabitur occaſio faciam te litterarũ mearæ participem. Interea commenda
me dño don. Io. de Aragonia Pricipi noſtro clariſſimo. Decanum quoq; Malfitanũ tuũ
Thomam & alios ſaluta. Orationem ut recuperes hortor. Bene uale.

Campanus Cardinali ſancti Petri ad Vincula. S.

Auſa harum litterarum hæc eſt. Cum ſit mihi compater. d. Io. decretis de
mõte monacho celebratiſſimus doctor:doctrina & bonitate æque præcla
c rißimus:& qui aliis in locis ſumma cum laude uerſatus eſt. Volui eum ti
bi cõmendare:qui bonos omnes & doctos natura tua amas & foues. Co
gitaui eum eſſe cum dño uicelegato Marchiæ:ſi per te cõmẽdetĩſcio qua
integritate & qua conſcientia ſit:& q̃ timens deum. Poteris de eo ĩformationẽ habere &
a. D Luneñ. cui inſeruiuit:& ab eodem uice Le. cui nõ eſt incognitus. Fuit etiam hic Tera
mi aliquot annis cum ſumma laude & opinione non diſpari:& omnibus ciuibus charus
eſt. Non dubito uirum idoneum eſſe omni ſeruitio & tuæ fidelitati. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

Vi Neapoli magna cũ ſpe:cũ fructu aliquãto minore:uideo & hic fortunã
aduerſari cõſiliis meis. Redii Teramum promiſſis magnis oneratus. Spes
f eſt aliqua in regiis liberis:quorũ natu maximus uiſus eſt non nihil teneri
deſyderio mei. Nec minus tertius clariſſimus mea ſententia adoleſcens:&
cui nihil deſit præter coactiorem fortunam. Tametſi cum præſente ſic pu
gnat:ut nulla ex parte ſuperari ſe patiatur. Scripſi de illo ad te alias uberius. Ego fortunã
Neapoli neq; ſpei uacuam:neq; præſidii plenam reliqui. Cum ſcribee rad me pro huma
nitate & pietate tua uoles:litteras aut Aquilam aut tutius Aſculum diriges. Bene uale me
um numen & præſentaneum.

Campanus epõ Pinneñ. S.

Vantum doluerim:quantum acerbitatis acceperim ex morte præſtantiſſi
mi fratris tui:non eſt ocium explicare. Grauius & multo ferrẽ moleſtius ſi
q tẽ alium uirum pendentẽ totum ex aura populari & fortũæ ſtatũ cogno
uiſſem. Opus eſt uirtute tua præſtantiſſima:qua nequaq̃ diſcedas a te. Vi
cem humanã. ut humanam capias. Nõ te pudere poterit memoriæ fratris
non generi tuo nebulam aliquam ſubuereri. Cætera in manu Principis omniũ modera
toriſq; dei. Cæterum habet Iocabellus filium Ant. iuuenem optimæ indolis: litteratum
& magna ſpe. Adueniente ſeptembri cogitat mittere eum iſtuc. Sperat aliquid elabora
turum pro iuuene:& benemerito & nequaq̃ alieno. Vale. Paulum Moroſitũ uirum præ
clarum:quem in Germania cognoui ut ſalutes oro. Iterum bene uale.

Campanus Laurentio de Medicis. S.

Go ſi quid de te cogito aut loquor mi Laurenti:ſi aliud afferre tibi non
poſſum utilitatis:hoc certe affero:q; ſecundos tibi ſucceſſus precari non
d deſino. Calumniam ſi qua ſit de uita modeſtiaq; tua quam habes a parẽ
tibus maximam:modis omnibus diluo. Exiſtimo ad me pertinere quic
quid ad tuam dignitatem pertineat. Cedere ad meam quoq; gloriam
quicquid accedat ad tuam:eam legem ineſſe amiciciæ ſentio:ut ſint aut eſſe debeant affe
ctus q̃ ſimillimi. Cum eſſem proximis his diebus Neapolim deueni in mẽtionem aliquã
de te:uirtutem quantum & potui & debui tuam prædicaui:ut ciuitatem nulli in Italia ſe
cundam pacatiſſime ſimul & quietiſſime regas ut certent in te potentia atq; gratia:ut cõ
ſilium auctoritati auctoritas conſilio non deſit. ut æquaſti auum prudentia patrem ani
mo uiciſti:utrunq; ciuili beniuolentia ſuperaſti: ſine inuidia præſertim aperta ſic uixiſti
atq; uiuas:ut charus omnibus:infenſus nulli. Nemo ſit in ciuitate qui non ſe tuo ſub arbi
trio uiuere:tibi omnem accreſcere auctoritatem glorietur. Hæc mihi ex animo cum dice

rentur:& huberius ꝗ nunc ad te ſcribo. Erant a tergo Neapolitani aliquot: neſcio an etiam Florentini nonnulli & ut eſt nario loquatior: recte inquit ex his unus: uirtutem prædicas. uirum præclarum & ciuitatis ſuæ locupletiſſimum. Ceterum cui contemptui ſint: patris atq; aui exempla laudatiſſima. Cui leges publicæ deſpiciantur. Cui ciues optimarum familiarum: optime de re publica meriti conculcentur. primum quam unq̄ affinitatem auus: quam pater externam concupiuit? quas hic ædes erexit aut inſtaurauit templa? aut cœnobia edificauit cuius hic ciuis calamitatem releuauit. Conciderunt aliqui ſub parente: qui ſub auo fœliciſſime rem mercatoriam egerant huius uiri tempore familiarim decoxerunt: adiumentum nullum inuenerunt: benignitate Regis noſtri: aliorumq; principum Italiæ cum eius res conſtet aut: ſi non cogitet imprudens: aut ſi cogitat ingratus eſt. Addiditq; Volaterras periculum feciſſe alienæ conſtantiæ: non ſuæ grauitatis teſtimonium præbuiſſe. In contentione Tyfernatium: & offendiſſe. Pont. Animum & Tyfernatibus non profuiſſe. Qua nunc eum gratia eſſe cum Rege? Qua cum ſummo Pont. beniuolentia? Qua cum Collegio Patrum obſeruantia? Qua cum ciuibus moderatione? Mortuo Antiſtite Piſano: quid ad eum de eccleſia Piſana pertinebat? Quid prius de eccleſia Florentina? obtinuerit Arretinam uirumq; illi dignum præpoſuerit. An iam etiam & Piſanam & Volaterranam: & alias ſi quæ ſunt rebelles Romano Pontifici: decretiſque patrum effecerit: cenſes tu mortuos Florentinorum animos: qui ſemper alias dom⁹ huius beneficentia coluerunt tyrannidem ubiubi initium caperet oppreſſerunt. Auus Coſma quantam in ciuitate habuit auctoritatem. Vnde obſecro te niſi pulcherrimis ornamentis: ampliſſimis edificiis: innumerabilibus beneficiis comparatam: Innocentium ſeptimum unice coluit. Ioannem. xxiii. Martinum. Item & eugenium incredibili pietate obſeruauit. Creuerunt illius opes: quia inſolido edificabantur: nulli per iniuriam eripiebantur. Pontificum gratia procurabantur. Mallebat ille prodeſſe ſuis ciuibus auctoritate ꝗ pertinacia nocere. Impetrare uolebat quod ad alios pertineret non extorquere. Pater quoq; & ſi habitus eſt publicis in rebus animoſior: nunq̄ eo inſolentiæ prorupit: ut non haberet dignitatis rationem: quid ad quem ſpectaret. Certauit & ipſe cum aduerſarii preſente Legato: omnemq; exhibuit in deponendis armis reuerentiam. Caſu an conſulto dimicationi interfuerit Legatus incertum eſt: niſi ꝙ in parentem tuum uiſus eſt fuiſſe propenſior. Quæ res auctoritatē ſimul & gratiam peperit. Ergo uterq; humanitate in ciues rem publicam adminiſtrarunt: familiam nullam iniuria labefactarūt. Ego & ſi iuuenem eum diſerte dicere uidebam & exanimo. Minus tamen acquieſcendum exiſtimabam ne dicere uera credentur Primum exempla maiorum nec tibi eſſe contemptui: nec ut contē nantur ab aliis pati. Iura publica & priuata: uim ſuam apud te habere: legum nullam ne minimam quidem præuaricationem eſſe. Ciuium haberi non unam rationem cuiq; ſuā dignitatem conſtare: ſuum ordinem patere: Affinitates non ſemper arbitrii: ſed iterdum & temporis eſſe. Quæri plærunq; cum externis ſi cum ſuis nō digne inueniant. Aut quæ ciuitati magis prodeſſe poſſint occurrant. Edificandi rationem diuerſam parenti fuiſſe ꝗ auo: diuerſam Laurentio ꝗ parenti. Nam Coſmam plæraq; ad neceſſitatem: ad religionē quædam ad ſuam gloriam: quæ nondum eminebat paſſim multa exedificaſſe: nonnulla quoq; ad commendationem poſteritatis: ſuorumq; uoluptatem: & tamen trahi quemq; ſtudio ſuo. Petrum nulla iam neceſſitas impellebat. Laurentium copia pœne ipſa uel deterret uel demoratur: uel faſtidio afficit multitudinis. Tot undiq; occurrere familiæ hui⁹ edificia: ut difficile ſit haberi in urbe locum: ubi nouum aliquid emoliatur. Et iactura eſt non modo rerum: ſed etiam famæ ſine cauſa nouos ſumptus facere. Quod ciues multi decoxerunt. Fuit hæc temporum conditio: nec Laurentius defuit: multos iuuit: compluribus opitulatus eſt: Cum Rege noſtro non extare ſcintillam calumniæ geſtare memoriaſq; multæ res in rem publicam Florentinorum geſtæ: ſed unius beneficium: unius eſſe non omniū. Quæ ab Rege aperta ſunt: Regis eſſe benefacta: nō oportere inimicicias reliquorum principum eſſe: ubi Regis amicicia interſit. Tyfernates ſua cauſa defendiſſe: Pōtificem non offendiſſe: feciſſe Tyfernatium cauſa quæ potuit: plura facere nequiuiſſe: & tamen uoluiſſe iam ab initio rem Tyfernatium componere: non Pontificem: non Collegium: non ciuem aliquem contempſiſſe: eccleſiam Florentinam recte collocaſſe uirum illi eſſe præfectum genere nobilem: moribus nobiliorem. & cui nihil obiici poſſit niſi ꝙ externus non ciuis eſt: ualuit affinitatis ratio: ualuit auctoritas: & Romanorum fauor parratio nouit in Arretinam uirum grauem litteratum: compoſitum curauit præficiendum. Cui quid aliud obiicias niſi crimē idem ꝙ ciuis non eſt. De Piſana contentio grauior: repellitur Ciuis non quia indignus eſt præſidatu: eſt eni non obſcuro loco natus ipſe: non

ignarus:non imperitus uir:induſtrius:uir cuius opera uti poſſis: ueꝝ tempoꝝ hæc e diffi-
cultas:nemini magis conuenit rem Piſanam concordem eſſe quã tibi iã in factiones cũ
uentũ ſit:neceſſe eſt ut aias factiões.ut quibus uiris ciuitates cõmittas conſideres.Scio te
nõ ideo aduerſari Saluiato quoniã Saluiatũ odio habeas ſcio illũ ſemp bene de te ſenſiſ-
ſe:bene locutũ fuiſſe de tuis fortunis:non poſſum nõ mirari cur hæc exorta cõtentio eſt:
non poſſum oia colligere.Quæ tum hubertime geſſi:pollicitus ſum ad te ſcripturũ: quæ
nũc ſcribo Accipias hæc uelim animo quo ſcripta ſunt.Si eſt ĩ te erratũ:nemo ſit ad emẽ
dandũ te ipſo paratior Oſtẽdes tam te laudẽ hominũ capere:q̃ calumniã poſſe:Sin error
ſit nullus nemo prohibet tuoꝝ ciuiũ & ſeruare fortunã & gratiã promereri ĩ ampliſſimis
fortunis:in potentiſſimo ſtatu . Nihil potes nec amplius expetere nec maius expectare q̃
hominũ beniuolentiam.Quam ut modis omnibus procures:& erga omne hominũ ge-
nus:& p̃ſertim erga tuos ciues oro atq; hortor.Tunc enĩ tibi beneficiũ referet:cũ minime
cogitabis:nec eſt ratio menſuræ iis rebus.Et cũ beneſeceris & cũ nocueris parati ſunt qui
utraq; uia tecum officio contendant. Vale.Terami.xvi.Ianuarii.M.cccc.lxxx.

Campanus Cardinali Seneñ.S.

Ere mi ſaluus ſis.Teramũ redii magnis promiſſis oneratus:ſi p̃ſtabunt ad
referendas gratias me comparabo:ſin abibunt ĩ uentũ.Facile erit tentaſſe
h fortunam:& notam aliquã cõtumaciæ diluiſſe.Iam ad omnẽ euentum pa
ratus tã ſecunda capere q̃ excipere aduerſa potero.Interea hic Terami ſub
quieſcam defatigatum peragri natiõibus & prouinciis attritum.Satis ma
gna ſpectacula in oculis hominũ affixerunt hoc ſemp mihi perſuaſerim . nullam extare
auaritiæ aut improbitatis calũniã.Quod nõ ſacto Fuſtuchio aliter uiſum tibi ſit non mo
leſte fero.Fuit ratio & conſilium & Frañ.quẽadmodum mihi proxime ſcripſit abunde ſa
tiſfactum cum ſit:recte omnia habent.Diligo fateor eum iuuenem:& teſte deo quantum
mihi ſum cõſcius merito diligo.Sed cauſam coram afferemus.Nũc bene uale:& ſaluti q̃
nihil in terris melius intende.Ego ad Iubileum fortaſſe ad balnea oĩno decurſitabo.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Eorum quiſquis Romã uenit:niſi ad te ueniat nequicq̃ uenit.Adeo fortu
narum meaꝝ omniũ portus in te uno eſt.Ab hoc eodẽ licebit intelligere
m Quæ ſpes conſiliorum cogitationumq; meaꝝ:quo ſim animo in negotiis
quo in caſibus perferendis:q̃ nulli aduerſitati ſuccumbam:Sed quod inqt
ille contra audentior ire nõ dubitem.Saluo te in tuto nauigatur. De aliis
quid ſperem:aut deſperem nõ uideo.Sed grauis eſt inquies hæc fortunæ perpetuæ & cõ
tinens lamentatio.Grauis & mihi quoq;:ſed aduerſa ingemiſcere quædam alleuiatio eſt
malorum:hunc Præpoſitum Camplẽſem familiariſſimum meum uirum nobilem & do-
mi clarum:quem & tu mecum una alias in menſa excepiſti ut oculis ſolitis aſpicias oro .
& me commendatum habe.Bene uale.

Campanus Federico.d.Angeli de Vrbino.S.

Itto hunc Præpoſitum Camplenſem ad dñm cõmunem.Cui tu pro huma-
m nitate ſimul & conſuetudine tua aderis:hortaberis quoq; ad cæteram confe-
ctionem hiſtoriæ ſuæ.Cui ego:ſi per uos non ſtet ſum totus intentus :nec ui
deo cur ſtare per uos debeat.Quæ eius gloriæ & nomini iure merito tantũ
afficimini quantum ampliſſima merita & diuinæ illius uirtutes expoſtulant . Non ſum
ego dignus enarrator:nec dicam laudator rerum tam integre:tam clare:tam magnifice
glorioſeq; geſtarum.Sed erit aliquid uel præbuiſſe initium his qui poſt me ſequentur:
uel uiam aliis ſcriptoribus offendiſſe:uel quicquid euenturum ſit me uel teſtem tempoꝝ
uel admirationem hominum tam illuſtrium acceſſiſſe.Cætera ex hoc ipſo intelliges:ad-
iuuabiſq;:rogabiſq; principem noſtrum meminerit iniquum eſſe Campanum in ipſius
oculis iniuriam ſuſtinere.Quem errata grauis non ſordes uitæ accuſarunt.Sed libertas
calami inconſiderata:& excurrens impetus ad calamitatem ciuitatis fecit nocentem.Sed
hoc mea infœlicitas maior eſt uiſa q̃ alii & aduerſus indignos ediderunt. Alii calumni-
as graues perpeſſi ſunt:& premia receperunt.Ego ſolus neq; animo nocens : neq; mente
malus grauiſſime plector.Bene uale amantiſſime mi Federice.

Campanus Nucerino.S.

Am diu nihil ad me ſcribis:ut ſubdubitẽ de te & conſtantia tua parum. Mul-
t ta potes:& quod potes quin uelis & ſcias haud dubito.Noſti quãto interual-
lo ſpes meæ poſt patrocinium initum communis heri retroceſſerint.Exigua
mea culpa.Nã nulla non dicerẽ.Mitto nunc ad te.d. Præpoſitũ Camplẽſem

Audi cum

Audi cum ſi me amas.& quod te poſtulat facito.Vale.

Campanus Franciſcho de Caſtello.S.

Ale mihi agitur cum neceſſariis meis:quorum tu omniũ primus & coniũctiſſimus.Nihil facis pro me:nihil uigilas:nihil loqueris:aut curas deniq̨
m Quod eſt moleſtiſſimum.& nihil ſcribis.Mi Franciſce grauius eſt amiciciæ pondus q̃ exiſtimamus:uerũ ego qd blatero?An neſcio nihil tibi magis fuiſſe cordi q̃ cauſas:negociaq̨ mea agere:curare:opitulari?Sed danda eſt uenia excluſo.Erunt adhuc noſtra ſidera:uiuemus aliqñ ſecundis aſtris qui nũc uiuimus aduerſis:ſed hæc hactenus.Venit iſthuc præpoſitus Camplenſis permeceſſarius meus:quẽ audies.Domino cõi cõmendabis.De domino Ni.Vitellio quid fit aut qua ſpe ſignificabis.Bene uale mi Franciſce Quarqualium ſalutabis.

Campanus dño Franciſcho Saluiato.S.

Lamo cœlum terraſq̨ cõmiſceo:quid de te?quæ fortuna?quæ ſpes?quæ expectatio rerum futurarum proponitur?Quæ ratio auxiliorum pergro?
c Et tamen nec tu reſpondes quicq̃:nec cæteri rẽ certam denunciant.Si me amas mi Saluiate ſume hoc paulum laboris.Fac intelligã tuis litteris hæc omnia:etiam rem Franciſci noſtri quo tramite pertranſierit:aut ubi conſtiterit ſignifica.De cæteris meis rebus nihil ſcribo ad Comitem quantus ſum reſpicio. Illi me ut cõmendes oro.De oratione quam gloriã reportaueris cupio ſcire Bene uale.

Campanus Quarqualio ſuo.S.

Tiam ſi eſſes beſtia nõ te cõtemnerem:pluris enim facio ingenium tuum
e q̃ aut alii credant:aut tu arbitrere.Quanq̃ in hoc fallimur pleriq̨ omnes: ꝗ ingenii ſicut rerum aliarum extimatio uana eſt:porro ex extimatione pretium oritur.Quiſq̨ tanti eſt:quanti cuiq̨ eſt.Mihi uero

Quarqualus plus eſt unus q̃ cætera Roma
 Sit licet is uultu fuſculus:alta canit.
Sed tñ ad noſtros reuocat me muſa poetas
 Quid de Domitio?qd quoq̨ Sancto meo eſt

Expectas ueterem conſuetudinem ſcribendi meam?ſed tempus abit:redeunt noua ſæcula.Vnum uno & rapimur tanq̃ non bona noſtra die.Papienſem meum q̃ frequens adis: ut te uidet libenter?ut illi ſcribis aliquando.

Campanus dño Andreæ Lucentino.S.

Olenter amantiſſime compater acerbum accepi nuntium optimæ & ſanctiſſimæ cõmatris meæ.Sed mihi iam pridem ita de rebus humanis per-
d ſuaſum eſt:ut triſtia & luctuoſa nunciari aliquãdo poſſint:noua & inſueta non poſſint.Vno ictu filioli tui tuam puerili ætate ac infantili potius & p turbatio domus.& dolor cõfuſæ orbitatis animũ meũ perculerunt.Quã ſancta fœmina:q̃ benigna:q̃ hoſpitalis:quantis prædita moribus interiit nobis.Verum ut ait ille ſatius aliquando cecidiſſe quã ſemp pendere in cruciatu.Non potes nõ dolore non conqueri:non augi.Fecit te patrem ſeptennio ſex liberorum:quod uni mulieri ſatis eſſe poterat ad fœcunditatem:hæc tibi tam breuiſſimo ſpatio exoluit:ut uix icepiſſe iam parere uiſa eſt:cum maturam ſobolem.& numero & indole præſtitiſſet.Mi compater noui animum:noui prudentiam & conſtantiam tuam:feras hæc non tanquã humana:ſed potius tanquã facta diuitus.Cæterum Epithaphium ſeu maius Eulogium conſcripſi minus quidem eleganter:ſed quantum inter luctum & dolorem adhibere ingenii licuit:poteris conſilium petere uel Patricii noſtri:qui eſt his in rebus aſſuetior & tutior:uel ſi ad carmen inclines noſtri Papienſis.Mihi carmen uiſum eſt elegantius:non quia uetuſtior ſi hæc conſuetudo Sed quoniam habet neſcio quid & ad memoriam & ad delectationẽ carminis gratia.Tu uteris arbitrio tuo.

Iuncta uiro coniunx ſeptem katherina per annos.
 Sex illi natos:pignora chara dedi.
Dotibus eximiis quantũ fuit altera nulla
 Sed fatum nõ eſt uincere cuncta rapit.
Sic quæcunq̨ uenit rebus mortalibꝰ hora
 Eſſe poteſt nobis ultima:uita fuga eſt.

Si proſa fuerit gratior quæ & rerum noticia impleat magis lectorẽ & breuitate delectet poteris noſtro Patricio uti Ego ſic contenderem.katherinæ Piccolomineæ Andreas Lucentinus coniugi bemerenti fecit.Vixit annis &c.Bene uale.

Campanus Archieṗo Amalfitano.

Heſaurus præcioſiſſimus uiſæ ſunt mihi litteræ tuæ non ſolum ob illam
ipſam:quam mihi promiſiſti diligentiam.& dñi ſecretarii litteras tua ope
t ra conſcriptas:q̃ propter cæteram pietatẽ in me tuam:ita uideo:ita ſentio
fœliciores mihi ueteres amiciciæ & quas priuatus & pauperrimus compa
raui:q̃ quas magnis laboribus:ſumma fide:cõtinuata obſeruantia perqui
ſiui:facis mi dñe quod te & ueterem pietatem tuam nõ decedebat.Quod ipſe de te mihi
nõ ſolum perſuadebam:ſed firmiſſime promittebam.Sed in curſu primo cum ſis ut cal-
caribus inſtes & equũ urgeas opus eſt.Cũ ſecretario qua ſim opinione minime ignoras
cum Rege elaborandum:cum illuſtriſſimo duce contendendũ eſt:cum dño meo Comi-
te Mathalonii:quem ego uirum nõ ſolum uiris omnibus noſtri temporis antepono:ſed
priſcis quicunq; ſint grauitate & prudentia comparo inſtandum.Illi me cõmendes.Cui
me nõ tam fauore ingeſſi q̃ uirtute dicaui & cuius opera conſequi mediocri q̃ alieno ſtu-
dio maximo malim plurimũ refert unde accipias beneficiũ:mihi fortuna non placet:niſi
quæ cum uirtute cõiuncta.Io.Illu.mentionem iucundiſſimam libenter accipio:niſi ꝙ de
cane aliquantiſper ſuccenſui:repulſam hanc ferre animo æquo nõ poſſum.Tu pacem ut
conficias neceſſe eſt.Scribit mihi dñs Papieñ.ex Vrbe dediſſe litteras ad me Neapolim.
Id ſi eſſet non ad alium q̃ ad te fuiſſent delatæ poteris apud menſarios peruestigare.Ego
Romam ad Regem præpoſitũ & ad ducem Vrbini:quid agat aut egerit neſcio.De Ab-
baria cuius feceram mentionẽ:cum duce Illu.& Anthonio Carboneñ.agendum eſt.An
thonius Seneñ.quem tu Franciſchum appellas cõmendat ſe tibi uehementer nõ oblitus
quid illi iuſſeris:iam clamos illos omnes ſcribendo detriuit:non die nõ noctu ceſſat ab
opere.Viuimus in ciuitate lætiſſima.Venationum noſtrarũ neq; Rex neq; dux decima-
tionem exigit.Piſcationes præſertim hibernæ permodicæ ſunt.Neapolitanos piſciculos
ſomniamus:expectamus æſtatem flumina euerſuri.nõ adeo ſumus miſeri ut arbitramini
Vera eſt illa ſententia Philoſophi præclariſſimi.Nam poetam hæc in parte nõ dicerem:
Fortunam pol met ipſe ſibi fingit ſapiens:nulla ſententia clarior:nulla ſanctior:nulla pro
batior.Quis eſt qui ſe fœlicem nõ poſſit putare ſi uelit:uelle autẽ unumquẽq; quis dubi-
tet?Citra patriæ neſcio q̃ occultam charitatem:quis me beatior?libertatẽ agnoſco meã
Interſpaciandũ Cardinales & Pontificem excaco incaco decaco:etiã ſi Papieñ.meus ſit.
Cogitationis & curæ ſubit neſcio quid tum demum cum crumenæ peculium deſit:per
cætera fœlix ſum.Cardinalis ſum.Pont.max.ſum:ſed delyrando protractus ſum longi-
us q̃ arbitrabar.Faciam finem ſcribendi:non tam deſiderio conſulens q̃ modeſtiæ ordi-
nis.Bene uale.

Campanus Anthonio Gazo.S.

Lariſſime domine & comparer mi affectuoſiſſime ſalue.Moleſtiæ non ni-
hil mihi attulerũt litteræ tuæ.Sciebam nuſquã uacare inuidia uirtutem:ſed
c inſuſurrari tam aperte:tam conficta fronte:tam porrectis oculis:tam uoce
impudenti quæ neſcias nõ modo audacia ſumma:ſed flagitium plus q̃ im
mane eſt.Cognita eſt omnibus ualitudo mea:quanq̃ ſuſpitionis aliqd in
tulit morbus:Iam inde Fulginiæ contractus:homines ignari rerum & imperiti pertur-
bant omnia.Vertigine quadam affectus paſſus ſum aliquam perturbati capitis motionẽ
Caducum ut aiunt aut lunaticũ aut epilenticum ſenſi nunq̃.Ita res habet cũ eſſem Neapo
li & ſermo cum domino Io.de me incidiſſet:aperui omnia non eſſe me qui olim fueram.
Aperui & cum Amalfitano meo detractam eſſe ueterem ualitudinem.hic morbus nunq̃
ne nominatus eſt quidem.An puderet comparer morbum hunc confiteri?Quem ſciebã
& Caium Cæſarem & alios complurimos eſſe perpeſſos.An puderet quod naturæ neceſ-
ſitas eſſet id me ad uerecundiam deputare?Fulgineæ cum eſſem nocte media ſomno gra
ui oppreſſus:atq; ita ut excitari nõ facile quieuerim:compoſui fateor me ad mortem.Re
uixi multis remediis adiutus:paulo poſt paſſus ſum iterũ.& tertio.Intra.xx.dies acta hæc
omnia.Acciri medicos undiq; iuſſi:qui præſertim inter uicinos uulgo probarent.Cõue-
nerunt Italiæ probatiſſimi.Honofrium Fulginatem Peruſini ſine pro precio miſerunt.Petrum
Graſſum Iulius Camerineñ.ad me etiam cum aliqua pecunia deſtinauit.Io.Caſſianum
Spoletini nõ admoniti nõ requiſiti ad me magnis cum obligationibus uenire iuſſerunt.
Fulginitates medici qui aderant me nunq̃ relinquerũt.Omniũ horũ ſententia fuit egro
tare me ſtomachi fumo:quem & græci   uocant.Octo deinde cõtinuos men-
ſes ſanus ualenſq; fui.Veni Neapolim paſſus iterum in ponte:uel uertiginem quam dixi

uel quod detractores ut libitum eſt nominent. Nihil ſcribo ad te mi compater:quod nō
ſit q̃ exploratiſſimum:habes de mea ualitudine totam rationem. Mihi uero neq; Neapo-
li eſſe:neq; nō eſſe diſcrimen eſt:ubiq; Campanus ſum. Hæc cum Amalfitano meo cōmu
unices oro. Vale & cōmatrem atq; filium millies ſaluta.

Campanus Duci Calabriæ. S.

Ero quidem glorioſiſſime princeps promiſſum a me munus:uerum nō ſi-
ne cauſa in hunc diem delatum:nunc tandem ad te mitto. Malui celerita-
ſ tem meam deſiderares q̃ expoſceres fidem. Librum habebis mea ſenten-
tia q̃ emēdatiſſimum:addo etiam q̃ integerrimū. & quo nihil poſſis ſuſpi-
cari erroris:ipſa quoq; exſcriptione uetuſtiſſimum. Codex ē in Germania
quidem compertus. Cæterum quantū licet coniecere nobiſcum in Italia natus. Quæ res
permultis accidit nō modo uoluminibus ſingulis:ſed uniuerſis interdum bibliothecis ut
calamitatibus ueterū aſſiduis ad arbitriū uictorum Cæſarum transportarent̄:quo quiſq;
paulo plus afficeretur & ornari ueluti noſtris ſpoliis maluiſſet. In magna fortuna ſumma
q; licentia dotes ingenii diſpares. Comparare libellos perfacile:naturam bonis artibus
imbuere nequaq̄ potuerunt. Gens uictu aſpera:inculta moribus:ſtudio uenandi. & mili-
tiæ barbaricæ dediti. Quæ ad rapinam q̃ ad iuſtum congreſſum multo etiā paratior. hæc
ſtudia humanitatis nō tam nō attingit:q̃ nō poteſt capere. Ita mihi uiſum eſt ut cū cæte-
ris artibus magnos haberi & uideri cupiant ſeſe:barbari appellari non inficient̄. Magna
copia librorum uetuſtiſſimorū in tota Germania eſt:patent aditus omnib⁹:mirum imo
dum obſeruantur:nulla arte tam capi poſſunt q̃ ꝙ poetici ſunt. Si quem libellum ab his
poſtules nō aliter potes impetrare q̃ ꝙ poeticum afferri patiūt̄. Vbiubi aut oculos inten-
dimus:aut in angulum interloquimur:uel decipi ſeſe uel ſurripi aliqui uel ſaltem contē-
ni ſuſpicantur. Sed barbari fūt:ſua ignauia plectuntur:ferocia puniuntur:humanitate nō
allicuantur. Sed quātum ad libros attinet:teſtimonio nobis eſt quod uſurpatum ueteri ē
prouerbio. Arma nō ſemper artifici cōuenire. Tu autem humaniſſime princeps:cū hunc
leges:leges autem pro tua diligentia per ſæpe animi mei fidem:nō fortunam cogitabis.
Vale fœliciter.

Campanus Anthonia Gazo. S.

Ere accidit mihi præter animi mei deliberatam uoluntatem:ut quotiens
mentem ſcribit aliquid ad te ſcribendi ultro aliq amicorū occurrat. Qui
u ꝙ propoſueram interuertant. Iocunditatem omnem animo cōceprā per-
mutēt in faſtidia & curas:hoc partim ex me qui ſum ad omnia facillimus
partim ex innata & admirabili humanitate tua prouenit:partim etiā inter
dum ex hominū meritis:quibus nō adeſſe apud eos qui iuuare poſſint nefarium eſt. Fuit
hic Terami præclarus iuuenis & nunc peritiſſimus legum doctor. D. Paulus de Paleſtris
quem ego iam a primis annis ita cōplexus ſum & cōplector ac ſi genuiſſem. Gerit nunc
præfecturam in guardia Grelis cum gratia tanta quanta eſſe poſſit in homine præſertim
externo. Cupit in oculis hominū uerſari. & ſi fieri opera tua poſſit eſſe Neapoli:quod ut
facilius efficere queas. D. H. regens quattuor habere penes ſe iudices cōſueuit:hic ut unus
ex his eligatur expoſcit. Scribo de re tandem ad dūm Regentem. Scribo etiam ad te ut
ea facias dicaſq;:quæ fieri ac dici hanc in rem pro homine tam eximie merito conſueue-
runt. Deniq; hanc gratiam ex tota curia unus pauperq; depoſco. Relaturus ſi gratiam ali-
am nullam certe animum liberalem. Bene mi compater cōmatrem meam nobiliſſimam
fœminam ſaluam eſſe iubeto. & Vincentium filiolum.

Campanus Saluiato ſuo. S.

Vm ſcribam ſcribam ad te quottidie:cum ſit litterarū tuarū exareſcam:ho
minum crudeliſſime nihil reſcribis:uideor tecū factus aranea. Quiſqs in
c telā incidit arrumpit:in occaſione ſcribendi mora nō una cōuoluitur. An
ſum ego indignus:cui de rebus fortuniſq; Saluiati mei ſignificet̄? Quid
agas qd ſperes? qd deſperes? cui cōfidas diffidas ue. Scio uictorē oium re-
rū eſſe tempus adiunctū induſtriæ. Metire qua gratia nūc habeari:qua uolubilitate iacte-
mur. hoc tantū ut intelligas deſiderium meum. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ.

Vmini meo unico. Anthonio Seneñ. quem nunc & amor patriæ & ſtudium
n ſuorum ad ſe rapit mandata quædam ad te dedi. Eum ut audias:atq; porro ut
exaudias oro. Magna petet uerū in tanta ſpe atq; adeo in tanta diuerſitate for-
tunæ quicquid menſurari poteſt. & etiam ſi maximū ſit & exiguū eſt. Pu me-

moria:beneficia tua præterita.& officiorũ cõtinuatio:pollicitationeſq̃ nõ minores offi-
cii omnia mihi de Papieñ.meo promittunt.Bene uale.

Campanus Cardinali Papieñ.S.

Vm ſecundiores afflabunt uenti.Maioribus ex loculis recreabimur.Ego
animũ tuum magis q̃ meam neceſſitatem conſidero.Alter ad omnia ſup
c petit.Alteræ nũq̃ offerri poteſt tantũ ut nõ pluſculum expetatur.Gratias
tantæ beneficentiæ a me:ſed uel ab ipſo:cui accreſcit hæc gloria apud po-
ſteros:nobiſcum uictura:uel a Pii noſtri beneficiis apud quem quãtus fue
rim:quantũq; efficere conateris.Sit in rerum a te geſtatũ ſilentio.Duris me premi uino te
nõ cogito.De profectione ad Ferdinandum ipſe uiderit.Mihi ſatis erit præſentia non de
fuiſſe:ordine intelliges omnia quæcunq; acciderint.Fpigrammatum quando ita eſt iudi
tium tuum habebimus delectum.Quæ uentura ad poſteritatem uidebunt auctore colli-
gemus:quæ minus habebunt roboris & gratiæ:aut contemnent:aut ſupprimentur.Deci
pimur plerũq; ſtudio noſtri:ſed tamen in lymam afferent.Gratiores erunt uerſus:quos
ipſi emendabimus:q̃ quos cæteri ſomniabũt.Nulli deeſt interpretatio ſua:nec grauis erit
is labor etiam pro Cauellis:ætas admonet.Cani iam diu receptui cecinerũt.Sed tibi ma
gis cauendum eſt ſenis ne dum milites recenſentut aliquid interea effluat temporis dum
ſecurius dormitur iſthic.

Multa meæ quondã tuto potuere Cauellæ
Sollicite,molles,quæ nequiere Senæ. Vale.

Campanus Saluiato ſuo.S.

Væ cupiam:quæ ſint opus intelliges ex Anthonio Seneñ.meo iuuene or
natiſſimo nõ ueſtitu:ſed moribus.Addo etiã & doctrina.Obſecro remit-
q te eum ad me & q̃ citiſſime & q̃ optime expeditum.De cane rerum fortu-
natum nõ eſt niſi dubia atq; incerta poſſeſſio.De epiſtolis:creuerunt in uo
lumen:quod ipſe conſcripſit:ſed celeritatis tuæ:ſi tarde mittentur nõ mea
culpa:nõ ſua ſed occupationũ:dabis ueniam ſi uoles:ſi nolis fer hanc dilatiunculã æquo
animo quando quottidie creſcit uſura. Vale.

Campanus Griſo ſuo.S.

Riſe uales an nõ?nunquid tua proſpera uota Fluctuat:an tumido noſtra
carina mari It mea cymba notis iiſdem tã nauigo fœlix Quam uenit ad
g curſus aura ſecunda tuos.Et eſt plane mea fortuna coniuncta cum tua.De
rebus tuis patrocinio tuo deniq; quicquid eſt tuũ utor ut tu.Accidit hoc
fœlicitatis:quoniam omni caret ſuſpitiõe beniuolentia noſtra ſemper fui-
ſti mihi qui nunc es:ſemper me habuiſti quem nunc habes.Proinde ſi quid peto quod ni
mium cenſeas:accuſa ueterem humanitatem tuam:noui ſupercilii:nihil addas.Amantiſ
ſime Seneñ.meum ornatiſſimũ iuuenem audias oro iuues:dirigas.Eo benignius quod
abſente me.Nam datur plerũq; hominis præſentiæ quod importunitas extorquet magis
q̃ quod officiũ præſtat.Fac Anto.redeat compos honeſti uoti & beneficio tuo aſſecutũ
ſe glorietur.Bene uale mi Griſe.

Campanus Federico Duci Vrbini.S.

Lluſtriſſime domine:domine & benefactor mi unice commeñ.Opus tan
dem ab Illu.domina tua mihi iniũctum peregi quidẽ:ſed ita ut res quæq̃
l magna ex parte aſſolute:maiore tamen ad telam relinquãtur.Magnũ ſtu-
dium:uehemens deſiderium:uoluntatẽ tamen æquare nõ potuerũt.Igno
ſces imbecillitati ingenioli noſtri & nõ quid ægerimus:ſed quid agere uo
luerimus:conſiderabis:uetus eſt uſurpatũq; prouerbiũ Nõ poſſumus primi eſſe omnes:
omni in tempore.Eſt etenim ratio diuerſa fortunæ q̃ belli:ubi tu ſine omni controuerſia
obtines principatum.& tamen non omnia quæ ad militiam pertinent pro modeſtia tua
proſecutum te confiteris:obſequendi tuis maioribus diligentia imperandi tuis militibus
ſeueritatem.Municipibus quoq; & prouincialibus tuis honeſtam libertatem & habes &
amplexaris Et quod eſt a Gabria dictum.Eum eſſe optimũ imperatorem:qui hoſtiũ cõ-
ſilia maxime noſcat.Qua diligentia nemo eſt ætate noſtra præſtantior:qui non ſolũ qd
hoſtes cogitauerint præuidiſti:ſed conſiliis occurriſti ſemper.& tanq̃ ſemp cum fortuna
dimicaueris.Solus ad res magnas ineluctabileſq; reſeruatus:quod cæteri nõ auſi ſunt at-
tentare.Ipſe diuina uirtute & animi magnitudini confeciſti:unicum perfugiũ rerum ma
ximarũ quæ in Italia geruntur.& tanq̃ Teniſthocles alius:platanus es omnibus oppreſ-
ſis:qui ſub tua umbra recreentur.Nec una dũtaxat uirtus probitatis in te eſt:quacunq; de
gloria fiat ſermo:in mediũ ſi uenias ſũmus prædicaris.Res bellica iam pridem extincta
in Italia:

in Italia:nunc per te ſic eſt exuſcitata:ut ueniſſe ad cumulum uideatur. Modeſtiam tuam nō mirantur ſolum homines:ſed paſſim obſtupeſcunt:clæmentia tanta es uſus:ut bene tibi uelle proſperaq; optare nō ſolum ciuitates:ſed & prouinciæ fateanť. Egiſti quod ueteres cenſuerunt optimū imperatorem eum eſſe:cuius opera q̃ plurimi ſaluentur. Sed nimis uagatur oratio noſtra. Res tuæ geſtæ loquunť & prædicant:ut cum omnes ornari te uelint uirtute tua ſuperati minora ſemp de te dixiſſe:q̃ ratio exigit' iudicantur. Vale.

Finis epiſtolarum.

PERVSINORVM AD PIVM.II.IN OBEDIENTIA ORATIO.

Nouiſſime ab Angelo Vbaldo uiro ſpectatiſſimo. Peruſio allata. Campani fertur tametſi ex nitidis ſuis illius nō uideť eloquentiæ fontibus hauſta. Pulchra eſt ideo nec omnino hoc genere ſpernenda. Fer iuditium Lector:nā ſpero fore:ediderit quiſuis:eius te lectiōe nō minimum delectatum plane fatebere.

I ulla unq̃ ciuitas. & res publica Pater ſanctiſſime atq; optime nouo principe gauiſſa eſt. & lætata uehementer:eam Peruſinoꝝ in iſto glorioſiſſimo principatu tuo:p icredibili totius ciuitatis plauſu:oiumq; ordinū gaudio ſtudio:atq; læticia ſinguloꝝ dicendū eſſe cēſemus. Nā cū pͥmū renuntiatum eſt ciuib' noſtris te ad eā diuināq; Pontificatus excellentiā & faſtigiū perueniſſe. Tanta extempio exhylario atq; iauditū gaudium animos omnium inceſſit:ut ſuccēſis facibus. & per urbis mœnia diſpoſitis ciues omnes:tripudiis cantuq; certantes:ac nomen tuum in cœlum efferentes:tota urbe incredibili plauſu uagarentur. Alter alteri ſimul rem aperientes:ſimulq; diis īmortalibus gratias agentes:q te ſibi principem ac dominum ſua cœleſti:diuinaq; prudentia ſtatuiſſent. Cognitam enim habemus ſingularē tuam animi æquitatem. Imperandi manſuetudinem atq; prudentiam. Cuius animus ita ſemper integerrimū habitum eſſe acceperamus:ut nihil unq̃ in omni uita:niſi ſanctū:honeſtum. & omni laudum genere digniſſimum egiſſe uno omnium ore cenſereris. Q uā obrem & ante adeptum Pontificatū:omnes ad te unum cōuertebamur:te nobis dari pōtificem optabamus:qui & manſuete ſcires imperare. & æquitate atq; iuſticia cæteros mortales anteires. Et legibus ita uiueres:ut exemplum eſſes ſancte uiuendi cæteris. Iura quoq; humana:diuinaq; tam mirifico ſtudio complexus:ut nemo unq̃ tempeſtate noſtra:in his tibi potuerit facultatibus cōparari. Profecto nō humano cōſilio:nō cāu. & temeritate fortunæ:ſed diuino quodā auſpicio factū eſt Pater optime atq; ſanctiſſime:ut ex tot clariſſimis & pſtantiſſimis uiris unus omnium cenſereris elegereris:ſolus dignus habitus qui ſūmus Pontifex creareris. Aderant permulti ſanctiſſimi quidē illi uiri. & toto terrarū orbe delecti. Sed nequaq̃ tibi neq; ſanctitate neq; ſapientia cōparandi:neq; in regendi:gubernandi:amplificandiq; imperii ſcientia cōferendi Q uis enim uel regere cōſultius uel gubernare ſapientius potuiſſet:q̃ qui diuinarū humanarūq; legū:quib' reguntť & gubernenť omnia:plenā fuerit pfectamq; noticiā conſecutus. Et animū habeat nō ſolū natura manſuetū:ſed rerū etiā induſtria & bonis artibus. & īprimis ſanctiſſimaꝝ legū inſtitutis exornatū. Beatas fore res publicas & ciuitates:quæ a ſapientibus regerenť. multi quidem pclari uiri memoriæ pdiderūt. Litteriſq; mandauerūt:ſed eis nos multo beatiores:ac omniū fœliciſſimas exiſtimamus. Quæ nō a ſola ſapientia præditis:ſed a ſanctiſſimis deoq; acceptatiſſimis hoib' gubernanť. Q d cōtigiſſe nobis i iſto glorioſiſſimo Pōtificatu tuo uidemus. Scimus enim te nō ſapientia ſolū:qua cæteris mortalibus antecellis:ſed diuina quadā ac cœleſti:qua pditus es ſanctitate:oīa moderaturū atq; geſturū. Hoies enim quātūcunq; ſapientes uel hoc poſſunt q̃ ſæpiſſime errare. Q m̄ ſūt homines:cæterum q ſancti ſunt Et deorū īmortaliū familiaritate pſidioq; muniti:ab oī ſūt errore & ſtulticia prorſus alieni. Q ualē te ſanctiſſime Pater. & tui mores integerrimi. & acta ſanctiſſime iam pridē uita pollicet́ qui ſpemq; fidemq; religionē:q deum:ita ſemp obſeruaueris:ſancteq; colueris ut admirabilis apud omnes uirtutū & morū opinio cōſtaret. & ſanctus ip̄rimis:ac deo familiaris haberis. Q uæ cū ita ſe habeant:quis tā barbarus:tam imanis:tanq̃ a ſuis alienus rōnibus:ut pontificatus tui creationem nō maxime pbet. & ſibi ipſi atq; huic noſtræ

tempeſtati & chriſtianæ imprimis religioni gratulet̃.& tuo imperio pareat:omnibuſq; in rebus obſequat̃.Quapropter ciuitas noſtra Pater ſanctiſſime primum fœlicitati tuæ uehementiſſime congratulatur.Diiſq; agit immortalibus gratias:q; ea te in dignitate cõſtituerunt qua nulla maior in orbe terrarũ nec eſſe pòtnec excogitari.Poſtremo tuo imperio ſeſe dedens præſentẽ ſtatũ:ſanctitati tuæ ſũmopere cõmendat.Ciuitatem enim habebis:ut pace ſic & bello glorioſam:nec armis q̃ conſilio inferiorẽ.Cæterum ſupra q̃ dici pòt:fide integritateq; p̃ſtantem.Nam q̃ gerendis bellis Peruſini:eum ſcientia militari:tũ animi magnitudine ualeant ignorat nemo.Nuſquã plures & bellicoſiores cum milites:tũ duces oriunt̃:ſiue ætatẽ nr̃am cõtẽplemur:ſiue ſuperiora tẽpora memoriæ repetamus:plus ex Peruſinis ducũ:q̃ militũ ex cæteris Italiæ populis reperimas Eas uires militareq; diſciplinam aut induſtriam:rerum gerendarum in fidem:opem:p̃ſidium Romani Pontificatus conferre conſueuerunt.& quotiens res exigeret conferrent.Neq; unq̃ & tuendæ religioñ.defecerunt.& in fide ſemper atq; officio quacunq; fortuna permanſerunt.Quæ uero ad pacem pertinent ſtudio nullo in loco meliore.Leges in ea quotidie nõ legunt̃ ſolum:ſed nouo quodam modo:nouaq; ſolertia interpretant̃.& in totũ terrarum orbẽ:quaſi riuoli quidã a latiſſimo fonte perfundunt̃.Studia uero humanitatis & eloquentiæ:ut philoſophiæ atq; artium reliquarum longe celleberrima.Q uæ omnia ſanctitati ueſtræ:etiam atq; etiam cõmendamus.Fides uero ea fuit ſemper ciuibus noſtris ut quicq̃d ſiue domi:ſiue militiæ geſſerint:nunq̃ a fide potuerint atq; ab officio remoueri & a cõdita Peruſia maximũ p̃buerint cæteris cõſtantiæ & integritatis exemplum.cum erga cæteros mortales:tum maxime aduerſus Pontifices:quorũ imperio paruimus ſemper.& in ſecundis aduerſiſq; rebus.& in omni deniq; fortuna obſecuti ſumus.Satis conſtat ſanctiſſime Pater:p̃ſentem hunc ciuitatis noſtræ ſtatum nunq̃ a Romanis Pontificibus:neq; pace neq; bello defeciſſe:nõ in exilio:nõ in calamitatibus:uel fœliciorẽ uel tutiorem extitiſſe Q uippe quotiens ſũmi Pontifices uel oppreſſi tyrãnis.uel Romanorũ factionibus pulſi ſacris ſedibus exulaſſent:totiens nobiles atq; optimates quos penes ciuitati noſtræ imperium ſnũ maximas clades calamitateſq; perpeſſos:partim intra mœnia trucidatos:partim in exilium fuiſſe deiectos:eoſq; ipſos nõ ante reuocatos in patriam q̃ Romani ſũmi Pontifices recuperato imperio reuerteret̃.Huic ſpes fortunaq; noſtræ ſemp:huic pericula:tẽpeſtaſq; pependerunt.Pontificibus pulſis:noſtris optimatibus locus nõ erat:illis receptis tota noſtris patebat Italia.His compoſitis rebus.& te Pater ſanctiſſime Pontifice adepto:nihil eſt quod amplius tum maxime Peruſini:tũ cæteri quoq; populi uereant̃.Nullis unq̃ procellis tãto freti gubernaculo.Nulliſq; tempeſtatibus exagitabimur:nemo noſtris fortunis:uitæq; inſidiabitur.Nemo nos agris:nemo ciuitate depellet:neq; inferre nunq̃ bellum opus erit:neq; propulſare:ut tantum diſtemus a metu:quantum qui firmiſſimo ſunt in rerum ſtatu:atq; optimo conſtituti.Deos obteſtamur imortales:ita rebus cõſulant humanis:quem ipſi uel ſoli ad totius orbis gubernacula delegerunt.& ab omni moleſtia morbo atq; aduerſitate tueantur.In cuius ſalute omnium ſalus & tranquillitas continetur.

Finis.

Quiſquis terſiloquum ſcribendi concupis uſum
Hunc tibi Campani ſcripta decora dabunt
Hinc ueterum ſeruare potes cum pondere leges
Priſcaq; maieſtas fulſerit illa tibi.
Hoc docte:hoc ſuaue:hoc & gratus.& omnia pulchra:
Hoc Cicerone potes ſcribere digna duce.

MICHAEL FERNVS MEDIOLANEN . B'. DIAC . CAR . REVERENDISSIMO EX BONA AVGVRATIONE.

I quid unquã a diis immortalibus petii Pater Reuerendiſſime in quo mihi bene optatum eſſe cenſeam. Id imprimis fuiſſe cognoſco: cum illi a me rogati fuerunt: ut mihi quomodo uitam meam: ſtudia mea: actiões omnes meas: meos omnes cogitatus tibi uouere: tibi dicare poſſem: occaſionem præſtarent. Nondũ mihi prope quid eſſet Roma. Quãta ueſtri Senatus gloria. Quæ uitæ urbanæ ratio notum erat: cum diuinæ uirtutis tuæ claritas aures meas circũſonabat: & me ad tacitam quandam in te deuotionem excitauit. Porro ubi ad hanc ueſtram Terrarum Dominam Vrbem fata me perpulere: te animo: te oculis: ſemper ita contemplatus ſum: ut non maiore cultu & reuerentia quoppiam numen uenerari & obſeruare potuerim. Cernebã quanta in te patriæ noſtræ ſita eſſet gloria. Qua prudentia: qua dexteritate: qua omnium beniuolentia apud illuſtriſſimum & reuerendiſſimum Aſcanium: cui totum te dederas: ſublimia & excelſa natus ad imperia gubernanda: cuncta adminiſtras. Et non iã conicere modo hunc ampliſſimum in te dignitatum faſtigium: ſed intueri prope & ſuſpicere uidebar: cum te tua diuina uirtus: uel inuitum ad aliud extolleret. Præſtantiſſimam uirtutẽ tuam: prudentiſſima geſta omnia. Altiſſima conſilia palam in omni ſermone prædicabã litteris mandabam: in omni hominum congreſſu tuam gloriam: tuam ingenii ſublimitatem: mores integerrimos afferebam. Et iam nemo in tota fere Vrbe fuit qui meum in te ſtudium: meam in te deuotionem: & non admiraretur: & non obſtupeſceret. Hæc ꝗ̃ non obſcuris iam pridem potuiſſe te argumentis noſſe cogitarem: nec me lateret uiros ſũmæ apud te auctoritatis id ſæpe tibi teſtatos fuiſſe. Vnde ſpem tua mihi humanitas eã fecerat ut de te mihi polliceri poſſem quæ de quocũq; optimo & beneficentiſſimo principe. Non ego tamen conquieſcere animo poſſe uidebar. Donec meum hoc in te ſtudium & obſeruantiam inſigni quopiam munere & memorando tibi poſteriſq; manifeſtum facerem. Cui deſiderio cum nihil ſatiſfacere magis poſſe ꝗ̃ litteraria monumenta ducerem Ex omnibus quæ olim Campanus ille Antiſtes Teramanus uir unus multorum memoria ſæculorum in his liberalibus ſtudiis: & dicendi gloria ſummus & quæ edenda ego illius ingenii captus amore ſuſcepi: conſcripſit operibus: Pii uitam. II. Pontificis maximi: uiri in litteris & imperio glorioſiſſimi. quã tuæ dignationi dicarem delegi. Paruum ſane opus. ſed Pii ipſius gloria & ſplendore oĩum quæ ediderit unꝗ̃ ampliſſimum. Et in quo cum admiratione cœleſtis ingenii: fortunæ fœliciſſimæ: rerum ab illo geſtarum magnitudinis: tui etiam imagine quadam & futuræ fœlicitatis fauſtiſſima auguratione ſummã delectationem poſſis accipere. Equidem cum omnes illos ueteres percenſeo: magna illi quãꝗ̃ implerint uolumina: quem huic uel in lr̃is uel in imperio gubernando conferam plane ex omni Græcia atq; noſtra hac Romana Vrbe uirorum præſtãtiſſimorum uberrimo ſeminario neminem habeo. Neq; puto Campanum: alioquin uirum facundiſſimũ & qui niſi grandia ſtrueret: neq; niſi grande aliquid & eximium illius manibus tam de ſe beuemerit deberet: ſine conſilio & exacta ratione tanti uiri uitam: & res geſtas: in tã auguſtum libellum coegiſſe: quaſi illa ſpacioſa uolumina plus oſtentationis ingenii ꝗ̃ ueritatis habeant & fidei: & Pii uita exemplaris: & nobis tanquã formula ſemper ante oculos habenda in latos hiſtoriæ campos diffundi non debuit: quæ longæ lectionis tædio pnoſci non poſſet. Quãobrem & tu Pater ampliſſime operis exiguitatem tam deſpicere non poteris ꝗ̃ non debebis. Quando quidem & noſti in lr̃is non animi magnitudinem ſolere ſed auctoris eruditionem: & rerum quæ contineantur dignitatem ſpectari. Et facile cognoſcis potuiſſe me ingentes librorum faſces tibi dicare Verum non quæſiſſe me oſtentatione & ſtrepitu laudum aucupari tuam in me beniuolẽtiam. At quidem geniali opuſculo augurium quædam & archana præſagia pro uotis & cupiditate protendere. Et ipero equidem ubi omnia euolueris nihil me tibi gratius dare: nihil conuenientius potuiſſe fatebere Nam quid a me tibi optabilius dari poterat ꝗ̃ eius tibi uitam inſpiciendam proponere in quo quandam prope tui imaginem tanꝗ̃ in ſpeculo poſſes introſpicere. Quando enim mecum Pium illum contemplor illius fortunæ primordia: gentilitia ſigna: res geſtas: animi magnitudine. Pricipum beniuolentiã deoꝝ: hoium beneficia: tantam in te cum illo paritatem inuenio quanta non poſſum ab admiratione deſiſtere. Ardẽs utrũq; & uiuida uirtus ad præclariſſimos honores euexit. Eadem utriq; cœli ſydera præſulſere.

Vtinam ſic cætera augurio reſpondeant ut quos luna eadem cœleſti agnatione illuſtret Iidem principes excoluerunt:par hominum beniuolentia complectitur: eoſdem quoq; ad paria dignitatum culmina fata perducát. Coluit Pium & ueneratus eſt uſq; adeo glorioſiſſimus princeps noſter Sforcia Franciſcus ut nulla maior inter Pontificem & unum principem beniuolentia & mutuæ charitatis obſeruantia extitiſſe perhibeatur. Te quantum & inclytus Dux Ludouicus excellentiſſimus Car. Aſcanius illo nati dilexerint:sem iuentiſſima tua hæc dignitas oſtendit. Pium Calixtus in hunc ueſtrum ordinem ſponte intulit. Te Alexander illius nepos ita dignum ea dignitate iudicauit ut cæteros illis comitiis ſine te nõ creaturum fuiſſe creditum ſit. Et cum oĩa pari quodam diuorum fauore contigiſſe cernantur:hoc tu præcelluiſti ꝙ per dignitatum gradus ad purpuratorum ordinem ille euectus eſt. Te ad culmen tanti Senatus una hora ex protonotario ſubſtulit. Dabunt hoc quoq; uotis noſtris ſuperi:ut ſicut ille Calixto ſucceſſit:tu quoq; Calixti genus imperio conſequare. Et in quo illum haſtenus non exples: poſſis aliquando eodem lunarum numero pari ſub quinis zonis in omni orbe terrarum poteſtate æquare. Hoc tibi noſtra hæc dicatio auguratur:hoc illa tua animi magnitudo & excellẽtia:In rebus gerendis:liberandis:decernendis ſumma moderatio & ſapientia promittunt. Ego immortalem deum precor ut hæc nos deſideria non fallant:Vale atq; augurium accipe.

.·. A D .·. E V N D E N .·.

Accipe quanta Pii fuerit Lunate ſecundi
  Gloria:qui uitæ ſplendor in urbe fuit.
Hunc tu Pontifices dices ſuperaſſe priores
  Moribus:ingenio:relligione:fide.
Nec minus hunc cunctis preſtare fatebere priſcis
  Geſtorum numero uiribus:ore:pede.
Tunc habuit ueteres in quo confunderet ætas:
  Vni ceſſerunt ſæcula cuncta Pio.
Edere ne ſimilem poſſet natura creauit.
  Vel ſi quem uoluit:tu modo factus eris.

PII.II.PONT.MAX.PER IOAN.ANTO.CAM.EPISCOPVM APRTINVM VITA.

p

Ius.ſecundus originem duxit ex Sena celebri Tuſcorum urbe fa
milia Piccolominea nobili ac puetuſta. Patre Syluio poſtumo:
qui aliquãdo militares duxit ordines. Matre Victoria eq; quæ no
bili & fœcũditatis eximiæ fœmina: quippe duo deuiginti & ex
his gemellos aliquot puerperiis edidit. Natus eſt quītodecimo
kalen. Nouembris Corſiniani: quod oppidum duo &.xx. milia
paſſuum diſtat a Sena in fundis gentilitiis: quo parentes paucis
ante ãnis ſe receparant ſtudio partiũ a plebe deiecti. Nomẽ puero
Aeneæ Syluio inditum: in memoriam aui. Prima rudimenta
Corſiniani peregit admodum puer. Senæ propinquis cõmendatus celeriter: & in poeti-
ca & in oratoria profecit. Ius ciuile ſero amplexus & lente breui omiſit: natura ad poeticã
inclinatiore. Inita famæ ex rhythmis comparauit. Hetruſca lingua editis. Mox oratione
& uerſib⁹ laudari cœptus multa ſcripſit ad æmulationem æqualium: inter quæ & leuiuſ-
culæ quædam fabellæ cum excidiſſent: aliquãdo poſtea ſupprimere conatus minime po
tuit. Italia tota peruulgatas. Pertæſus rerum domeſticarum: ſimul & quærẽdæ gloriæ cu
pidus Baſileam Heluetiorum urbem contendit: quo in loco diu antea indictum conciliũ
tunc aduerſus Eugenium pontificem habebatur. Itinere obliquo & perdifficili propter
ortum cum Florentinis finitimis bellum: quo metu nauigaturus ſecundum tractũ Ligu-
ſtici littoris: cum populonia ſoluiſſet aduerſam incidens tempeſtatem. Corſica omni ac
Sardinia ui uentorum circũactus in Lybiam uſq; propellitur. Reuectus in Lyguſticũ pe-
lagus: & expoſitus in continentem: cum diuerſoria deeſſent tædio rerum nauticarum &
recenti periculo territus: pernoctare ſub dio ꝗ redire ad nauem maluit: reliquum iter per
Genuam atq; Alpes ægit. Baſileæ quidem haberi in precio & ſalutari ob ingenium cœ-
pit. Sed rebus minus ꝗ ſperauerat ſuccedentibus in Italiam reuerſus eſt: nec diu perſtitit:
ſecutus Eugenii legatos: repetitaq; rurſus Baſilea: Coloniam Agrippinam ſecundo Rhe-
no adnauigauit: breuiq; ibi cõmoratus: deſcendit Attrebates Belgarum urbem: quem in
locum Gallorum reguli Britannorũq; conuenerant. Hinc ulteriorem in Britanniã nunc
Scotiam miſſus ad Regem aduerſus citeriores Britannos qui paci aduerſabantur ſollici
tandum: ad Calexium ingreſſus occeanum: graui exorta tempeſtate pœne demerſus: ex
curſu a noſtro cœlo in intimum occeanum perpulſus .xii. dies ad caſum nauigauit: reie-
ctus tandem in Britannicum littus: agnituſq; a regiis ſpeculatoribus ac probibitus ulteri
us progredi: remetiendo quoq; occeano duas ſubiuit tempeſtates quarum altera dũ Sco
tiam petit: in Noruegiam pellitur: ex eo loco delatus in Scotiam perpellere quidem ad
bellum Regem non potuit: effecit tamen ut legatos mitteret: qui de pace agerent & auxi
lia Britannis deinceps non adminiſtraret: ipſe quoq; duobus aſturconibus donatus a re-
ge eſt: unione adiecto quem matri deſtinaret Hac inſula uotis ſoluẽdis quæ inter fluctu-
um æſtus uirgini matri nuncupauerat: initium eius morbi cõtraxit qui dolore articuloꝝ
permanſit ad uitæ exitum. Glacie decem milibus paſſuum nudis pedibus ad Phanũ uſq;
calcata: ut redderet in oppidum non aliter ꝗ lectica potuerit. Scotia decedens non auſus
patenti ſe committere occeano: habitu mercatoris repetita Britãnia regios ſpeculatores
æſtu eluſit. Baſileæ .xii. uiris qui conuentui præerant coaptatus: concilium ut Papiam tra
duceretur fruſtra ſuaſit. Italis Florentiam: Germanis Vtinũ. Gallis Auinionem præferen-
tibus. Munia curiæ obiuit fere omnia Primũ ſcriba: mox abbreuiator maior deſignatus.
Poſtremo & inter deputatores conſcriptus: ẽt epiſtolis conciliaribus præfuit. Legatiões
præter Scoticam: quam diximus eo in loco nouẽ ſuſcepit. Ad Argentinẽſes tres. Ad cõ-
ſtantienſes duas. Ad Franfordienſes totidem. Ad Allobrogas & Tridẽtinos Rhetios ſin
gulas. Profectus ẽt in Noricos ad Albertum Cæſarem deſignatum breui apud eum man
ſit: traducere in ſentẽtiam Baſilienſium conatus: an potuerit ſubſecuta ſtatim illius mors
incertum fecit. Octouiratu ad conterendam Eugenii dignitatem inſtitutum recuſauit:
quãꝗ ſæpe oblatum: haud legitimum ratus magiſtratum: quẽ tanta de re priuati inſtituiſ
ſent. Fœlicem tamẽ antipapam aliquãdiu ſecutus eſt: a quo Legatus miſſus ad Federicũ
Cæſarem Alberto ſuffectum: laurea donatus: quod poetarum inſigne præcipuum Ger-
mani habẽt: Mox & iter amicos Cæſaris relatus: adſcriptuſq; ſecretariis haud multo poſt
præfectus eſt. Ad ultimum aſcitus inter conſultores imperii: inuidiam quãquã Italus in-
ter Germanos breui ſuperauit. Prima legatione Cæſaris nomine ad Tergeſtanos functus:

ſeditiones in ciuitate exortas compreſſit:actis in exilium qui motum concitaſſent. Altera
ad Eugenium aduerſantibus amicis ꝙ offendiſſe illũ grauiter uidebatur:oppugnata toti
ens ad Baſileam eius dignitate. Eo reconciliato & rebus ex ſententia cõfectis diuertit ad
partẽ:ultimo iam confractũ ſenio:nec enĩ deinde uidit amplius:paulo poſt mortuũ. Eu-
genii quoq; ſecretarius factus eſt abſens:quo munere apud fœlicem functus nondum ſe
abdicauerat. Tertiã inde obiuit legationẽ ad eundẽ Eugeniũ de duobus electoribus Cæ
ſarum reſtituendis:quos ille Fœlici aſſenſos & grauia in ipſius dignitatem molitos exau
ctorauerat. Profectus eſt eadẽ de cauſa Francfordiã ſimul ut neutraliũ conuentus diſſol-
uerent. Ii erant qui diſſidentibus cæteris:neq; Eugenio:neq; Fœlici paruiſſent: ueluti ad
noua conſilia atq; incerta ſpectãtes:rediitq; iterũ Romã:ac rurſus Francfordiã:de condi
tionibus acturus:in itere hiberno & cum magnitudine niuiũ ac ui excreſcentiũ fluminum
prope ſuccubuit. Reliquiis contẽ nonum Germanicarũ. Tertia demum legatiõe ſublatus
exceptus eſt Romæ ob operam proſpere nauatã oĩum ordinũ ſupplicationibus. Egrotã
ti Eugenio Germanos quoꝝ opera uocatus in iudiciũ fuerat reconciliauit ſecundũ ſup-
plicationẽ de rebus Germanicis. Præfectus eſt Tergeſtanis:rumore temere orto de Præ-
ſulis morte. Cõpetitoribus multis qui ad ſubitũ nunciũ coorti ſunt ab Eugenio repulſis
Mox cũ uiuere Antiſtites nunciaret Ipodiocanus efficiť. Eugenio mortuo comitiorum
cuſtodiæ ꝓfuit iubente Collegio:ꝙ uiro opus eẽt ad eam rem minime factioſo. Nicola-
um qui Eugenio ſuffectus eſt multo habuit ꝓpenſiorem:ꝓpter uetus in Germania cõtu-
berniũ:in qua & ille functus legationibus fuerat Eugenii noĩe. Itaq; & cõfirmauit decre-
tos ab Eugenio honores & nouos ipſe addidit. Iuſſo qua die eſt coronatus aureã crucem
anteferre & cõſili de religionis ſũma abeſſet:profectũ deinde Roma certiore allato nun-
cio de Antiſtitis morte:id quod Eugenius deſtĩauerat Tergeſtanis ꝑfecit:ignarum eius
rei donec in Germaniã peruenit:ibi & Nicolai ad Federicũ & amicoꝝ ad ſe litteris rem co
gnoſcit. Miſſus paulo poſt ad Mediolanẽſes cohortãdos ut mortuo Philippo duce ſine
legitima ſtirpe. Federico imperii iure:ſe dederẽt:excluſus eſt. Erectis in libertatẽ ciuium
animis:ſimul ꝙ Germanicis imperiis:repetita priorũ tempoꝝ memoria abhorrerẽt:bre-
ui deinde circũſeſſis a Franciſco Sforcia Philippi genero:iuſſus iterũ redire: collegis ad
Nouicomũ metu ſubſiſtẽtibus. Ipſe magno cũ diſcrimine ingreſſus urbẽ. Ciuibus in cõ-
tionẽ uocatis:maiorẽ partem eoꝝ perpulit. Federicũ acclamarẽt. Et cũ armis quidã op-
preſſuros alterã factionẽ pollicerenť recuſauit:indignũ nec e legatione ſua eſſe dicens in
ſtabilienda iuſto impio ciuitate cuiq̃ uim fieri. Fuitq; cõſtans opinio manſurã in fide ci-
uitatẽ. Si ſubuentũ in tẽpore obſeſſis. Mox legatione altera aliam excipiente. Neapolim
miſſus auctor fuit regiæ affinitatis Leonora Luſitanoꝝ Regis ſorore Alfonſi nepte Fede
rico deſponſata:Interea deſignatus eſt Senenſiũ Antiſtes abſens ꝗuis infenſa nobilitati
ciuitas aliũ poſtularet. Senæ oĩ reiecta pompa more maioꝝ urbe agroq; luſtrato rediit ĩ
Germaniã:quo tpe & matrẽ amiſit:duo de ſeptuagĩta annos natã. Inter redeundũ ſum
mouit bellũ quod Veneti obſeſſo Tergeſtæ de contẽtione finiũ intulerant. Extẽplo ubi
ad Federicũ peruenit:ad Boemos mittiť arma ſumpturos niſi ꝓperaſſet. Cũ enĩ Ladiſlaum
Pannoniæ ac Boemiæ regẽ admodũ puerũ fratris filiũ Federicus metu inſidiaꝝ:& ꝙ re-
gno ĩmaturus adhuc eẽt:atq; iniuriæ obnoxius apud ſe educaret:adhibitis cuſtodibꝰ ne
clam ſubduceref:Boemi indignũ rati cuſtodiri:arceriq; a regno patrio regẽ: coactis co
piis bellum niſi dimitteret cõminabanť:horũ conatus ſtatim cõpeſcuit rõne adhibita.
Cur ita fieri oporteret maxime iniecto metu ueneni:quo paucis poſt annis dimiſſus a pa-
truo puer:fraude Boemica aſſumptus eſt. Veniente in Italia Federico recedens ipſe:ut cũ
ciuitatibus de tranſitu cum Nicolao de coronãdo Cæſare ageret:Suſpectus haberi Senẽ-
ſibus cœpit:ueritis ne ſpẽ uendicandi imperii ad Cæſarem mutandũ:ciuitatis ſtatũ ĩpel-
leret:eiectis popularibus:qui rerũ pariebať ac nobilitate ad priſtinã libertatem reſtituta.
Qua de re inter ſe cũ ageret & facta eius dictaq; clam:palã ue explorarẽt:nec prodiere ob
uiam:nec ubi domũ uenit frequẽtes ſalutauere. Cogitatũ & de inferenda clam necea po
tentioribus rumor fuit. Quã ob rem decẽ uiros adiens delere eam ſuſpitionem fruſtra eſt
conatus. Auxit inuidiam mortuus collega Fullendorfius:& in æde uirginis matris loco
celebri ſepultus:quã rem argumentũ adeſſe iam recepti imperii querebanť homine exter
no ueluti ꝑdita libertate in ciuium ſepulchra delato. Tum demũ ut tẽpori cederet. Thela
monium ſe contulit:ueluti Leonorã excepturus ex Luſitania mari uenientẽ. Accitus iter
hæc a Nicolao minime paruit:ualitudinẽ cauſatus:ſuſpitionẽ tñ eius litteris ſubſtulit ꝙ
uulgatũ erat:conſtare inter coniectores:Nicolaũ aut moriturũ itra kalẽdas Aprilis: aut
in uinculis futurũ:periculũ ex Federico portendi nouo impatore:urbẽ armis uẽdicaturo
quo metu

quo metu Nicolaus Federici aduentum extrahere in autumnum cuplebat:fatalem diem
occupaturus. Sed Aeneæ lris confirmatus propoſito abſtitit. Leonoram comitatu regio
haud procul a Piſis deſcendentem e naui:Federici nomine primus excepit:q̃q̃ ægre ferē-
tibus Germanis:qui aderant Federico propinquis Piſas ingreſſos Florentini ex multitu
dine ſuſpitione iniecta. Cum depellere mœnibus uellēt:eius gratia atq; auctoritate ui ab-
ſtinuerunt. Idem ad Volaterras factum:q̧ hæ urbes altera ſubacta armis expoſita uideret
ad omnem motum nouitatis:altera in finibus ſita eſſet. Senæ ad aream pomerii ſpōſa Fe
derico exhibita:orationem habuit perelegantem:quæ puellæ Luſitanorū́q; regū́ laudes
complecteretur. Extat adhuc pro portis marmorea colūna pompæ congreſſuſq; monu-
mentum. Cum ciues aduentu Federici nobilitatē relegaſſent:armata undiq; iuuētute ad
cuſtodiam urbis:ut eos metu ſolueret:non obſcura opera Federici diſceſſum accelerauit
Ac tum demū́ remiſſa ſuſpitione & propinquis:nobilitateq; oīum reuocata:ipſe publico
ciuitatis noīe legatus ad Nicolaū́ deſignatur:cōtinēti itinere Federicum ſequi iuſſus: in
quo reſalutādis Cardinalibus:qui obuiam prodiiſſent:interpres fuit linguæ Germanicæ
ignaris. Nicolaū́ primū́ adiens cum oīa ſepta armis inueniſſet metu liberauit. Poſtridie
orationē habuit de impatore coronando & uariā & plenam uetuſtatis interpres ac mo-
derator oīum quæ inter Nicolaū́ & Federicū́ acta ſunt:utriuſq; in ſe grām auxit Federi-
co Neapolim ad Alfonſum coniugis auunculū́ eunte:Romæ ſubſtitit:dolore pedū́ de-
moratus:ſimul ut regem Pannoniæ adhuc impuberē in aduentū́ patrui aſſeruaret. Ora-
tiones in reditu Cæſaris duas habuit. Altera grās ægit Nicolao & collegio patrū́. Altera
hortatus eſt ad bellū́ aduerſus Turcas ſuſcipiendū́:& poſteriorē quidē ita mouit:ut extē-
plo ipſe legatus cū́ ſumma poteſtate ad Pannonios:Boemos:Noricos:cæteráq; Germa-
niam deſtinatus ſit. Cū́ Florentini Federicū́ Piſana & Volaterrana iniuria offenſū́ ac de-
inceps Neapolim ab Alfonſo incitatū́ exiſtimarēt:atq; ideo tranſitū́ prohibitum diceren
tur. Præmiſſus utrinq; ſuſpitionē ademit. Ferrariæ Borſum a Cæſare Mutinenſiū́ ducem
nominatū́ primus ſalutauit:laudauitq; oratiōe clariſſima. Venetis quoq; ꝓ munificentia
in Cæſarē iuſſus eſt grās agere. Eodē paulo poſt a Noricis obſeſſo:emiſſus ad hoſtes alte
ra q̃ exierat hora obſidionē diſſoluit. Quo tpe & Boemos Noricis ipſis cōciliauit. Inter-
ceſſit ēt rogationi Germanoꝝ de maioꝝ decretis antiquādis:cū́ magna contentiōe res
agerē:contra Cæſaris dignitatē futura:ſi decerneret Pannonioꝝ apparatum bellicum
Federico īminentem diſcuſſit legatione bigna. Quarū́ poſteriore & pacē confecit:ne ge-
q̃ toto biētnio petitā. Legationē Germanicā in Italiam ſuſceptā de bello Aſiatico ꝑ oēm
Germaniā circū́tulit:qua de cauſa pegit & conuentū́ Ratiſponæ:ubi ꝓgreſſum in cōtio-
nem oībus qui aderant excuſſiſſe lachrymas cōſtat:deploratus Græcorū́ calamitatibꝰ: &
recenti clade Conſtantinopolitana in mediū́ expoſita:cupiētem iam redire ad ſuos:nul-
la re alia Cæſar potuit cōtinere q̃ ſpe iniecta Aſiatici belli:pollicitus ſequēti anno expedi
tionē quantis maximis poſſet uiribus ſuſcepturū́. Profectus eodē ſtudio Francfordiam:
quod in Ratiſponēſi conuentu fecerat:ad ſuſcipiendū́ in Turcas bellū́ exciuit. Ita ut paſ-
ſim arma caperent:conſtitutis ex eius ſententia ducibus qui eſſent publico noīe rerū́ ſum
me ꝓfuturi. Cæterū́ ſubſecuta ſtatim Nicolai mors:oīa peruertit. Opinio fuit Nicolaum
uoluiſſe eū́ coaptare Collegio Cardinalium. Sed importunitate regū́ ſirū́ cuiuſq; poſtu-
lantium:ne recipere cōpetitores cogeretur:& hunc neglexiſſe. Mortuo Nicolao:rogatio
nem principum Germaniæ priuato conſilio euertit:petentiū́ id quod diu tenuiſſe Galli
dicerentur:ne quid Pontifici Ro. ſtatuere de templorum præfecturis liceret. Legatiōe ul-
tima miſſus ad Calixtum Nicolao ſuffectum:ubi iuſiurandum exhibuit Cæſarem illi pa
riturum:hortatus ſenem ad bellum Aſiaticum ſuſcipiendum. & lachrymas excuſſit: & ut
ſtatim edificari triremes ad ripam Tyberis iuſſerit effecit:belluḿq; maritimum ad ueris inī
tium inferri. Perpulit mox & Alfonſum ad eandem ſuſcipiendam expeditionem Neapo
lim ad eum profectus:ſimul & bellum deprecatus eſt:quod idem Rex duce Picinino Se-
nenſibus intulerat:q̃ nō minus aſtitiſſe ei bello Hetruſco uiderent. Conſtatq; regem con-
feſſum:pro palam extortam ſibi ab hoc pacem ui orationis non impetratam:cum fruſtra
Senenſes tribus antea legationibus poſtulaſſent:manſit aūt apud regem compoſitis iam
rebus menſes aliquot:ac tum demum ſero egreq; dimiſſus. Vltimo diſceſſu aliquotiens
obuolutus pedibus:regem ſic accendit ad bellum:ut extemplo & ueterem claſſem recen-
ſuerit:& nouam iuſſerit edificari. Tum demum reuerſus Romam Cardinalis poſtulatiōe
Patrum deſignat. Qua de re actæ Calixto ſunt gratiæ ac patribus Germanorum:Panno
niorū́q; principum noīe. Fuitq; ſtatim multis in ore prouidum ſenem Calixtum eſſe qui
adhuc uiuens ſucceſſorem ſibi creauiſſet. Fuit autem illi adeo charus ut exercitum ab eo

ad repellendum Hetruria Piccininum impetrauerin:& mox legatos qui peterẽt Goro Lo
lio conſobrino ſuo remitti exilium Manſit autem eo in ordine menſes circiter uiginti.
Quo tempore poſtulatus a Collegio Varmienſi ad mare Baltheum Antiſtes urbis: nec
multo poſt a Ratiſponenſi ad ripam Danudii recuſauit utrunq; dicens iam ſe Italum eſſe
oportere. Seceſſerat ineunte æſtate Viturniũ lauandi gratia:& ꝙ ſingulis annis uitare p
id tempus cœlum Romanum conſueuerat. Cum nunciatum eſt Calixtũ obiiſſe:celerio-
rem eius reditum patres fecere. Singuli ad properandum exhortari. Eſt & inter redeun-
dum uulgo Pont. maximus conſultatus. In comitiis pontificem ſuffragiis apertis accla-
matum prorupiſſe in lachrymas conſtat. Attonitum aliquãdiu cum excitaretur & lætan
dum amici eſſe contenderint:dixiſſe lætari tanto faſtigio imperii eos poſſe: qui labores
& pericula non cogitarent. Sibi uero iam omnia præſtanda aliis foræ:quæ ipſe ab aliis &
in Germania & in Pannonia & in Italia totiens poſtulaſſet. Cum a Cardinalibus & cœtu
Antiſtitum:ac poſtridie a ciuibus per ordines ſingulos conſultaretur:eodẽ perſtitit uul-
tu. Perductus in ſolium:Conuentum Mantuæ indixit:cui affuturum ſe ſubſcripſit ad ka-
lendas Iunias:atq; hoc primum eius fuit decretum. Altero Ferdinandum Alfonſi filium
a Calixto paulo ante hoſtem iudicatum amicum declarauit:cuius & cauſas attulit:q; no
uum conuentum agitanti potiora uidebaɾ pacis conſilia q̃ belli: & inuoluere domeſticis
armis Italiam minus cõuenire Aſiancis rebus arbitrabaɾ:etiam ꝙ ictum ab Eugenio pri-
mum:deinde a Nicolao:Poſtremo initio pontificatus a Calixto ipſo renouatum cũ Al-
fonſo fœdus id expreſſum continebaɾ:ut Ferdinandus patris regno ſuccederet:& Legati
qui aderant hoc idem poſtulabant ex fœdere:in quod paucis ante annis Italia uniuerſa
conſenſerat. Et niſi fieret:certaturi armis uidebanɾ. Proceres ergo regni Alfonſo mortuo
ſponte ſua ad Capuam in filii ſceptrum coniurauerant. Tñ ius regni & coronam ea demũ
conditione pmiſit:ne cui præiudiciũ fieret:ſimul & tributum a ſuperioribus penſum re-
gibus quot annis ſolueret aureum nũmum duode quinquaginta milia:Pontificis Ro fi
nes neq; inuaderet ipſe armis:neq; inuadere alios quantum in ſe eſſet pmitteret. Piccini-
nũ regia ſtipẽdia merentem Aſſiſio & Nuceria p Calixti mortem occupatis q̃ primũ iu-
beret excedere. Beneuẽtum:agrũq; Beneuẽtanum reſtitueret. Terracinã ad uſum iminẽ-
tis belli relictam exacto decennio redderet:pacem quoq; daret Sigiſmundo Malateſtæ
conditionibus quas eẽt ipſe dicturus. Arcem Hadrianam Spoletinã Narnienſem: Suta-
nam a pfectis pecunia redemit:& pro Hadriana quidẽ uiginti milia pſoluta Spoletinam
uero pfectus magna opa Troili Firmani uix tradidit. Appetẽte iam uere prius q̃ urbe di-
ſcederet:ne qui fierent in Latio & Sabinis motus iurare finitimos coegit in fœdus abſẽ-
te ſe duraturũ. Fecit & decretum ex Patrũ conſulto:ne ſi mori ſibi extra urbẽ contingeret
Comitia de ſufficiendo põtifice alibi cogerenɾ q̃ Romæ. Præfinito ẽt tpe quo agentes
extra Italiam Cardinales in dies comitioꝝ expectarenɾ. Iudicianos magiſtratus Roma
uetuit diſcedere. Legatis ſubditaꝝ ciuitatum & decreta maioꝝ cõfirmauit oia:& partem
tributorũ paulo minus q̃ dimidiũ in trienniũ remiſit:prouocationes prouincialium ad
Romanos magiſtratus ante reditũ ſuum uetuit interponi:adiecta mulcta ei qui pꝛocaſ-
ſet. Ad exequilias iuſſis per Thermas Diocletianas ad portã Flamineã atq; inde ad pon-
tem Miluium deuectus:redire ſeniores Patrum in urbem iuſſit extatẽq; expectare. Iter pri
mum egit ſecundum fluminis ripã:haud longius q̃ ad ſeptimum lapidem: daturus ſpaci
um ſi qui uellent priuatim ſe alloqui. Narniæ concurſu uulgi facto ad equum umbellãq;
corripiendam in diſcrimine fuit uitæ:gladiis in ora dimicantibus: quo metu reliquum
iter Peruſiam uſq;:ac deinceps Mantuam lectica confecit:ad ſingulos quingentos paſſus:
mutatis lecticariis. Deflexitq; Spoletum ad ſororem:ubi & quatriduum ſubſtitit. Aſſiſii
dimidio minus:arcẽq; cõmuniuit turri eximie craſſitudinis angulo extremo. Peruſiã in-
greſſus eſt pompa præcedente:equo uectus candidiſſimo:duodecim eodem cãdore præ
cedentibus ſtratis purpura ſine ſeſſore:& qui per frænos aureos manu agerenɾ: magiſtra-
tibus purpueream umbellam auro intextam præferentibus:ſub quã ipſe candida ſyndo-
ne:ſtola aurea cõmiſſa:& purpureo galero uehebatur. Pompæ cauſam prætendit ꝙ poſt
eiectum Bonifacium ſeptuaginta iam annis Peruſini pontificem intra urbem nõ aſpexiſ-
ſent. Dedicauitq; phanũ Dominici poſtulantibus ciuibus propter eximiam templi ma-
gnitudinem:& dona primus intulit. Feneſtrã quoq; eximiæ magnitudinis pone arã ma
ximam opere uitreo iuſſit occludi:artificio & textura texellata. Maiores magiſtratus to-
ga indui purpurea talari ad uiros ſexagita. Peruſiæ legatos Allobrogũ audiuit:ac poſtri-
die Federicum Vrbinatem uirum pace ac bello æque clariſſimum:& quo poſtea Marſo
ac Piceno bello copiaꝝ imperatore eſt uſus. Circũnauigato Thraſimeno ubi ad Clauim
amnem

amnem peruenit. Legati Senenſium obuiam progreſſi reſtitutos gentiles ad munia ciuitatis cum nunciaſſent: accelerare lecticarios iuſſit Corſiniani haud amplius q̃ triduũ moratus ubi Senam uenit: cæteram quoq; nobilitatem reſtituit beneficio populi: quanq̃ diu recuſantis: diſperſitq; per tribꝰ ut coire totum in corpus ciuitatis uiderentur: reſtituere conatus eſt: & duodecim uitales familias ad capita amplius quadringenta: aliquando nobilitatem ſecutas. Sed uiſus remiſſius poſtulaſſe non tenuit. Statuit Antiſtitem urbis Metropolitem: finitimis in iuriſdictionem adiectis Groſſetano: Maſſano: Cluſino: Suanenſi. Ciuibus Radicophanum munitiſſimum Hetruriæ oppidum quod diu antea bello ceperant conſenſu Patrum in perpetuum ſub tributo conceſſit. Cum legati Cæſaris & Beticæ ac Luſitaniæ regum: & Philippi Burgundi Senam conueniſſent: omnibus ſequi ſe iuſſis. Florentiam trium dierum itinere contendit. Tribus legationibus apparatu diuerſo excipientibus: inter quas & Galeacius Franciſci Sfortiæ filius ſextumdecimum natus annum a Mediolano uſq; præmiſſus a patre: & cum eo Arimenſis: Fauentinus: Foroliuienſis: & Forocornelienſis tyranni occurrerunt: Cæteris auream ſellam per uices ſubeuntibus: Galeazio per ætatem annum apponente: poſtrie ludi theatrales decreti: quibus leones cum equis concurrerunt. Mox cauea per medios ſpectatores dilapſi. Conſultauit & de rebus Italiæ cum Coſma Senæ ſui temporis prudentiſſimo: opibus uero quantæ nulli ne neterum quidem priuato fuerunt: templa quoq; ab eo facta: reliquaq; edificia percupide inuiſit: in quis circiter ſexcenta milia inſumpta exiſtimauit. Sigiſmundi Ariminenſis cauſam qua proditionis accuſabatur a Ferdinãdo Rege diſtulit in conuentum Mantuanũ. Bononiæ ſeptem equitum turmas quæ ſecutæ Galeacium illic ſubſtiterant: prius q̃ urbem ingrederetur iurare coegit ſuturas in ipſius poteſtate: fuitq; ciuitas in trepidatione: armata circa optimatum domos iuuentute: ne quid innouaretur. Auxit metum Brogma orator quidem uehemens: cæterum qui parum conſulte in gratulatione publicæ ciuitatis conditionem deplorauit. Qua de re mox preuaricationis reus in exilium actus eſt: non ante Pii reditum remiſſum a ciuibus Ferrariam lembo delatus eſt per flumen Padũ: omni genere magnificentiæ exceptus a Borſio. Cæterum poſtulata eius de immunitate ciuitatis & remiſſione tributorum reiecit cauſatus temporum difficultates: quibus augenda tributa in Aſiaticam expeditionem eſſent non minuenda. Quam ob rem Borſius Ferraria diſcedentem ad Stellatam oppidum ſecutus uẽturum ſe Mantuam cum recepiſſet poſtea minime præſtitit. Ad eum locum Ludouicus Gonzaga Mantuanorum princeps occurrit: claſſe utraq; in naumachiæ ſpeciem concurſante. Ingreſſus Mantuam eſt ſexto kalendas Iunias quatriduo prius q̃ Romæ ſubſcripſerat. Pompa eadem qua Peruſiam: niſi q; hic Regum: Principumq; legati lecticam ſubire. Præfecturæ urbanæ: uigileſq; portarũ parere ei iuſſi quem ipſe ſtatuiſſet de conuentu acturus: orſus eſt a re diuina ſupplicationibus per urbem totam continenti triduo decretis. Expoſita ratione belli ſuſcipiẽdi in Turcas: paucis iuuentis eorum qui ſe conuenturos erant polliciti: religionis ſimul & Italiæ uicem deplorauit oratione admodum mæſta & plena deſperationis. Sed breui frequens eſſe conuentus cœpit legationibus tranſpadanis. Mox & Gallica ac Burgunda Caſimiri quoq; Getarum regis ſplendorem q̃ barbarorum apparatu. Venit & Blancha Franciſci Sforciæ uxor: Philippi filia: fœmina ſpectatæ probitatis. Comitantibus eam quatuor alteris liberis: quorum Hypolita natu maxima: iuniori Alfonſo deſponſata: latine orauit peregauter. Pii ſtudium in religionem complexa: Galeacio fratre orationem eius excipiente: qui ambo patris aduentum promiſere. Inter hæc nuncio de Turcarum impetu in Peloponneſſum accepto: trecentos pedites mittit: quorum centum Blancha mercede cõduxit. Centurione Zanono Cremonenſi ad eum terrorem acceſſere legati ex Rhodo & Cypro & Leſbo & Epyro atq; Illyrio uenientes omnes perituri auxilium. Auxit trepidationem Sanderouia munitiſſimum oppidum in ripa Danubii proditum Turcis. Itaq; Raguſinos auxilia pollicitos triremes duas armare nauigareq; primo quoq; tẽpore in Græciam iuſſit. Bellum exortum in Germania compeſcuit: miſſis legatis Verdeaq; oppido erepto Cæſari iuſſo reſtitui. Dedit Sigiſmundo Ariminenſi pacem conditionibus quas tunc acceptas: breui Gallico bello abrupit. Franciſco Sforcia cum quadringentis purpuratis ueniente: tum demum non expectatis: cæterarum gentium legationibus rogationem tulit de bello ſuſcipiendo: habuitq; orationem omnium quæ circunferuntur ipſius nomine longe grauiſſimam: ſecundum quam conſenſu omnium qui aderant bellum decretum eſt. Alteram tulit rogationem mari an terra gerenda res eſſet: & Italo milite? an externo & q̃ magno exercitu opus foret: & unde cogendum ſtipendium: ac ſententiam ipſe ſubiecit ad ſingula. Militem conducendum eum qui uinci a Turcis non conſueſſet

præcipue Germanum exercitum : neq; minorem comparandum q̃ ſatis eſſet repellendo
hoſti:neq; maiorem q̃ alere prouinciæ poſſent . Pecunias in Italia exigendas corrogãdas
etiam in Gallia atq; Hiſpania eſſe. Cum de Imperatore exercitus referret qui cõmunibus
auſpiciis rem gereret. Franciſco munus per ætatem deprecante. Legati Burgundi Philip-
po eorum duci receperunt:uotis quoq; ad eam expeditionem damnato. Miſit & Gorum
Lollium Venetias ad cõmunicanda clam conſilia belli. Rhodiis ad triremes celeriter edi
ficandas ſexdecim milia aureum nummum dedit ex pecunia Gallicana. Sed hæc belli cõ
ſilia mutataq; undiq; res oppreſſere . Nunciatum ſub idem tempus triremes quattuor &
uiginti ad ripam Rhodani edificatas ad uſum Aſiatici belli Renati Galli filium correptas
aduerſus Ferdinandum coarmaſſe : ac motis ad Genuam rebus : claſſeq; ad Lyrim amnẽ
delata Campaniam uexare. Optimatas regni pleroſq; ad Gallos deficere Romæ Tybur-
tium & Valerianũ fratres illecta iuuentute Agrippæ phanum cõmuniſſe : tractis per uim
ad ſtupra ciuium liberis : ac cæſis qui minus obſequerentur. Piccininum ad Gallos cum
parte regii exercitus trãſfugiſſe. Sabellos Piccinini præſidia recipere . In Picenis Sigiſmũ
dum rupto fœdere oppida regia inuadere. Eſinos & Anconitanos :& in Vmbria Fulgini
enſes & Meuanenſes propter fines tumultuari Britãnos eieciſſe regem. Hiſpanos maiore
fratre depulſo:minorem regno impoſuiſſe:nec ab Germanis quietiora afferuntur. Pãno
nios & Boemos rege ueneno aſſumpto : diſtrahere in partes regnum . Noricos intra ſe
armis certare. Maguntinis Dieterum Antiſtitem inferre bellum. Ad hæc tot ſimul cohor
ta mala uiſus non nihil animo ſuccubuiſſe . Rediit celeriter Senam : nec ſine diſcrimine
Pado inter nauigandum glacie diſtricto:ut neceſſe fuerit ſecuribus excidi. Ad res Germa
nicas ſedandas Legatum miſit Beſſarionem Cardinalem Nicenum principem Colle-
gii. Regi ſubitaria collecta manu auxilium ſũmiſit : eoq; mox ad Sarnũ profligato: nihil
cunctatus uetere inſtaurauit copias:ac nouas addidit: Duce Anthonio ſororis filio . Picci
nino Federicum Vrbinatem & cum eo Alexãdrum Sforciã oppoſuit. Sigiſmondo Nea
puliotiem Vrſinum . ac mox & Federicum:qui illud ad Senegalliã magna uictoria fudit.
Romam Centuriõem aliquot pmiſit:& equitum prefectũ: qui Siccanos Tyburtianos cõ
primerent. In Britãniam Legatum præſulem Interamnenſem : quem mox abuſum lega-
tione:& pugnæ Britannicæ imixtũ:cõiecit in uincula:pſulatu quoq; amotũ. In Hiſpaniã
etiam qui fratrem maiorum reſtituerent. Rediit poſt hæc celeriter in urbem exorta i Cã-
pania & Picenis ac Sabinis bella ex ppinquo ſuppreſurus . Sed undiq; extante motu re-
rum. Bello ita incubuit:ut aliquando quatuor & ſexaginta equitum turmis re geſta nõ
antea deſierit q̃ ſubactis undiq; hoſtibus:quod multis ætatibus uix contigerat. Vniuer-
ſæ Italiæ data pax fuerit. Bella ſuſcepit iuitus :nec unq̃ niſi laceſſitus : & ne ſic quidem ni
ſi prius cõmonuiſſet ab iniuria deſiſteretur : & Sigiſmũdo quidem nõ antea inferri arma
iuſſit q̃ ter denunciaſſet:miſſit etiam Legatis qui oppida repeterent : media pace per frau-
dem occupata . Sabello ſyngrapha manu ſua ſcripta conditiones æquiſſimas propoſuit:
quanq̃ obſeſſo & rerum omnium inopi : utrunq; deinde ui ad deditionem compulſum
ſeruauit quidem . Cæterum erepta bello eorũ oppida:neutri reſtituit: prefatus iniuriam
eatenus remittendã eſſe:ne ſecundo poſſit inferri. Sigiſmundo conditionem quoq; adie
citur in Peloponneſſum Dux belli aduerſos Turcas proficiſcerentur: ubi poſtea biennio
uaria fortuna bellum geſſit. In Germania Dieterum Maguntinũ Antiſtitem tribus lega-
tionibus monuit:mox decretis ipſius parere recuſãtem abdicauit : quanq̃ familia ortum
potentiſſima:alterumq; ſuffecit:uiſſus eſt erexiſſe calamitatibus animum Cum nunciaret
deletum in Picenis eius exercitum: & domeſtici ſuprimere nunciũ conarent:ubi reſciuit
nihil motus. Sigiſmundus inquit. Si decios prœlio uincerit:ſemel uictus fuerit:bello uin
cetur:quod mox inſtauratis copijs euenit Ferdinando ad Sarnum profligato:inſultanti
bus Gallis. Fortuna inquit belli nobiſcum eſt. Nam ea quos primũ fouet:poſtremo deſti
tuit. In Germania quoq; uictis inſigni calamitate qui eius auctoritate bellum gerebant:
noſtrum inquit erit iam uincere qui uicti ſumus . Quæ tria bella q̃uis principio deteriori
conditione ubiq; fuerint:breui ex ſententia confecit. Expugnari neq; caſibus fortunæ ad-
uerſis:neq; minis potuiſſe ex eo cõſtat:q poſt ſuſceptũ bellum:nemini pacẽ dedit niſi ui-
ctor:quãq̃ & a Sigiſmũdo poſt uictoriã Picenã:& a Gallis poſt fuſas regias copias poſtu
laret:cõditionibus ut accipere nõ dare uiderent. Auxit fines iperii Beneuẽto & Terracina
iure fœderis a Ferdinando acceptis. Sabinos qui ad Gallos defecerãt & Soranos atq; Ar
piatis: & in Picenis ac Flaminea a Metaurẽſibus in Ceſenatem uſq;. Arimino excepto:ar-
mis obtinuit . Phano fortunæ : mari ſimul terraq; oppugnato: Venetorum quoq; claſſe :
quæ illatus a

quæ illatura præſidium uenerat:opera Anconitanorum profligata. Ceſenates iureiurando adegit ut poſt mortuum eorum tyrannum Sigiſmundi fratrem : urbem atq; agrum pôtifici dederent:quod breui quáquá ipſo iam mortuo fecere. Canale Tudertinorú oppidum longa obſidione preſſum cum machinis undiq; dirutum:non tamen ante promiſſa defenſoribus premia expugnari potuiſſe:& laudauit qui defenderant & Ducem eorú præfectum militum conſtituit. Quædam & ſine bello obtigere:in Aquitania Valentinẽſis & Dienſis Tetrachiæ:quæ ſunt ad ripam Phodani a Ludouico Rege incertum datæ ſponte an maiorum teſtamento relictæ. In Peloponneſſo quoq; Manouaſia munitiſſimum ſitu oppidum a Paleologis traditum. In agro Tolphano prope centum cellas : môtes alumnis patefacti:ex quibus prouentus annui aureum nummum paulo minus percipi q̄ centum milia feruntur:inſolentiæ eorum qui minus iuſta peterent:aut molirentur: conſtantiſſime reſtitit. Oratores Cypriorum natum ex concubina regis filium excluſa Carlocta ex uxore ſuſcepta regem dari ſibi poſtulantium reiecit ꝙ Cyprum uectigalem promiſiſſe regi Syriæ:& iuraſſe quoq; in eius uerba diceretur Georgici Boemorum regis ꝙ Fantinum Dalmatum Legatum conieciſſet in uincula:& mox ꝙ male de religione ſẽtiret:regum publicauit. Sigiſmundo Norico Cæſaris patrueli diem dixit: ꝙ nulla fretus auctoritate cuſtodiri Cardinalem eundem antiſtitem Brixinnenſem iuſſiſſet: îterdixitq; aqua & igni:quáquá priuata amicicia inter præcipuos habito. Sigiſmundum Malateſtã obloquentem de religione atq; ideo in ius uocatum:nec comparentem damnauit. Simulacro quoq; eius Romæ uicatim incenſo:nec multo poſt fœdus Gallicum in quo & Sigiſmundum contineri Galli contendebant recuſauit:indignum dicens inire cum eo ſocietatem quem paulo ante damnaſſet. Tudertinis tyrannicum morem creãdorum magiſtratuum ſubſtulit:datis legibus quibus rem publicam gubernarent. Increpuit Senenſes ꝙ legem tuliſſent:ne qua deinceps rogatio fieret de nobilitate reſtituenda:atq; adeo acriter ut extemplo legem abrogarent. Arcem in Ianuenſi magnis ſumptibus edificatú a Colúnienſibus & loco munitiſſimo demoliri extemplo iuſſit Veliternis îminentem. Mittente Cæſare legationem paulo obſcuriorem recuſauit audire:poſtulauitq; clariorẽ Burgundam quoq; ueluti ſuperbiorem iniuſtaq; decreta poſtulantem. Martialẽ Galliú ꝙ uirginem inceſſiſſe uaſtalẽ ferebatur:præfectura amouit:quáq̄ ſcelus non conſtaret:ſubdẽs in religione præfectos:ſuſpitione non minus uacare oportere q̄ crimine. Gallum alterú Armeniaci tyrannú cum ſorore conſuetudinẽ ſtupri per ſpẽm côiugii habentẽ in iudicium tractum multauit:côiectis in carcerẽ qui falſo decretú Calixti corrupti tabulis adhibuiſſet:actaq; rẽs eſt magna contẽtione propter familiæ nobilitatem. Quædam minus uiſus eſt uindicaſſe:Peruſiæ Panduli Balionii ac filii cædẽ a patruele in ſpem hæreditatis ſecuris illatam:& in Piceno acti Sentinatis eadem de cauſa a patruo capti:ac mox ſtrágulati.& in priore quidem cauſatus tempora extorqueri ſibi parricidium:quæſtus eſt. Sentinatem obſeſſum:ac mox ſub conditione deditum dimiſit:oíbus exutum rebus:affectis tamen ſupplicio qui iuueni manus intuliſſent. Nonnulla facetiis:excepit:aut morſu. Ludouico rege Galloꝝ niſi copias in Ferdinãdi auxiliú miſſus e Campania reuocaret:multa minitante:ac rurſus niſi deſiſteret auxilio. Gallos qui Romæ eſſent reuocare ſimulante nihil reſpondit aliud q̄ & habitabimus laxius:& nugas non audiemus. Caſtigata ſimul inſolentia gentis & leuitate. Triballis confirmari ſibi quem ipſi nominaſſent regem poſtulantibus:negauit eſſe ſui iuris. ſed ad Pannos ptinere:contẽdẽtibus liberos eſſe. Quid inquid ſeruitutem poſtulatis? Præfecturam Rhodiẽſem exhauſtam a Gallo:Hiſpano cômiſit:dicens:Gallicú morbum Hiſpanienſi medico curandum eſſe:ꝙ Galli profuſi:Hiſpani profugi haberentur. Conuentu Mantuano cum Burgundi duo milia equitú:quatuor peditum pollicerentur. Germani hominum armatorum duo & quadraginta milia. Vngari dimidio minus. Raguſini duas triremes. Rhodii quattuor. Cypri totidẽ. Legati ex Cilicia hominú triginta milia:dicentibus Gallis nô antea excitandú foris peregrinú bellú q̄ ipſoꝝ domeſticú ſopireẽ:mirú inquit Gallos qui ſemp alias uicerúthodie uerború magnificẽtia uinci. Borſii quoq; legatis trecenta milia aureú númú pollicentibus cú fidẽ non feciſſent:non inquit tot opus eſt minus dimidio contentis. Cum Veneti ,ppter initú cú Turcis fœdus palá aduerſarẽtur:clam tñ habita rône quantú eſſent collaturi. Súmam belli naualis dari ſibi poſtularẽt:& claſſem inſuper triremú ſexaginta &.xx.nauiú roſtratum:ac peditú delectorú octo milia:& ánuas decimas:& pterea quindecies cẽtena milia ex publico:hoc inquit Veneti eſt recuſare non petere. Nos uero adeo uobis moleſti non erimus:ut oneris tantum feratis. Hiſpanorum aſſertiôem de miraculis eius q̄ cú patre de

regno contenderat:quãquã aſſeueratiſſime inſtarent:iuiſſi:idq; ægre ferentibus:an neſci-
tis inquit:uita miracula fieri non morte. Germanis offenſis ꝙ inter reſpondendum Mat
thiam Pannoniæ regem appellaſſet:tanquã ad eos ius regni pertineret. Sinite ait Matthi
am tantiſper nos regem appellemus:dum eum uos regnum tenere permittitis: temerita-
te ſimul & ignauia exprobata:ſubdiditq; armis regna diiudicari non legibus. Clæmen-
tem eum fuiſſe inditio eſt:ꝙ nemini petenti ueniam non facile ignouit:alioquin pertina
cibus inexorabilis. Bello regio parci Arpinatibus iuſſit ob. C. Marii &. M. Tullii memo-
riam:q; multi oppidanorum ita uocarentur. Donadeum oppidum Sabinorum direptũ
a ſuis grauiſſime indoluit:ut opinio fuerit cogitaſſe eum de ducibus exauctorandis. Cor
reptos a ſuis greges Aquilanorum ad quinquies centena milia:q; uiolata fide ad Gallos
defeciſſent:reſtituit:dicens non eſſe mulctandos inſontes:greges Agreſtium & multitu-
dinis eſſe:defectionem a potentioribus factam:qua liberalitate dedere ſe uolentes. Aqui
lanos reiecit ad regem. Expeditiones non niſi ex conſenſu patrum & ſero ſuſcepit. Suſce
ptis ita incubuit ut aliquando non ſuppeditante erario: atq; ægre conferentibus ſociis:
accitis queſtoribus: Iam inqt ſi opus eſt uendi me iubeo. Pecuniarum uſq; ad uitium ne-
gligens:ut nec aſpicere quidem ſuſtinuerit. Impenſa belli ingraueſcente contraxerat ali-
quando ad ducenta milia æris alieni:quod ubi ex rationibus erarii percepit: queſtorib⁹
grauiter ſuccenſuit:iuſſis prima quaq; occaſiõe diſſoluere. Queſtore urbano uſus eſt Iu-
lio forti Piſano:acris & animi & ingenii uiro. Sed contrahendo ære alieno in ſũptus bel
licos paulo laxiore:quo factum eſt ut exauſtis uectigalibus unde ſuppeditare domeſticis
ſumptibus pecuniam poſſet:aliquando laborauerit coactus unum in triclinium & ipſum
admodum frugi familiam omnem redigere:ut aliquãdo exclamauerit:& qui appeteret:
& qui contemneret pecuniam ſtultum eſſe. Sed neq; rationem fiſci uectigalibus aut por-
toriis auxit:neq; decimas antea exegit:q̃ bello Turcis indicto:& tunc quoq; moderatio-
ne adhibita:ne prophani ultra q̃ trigeſima grauarentur:ne ue ad maiorem ſummam infi
mi magiſtratus q̃ ſupremi:utq; iudeorum uigeſimæ non ex prouentibus:ſed ex capite de
ducerentur. Inſtituit quattuor uiros ex collegio Patrum de luxuria cohercenda. Primũ
Germanum. Alterum ex Gallis:reliquos in Italia. ſed homines diuerſarum nationum ac
morum:dum cunctantur ipſe e uita deceſſit. Nouum etiam collegium abbreuiatorũ ad
uiros ſeptuaginta litteratura & moribus ex omni natione promiſcue delectos. Redactu-
rus ad caſtigatiorem:elegantioreq; ſtilum acta publica uidebatur:quod iã ab initio pon
tificatus deſtinauerat. Sed deterritus diuerſitate controuerſiarum ac legum differre ſe in
magis ocioſa tempora non omittere teſtatus. Prouocationem ad futurum concilium te-
mere a nonnullis illatam edicto ſummouit: Sceleratorum eſſe perfugium eum iudicẽ pe-
tere qui nuſq̃ eſſet. Epiſcopos Protonotariis ordine ſubſelliorum antepoſuit: mutata con-
ſuetudine maiorum:quãq̃ plæriſq; regio genere ordinis Cardinalium numerum duob⁹
comitiis auxit undecim adiectis. Laudauitq; ſingulos oratione diuerſa. Sed nec priorum
contempſit ſuffragia:nec de quoq̃ retulit:cuius ratio nõ oĩbus conſtaret. Teſtamenta eo
rum qui Romæ deceſſiſſent libera eſſe uoluit:qui inteſtati obiiſſent eorum bona ita de-
mum referri in ærarium eſt paſſus. Si nec propinqui comparuiſſent. Queſtore eius quæ-
dam ſupprimere uolente ad fiſcum deuoluta:cum reddere iis quorum fuerãt iuberet & il
le uendita aſſeueraret:ſtatim ſubdidit redimant. Nobilitati & ſtudio ſui & ex Germano-
rum conſuetudine fauitores publicas nõ æque uiſus probaſſe:diffiniebat multorum eſſe ty-
rannides:& quæ optima haberet:in ea nõ minus bonis q̃ malis periculũ eſſe:uirtutis pre-
mia nõ fere niſi apud principes inueniri. Thomæ Paleogolo ac liberis Peloponeſſi impe
rio depulſis in Italiamq; fugientibus:occurri ad Anconam iuſſit:atq; omnia regio more
ſubminiſtrari. Carloctam quoq; reginam Cypri regno deturbatam a fratre atq; ad ſoce-
rum Allobrogum nauigantem deſcendere ad Hoſtiam ac Romæ excipi:datis equis qui
bus iter reliquum terra conficeret:uiatico etiam proſecutus. Accitus Romam fere omni-
bus quos Turcæ patria eiecerant. Pecuniam ad uictum annuum conſtituit. Cærimoniis
ſolemnibus permagnificus:cæteris in rebus habitus eſt intra modeſtiam. Caput diui An
dreæ ex Peloponneſſo delatum proſecutus eſt maxima pompa. Alexandro Cardinali
Sentinati Anconam miſſo:qui a Græcis acceptum: Narniam uſq; deferret:ubi in arce re-
conditum exacto poſt anno tribus miſſis Cardinalibus diuerſi ordinis & decretis itine-
re toto ſupplicationibus Romam iuſſit afferri: progreſſuſq; obuiam ad pontem Milui-
um mediis in pratis excepit: Tabernaculo extructo ad rem diuinam faciendam: ubi mox
& ſacellum erexit Liguſtico marmore:& in Vaticano cellã dedicauit ſimulacro argẽteo
confecto: Vituruii feſtum euchariſtiæ peregit inſolito apparatu:ſtrata undiq; ſagis pur-
pureis urbe:

pureis urbe:uelataq; linteis :quibus aureæ ſtelle ueluti cœleſti affixæ globo interlucebāt
ut excluſo cœlo inter flores ad digyti craſſitudinem.& diuerſi generis cātus ſupplicano
procederet. Sylueſtres etiam homines hædera ueſtiti cum leonibus atq; urſis congredi
uidebantur artificio mirabili. & uerſus paſſim heroici canebantur. Fontiumq; fiſtulæ utri-
q; ex aduerſo ſeſe ſerientum murmure continenti demulcebant. Strauitq; omnem tēpli
ambitum purpura. Catherinam Senenſem cuius multa extare miracula ferebantur:in di-
uarum retulit numerum apparatu æque magnifico. Ritus ſacrorum & cærimonias ita
ubiq; tenuit:ut ad Sub lacum cœnobitas cœnam eodem apparatu:quo illis miniſtrari ſi-
bi biduo iuſſerit quod & Capriolæ in Hetruria fecerat. Et ad Cœnobium diui Benedicti
in Mantuano & in Florentino ad Certuſiam cum ibi ſubſtitiſſet. Luſtrandi orbem & ua-
gandi adeo cupidus ut aliquando dederit Calumniæ locum .& legationem quidē Scoti
cam non inuitum ſuſcepiſſe conſtat. Britāniam uero itinere obliquo. & unde circūſpicere
multa poſſet obiiſſe:diſſimulata ueſte Lundonias ingreſſum:uoluiſſe etiam ad Orchades
nauigaret. Sed deterritum male totiens tentato mari dixiſſe tritum illud : plus q̄ temere
neptunum accuſare : qui tertio iactetur. & Scotiam quidem Noruegiamq; deſcripſit: fa-
cturus idem de Britannia ſi redire ad exactiorem īquiſitionem licuiſſet. Amedeum Allo-
brogem qui incertum ſpecie ſanctimoniæ an aucupandi pontificatus gratia ſolitudini ſe
dederatq; locum delegiſſe amœniſſimum ad ripam Lacus Lemanni ferebatur:ultro adi-
it:locumq; deſcripſit. Habuit inter delicias & uallem Sarentanam. quæ eſt in Rhetiis fon
tium ubertate atq; gratia eximiæ lætam:ubi & ædem conſecutus eſt Profectione Mantu-
ana cōmoratus Cluſii diem unum: reliquias laberinthi uetuſtate collapſi pquiſiuit : & ad
hoſtium fluminis Mincii diuertit in uillam: quam conſtans eſt apud accolas fama : fuiſſe
Virgilii agrum. Tuſculanum & Albanum & Tiburtinum ſtudio uetuſtatis circumluſtra-
uit omnem:uiam quoq; Appiam:& aquæ ductus. & Hoſtiam :& Traiani portum diuerſis
receſſibus inſpexit. & in Appia quidem obeliſcos ad hyppodromium iuſſit excauari. Ho-
ſtiæ uero in diſcrimine fuit:grauiſſima exorta procella:compulſus metu inūdationis no-
cte media cubiculo excedere. Phalerios quoq; adiit: q audierat muros adhuc extare lapi-
de quadrato:& ocricoli eadem de cauſa ſubſtitit. Circumnauigauit Thraſimenum & Vul
ſinium lacum & utrobiq; in altera inſularum pernoctauit. In Thraſimeno ſubſcriptiōes li
bellatias fieri quæ in lacu ſactæ notarentur. In Vulſino ſummo iugo inſulæ erigi ſacellū
iuſſit:ubi eſt Chriſtinæ uirginis phanum. & certamen cōcurrentium nauicularum deſpe-
xit:propoſito accolis premio. Fontes ſereno die adeo cupide frequentabat : ut ſæpe inter
glaream & marginem cœnam poſtulauerit. Auguſtam & Albuniam & deriuationē Ani
enis:uia Claudia ad Sublacum uſq; inuiſit. Salonam quoq; uia Tyburtina ad leuande fle-
ctens Auguſtam ubi contegi ad uiridum æſtum audiuit: egit accolis gratias:ſtat niq; ac-
curit. Struxit & Senæ fontem in ortis prope pomerium aquaductu ſubterraneo deriuata
ubi diem ſæpe totum decernendis rebus exegit : quem cum noctu quidam diſieciſſent:
adeo tulit moleſte:ut diſcedere ſtatim uoluerit : queſtionem tamen ultro offerentibus ci
uibus interponi uetuit : dicens ſatis magnam penam ſuam cuiq; ſtulticiam eſſe. Monti
um quoq; delectabatur aſcenſu ut in Romano & in Tyburtino prope nullum prætermi
ſerit. Sed præcipue qui uiterent arboribus. & in longiſſimum proſpicerent. Amiatam in
Hetruria editiſſimum conatus aſcendere ad media ſubſtitit :lecticariis ægre ſubeuntibus.
Senæ cum diuerſaretur ſæpe Capriolam ſecedebat:quo in loco iugum eſt pinu:cupreſſo:
ilice ac lauro conſitum:Semitis per gradus ſub umbra diſtinctis. Niſi per hyemem aut plu
uiam:raro ſub tecto aut prandebat:aut ſpaciabatur. Secedebat ſingula quaq; æſtate ab or
tu caniculæ:niſi qua re grauiore diſtineretur aut in proximas urbes: aut ſi liberum eſſet in
Hetruriam. Itineribus uſus per æſtatem nocturnis. Stationes libenter ſecundum fontes
habuit : aut flumina & riuos ſi fontes non occurriſſent. Inter eundum aut interrogabat
proximos de iis quæ proſpiciebantur:aut ipſe loquebatur. Hiſtoriam loci cum poſſet ubi
q; ſubnectens. Vere atq; autunno Viturui:na balnea repetebat aut petriolana:deſtinauerat
aliquando & Baiana petere. Sed reuocatus precibus Senenſium diuertit ad Tuſca : laua
batur perfricabaturq; a paucis & exiguo apparatu : ne quem deterreret eorum qui prope
lauabantur qua de cauſa nec horam ſibi ullam preſcripſit. Abſterſus paulo plus minus
ue mille paſſuum uehebatur. Perpetuo pontificatu lecticatus uſus ubi nauigano deeſſet.
Annandi leuiter ſecundis fluminibus cum poſſet occaſionem auidiſſime arripuit : q
& minus quateretur. & lecticariis parceret. Dierum ac noctium rationem ad ho-
ras uſq; diſtinxerat. Surgebat æſtate ad primam auroram : hyeme ad alterum gallici
nium. Studium ita partiebat ut ut inter legendum aut ſcriberet : aut dictaret partibus

prope interuallis:niſi cum hiſtorias texeret: quas cõſtat & ueriſſime & feſtinantiſſime ſcri-
pſiſſe. Plerũq; duas in horas nunq̃ minus q̃ in unam protracto ſtudio. Exceptorẽ habuit
Auguſtinũ Patricium:quem aliquando ad horas quattuor exercuit. Sed dũtaxat ualitudĩ
narius & cũ Cyragra laboraret:deinde uel aderat rei diuinæ: uel ipſe operabaſ. Mox aut
cũ patribus conſulebat:aut dabat ſubſcriptionibus operam quæ duo munera alternis die
bus obiri ſolita:niſi cum feriæ aut ſolemnia prohibuiſſent:nunq̃ intermiſit. Subſcriptiões
etiã extra ordinem ut quaqua poſtulator occurreret & in menſa & in cubili faciebat. In itĩ
nere ubiubi ſubſediſſet:acciri poſtulatores iubebat: nec unq̃ ad fontem aut umbram acceſ
ſit ſine pugillaribus. Secundũ conſultationes patrum aut ſubſcriptiones:primũ oratores:
mox priuati admittebanſ. Cum aliquando unus e cubiculariis ſenẽ uerboſiorẽ facere dĩ
cendi finẽ clam ſũmoniſſet:aduertens repeti omnia iuſſit. Conuerſuſq; ad cubicularium
irato ſimilis:an neſcis inquit ex quo inii pontificatum aliis me uiuere oportere:nõ mihi
Neminem plus triduo demoratus. Oratores ſæpe qua die ueniſſẽt:cæteros poſtridie ad-
miſit præſcripta cuiq; hora ne quem expectando fatigaret. Integritatem eorum qui ſecum
uerſarentur exactiſſime perquiſiuit:repudiatis quorum fama minus probaretur. Initio põ
tificatus ſecretariorum numerũ:quod offerri quædam temere dicerentur: ad pauciſſimos re-
degit:pauloq; poſt ad duos Gorum Lollium conſobrinum ſuum:& Iacobum Lucenſem
ſpectatiſſimæ probitatis uiros. & alterius quidem ingenium ac uitam ita probauit:ut pau
lo poſt Antiſtitem Papieñ. mox & Cardinalẽ effecit. Quid depuſtulatis referrent homi-
nes ſibi aſciuit moribus & doctrina probatiſſimos: præcipuum uero Agabitum Cynciũ
Romanum clarum In poetica quoq;: Sed iuris ſcientia longe eminentiſſimum: quem pri
mum Anconitanis: mox Camertibus præfecit Antiſtitem: maiora collaturus ſi diutius uĩ
xiſſet. Conſtantiſſimus fouendis quos ſemel eſſet amplexus: gloriabatur inter ſuos nemi
nem ſibi fuiſſe inimicum ſua culpa. Dilexit ex priuatis Marianum Sozzinum Senẽſem iu
ris conſultum ueterẽ æqualem ſuum. & Procopium Boemum: quẽ aliquando in Germa
nia collegam habuerat. Ex regibus Federicum Cæſarem & Alſonſum Aragonẽ. & Mat-
theum Pannonium: extremo tempore & Franciſcum Sforciam quem bello regio ſociũ
habuit Præcipue omnium cõplexus eſt Federicum Vrbinatem: cui rei bellicæ ſummã cõ-
miſit. Ex patribus maxime Beſſarionem Græcum Cardinalem Nicenum ætatis ſuæ do-
ctiſſimum: quem & orare aliquando ſecundum ſe iuſſit. & legationem Germanicam cõ
miſit cum ſumma poteſtate. Caruaialium quoq; Hiſpanum eiuſdem ordinis clarum uirũ
quem iam ſenem & attritum legatiõibus ex Pannonia reuocauerat: dialogoſq; aliquot i-
ſcripſerat. Ex domeſticis plurimum apud eum potuit Gollus Lollius. Catherinã & Lau-
domiam ſorores æque dilexit. & Laudomiæ quidem uirum ad equeſtrem erectum ordĩ
nem. Vmbriæ præfecit. Ex quattuor filiis primum Anthonium in familiam regiam ado-
ptatum Marſorum ac Lucanorum imperio præficiendum a ſocero rege curauit. Alterum
Franciſcum uiginti annos natum coaptauit Collegio Patrum: reliquos duos Iacobum
& Andream ad mediocres extulit opes. Catherinæ uero cum unicam haberet filiam mi-
nus uiſus eſt præſtitiſſe. Cæterum & præfecturas dedit genero. & ipſi ad .xx. milia aureũ
nummum comparauit. Auxit familiã numero adoptiuorum: inter quos ſororis filios &
Gorum conſobrinum. & Cardinalem Papienſem & cubiculariorum aliquot gentiliciis
donauit. Alexandrum prterea Miraballum Neapolitanum: quẽ initio pontificatus ob exĩ
miã liberalitatẽ familiæ reiq; domeſticæ pfecerat. & oppidum Fraſcatã in Latio ſeceſſus:
æſtui gratia cõceſſerat. Amicis & propinquis raro ſe ſubtraxit. Sermõe gaudebat libero
& feſtiuo. & q modice exiret in iocum: fuitq; ipſa natura nõ infacetus: urbanitate extẽpo-
ranea Occurrentibus aliqñ in itinere Luſitanorum legatis: nos inquit ad hos: an hi ad nos
ueniunt? Exeunte eo ad cella palatii cum germanus ſenex arrepta lectica ius ſibi reddi ex
clamaret: una inquit de re: an de oibus? reſpondẽti de una: ſtatim ſubdidit: recte ſapis: nã
actum de te fuerat ſi de oibus poſtulaſſes. Alteri ſe ipſius pedibus cõmendanti: neſcis in-
quit: o ſtulte q̃ debiles patronos ĩploraueris. Corſiniani quo in loco natum eum diximus
nõ cõparentibus ſodaliciis. Solus ait meorum conuiuio deſum. Paternum etiã fundum cir
cumuiſens: in quo pinus erat a patre qua die ipſe natus eſt conſita iam præ alta. Cum ad
eam deſcediſſet: hæc inquit me admonet eſſe iam grandiuſculum. Ad lacum Vulſinum
contendentibus accolis de lectica ſubeunda. & ut gladios ſtringerent: repelli omnibus
iuſſis: q̃ ſtulte inquit ſimul & onus & periculum queritis? Ad amiuatam porrigente paſto
re Cymbium lactis: ori admouit: quanq̃ admodum ſordidum: ridentibus qui aderant: &
hoc inquit dulcius quam Artaxerſis poculum. Et qui ſitit uitro non eget. Edificandi
ſtudium bella interceperunt. Cæterum in Vaticano cellas templi maximi promiſcue

paſſim

paſſim ędificatas diſiici iuſſit:ac mox ſecundū parietis tractum collocari: quo reddita eſt
facies interior templi anguſtior & patentior. Addidit & cellam diui Andreæ ad primū
angulum templi læua ſubeuntibus: ubi poſtea & ſepeliri ſe iuſſit. Scalas quoq; inſtaura-
uit pro foribus templi uetuſtate collapſas: ſtrauitq; aream ampliſſimam ueſtibulo palatii
cōiunito turri excubatoria:ichoatam ſupra ſcalas marmoreā porticū impſectā reliquit.
Eſt & ipſius arx Tyburtina opere tumultuario confecta:ꝙ nec prohibuiſſent tranſitu & in
uiſſent comeatu hoſtes:& recipere intra urbem ipſius præſidia recuſaſſent:exprobrauitq;
dubiam fidem.& diripi eorum agrū eſt paſſus. Fuitq; & noſtrū diſticō. Tybur habes arcē
ꝙ non tibi crediſ:hinc eſt:Aeneas phryx eſt. Tybur es agricolū. Corſinianum ex oppido
urbem Pientiam appellauit:deſignatis magiſtratibus urbanis in ſpeciem iuſtæ ciuitatis.
Epiſcopio & prætorio edificatis Epiſcopum & triūuiros inſtituit. & certamina gignica p
gradus ætatis. Conſtruxit & ædes gentilicias eximia pulchritudine. Symmetria quadrā-
gula:lapide ſuffuſco extanti incruſtatas ad digyti craſſitudinē:cōmiſſuri paulo receden-
tibus:duplici ordine feneſtrarum:anullis & cratibus ferreis: addiditq; porticum ad meri
diem duplici concameratione: cōtiguatione inſuper accliui.& triclinia æſtiua atq; hiber-
na.& cellas promptuarias alte ſuffoſſas:ortoſq; penſiles. Templum quoq; egregia ſtructu
ra.& aream pro foribus.& cellas in ambitum templi aramq; ſubterraneam:uetuitq; in eo
quemq̄ ſepeliri præter ſacerdotes & antiſtitem: quibus & tumultum ſeorſum aſſignauit:
tam uiolari parietem picturāq; inſigni:aut appendi iconias:aut cellas engi:aut altaria præ
terq̄ quæ ipſe deſtinaſſet.& prædia in ſumptus annuos coemit. Architecto ad ſummā fu
turæ impenſæ longe prementito:poſt præfectū opus addi centum iuſſit: dicens deſipere
architectū qui de impenſa quam nemo ſit facturus ante præfiniat. Fecit & ſenex porticū
gentilitiā concameratam:ædes quoq; adiuncturus:quaꝝ iam areā ſtrauerat. Erexit & cel
lam ad phanū diui Frāciſci.& in ea ſepulchrum parentibus marmore Liguſtico:hoc inci
ſo diſtico:quod ipſe condiderat. Siluius hic iaceo coniunx Victoria mecū eſt:Filius hoc
claudit marmore papa Pius. Cogitauerat Aniené ad Tybur uſq; nauigabilem reddere:
portum quoq; Traiani repurgare.& in Piētino lacum facere orcia flumina occluſo ac ui
uo ex Amiantæ radicibus eodem deriuato. Ingenia ſui tpis mirifice fouit. Sed dūtaxat
probatiſſima:inuentēs nōnunq̄ alioꝝ epigrāmata:uiſuſq; contēpſiſſe mediocritatē:cōtra
xit inuidiā:dicere ſolitus oratores & poetas:aut ſupmos:aut nullo in loco eſſe oportere.
Laudabat in dicendo candorē & uim oratiōis:apparatum uerboꝝ nimiū: dicētis ocium
appellabat. Iuuenis delectatus poetica Nitaphilenricum ſcripſit uerſu magis facili & expe
dito q̄ accurato. Poemata quoq; i epiſtolaꝝ modū cōplura:flexu ætatis oratiōi incubuit
īuitatus rerū & legationū magnitudine. Scripſit ad Ladiſlaum regē Boemoꝝ adhuc ado
leſcentē libellū unū de arte Grāmatica:mox alterū de regia inſtitutiōe:cum in Germania
ageret. De rebus Boemicis ad Alfonſum. Ad Federicū de Noricis integros cōmētarios:
Rerū ſui tpis i Italia geſtaꝝ libros.xii. quod opus nōdū abſolutū cū uita finiuit: uetuitq;
publicari niſi emēdaret. De Eurialo. De ortu Nihil. De ſtudio uenādi. De hæreſi Huſſita
rum. De dignitate Cæſaris De ptāte cōcilii. De ſanguie chriſti. De ueritate chriſtiana ad
Maumethē Turcā. De gloria belli ſuſcipiēdi ad Franciſcū Sforciā. De erratis Baſilienſiū:
De Fortuna. De defenſiōe poetices De miſeria curialiū ſingulos libros: quoꝝ magna ps
dialogis cōſtat. Deſcripſerat in Pontificatu Aſiā minorē:maiorē mors intercepit. Inchoa
uerat & aliq̄n hiſtoriā uniuerſi orbis rerū ætate ſua ubiq; geſtaꝝ. Sed omiſit: ueritus ne
parū explorata colligeret:loca libēter exſcripſit ſtilo extēperaneo:mox caſtigaturus. ꝑter
Scotiā & Noruegiā atq; Luaniā. Rhodon quoq; & Mitilenē & Leſbon.& Cyprū expreſ
ſit accurata breuitate. Et hiſtoriā quidē tempoꝝ recētioꝝ:nemo putatus eſt & quæſiſſe di
ligētius:& uerius tenuiſſe. Reliquit epiſtolaꝝ quatuor uolumina diſticta tpibus Oratio-
nes nemo tēpoꝝ nroꝝ & nec ueterū quidē tot habuit:oēs fere de rebus āpliſſimis. Cæte
rū ſentētiis q̄ uerbis illuſtriores. Copia mira & ad magnitudinē rerū excreſcēte:de uerbo
rū delectu:nō nihil illi Germania detraxerat:coacto ſæpe apud barbaros cultiora neglige
re. Sed eaꝝ magna ps exceptoꝝ negligētia periit: quatuor & uiginti extāt. Pronūciabat
uoce ſonora & graui: uerū eodē ſpiritu ſemp & crebris interuallis:ut dicere ex tēpore &
ſine cura uideret. Perſuadēdi longe potētiſſimus Neminē ad ſe dicendo nō traxit. In cō
uentu Ratiſponēſi male ſubſtentatas a Legato Cæſaris ptes ipſe ſuſcepit oratiōe ex tēpo
ranea:ubi dicenti aduerſario & quādo deſines moleſtus Germanis eſſe. Cum inquit tu in
cipies illis moleſtus non eſſe. Præuidiſſe illum futura ex longo interuallo creditum eſt:
prædixit quatriennio ante ſe in belli apparatu deceſſurum hoc uerſu quem ipſius manu
uidimus ſcriptum. In Turcas bellum dum parat: occubuit. Senenſi adultero afferenti

de riuali quærelam:niſi diſieris inquit breui occidere:quod accidit nō dum exacto men-
ſe.Legatis Venetis in conuentu Mantuano ſocietatem aduerſus Turcas recuſantibus fo-
re ait ut quod tunc reiicerent:decimo poſt anno ſero eſſent rogaturi: quod euenit.Nam
decimo poſt conuentum anno amiſſa æubœa : opem ex omni Italia imploraturum circū-
miere.Cum Lodouicus Allobroga uir Carlocte haud procul a Mantua tranſiſſet.Cyprū
mari petiturus:nec eum ut par erat ſalutaſſet:breui inquit recta ad nos reuertetur:quod ſe
quenti anno fecit Cypri regno depulſus.Statura fuit īfra mediocrem:corpore per adole
ſcentiam modico.Flexu ætatis aliquanto pleniore : oculis læti quidem.Sed qui torue in
iram excandeſcerent:capite compacto & ante diem cano.Facie ſubcādida annis ſeniore.
& ad minimam quāq; ualitudinem ſtatim concidente . Fuit laboris & mediæ q̄ frigoris
atq; æſtus patientior . Calculo uexabatur prope menſtruo.& aſſidua tuſſi . Pedum uſum
iam pridem amiſerat:cum rigore niuali quem duximus:tunc etiam ſuperueniente poda-
gra:chyragra ſero offenſus & raro.Aſtrologas ſe manus habere iocabatur:ꝙ equinoctiū
tumore prædicerent: quæ omnia adeo patienter tulit : ut conſtet legatione Germanica ī-
peditum grauiter podagra:tamen a collega ut diem unum ſubſiſteret adduci nequiuiſſe:
& in aquis petriolanis pertuliſſe duas in horas fiſtulam deuncem. Romæ quoq; inter ma
ximos calculi dolores continuaſſe orationem uix obtorto leuiter ore:ac ſubmorſo pau-
lum labro deprehenſum . Magnitudinis eius ſigna quædam anteceſſerunt . Mater nocte
poſteriore q̄ peperiſſet:uiſa eſt in ſomnis puerum mitratum peperiſſe: diu grauiter ſollici-
ta de omine : donec deſignatum Tergeſtanis Antiſtitem audiuit . Corſiniani ſeptimum
agens ætatis annum inter ludos pueriles Pontifex Max.ſalutatus ab æqualibus:ſingulos
ordine ad oſcula pedis admiſit . Alfonſus uenientem ad ſe Neapolim e feneſtra digyto
amicis oſtendens.En inquit nobis Pont.maximus.Federicus quoq; Cæſar cum e Cymi-
nio monte Latium proſpexiſſet:eo acciri ad ſe iuſſo : cito inquit his in locis regnabis Ae-
nea : & qui tibi nunc imperamus : breui parebimus. Romæ unus ex regiis purpuratis ad
eum iam Cardinalem ueniens:cum lunas ſagis intextas aſpexiſſet . Exclamauit fore eum
Pontificem maximumq; agens ipſe aliquando in Calabris :audiſſet eſſe in arcanis proxi-
me futurum Pontificem ea ſigna habiturum Qua in hora creatus eſt Pontifex Romæ ea-
dem Laudomiæ ſorori Corſiniani eſt nunciatus: octoginta milibus paſſuum ſpacio: nec
uiſus amplius qui nunciauerat.Incidit ſæpe in diſcrimen uitæ· Puerum pœne trimum de
cidiſſe præcipiti loco.& prope exanimatum conſtat a boue quoq; impeditum cornibus:
ac ter iactatum præter ſpem euaſiſſe: multis in locis confoſſum.In Britanniam cum a cœ-
na mercatoris amici reuerteretur : qui funabulum preferebat : ipſius in oculis occiſus eſt:
prope ut ad eum uulnus peruenerit.& transfretatione Britannica ſereno die cum ad naui
gandum inuitatus:ſerius ad nauem iam ſoluentem ueniſſet:q̄ poſſet admitti:exorta mox
tempeſtate :nauis & qui in ea erant haud procul a littore ipſius in oculis demerſi ſunt.Me
diolani cum febrim incidiſſet : grauiore accepto farmaco pœne conſumptus profluuio
eſt:cum alterum medicus ſuppataſſet:pixide caſu affracta : periculo eximitur : nec multo
poſt Baſileæ peſtilencia contactus paulum ab interitu abfuit:ab amicis omnibus:preterq̄
ab Andrea Panigalio deſtitutus: quem poſtea inter precipuos habuit.Alpes Vindelicas
hiberno equinoctio ingreſſus paulum abfuit quin liquentium niuium lapſu obrueretur
ſemel ingenti globo deiectus· Apud paludes Pontina:cum noctu per flumen ligulam na
uigaret: tribus horis lymo inhæſit : naui quæ eum ſequebatur cum undecim uiris abſor-
pta:ad cumas quoq; nocte eum appuliſſet:nauis oppreſſa eſt.Sed citra cuiuſq̄ diſcrimen
ꝙ haud procul a littore nec profondo admodum mari ſubſediſſet:qua quoq; die corona
tus ad Lateranum eſt in periculo fuit ne a turba congratulantium opprimeretur:ut neceſ
ſe fuerit perfractis Scipionibus gladiis arceri multitudinem:ꝙ idem poſtea & Narniæ cō
tigit.Inſidiæ illi bis ſtructæ:primum ab Euerſo tyrāno adiutore Boccardo Piccinini ſcri-
ba:cuius interceptæ ſunt ad eum litteræ habere ſe uenenum:quo ſimul paulum lectica illi-
niaretur: ſtatim periturum:ſe quidem corrumpere aliquos ex lecticanis uoluiſſe : uerum
neminem inuentum qui facinus recepiſſet:adhibendam eius auctoritatem & præmia ma
iora preponenda : quod ubi reſciuit : tantum admonuit Pazaliam præfectum cuſtodiæ
corporis:ne quem parū cognitum lecticarium admitteret . Alteræ a Siccanis Tyburtia-
nis.Ii ex Hetruria ad exitum autūni redeuntem:nōnullo ſubornauerant : qui ueluti libel
lum porrecturi pugione conficerent.Sed illo properante:nondum confirmatis ad ſcelus
animis:prius q̄ ueniſſet ad locū inſidiarum:patefacta res eſt.Et credidit alioqui ſe facile om-
nibus fiducia tanta:ut profectione Mantuana aliquando per hoſtilem agrū ſine præſidio
trāſierit.Mors quoq; eius præcognita: rumore paſſim diſſipato ad exitū āni ſexti deceſſurū

& ipſe

& ipſe in pratis Quintiis:cum ex Vrbe diſcederet. Conuerſus ad mœnia:uale inquit Ro
ma:nunq̃ amplius uiuum me uiſura. Qua die atq; hora deceſſit Anconæ:in Hetruria Ca
maldi quod eſt in Appennini iugo:Senex Germanus uictu aſpero ſex & quadragita ãnos
intra Sacelli clauſtra emaceratus:atq; inter cœnobitas miraculis clarus:egreſſus ad limẽ
primum ueſtibuli uidere ſe exclamauit magnum ſacerdotem corona triplici & candido
amictu deferri in cœlum: cantantium uirguncularum cœtu & nubecula ſeptum Attoni-
tis qui aderat. & quid id eſſet comicientibus : quarto poſt die quantum itineris Anconæ
diſtabat nuntius de morte eius affertur. tempore & habitu conuenientibus. Expeditioni
in Turcas uehementius incubuit: & feſtinauit ꝙ̃ eſſet e ualitudine & alieno tempore. Cũ
recens rediiſſet e balneis obiicientibus amicis ſenium & ualitudinem Patebit iquit ĩ cœ-
lum reditus Si Romam non dabit̃. & Phano expugnato:ſublatis in cœlum manibus:re
cte inquit habet. Iam uocor ad bellũ meum. Accelerarũt eius profectiõem Philippi Bur-
gundi magnificis prom:ſſis. & ꝓterea Thelephi Armeniæ: & Georgii Perſarum: & Aſiæ
Meſopotaniæ. & Gorgoræ maioris Hyberiæ. & Vitebechi miõris Regum Oratores Ro
mam una ad eum miſſi:diuerſa lingua:habitu diſpari. & cæteris quidem tonſi erant ĩ mo
rem noſtrum capilli. Meſapotaniis globus unus in cincini ſpeciem relictus intonſus. Ve-
ſtes omnibus laxe delectæ:pileo ꝓlato & ſublimi. Horum cum unus dies ſingulos uigin-
ti carnis põdo deuoraret. Si in conuiuio inquit & umbra his ſociis dimicandum erit no
bis:iam uicimus. Oratio eorum grauis & ſtricta:Centum uiginti milia armatorum polli
cebantur. & Pancratium Hyberum ſocium belli uirum magnæ in re militari auctoritatis
quã ſummam cum audiſſet:non creditam & luxuriæ ꝙ̃ bello aptiorẽ ratus alere iquit tã-
tum exercitum difficile erit Europæ. Maturandi cauſam etiam Pãnonii dedere:quos po-
ſtulaſſe a Turcis pacem conſtabat cõditionibus admodum iniquis. Quare miſſo ſtatim
equitum mille in annum unum ſtipendio: ac ſpe aduentus ſui facta in fide continuit. Cru
ce ſignatorum etiam cõcurſus ad Anconam factus : quos ad triginta milia ex Gallia atq;
Hiſpania error attraxerat:uulgato temere Põtificem omnibꝰ qui ad bellum tranſmarinũ
proficiſcerentur. & nauigium ad traiiciendum. & uictum ad finem belli ſuppeditaturum
Igitur ꝑmiſſo ad eos in aduentum ſuum cõmmẽdos Carauaialio Hiſpano Cardinali: ac
rebus per Italiam omnem compoſitis. xiiii. kalen. Iunias Roma proficiſcitur re diuina in
templo maximo ad Vaticanum pacta:in quo deſcendere quotiens urbe abiret. & aras ſin
gulas ordine uenerari conſueuerat: ibi omnibus ad ꝓcandum rerum ſucceſſum inuitatis.
Feſtinato ad pontem Miluium lectica delatus eſt. Auidius ſuſcepto itinere incidit in fe-
briculam :principio haud ſatis cognitam medicis. & ipſe ne quid moræ obiiceretur aliq̃-
diu ſuppreſſerat:ea iam aucta magis ꝙ̃ ut diſſimulari poſſet :medicos inhibuit ne cui pate-
facerent:iure iurando & imprecationibus adactos: Ad põtem Patribus ac turba omni di-
miſſa:cum paucis lembum conſcendit:aduerſo Tyberi nauigaturus. Cum effuſa patenti
bus pratis ciuitas abeuntem conſalutaret:ac reditum audienti precarentˀ:ꝓrupit in lachry
mas. Suſtitit nocte prima ad Caſtellum Iobeleum:confeſſus nauigationem eius diei dif-
ficillimã fuiſſe:cõtrario flumine colluctãti:quod ex imbecilli potius ualitudine ꝙ̃ labore
accidiſſe putatum eſt:nec auſus in ripam deſcendere:graui defatigatione confractus: no-
ctem totam ægit in lembo. Poſtridie quanq̃ inhibentibus medicis matutinum inter mul
to ante ſolis ortum ſoluere cum iuſſiſſet:ad oppidum Phianum peruenit nauigatione lon
giſſima:quadraginta milibus paſſuũ uno die confectis. Cũ pridie illius diei ad decimum
miliarium ſubſtitiſſet:ꝑnoctauit & ſecũdo in flumine hoc in loco dũ ageretˀ de pte claſſis
quæ ſtructa ad portũ Piſanũ penetrare in ſuperũ mare p fretum Siculũ iubebatˀ: ueniteq;
Anconã ad copias excipiendas:nunciatũq; eſſet triremes Genuenſium & naues onerarias
quæ ad ſummã claſſis ptinebant nõdum eſſe paratas: & ꝓterea Philippũ Burgundũ ꝓfe-
ctionẽ uerbis extrahere:cõmotus aĩo eſt: auxit moleſtiam prolapſus e ripa demerſuſq; in
oculis adoleſcẽs ad remigiũ mercede conductus:tarde accurrentibus nautis:quod adeo
tulit acerbe:ut ꝓcatus ueniam:extincto & abominatus caſum: nec lachrymas continuerit.
Ad radices montis Soractis tedio nauigationis ſimul & merore extincti iuuenis: exponi
ſe primũ nauicula iuſſit: queſtus ſemꝑ male ſibi nauigationes ceſſiſſe:quod uerbũ ſiniſtre
accipientibus cubiculariis. & quid committeret ſe totiẽs pñti periculo iterrogãtibus tratus
ad deterrendum ſe ab tranſfretatione Illirica dictum:q; ſciebat inuitis multis ſe Italia ex-
cedere:neminẽ inquit cogimus: nec aliud locutus reponi in lembũ ſe iuſſit : prouectũ ad
xv. milia paſſuum lectica confectis. Supra Ocriculum maxime conſternatus eſt obuia cru
ce ſignatoꝝ multitudine : quos more impanentes retinere Carauaialius minime poterat:
& agmine cũ reuerterẽtˀ: nec rapinis abſtinebãt : quo circa medici auerſuri eo ſpectaculo

illius oculos obdulci lecticæ uellum perpetuo itinere cauſati uentos iniſſet unt. Ab Ocri-
colo per Narniam Interamnáq; Spoletum ægre & itinere quattuor dierũ peruenit:conq
euitq; totum triduũ.& arce cõmunita ꝑſidum auxit. Iter deinde a læua per Fulginenſes
agens.Fulginenſium quoſdam ſubſequi ad Aſſiſium iuſſos relegauit: ꝑfinito in reditum
ſuũ exilio auſos & cœtus cogere:& ꝑfecto Vrbis ubi ille Italia diſceſſiſſet: iam tunc inſidi
as ꝑſtruere. Tyrãnidem ſibi per cædem arrepturos. Inſtaurari & Aſſiſii utriq; arcem iuſſit.
Superato deinde ad Fabrianum Apenino. Iter flexit ad Phanum uirginis Laureancæ uo
ta nuncupaturus:ubi & aureum obtulit calicẽ:ac paterã eximiæ magnitudinis. Ingreſſus
Anconam.xv.kalẽ.Sextiles.Supplicationes trium dierum decreuit: ꝑfatus initia rerum
deo.Cætera uirtuti cõmendanda eſſet.Nuntio allato de incurſione Turcarum in agrum
Raguſinum:milites ducentos ad corporis cuſtodiam comparatos:cum paucis ſagitariis
triremi expedita nauigare extemplo Raguſium iuſſit. Triremes Venetas numero duode-
cim:in quibus & Venetorum dux aderat:ubi appropinquare intellexit:deferri ſe iuſſit ad
primum littus claſſem inſpecturus:eaq; inſpecta ſubgemuit:una edita uoce:nuper ſ[illegible] na-
uigandi occaſionem defuiſſe:nũc occaſioni ſe defuturum.In cubiculum relapſus:ſolui ſta-
tim profluuio cœpit.Medicis nihil periculi promittentibus. & hæc quoq; principum mi
ſeria eſt inquit:ne in morte quidem carere aſſentatoribus.Poſtulauitq; eucharistiam:quã
& triduo prius acceperat.& paulo ante ad Laurentanum: Acciri deĩde Patribus iuſſis hor
tatus eſt in expeditione perſiſterent. Triremes & quæ in portu erant.& quas uenire per fre
tum Siculum nunciabatur: tradi Venetis iuſſit Pecunias ad aureum nũmum quadragin
ta milia ex decimis exactas Mathiæ regi Pannoniorum mitti in ſumptus belli.Cum difi
cere uires ſentiret reiiciens ſeſe in Cardinalem Papienſem. Filii inquit curam meorũ ipſe
ſuſcipito.& huic expeditioni adeſto.Interrogatus ab illo an ſepeliri Romæ ſe uellet:nõ
tenuit lachrymas:ſubdens & quis id procurabit? Illo recipiente ſe curaturum: reici ui[illegible]
eſt. Vocauitq; Patres ordine ad oſculum:poſtulata prius a ſingulis uenia:ſi minus recte
rem chriſtianam adminiſtraſſet. Lachrymãtibus omnibus & Beſſarione eius uerba de re
chriſtiana ſanctiſſimæ geſta excipiente:iterum amplexis omnibus iniungi ſe iuſſit. Vbi cõ
currẽs & ipſe precibus inter hymnos expirauit:uoce ultima ægre edita:rogate omnes ꝓ
ſe precarentur.Deceſſit anno ætatis nono & quĩquageſimo:religionis noſtræ Milleſimo
quadringenteſſimo ſexageſſimo quarto.xviii.kalẽ. Septembrium :ex quo pontificatum
inierat anno ſexto.Pollinctores curato corpore:cordatiſſimum affirmauerunt:præcordia
exacta in templo diui Chyriaci recondita fuere. Corpus decreto Patrum ſubſequentibus
ipſis relatum Romam eſt:& in cella diui Andreæ ſepultum ad uaticanum.

Vita Pii a nobis paruo concluſa libello
  Digna elephantini tergoris orbe fuit.
Larga:ſed hoc illi Papienſis uena:nec unq̃
  Dum cœli ſtabunt emoritura:dabit
Campani exigua & riuo deducta minuto
  Nõ explet:primũ uix rigat illa labrum.
Cum tua mox ædes nũc preſſa uolumina:dicent
  Campanus dormit:ſuſcitat iſte Pium.
Debilis at q̃uis:atq; omni manca labori
  Magnũ ſi tetigit:dextera iuuit onus.
Sic ego pone ſequens:& poſt tua terga:priorẽ
  Laudabo:atq; auctor nõ ero:teſtis ero.
      Finis.
Eſſe hoc in tumulo Pium ſecundum
  Ne tu crede:Pius petiuit aſtra
  Terris gloria nominis uagatur
  Præterq̃ oſſa nihil reliquit urnæ.

Rn 887

uocat [illegible]
no. facite [illegible]
mechabis [illegible]
mechaberis [illegible]
De [illegible] sic [illegible]
[illegible]
[illegible] q [illegible]
[illegible] aut tristia [illegible]
porrit [illegible] mei si fidem [illegible]
opera aut non habeat. Numquid [illegible]
[illegible] ipsum. Si aut frater aut [illegible]
[illegible] victu cotidiano dicat [illegible]
quis de vobis illis ite in pace calefacimini
[illegible] et saturamini non dederitis aut eis que necessaria
[illegible] corpori. quid proderit. Sic et fides si non
habeat opera mortua est in semetipsa. Sed
[illegible] aliquis. Tu fidem habes et ego opera
habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus et
[illegible] ostendam tibi ex operibus fidem meam.
[illegible] credis quoniam unus est deus bene facis et de
[illegible] credunt et contremiscunt. Vis aut scire
[illegible] quoniam fides sine operibus mor-
[illegible] abraham pater noster nonne ex o- [illegible]
[illegible] iustificatus est offerens filium suum super al-
[illegible]. Vides quia fides cooperabatur operi-
bus illius. et ex operibus fides consummata
est et impleta est scriptura dicens. Credidit a-
braham deo. et reputatum est ei ad iusti-
ciam. et amicus dei appellatus est. Videtis
quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex
fide tantum. Similiter aut et raab meretrix
nonne ex operibus iustificata est suscipiens
nuncios et per aliam viam eiciens. Sicut e-
nim corpus sine spiritu mortuum est ita fides sine
operibus mortua est. III

N[illegible] multi magistri fieri fratres
[illegible] quoniam maius iudici-
um sumitis. In multis enim offendimus om-
nes. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est
vir. potest etiam freno circumducere totum corpus.
[illegible] Si aut equis frenos in ora mittimus ad
consentiendum nobis et omne corpus eorum circum-
ferimus. Ecce et naves cum magne sint
et a ventis validis minentur circumferuntur
a modico gubernaculo ubi impetus diri-
gentis voluerit. Ita et lingua modicum quidem
est membrum et magna exaltat. Ecce quantus

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
no [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]
benedicto [illegible]
mei hec [illegible]
fontem [illegible]
aquam [illegible]
ficus [illegible]
eam [illegible]
planas [illegible] ex bona co- [illegible]
versatione opera [illegible]
eius si zelum [illegible] habetis et [illegible]
sint in cordibus [illegible] gloriari et [illegible]
daces esse [illegible] non est ista [illegible]
ta sapientia [illegible] descendens. sed terrena a-
nimalis diabolica. Ubi enim zelus et con-
tencio ibi inconstancia et omne opus pravum.
Que aut desursum est sapientia primum quidem
pudica est. deinde pacifica modesta sua-
dibilis. bonis consenciens. plena miseri-
cordia et fructibus bonis. iudicans sine simu-
lacione. Fructus autem iusticie in pace semi-
natur facientibus pacem. IIII.

Unde bella et lites in vobis. Non-
ne ex concupiscentiis vestris. que mili-
tant in membris vestris. Concupiscitis et non
habetis. occiditis et zelatis et non potes-
tis adipisci. litigatis et belligeratis et
non habetis propter quod non postulatis. petitis et
non accipitis. eo quod male petatis ut in con-
cupiscentiis vestris insumatis. Adulteri nes-
citis quia amicitia huius mundi inimica est
deo. Quicumque ergo voluerit amicus esse secu-
li huius. inimicus dei constituitur. An putatis
quia inaniter scriptura dicat. ad invidiam
concupiscit spiritus qui habitat in vobis. Ma-
iorem autem dat gratiam. Propter quod dicit. Deus
superbis resistit. humilibus aut dat gra-
ciam. Subditi ergo estote deo. Resistite

[illegible] si [illegible] a vobis [illegible]
[illegible] vobis [illegible]
[illegible] coram
[illegible] lege
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible] Frē. Q̄
[illegible] legi et iu
dicat legem. Si aūt iudicas legem non
es factor legis sed iudex. Unus ē enī le
gislator et iudex q̄ pt̄ pdē et liberare. Tu
aūt qs es q̄ iudicas proximū tuū. Ecce
nūc qui dicitis hodie aut cras ibim⁹
in illam ciuitatē et faciem⁹ quidem ibi ā
nū et mercabimū et lucrū faciem⁹. q̄ ig
noratis qd̄ sit in crastinū. Que enī ē
vita vrā. Vapor ē ad modicū parēs
et deinceps exterminabit̄ p eo vt dica
tis. si dn̄s uoluit et si uixerim⁹ faciē
m⁹ hoc aut illud. Nūc aūt exultatis in
supbiis vr̄is. Omnis exultatō talis ma
ligna ē. Scienti ḡ bonū facere et nō facien
ti. peccatū est illi.

V

Agite nūc diuites plorate ululā
tes in miseriis q̄ aduenient vobis.
Diuicie urē putrefacē sūt. vestimēta vrā
a tineis comesta sūt. Aurū et argentū
vrm̄ eruginauit. et erugo eoꝝ ī testio
niū vobis erit. et manducabit carnē
vrās sicut ignis thesaurizastis vob̄ i
ram in nouissimis dieb⁹. Ecce merces
opariorū. qui messuerūt regiones vras
que fraudata ē vobis clamat. et cla
mor eoꝝ in aures dnī sabbaoth intro
iuit. Epulati estis sup terram. et in lux
uriis enutristis corda vrā. in die occisio
nis addixistis. et occidistis iustū et nō
restitit uobis. Pacientes ḡ estote frēs
usq ad aduentū dnī. Ecce agricola exp̄
tat p̄ciosū fructū tre. paciens ferens
donec accipiat tēporaneū et serotinū. pa
cientes estote et vos. et cōfirmate cor
da vrā. qm̄ aduentus dnī approp̄
quabit. Nolite ingemiscē in alterutrū
frēs. ut nō iudicemini. Ecce iudex ante
ianuā assistit. Exemplū accipite frā
tres mali exitus. lōganimitatis labo

[illegible] Frē ī
[illegible] eos [illegible]
[illegible]
[illegible] ē [illegible]
[illegible] mē
[illegible]
[illegible]
[illegible] no [illegible]
[illegible] qs vrm̄ orat. eq̄ aio
[illegible] Infirmat̄ qs ī vobis. in
[illegible] ecclie. ē orent sup eū. v
gentes eū oleo ī noīe dnī. et oratio
fidei saluabit infirmū. et alleuiabit
ū dn̄s. et si in pctīs sit dimittentur
Confitemini ḡ alterutrū pctā vrā. ē
oate p inuicem ut saluemini. Multū
nī valet dep̄catō iusti assidua. Helyas
hō erat similis nobis passibilis et
atōe orauit vt nō plueret sup
et nō pluit ānos tres et menses
Et rursū orauit et celū dedit pluuiā
et tra dedit fructū suū. Frēs
ex vobis errauit a vitate et
eū scire debet. qm̄ q̄ cōuerti fecit pc̄
tem ab errore vie sue saluabit aī
mā eius a morte. ē opiet multitudi
nem peccatorum. Explicit epla
Incip capla pī epl. [illegible]
i De regenatione [illegible] potencia
De ipheris qui animas [illegible] ī
dicunt De pontificib⁹ sacerdotū qui se
[illegible] in castitate ve dignos sine
[illegible] hentur De sanl
[illegible] verbi [illegible]
ij De sacerdotib⁹ quos ad [illegible]
[illegible] ut [illegible] lac sine dolo [illegible]
tetur De lapidibus viuis et hostiis spi
lib⁹ de ipō [illegible] regale sac
dociū uocantur De popularib⁹ quos [illegible]
[illegible] ordine [illegible]
iij De [illegible] mulieres viris [illegible]
[illegible] De viris qs quēadmodū cum
mulieribus atq cū omnib⁹ viuē debeāt
[illegible] De archa p quā pauci salua
ti sunt et saluantē De baptismate qd̄
a mundi actibus liberat et [illegible]
tia [illegible] nō pariē
iiij De cognoscentib⁹ deū. qs nō [illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google